MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMI IV PARS PRIOR

VENANTI FORTVNATI OPERA POETICA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXI

VENANTI HONORI CLEMENTIANI

FORTVNATI

PRESBYTERI ITALICI

OPERA POETICA

RECENSVIT ET EMENDAVIT

FRIDERICVS LEO

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXI

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

I.

Venanti Fortunati tam opera poetica quam quae eidem adscribuntur vitae sanctorum pedestri sermone conscriptae cum inter monumenta Germaniae historica denuo edenda essent, illa, quorum recognoscendorum mihi cura demandata est, haec voluminis pars prior complectetur, carminum scilicet undecim libros cum appendice et vitam Martini.

Quo in opere administrando quam rationem secutus sim expositurus primum codices quibus uti licuit multos et vetustos (scilicet post saec. XI nemo tanti fecisse videtur boni presbyteri poemata, ut integra describeret) eo ordine recensebo, ut solidis exemplaribus adiungam eclogaria et decurtata. exemplaria dico undecim librorum corporis; de vita Martini separatim disputabimus.

C cod. Parisinus latinus 8312 olim Colbertinus membranaceus formae quadratae saeculo X scriptus, foliorum 180 quorum ultima duo vacua sunt, versuum in singulis paginis vicenorum senorum, continet carminum libros undecim. pentametri ab ora sinistra aliquantulum reducti. secunda manus in priore parte multa, pauca correxit in altera. contuli Parisiis.

A cod. Parisinus latinus 14,144 olim Sangermanensis membranaceus formae quadratae saeculo IX scriptus continet f. 1—60^r carminum libros undecim una manu scriptos, ab altera aequali paucis locis correctos. paginae sunt quadragenorum quaternorum versuum. quaternionibus constat quorum tertio avulsa sunt duo folia inter f. 15 et 16 (III, 13, 39 — 26, 18), unum inter f. 21 et 22 (V, 1, 11 — 5, 1 ext.). nec verba fere nec versus discernuntur, initiis tantum distichorum forma litterarum, non spatio, distinctis. codicem contuli Bonnam transmissum.

M cod. Ambrosianus C 74 sup. membranaceus formae oblongae saeculo X scriptus[1] continet f. 1—63^r carminum libros undecim, vitam Martini et laudationis Mariae initium (spur. 1, 1—31). paginae 93—99 versuum binis columnis dispositorum. liber quaternionibus constat nisi quod inter tertium et quartum intercedit binio (f. 25—28). — f. 3^r primo carmini superscriptum legitur *iste liber est monachorum congregationis S. Iustinae ordinis S. Benedicti residentium in monasterio S. Columbani de Bobio. scriptus sub numero 66.* item f. 1^r et 3^r *liber S. Columbani de Bobio.* — Fortunatum excipiunt aliorum poetarum carmina quae ex ordine hic indicare visum est. f. 63^r incipit Aratoris epistula ad Florianum[2], sequitur ep. ad Vigilium, deinde manu recentiore inscriptum *incipit liber actuum apostolorum secundum aratorem versificatorem subdiaconum ecclesiae romanae. incipiunt capitula.* post capitula secuntur Aratoris libri II (alterum f. 69^v sine titulo), quorum versus novissimus (*et tenet aeternam socialis gratia palmam*) folium 76 incohat. subscriptum EXPLICIT LIBER ARATORI SVBDIACONI. folio 76 reliquo vacuo secuntur f. 77^r Paulini Nolani (Petricordianum manus recens non recte inscripsit) 'natales', quorum tres novissimos (XI—XIII) cum 'poemate ultimo' primus ex hoc ipso codice edidit Muratorius anecd. I p. 1 sq., repetiit Migne LXI p. 502 sq. (nunc cf. Bursianus in act. acad. Monac. 1880 p. 1 sq.); inc. *qui dominum Iesum*, des. (f. 104^r) *aeternique dei pietas aeterna manebit.* sequitur titulus INCIPIT OPVS PAVLINI PETRECORDIAE DE VITA SANCTI MARTINI EPISCOPI VERSIBVS. inc. I, 1 (Migne LXI p. 1007), des. f. 108^v ext. in fine quaternionis *iamque adeo plures confictis credere verbis* (cf. II, 174 *detrectat dubiis tam grandia credere verbis*). secuntur f. 109^r manu diversa (hucusque non una manus comparebat sed eaedem quae in Venanti carminibus) sed aequali scripta S. Prosperi epigrammata ex sententiis S. Augustini (Prosp. opp. ed. Bassani 1782 I p. 331 sq. Migne LI p. 498 sq.) praemisso titulo INCIPIVNT EPIGRAMMATA PROSPERI VIRI ERVDITISSIMI AGVSTINI DEFLORATA (sic). sequitur praefatio (*dum sacris mentem placet exercere loquellis*), desinit in epigr. 106 ultimo (*crescere non cupiens perdit adepta tepens*). post subscriptionem EXPLICIT EPIGRAMMATA PROSPERI et epigramma quod v. i.[3] f. 117^v EXORTATIO EIVSDEM AD VXOREM (ed. Bass. I p. 418. Migne p. 611). deinde f. 118^r inscr. HEC HIC SVNT EVANGELIA IN VERSIBVS GVETTI AQVILINI IVVENCI VC PRESPITERI, f. 133^r subscr. GVETTI AQVILINI SIVE IVVENCI PRESBYTERI EVANGELIORVM LIBER IIII EXPLICIT FELICITER AMEN AMEN AMEN. INCIPIT LIBER CATONIS PRIMVS (inc. Cat. *si deus est animus nobis ut carmina dicunt*, des. l. IV f. 134^v col. 2 *hoc brevitas fecit sensus coniungere binos.* sequitur spatio non intermisso sine titulo Theodulfi paraenesis ad iudices (Migne CV p. 283 sq.), inc. *iudicii callem censores*

1) sic Reifferscheidius, cf. Muratorius anecd. I praef. p. (III) 'characteres quadrati ac minutissimi miraque venustate, rectis lineis inter se distincti, seculo ut arbitror nono elaborati fuere'.

2) in spatio 6 versuum vacuo inter Fortunati et Aratoris carmina relicto haec interposuit manus recentior: *Temporibus vigilii pape obsessa est urbs roma aggoctis* (sic) *vel longobardis in qua erat arator subdiaconus qui hoc opus composuit qui captus at* (sic) *ostibus ductus est at aulam regis qui praedictam urbem obsidebat ad serviendum. in isto autem discrimine* (*i. i. a. d.* ex coniectura scripsi; enotavi *inisa autem carinacinie*) *tale votum fecit beatis apostolis ut si eum liberarent metrico carmine eorum actus componere* (sic) *quod votum liberatus complevit. edito autem libro fecit argumentom floriano abato ut eum sua virtute coroboraret* (sic).

3) *Haec augustini ex sacris epigrammata dictis* (d. praeter du evanidum) | *dulcisono rhetor conponens carmine prosper* | *versibus exametris depinxit pentametrisque* | *floribus ex variis ceu fulget nexa corona* | *unde ego te lector relegis qui haec sedulus oro* | *intentas adhibere sonis caelestibus aures* | *istic nam invenies animum si cura subintret* | *maxime quid doceant sacrae moderamina legis* et 2 versus quos non transcripsi.

prendite iusti, des. f. 139ᵛ *litore in hoc teneat anchora iacta ratem*[4]. subscriptum est alia manu epigramma quod v. i.[5] denique eadem: *dic illi in fletu cordis aspice ad infelicem pietas inmensa respice crudelem misericordia puplica vulneratus ad medicum curro. serva pietatem consuetudinis qui tam diu suspendisti gladium ultionis. dele numerositatem criminum multitudine miserationum.* YSYDORI SPALIENSIS EPISCOPI EXTANT VERSVS TITVLIS BIBLIOTHECAE *sunt hic plura sacra* e. q. s. desinit in f. 140ʳ novissimo.

D cod. Parisinus latinus 9347 olim Remensis (f. 2ᵛ in ora summa LIBER SANCTI REMIGII REMENSIS VOLVMEN IIII) membranaceus formae maximae saeculo IX scriptus continet post Sedulii Iuvenci Aratoris carmina f. 76—135 Fortunati libros undecim neglegenter scriptos manibus ut videtur diversis. avulsum f. 129 (X, 6, 103 — 9, 17). paginae columnarum binarum undequadragenorum versuum. pentametri partim reducti. secunda manus nonnulla correxit, multas praesertim in priore parte glossas inter lineas adiecit pretii nullius, raro varias scripturas. — in fine codicis hi versus leguntur: *Christe deus nostre benedic convivia mensae | quaeque tuis servis mitissime dona dedisti | per te sint benedicta quidem. tu largiter* (vel *largitor*) *almus.* — Parisiis contuli praeter orthographica.

G cod. S. Galli 196 membranaceus formae quadratae saeculo IX scriptus continet quaternionibus XXIII carminum libros undecim, deinde (f. 187ᵛ) Symphosii et aliorum aenigmata. paginae vicenorum quaternorum versuum. pentametri reducti. secunda manus multa correxit, variam lectionem et glossas per totum librum adiecit. — folio novissimo verso hic manus vetustae lusus: *o frater calve nunc et per saecula salve. sit tibi prosperitas atque salus —.* cf. Scherreri catal. p. 72. codice usus est Browerus. ipse contuli Bonnam transmissum.

B cod. Parisinus latinus 8090 membranaceus formae quadratae saeculo X scriptus continet carminum libros undecim, vitam Martini (f. 139ᵛ), carmen in laudem Mariae (f. 179ʳ, etiam post VIII, 3) de S. Medardo (f. 185ʳ—187, etiam suo loco II, 16). paginae tricenorum versuum. pentametri non reducti. secunda manus, quam non semper facile est a priore distinguere, pauca correxit. — contuli Parisiis.

L cod. Laudunensis 469 membranaceus formae quadratae saeculo VIII vel IX scriptus continet carminum libros undecim et vitam Martini. post subscriptionem et alia quaedam[6] manu s. XV scriptum legitur: *liber Fortunati episcopi Pictaviensis poete Italici pertinens ecclesie beate marie Laudunensis;* f. 182ʳ inter diversarum manuum lusus saeculo XII scriptum: *Fortunatus episcopus hunc librum edidit.* infra alia manus s. XII: *quaterniones viginti quatuor* (sunt vero 182 folia, i. e. quaterniones XXII et folia VI). *si quis unum solum abstulerit | offensione* (sic) *dei et sanctae Mariae et omnium sanctorum percipiad.* — contuli Lauduni.

---

4) cf. Duemmlerus Neues Archiv IV p. 242 sq.

5) *Carmina si fuerint te iudice digna favore | reddatur titulus purpureusque nitor | sin minus aestivas poteris convolvere sardes* (inde *sardus* 1 m., debuit *sardas*) | *aut piper au* (sic) *calvas hinc cooperire* (sic pro *operire*) *nuces.* cf. Vsenerus in commentis Lucani p. 6. Riesius A. L. II 675.

6) post subscriptionem eadem manu uncialibus exaratum: *carmina lector amans totis pro viribus opta | ut iugiter valeat mansura in saecula scriptor | Martini precibus capiat paradisus ovantem.* deinde manu s. XII: *Berthildis et filiae eius Raintrudis Idelindis Gerlindis Berniildis; De Berniildi Mainerus et Tetgerus. Berniildis; De Rantrudi. Eeruinus. et Balduinus. De Idelendi. Bernuinus. atque Hildiardis. De Gerlindi Harduidis. et Bernuidis et Odelherus; Item Florebertus.*

R cod. Vaticanus Reginae 329 membranaceus formae oblongae minoris saeculo IX exeunte scriptus continet post 2 folia fragmentum sermonis exhibentia carminum libros undecim quaternionibus quindecim et dimidio exaratos adiecto f. 123ʳ Aldhelmi carmine *Metrica tirones* (praef. carm. de laud. virginit. Migne LXXXIX p. 239). deinde quattuor paginae et dimidia vacuae, abscissum in fine folium unum. — quaterniones alternis conscripserunt manus diversae tres: una quaterniones I III VI VII VIII XIV XV, altera II IV X XI, tertia V IX XIII XVI; nisi forte manus quae VI VII VIII exaravit diversa est a tribus istis. sane aequales sunt omnes, manus emendatrix nulla. paginae tricenorum quinorum versuum. — adglutinatus est codex aetate aequalis quo continentur *liber Aldhelmi episcopi de virginitatis laude ac miraculis sanctorum infra scriptorum heroico carmine aeditus*, f. 167ʳ *aenigmata Simphosii*, denique tractatus quidam grammatici (2 foll.). — codice usus est Luchius. ipse Romae contuli, omissis inde a libro VII orthographicis.

Inter codices qui e Fortunati carminibus eclogas aut certe undecim librorum corpus non solidum praebent primum locum tenet

Σ cod. Parisinus latinus 13,048 olim Corbeiensis (in membrana volumini praefixa legitur manu s. XIII scriptum *liber sancti Petri Corbeie*), tunc Sangermanensis membranaceus formae oblongae minoris constans diversis libris tribus a conglutinatore in unum volumen redactis. quorum primus saeculo IX scriptus (f. 1—30) continet Adamnani de locis sanctis libros III et (f. 29. 30) Fortunati VIII, 3, 93—178 ubi vide; tertius, item saec. IX, continet f. 59—76 Cassiodori, 77—82 Augustini scripta quaedam de quibus Guerardus (v. i.) accuratiora rettulit. intercedit f. 31—58 codex eclogas e Fortunati carminibus exhibens saeculo VIII—IX litteris langobardicis minoribus eleganter scriptus. praecedunt f. 31—38 Falconiae Probae centones; secuntur post inscriptionem INCIPIT OPVS FORTVNATI PRESBITERI haec carmina: app. 1; VII, 11. 13; VIII, 4. 1; app. 2. 3; II, 12; VII, 9. 18; app. 4; VII, 20; Lactanti Phoenix (v. i. de auctore nihil indicatum); app. 5. 6. 7; VIII, 5. 8. 9; IV, 11; II, 10; IV, 5. 6. 27, 21. 22; app. 8. 9; III, 30; XI, 20, 6—8. 21—25; I, 7; XI, 26; app. 10—31. — dixerunt de hoc codice Guerardus in Notices et Extraits XII, 1831, part. II p. 75 sq., qui carmina in duodecim librorum corpore non servata primus edidit; Baehrensius in musei Rhenani vol. XXX p. 308; Riesius in Ieepii Claudiano II p. 190, qui carmini de Phoenice edendo codicem adhibuit. meum in usum accurate contulit et descripsit Rudolfus Peiper. ipse librum non vidi.

P cod. Petropolitanus F. XIV. 1 olim Corbeiensis (f. 1ʳ manu s. XIV inscriptum *liber sancti Petri Corbeie*) tunc Sangermanensis 598, a Petro Dubrowsky (ut indicatum est f. 1ʳ et 143ᵛ) Petropolim translatus, membranaceus formae oblongae saeculo VIII [7]) litteris langobardicis ab una eademque manu exaratus constat quinionibus tribus (I II VII), quaternionibus duodecim (IV—VI; VIII—XVI), senione (XVII), post VI binione inserto, post XVII tribus foliis adiectis, avulsis ante scriptum librum singulis foliis inter 13 et 14, inter 29 et 30, inter 55 et 56. folia igitur 143. paginae tricenorum

---

7) cf. Nov. Tract. dipl. III (No. 783) Mabillon dipl. 353 W. Arndt Schriftt. t. VI. nuper codicem inspexit K. Gillert, cf. Neues Archiv V p. 255 sq.

ternorum versuum. manus secunda quaedam correxit atramento plerumque fusciore. quae contineat vel olim continuerit (nam Probae centones in fine demptos esse pridem intellectum est) indiculus f. 1^r manu s. IX compositus exponit: *codex in quo versus fortunati de diversis rebus* | *Et in eodem in laude sanctae Mariae liber I bis scriptus. Et de vita sancti martini libri IIII.* | *Et multa alia de diversis rebus. Et de virginitate laudanda in sanctis veteris et novi testamenti.* | *Et enigmata althelmi episcopi. et simphosii scolastici. Et versus probae* (*p.* i. ras.). respondet f. 143^v index metricus manu s. XII scriptus, non ex vetustiore illo, sed ex ipso libro concinnatus[8]). — continet igitur f. 1^v carmen acrostichum cuius initium *Iohannis celsi rimans mysteria caeli*[9]). secuntur S. Bonifati aenigmata de virtutibus et vitiis[10]) quorum finis f. 6^v *tranando tamen iugiter christi per secla ministra.* f. 6—104^v Fortunati carmina selecta leguntur ordine paucis locis servato, plerumque miris modis inverso et variato, non librorum tantum sed et singulorum carminum frustulis ad arbitrium disiectis, positis modo titulis, modo initiis carminum dissimulatis, ita tamen ut plerumque ratio aliqua turbarum appareat sive in carminibus versibusve, quibus similis materia tractatur, iuxta conlocatis sive in rebus quae ad personas spectant praetermissis. ordinem ducit carmen spur. 1 (*Lingua prophetarum*). secuntur f. 12^v carm. II, 1; 3, 1—12; 2. 6 (i. e. quattuor carmina de cruce, omissis lusibus pictoriis); f. 14^r—19^r iterum idem librarius exaravit laudationem Mariae (spur. 1); post f. 19^v vacuum inde a f. 20^r legitur vita S. Martini, quam excipit f. 54^r in. carm. X, 6, 25 — 13, 1; 7, 3 — 54 (i. e. laudes S. Martini omisso exordio de poetae itinere X, 7); deinde (f. 56^v) uno tenore V, 2, 5. 6; I, 2, 7—14; V, 2, 7—28. 45—61; X, 7, 55—60. haec de sanctis diversis. deinde f. 57^r novo titulo (DE PETRO ET PAVLO ET DE CETERIS SANCTIS CVMMVNITER) III, 7, 1—12; VII, 12, 51—58. sequitur f. 57^v proprio titulo IX, 2, 1—70. 73—82. 87. 88. 99—104. 109. 110. 117—122 (de morte); deinde f. 59^v III, 30; VIII, 2 duo carmina serpentina; I, 3, 5—10. 3. 4; II, 12, 1—8. 15; III, 16, 1—4 (duo carmina de Hilariis duobus, cf. adn. ad II, 15 ext.); II, 8, 1—20; VII, 5—28. 31. 32. 37. 38. 53. 54. 1—4; II, 14; I, 11, 11—24; 10, 1—6; 8, 1—12; 9, 5. 6. reliqua p. 62^v vacua. haec omnia de sanctis agunt. sequitur f. 63^r DE CELESTIBVS AGMINIBVS etc. (v. suo loco) VIII, 3, 1—10. 129—134. 11—14. 135. 136. 15—18. 137—168. 19—42. 93—112[11]); 4, 1—28. 33. 34; 3, 319. 320. 261—264. 173—192. haec uno tenore. deinde f. 65^r novo titulo III, 9, 1—94. f. 66^v: III, 5. IX, 3 uno tenore. f. 67^r: IX, 14, 1—10. 19. 20. f. 67^v: II, 16, 1—24. 67—70. 93. 94. 97—100. 105—112. 115. 116. 119. 120. 123—128. 133—160. f. 68^v praemisso titulo DE S. MARTINO etc.: I, 4, 3. 4; 6, 1. 2; 5, 1—22; X, 10, 15—20 (omnia de Martino); 5, 1—8; XI, 10, 1—12;

---

8) *Iure sibi librum corbeia vendicat istum.* | *Qui vix prosaicum quid habens sed metrice factum.* | *Primo virtutum quarundam vel vitiorum* | *Continet officia. concursus. mutua bella.* | *Hic fortunatus de diversis metra rebus.* | *Edit et in sanctae bis habetur laude mariae* | *Bis binisque libris martini vita celebris.* | *Succedunt alia nec non epitaphia multa.* | *Passio sanctorum celeberrima machabeorum.* | *Quae fuit in sanctis sequitur laus virginitatis.* | *Pone viri subeunt enigmata qui sua cudunt.* | *Et prior al·delmus* (eras. *t*). *simphosius estque secundus.* | *Vltima virgilium cecinisse docet proba christum.* transcripsit etiam Gillertus l. s.

9) cf. Gillert N. A. V p. 251.

10) cf. Duemmler N. A. IV p. 98 sq. poet. lat. aev. Carol. I p. 3 sq.

11) v. 42 *si non martyrii, virginitatis ope* et 93 *virginitas felix, quae partu est digna tonantis.*

20, 3. 4; 12, 3. 4; 20, 1. 2; 9, 15. 16. 1. 2. 3. 6; X, 11, 31. 32; XI, 4, 9—12; 8, 7. 4. 3. 6; 22^{a}, 1; VII, 14, 27; XI, 22^{a}, 2; VII, 14, 28; XI, 22^{a}, 3—5; VII, 14, 36. 29; XI, 15, 1—4; 22; 18, 1. 2; 17, 5. 6. 1. 2; 18, 3. 4; III, 6, 41. 42; 13^{a}; 13^{b}; 15, 19. 20; 13^{c}; VIII, 1, 1—11, haec omnia inde ab X, 10 uno tenore; videbis autem post XI, 10 omnia quae congessit librarius ad epulas spectare; eodem scilicet traxit VIII, 1 *Aonias avido qui lambitis ore Camenas* e. q. s. — post VIII, 1, 11 (f. 70^{v}) unius versus spatium relictum est. sequitur sine titulo III, 3, 1—30; 6, 15—20. 13. 14. 21—24; 3, 31. 32 coniunctim, deinde f. 71^{r}: III, 4, 13 (2 dist.); 8, 43—46; 6, 43. 44. 51. 52; 8, 49. 50 ad Felicem. sequitur (f. 71^{v}) III, 11; 13, 17—44; 14; 15; 18; 21—29; V, 3, 1—10. 17—44 omnia sine titulis sed spatiis distincta. f. 77^{r}: V, 4; 5 carm. 1—12. 137—140. 41—62. 35—40 uno tenore. f. 77^{v}: V, 8 — 19, 8 exceptis 9, 7—10 et c. 14 sine titulis. f. 79^{v} post 1 versum vacuum IX, 6. 7, cum titulo IX, 12, 1—4, continuo 13, 5—7. 10; 12, 6. deinde (f. 81^{r}) novo titulo DE SANCTIS etc. X, 10, 1. 2. 11—14. 9. 10. 3—8, novo titulo X, 13, 1—10; 17, 11—18. 5—10. 33. 34, novo titulo IX, 1. f. 84^{r} sine titulis praeter 4, sed spatiis relictis VI, 1^{a}—4. f. 87^{r} suo titulo VIII, 5 deinde VII, 16 et (f. 88^{r} proprio titulo) VI, 1 mutatis carminis personis. deinde VI, 9; 10, 5—11. 16—18. 21. 22. 53—64. spatio relicto VII, 1. 2; VI, 10, 3. 4; VII, 1, 3—50. post 2 vv. spatium VII, 5—8. tandem f. 94^{v}—104^{v} solidus legitur liber IV. — Post Fortunati carmina et spatium duorum versuum f. 104^{v} sine titulo carmen de Maccabaeis legitur (inc. *Rex fuit antiochus syriae ditissimus olim*, des. *sic ipsa et nati sanctorum in parte recepta est.* FINIT DE MACHABEIS) editum e. g. in Fabricii poet. vet. eccl. p. 443 sq. — f. 110^{v} INCIPIT EXPOSICIO METRICA DE VIRGINITATE LAVDANDA IN SANCTIS VETERIS ET NOVI TESTAMENTI. *Omnipotens genitor mundum dicione gubernans* i. e. Aldhelmi carmen de laudibus virginum (secundum Gilesii editionem expressum Migne LXXXIX p. 238 sq.). f. 114^{r} post *dona salutaris dum christus scecla* (sic) *beavit* (Migne p. 243 A) novo titulo sequens Eliae historia instructa est et eadem ratione sequentes non recto ordine carminis particulae quarum infra recensum dabo[12]. —

12) f. 114^{r} (Migne p. 243 A) DE ELIA PROPHET· ET DE EIVS VIRGINITATE LAVDANDA ET ADMIRANDA DICENDVM *Helias vatis quem tetra volumina regun* *·em memorant virtutum proemia fretum* (sic) — *seu pia festis seu certe fana profanis.* f. 114^{v} (p. . : E HELISEO PROPHETA DISCIPVLO HELIAE *Sic quoque famosis decoravit secula signis — et merito plectit p..cantes verbere saevo.* f. 115^{r} (p. 244 A) ITEM DE HIEREMIA PERPHETA ET DE EIVS VIRGINITATE *Hieremias bino pollebat munere clarus — protendit geminas per sacramenta vetusta.* f. 115^{v} in. (p. 244 C) DE DANIHELE PROPHETE ET EIVS VIRGINITATE *Scriptorum veterum liquido monumenta testantur — tetrica contempnens millenis damna periclis.* f. 116^{r} (p. 245 B) DE TRIBVS PVERIS QVI DE CAMINO IGNIS LIBERATI SVNT *Sic quoque virgineis redolentes floribus olim — cum rudis antiquam precellat gratia legem* (p. 245 C ext.). f. 116^{v} (f. 246 D) DE IOHANNE APOSTOLO ET EVANGELISTA QVEM CHRISTVS AMAVIT PLVRIMVM *Prodere nunc nitar sacro sermone iohannem — quamvis letiferos sorberet faucibus austos.* ib. (p. 247 A) DE PAVLO APOSTOLO QVI FVIT FASA LECTIONIS (sic) *Sic legimus prisco vulgatum tempore paulum — barbara convertens doctrinis agmina sacris.* f. 117^{r} (p. 247 C) DE LVCA EVANGELISTA PAVLI DISCIPVLO *Quadripedis vituli lucas formatur ad instar — post mundi imperium sub caeli culmine regnat.* f. 117^{v} (p. 247 D) DE CLIENTE VETRI (2 m. clemente petri) APOSTOLI DISCIPVLO *Roma sacerdotem clementem tempore prisco — atque superna dei crebro precepta serentem* (p. 248 A, 6). ib. (p. 251 A) DE S. GREGORIO NAZANSENO *Temporibus priscis venerandos graecia patres — ut tecum maneant nostrae consortia vitae.* f. 118^{r} (p. 251 B) DE SANCTO BASILIO ET DE EIVS VIRGINITATE *Basilius quondam doctorum maximus actor — non tamen inmunis vocitator nomine virgo.* f. 118^{v} (p. 250 C) DE SANCTO MARTINO ET DE EIVS DOCTRINA ET VIRTVTIBVS *Garrula Martini nunc prodat littera laudem — hic presul pariter permansit virgo perennis* (p. 251 A, 5). f. 119^{r} (p. 250 A) DE SANCTO AMBROSIO EPISCOPO MAGISTROQVE MEDIOLANENSI *Nam fuit hesperie famosus laude*

Sequitur series epigrammatum quam cum reliquis adhuc notis comparavit a Mommseno rogatus G. B. de Rossi[13]. f. 122^{r} INCIPIVNT VERSICVLI IN BASILICA BEATI PETRI IN FORIBVS ARGENTEIS *Lux arcana dei verbum sapientia lucis* | *atque coruscantis splendida imago patris — fac tranquilla tui tempora cuncta greges.* f. 122^{v} ITEM IN ALTA REGIA ISTI VERSICVLI *Luminae sed magno vibrare ianua cerno — indubitante fide reddite cuncti vota*, EPITAFIVM S. GREGORII PAPAE *Suscipe terra tuum corpus de corpore sumptum — nam mercedem operis iam sine fine tenes.* f. 123^{r} EPITAFIVM CANCALI *Culmen opes sobolem pollentia regna triumphos — quem regnum christi promeruisse vides*, EPITAFIVM ELPIS FEMINE PEREGRINE SICVLENSIS *Da mecum gemitus singulti roma doloris — et socius vitae nectar uterque cinis* post 1 v. vac. *Credite victuras anima remeante favillas — qui te mundanos constituit solvere iussit* (*i.* ex versu priore, *nexus* 2 m.) f. 124^{r} ISTE (sic) VERSICVLI IN ATRIO SANCTI PAVLI SCRIPTI SVNT *Perdiderat laticum longaeva incuria cursus — ingressus supplex ablue fonte manus*, EPITAFIVM GATVLE FAEMINAE INTVS IN TEMPLO *Haec domus est fidei mentis ubi summa potestas — immo etiam renovant vulnus ubique meum.* post 1 v. vac. *Primus apostholicae tenuit qui scrinia fides* (*f.* 1 m., *sedis* 2 m.) — *conposuit tumulo sanctorum limina adoras* (sic). f. 125^{r} IN SANCTO HIPPOLITO MARTYRAE *Praesbiter ornavit renovans vicencius ultro — haec audita refert damus* (*damasus* corr. rec.) *probat omnia christus*, DE SANCTO LAVRENTIO MARTYRE i. e. Damas. carm. 14 (Migne XIII p. 388)[14]. post 1 v. vac. *Digne tenes premium marea pro nomine christi.* f. 125^{v} *Quam domino fuerant — aetheriam petiere domum regnaque piorum.* f. 126^{v} post 1 v. vac. Damasi carm. 21 et 28 (Migne p. 395 et 401) uno tenore[15]: *Martyris hic — crevisti in his templis per tua damna decus.* post 1 v. vac.: *Sanctorum quicumque legis* 5 vv., deinde: *Orhde* (sic) *dulcis anima acervo mihi funere rapte — aethereum petiere domum regnaque piorum* (v. s.). f. 127^{v} repetuntur epigrammata folii 126^{v} sq. (*Martyris hic — damna decus; Sanctorum quicumque* 5 versus quos secuntur alii, des. f. 128^{r} *stimulum queris meritum de nomine signat*); post 1 v. vac. 16 vv. *Discite quid meriti — divitias meritis christo iuvante tulit;* f. 128^{v} 4 vv. *Hic quoque licinie — amica fides.* deinde *Spes generis clarum — subdere gentes* f. 129^{r} *Aurea precisis — contulit exitium,* post 1 v. vac. *Hic habitare prius — huius honores* (in Petrum et Paulum); *Tempore quo gladius —*

---

sacerdos — atque gubernaret regnorum sceptra per orb[illegible] [illegible]PIVNT VERSICVLI SANCTI AMBROSII DE TRINITATE *Omnia trina vigent sub maiestate divina — tres spem* [illegible] *palpant requies lux gloria vitae* (15 vv.). f. 119^{v} (p. 253 B) DE SANCTO BENEDICTO QVI REGVLAM MONACH. CONST. *Temporibus felix benedictus claruit isdem — atque magistrorum veneranda caterva cucurrit.* f. 120^{r} (p. 251 D) DE SANCTO PAVLO THEBAIDA HEREMITA *Edidit insignes tellus Memphitica patres — cui famulabantur spreta feritate leones* (p. 252 C in.). f. 120^{v} (cf. p. 251 D) DE SANCTO ANTONIO PAVLI DISCIPVLO *Temporae non alio florebat collega pauli — in quo scribuntur virtutes illius amplae* (p. 252 A). ib. (cf. p. 252 C) DE HELARIONE SANCTO FAMOSOQVE HEREMITA *Sic quoque discipulus caelebrandus laude perhenni — ut merito sancti numquam fama fatescat* (p. 253 A). f. 121^{r} (sq.) DE IOHANNE HEREMITA AEGYPTIACO *Sic quoque in aegypto fertur vixisse iohannes — quamlibet ante gemens gestaret corde loquela.* f. 121^{v} (p. 263 C) DE SANCTO AMONE HEREMITA *Antiquo fuerat famosus tempore quidam — angelicis turmur* (sic) *ad caeli sidera ventum.* ib. (p. 254 A) DE DVOBVS FRATRIBVS MARTYRIBVS GERVASIO ET PROTASIO *Quid memorem geminos germanos foedere fratres — imperium veterum sortita vocabula* (*gestar* add. 2 m.) f. 122^{r}.

13) ego nihil dabo praeter descriptionem syllogae e codice a me excerptam; commentarium a Rossio compositum, quo ipsa ista descriptio haud uno loco corrigitur et suppletur (multorum scilicet carminum initia in codice non distinguuntur), huic prooemio subiciam.

14) v. 1 *carnificis* 2 *vincere*] *vi***cere* eras. *n* 3 *cummulat* 4 *aegregii suscipiens merit*** 1 m.

15) 21, 1 *mauri*] *mazri* *piam* 4 *puerum* *delicti* 28, 1 *votibus* e. q. s.

mors properata tulit (in S. Tiburtium, cf. Damas. carm. 10. 20. app. 2). f. 130^{v} *Clauditur hoc tumulo — his rediit terris cuius iam ore pio*, deinde *Hic iacet egregium — non tulit interitus* (in Priscillianum); f. 131^{r} 10 vv. epit. S. Florentii; 3 vv. in Claudiam[16]; *Etsi digna tibi non sunt haec carmina frater — octoginta leo transcendit episcopus annos;* post 1 v. vac. (f. 131^{v}) EPITAFIVM DIONYSII LEVITAE *Hic levita iacet d. — divis erat;* f. 132^{r} epit. 14 vv.[17]; post 1 v. vac. EPITAPHIVM IVSTI ET THEODOSIAE VIRGINIS *Ipsa licet seni breves est qua clauditur aetas — sint tibi vitales sint tibi leta modo;* post 1 v. vac. (f. 133^{v}) EPIT. CAIDOCI SACERDOTIS *Mole sub hac — condidit et tumulum* (carmen Angilberti, cf. Duemmler N. A. IV p. 141 poet. lat. aev. Carol. I p. 365). — Secuntur Aldhelmi aenigmata praemisso prologo acrosticho (INCIPIVNT VERSVS QVI EISDEM LITTERIS TERMINANTVR QVIBVS INCIPIVNT) *Arbiter aethereo* e. q. s. (Migne LXXXIX p. 183), cui desunt v. 26—28, et alio carmine acrosticho[18]. deinde tit. INCIPIVNT ENEGMATA METRICA. secuntur (f. 134^{r}) 50 aenigmata hoc ordine: I, 2—7; II, 1; I, 11—14. 16—18; II, 2; I, 8; II, 3—5. 7—11; III, 1; IV, 2; V, 9; IV, 6; III, 4. 7; V, 10; II, 15; VI, 2. 4. 3; V, 1; II, 13; I, 9; V, 2; IV, 9; V, 3; VII, 1; III, 9; VI, 6; V, 6; IV, 15. 16; VII, 2; VIII, 3; VII, 3; VIII, 2. — Secuntur f. 138^{v} Symposii aenigmata hoc titulo INCIPIVNT IN ENIGMATE SIMPHOSI VELLVCANI. omittit v. 168—170 et 257—259 R. cum Vossiano etc.[19]. denique f. 143 in epigrammatis A. L. 160 et 256 R. intermisso tertio quodam[20] desinit. — contuli codicem Bonnam transmissum.

---

16) *Claudia nobilium prolis generosa parentum | hic iacet hinc anima in carne redeunte resurget | aeternis Christi munere digna bonis.*

17) *Hic iacet in tumulo genio* c e l s u s *celeberrimus ore | quem titulis veterum iungere iure queas | conspicua cuius conspexit curia lingua* (lege *conspicuam — linguam*) | *omnia conplevit scrinia grande locus* (lege *grandiloquus*) | *fortuna* (*fortunas* rec.) *hominum defendit pectore casto | martia quem rapuit protenus aula sibi | qua sciticum frigus qua fervens zona timetur | ac patriae causas regibus asseruit | exulta tantis vir semper amande tropheis | munere nec vitae te caruisse putes | te fore* (lege *fora*) *te cuncti te magnum curia querit | privatum eloquio sedule te metuo* (lege *se dolet omne tuo*) | *nulla tuos poterit titulos delere vetustas | te terna* (lege *aeterna*) *in libris nam tibi vita viget.*

18)

Is (*sic*) rebus tantis trina coniunctio mundI
Eregit humanum sensum laudare venustE
Salus unde nobis et mundi summa maiestaS
Venit peccatorum saevum dissolvere nodV
Summa salus nitescat in secula terriS
Iure pari regnat communis conditur (*sic*) aevI
Et cum patre pio regnat sublimis in arcE
Sidereo sanctis insidet numine regniS
Vnde maris terrisque videbit omnia nutV
Si urgeret (?) humanis et donat munera rebuS
Is locus orandi tribuit vota petentI
Quo iactatus iacet spiritus astra vidi*

19) contuli Symposii aenigmata. qua conlatione si quis uti volet per me licebit.

20) f. 143^{r} ext. HOS VERSVS HOMERVS DE EVANDRO FRATRE ALEXANDRI REGIS ERRANTE IN SILVA ET (f. 143^{v}) PVGNANTE CONTRA APRVM ET DRACONEM ET INVENI (2 m. INVENTI) SVNT POSTEA TRES MORTVI *Anguis aper iuvenis pereunt vi vulnere morsu | sus iacet extinctus serpens pede ille veneno | qui pede dum premitur subtrahit ille pedem* || DE DIVERSO VSV HOMINVM TRES VERSVS *Mille hominum species set mille discolor usus | velle suum cuique est nec voto vivitur uno | dissimilis cunctis vox vultus voluntas vita* (l. *vita vol.*) || VIRGILIVS HOS DVOS VERSICVLOS TRANSMISIT AD CESAREM CVM STARET FORIS ET NON MITTEBANT EVM INTVS MINISTRI IGNORANTES QVIS ESSET *Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane | divissum imperium tibi cum iove caesar augustus.*

V cod. Vaticanus latinus 552 membranaceus formae quadratae saeculo X scriptus continet post Eucherii Ambrosii (et fortasse aliorum) scripta quaedam f. 5r Fortunati carmina I — VIII, 3, 230 ordine multifariam inverso partim conglutinatoris errore, qui quaterniones VIII—XVI primo et sequentibus excipi voluit, partim archetypi culpa. ordo hic est: II, 1—6; IV (INCIPIT LIBER IIII. HABET VERSVS DCCLXXXII i. e. versuum libri III computus) 1—26, omissis 27 et 28; V, 1 (sine epistula) —5 (5, 147 altera manus incipit quae etiam I sq. exaravit); 7 ad finem; VI, 1—5, 275; VII, 5, 38 — VIII, 3, 85; VI, 5, 276 — VII, 5, 37; VIII, 3, 86—230 (in quo versu finit quat. XVI praeter paginam ultimam dimidiam quae vacua relicta est; sequitur quat. I); praefatio ad Gregorium; index capitulorum; I, 1 ad finem (subscr. LIBER PRIMVS FELICITER VII. DE DOMNO SATVRNINO) II, 7 — III, 29, 13 in quo versu desinit. — contuli I; II, 1—6; V; VI, 1; VII, 11 et excerpsi alia. ceterum mihi pro hoc codice fuisse editionem Venetam infra exponam.

F cod. Barberinus XIV. 94 (num. antiq. 1471) membranaceus formae oblongae saeculo X vel XI scriptus constat sex quaternionibus uno ternione. continet Fortunati l. I—IV, deinde (f. 21r) vit. Mart. praef. et I, 1—206, denique (f. 23r) VII, 1, 45 ad finem libri (cf. ad locos significatos). accedunt *enigmata Symposii poetae*. — in prima pagina legitur: *liber Petri et Pauli Paterbrunno*, infra: *liber Abdinghoff monasterii domnis Petro et Paulo sacri ad bibliothecam communem*. — contuli Romae.

Deinceps enumerabo codices qui singula Fortunati carmina praebuerunt.

cod. Vatic. Reginae 1709 s. X[21]) f. 120	I, 14.
cod. Laurent. XLV, 26 s. XII f. 115v	I, 21; XI, 25. 26.
cod. Venet. VI, 135 s. XV f. 200v	IV, 27. 26; X, 11. 17. 7. 8.
cod. Matrit. Cas. 14 n. 22 s. IX/X f. 135r	IX, 2 (contulit Paulus Ewald).
cod. Bern. 455 s. X f. 15v	IX, 2 (edidit Hagenus, cf. adn.).
cod. Paris. lat. 8318 s. X/XI f. 69r	IX, 2 (contulit Alfredus Schoene).
cod. Paris. lat. 4887 s. XI/XII f. 77v	IX, 2 (item).
cod. Paris. lat. 8319 s. XI f. 35v	II, 2. 1. 3. 7[22]) (item).
cod. Paris. lat. 1153 s. IX f. 50	II, 2 (item).
cod. Paris. lat. 13,765 s. XI/XII f. 47r	II, 9. 10; IX, 11 (item).
cod. Paris. lat. 4629 s. IX f. 56r	VII, 6 (contulit Molinerius).

Verbo denique eorum librorum praecipuos perstringam quos cum ipse inspexerim aut ab aliis descriptos atque excerptos habuerim, recensioni non adhibendos esse iudicavi.

cod. Vatic. Palat. 1718 memb. fol. s. XI continet carm. ll. XI.

cod. Paris. lat. 8311 olim Colbertinus memb. quadr. s. X continet carm. ll. XI et vitam Martini.

cod. Paris. lat. 18,104 s. IX—X continet f. 126—135 Fort. IX, 16 — X ext., cf. ad IX, 16.

21) Ovidi fastorum codex Petavianus.

22) ad hymnos in crucem conferenda esse quae Monius et Danielis contulerunt consentaneum est. meum non erat interpolationem per hymnorum collectiones serpentem persequi.

cod. Autunensis bibl. magn. seminar. 38 form. quadr. minor. s. IX—X continet carminum ll. XI ordine inde ab VIII, 9 multifariam confuso.

cod. Musei Britannici Add. 24, 693 membr. fol. s. IX—X continet carm. ll. XI.

cod. Vindob. philol. 109 memb. fol. s. XI olim Tegernseensis continet f. 25 sq. carm. I — VII, 8, 69 omisso libro quarto.

codicem Treverensem, quo Broweri editio nititur, repperisse magis iuvaret, ut qui app. 1—3 praeter Σ solus continuerit[23]. quamquam novi nihil ex illo disci potuisse eadem Broweri editio testis est. atque Haubenus, humanissimus bibliothecae municipalis Treverensis praefectus, litteris a me rogatus adfirmavit neque in publica neque in ecclesiae primariae bibliotheca codicem nunc extare.

Editionibus[24], quarum recentissima mox saecularia aget (Migniana nimirum in patrologiae vol. LXXXVIII merum est Luchianae exemplar), usus sum non multis, quoniam ut par est sprevi ex Broweri editione expressas. atque una quidem instar codicis erat

Ven. *Venantii Honorii Fortunati Clementiani presbyteri Italici. ac postea episcopi Pictaviensis carminum libri octo nunc primum in lucem emissi, et per Iacob. Salvatorem Solanium Murgitanum quanta fieri potuit diligentia emendati. His accesserunt eiusdem Fortunati de vita S. Martini libri quatuor. Cum indice locupletissimo. Venetiis apud haeredes Iacobi Simbenii. 1578. Expensis Iosephi Semini* (praefatio emissa est *Romae pridie Nonas Martias 1569*). — Haec Veneta editio expressa est ex codice *V* sive potius eius archetypo[25]. satis erit quae continet ex ordine indicasse: I, 1—18; II, 1—4; 7 — III, 29, 13; IV, 1—26; V, 1 (sine epistula) — 5; 7 — VI, 5, 275; VII, 5, 38—42; VI, 6 — VII, 5, 37; VIII, 3, 86—230; VII, 6—24; VIII, 1 — 3, 85; VI, 5, 276—370; X, 15; VII, 25; I, 19—21; vit. Martini I—IV. ipse cum *V* conferes et videbis dubitationi locum nullum esse; neque opus est ut mirificum lectionis consensum exemplis comprobem. continet autem editio praeter vitam Martini unum carmen quod non est in codice (X, 15), omittit II, 5. 6 in *V* servata. illud vero et ordo hic illic a *V* diversus et quae de vetustate codicis sui Solanius adfirmat comprobant *V* ex eo codice descriptum esse quem editione sua Solanius repetiit. vides ubi *V* defecit *Ven.* eius vice iure fungi potuisse; nec sane difficile erat editoris emendationes, quae multae sunt, ab exemplaris lectione discernere. — uti licuit bibliothecae Gottingensis exemplari quod prompta liberalitate commodavit Augustus Wilmanns.

Venantii — carminum, epistolarum, expositionum libri XI. poematis et libris singularibus aucti e. q. s. *omnia recens illustrata notis variis a R. P. Christophoro Browero societ. Iesu presbytero. Moguntiae, sumptibus Bernardi Gualtheri bibliop. Colonien.* e. q. s. anno 1603; editio altera non sine curis secundis prodiit anno 1617. primus

---

23) monendum quod VI, 1, 53. 54 omisit ut *DG*. cf. Broweri not. p. 155. — VII, 9, 14 pro *renovavit* Browerus scripsit, quod etiam Σ praebet, *recreavit:* fortasse ex Trevirensi.

24) cf. E. Boecking moselgedichte etc. p. 106 sq.

25) Iacobus Salvator Solanius in praefatione ad Hieronymum Simoncellum card. sic de codice suo loquitur p. (IV): '*Erat vero liber antiquissimus characteribus, ut pote Longobardorum tempore, conscriptus, ita mendis plenus, ita lacerus, ita corruptus, ut quamplurimis in locis nec legi, nec intelligi posset*'. '*Qualis autem fuerit, quae a me posita est in eo emaculando diligentia, ac industria, exacte quidem videre nemo potest, nisi qui primum codicem vetustum viderit, illumque cum hoc nostro contulerit*'.

est Browerus qui solidum carminum corpus ediderit. codicum quibus usus est elenchum dedit p. (IX). lectio autem qualem arbitraria ratione sed bonis libris nisus constituit, regnavit apud posteros. adiectum est volumen *Notarum variarum,* quibus pauca tractavit ad emendationem utilia, multa de rebus quae ipsi cordi essent disputavit, praesertim de rebus sacris ac de locorum situ. quae correxit tacite plerumque correxit. — non pendet a Browero quamquam multa ex illo recepit

Par. *Magnae bibliothecae veterum patrum et antiq. script. eccl.* vol. VIII p. 752 sq. Paris. 1644, continet vitam Martini et carminum libros (desinit in XI, 26, 10) ex codice non multum ab *R* diverso expressos, lectione ab editoribus passim correcta. — usus sum editione fere inde a libro quarto, primum *ed. Par.*, postea simpliciter *Par.* notavi.

Venantii — opera omnia quae extant vel quae eius nomine circumferuntur post Browerianam editionem nunc recens ad mss. codices Vaticanos, nec non ad veteres editiones collata, et novis additamentis, variisque lectionibus aucta, notis, et scholiis illustrata etc. opera et studio D. Michaelis Angeli Luchi monachi Benedictini e congregatione Casinensi pars I. *complectens Browerianam editionem cum additamentis. Romae 1786.* pars II. *complectens vitas sanctorum et alia opuscula eidem a nonnullis adscripta. Romae 1787.* Broweri editionem Luchius expressit et variam lectionem ex 'tribus mss. codicibus Vaticanis, olim bibliothecae Palatinae' (praef. p. X) infra adiecit nec plenam nec accurate enotatam, singulis libris nullo signo inter se discretis, ut pro certo effici nequeat quibus libris praeter *R,* quem potissimum adferre solet, usus sit. neque quicquam refert. praeterea editionem Venetam excerpsit. emendandi ne periculum quidem fecit nisi locis paucissimis. in commentario perpetuo sani iudicii virum se praebet et notitia litterarum ecclesiasticarum probe instructum, ut non pauca rectius quam Browerus exposuerit.

Eclogas e Fortunati carminibus continet vetustior principe editione *Georgi Fabricii collectio poetarum veterum ecclesiasticorum* (Basil. 1564) p. 685 sq., cuius suis locis facta est mentio. item *Eduardi Boeckingi* editio carminum quae ad Mosellam pertinent (III, 13; X, 9; III, 12) quam Ausonii Mosellae a. 1845 iterum editae subiecit p. 105 sq. de hymnorum collectionibus et de carminibus codicis Σ a Guerardo primum editis supra locutus sum.

II.

Fortunati codices quotquot extant praeter Σ ad unum exemplar redeunt mutilum et corruptum saeculo ut videtur octavo medio (nam nec prope afuisse videtur tam depravata lectio ab aetate scriptoris saeculo sexto exeunte florentis et codices extant octavo nonoque ineunte saeculo scripti plus uno gradu ab archetypo seiuncti) i. e. primis Carolingorum temporibus ab interitu servatum. quod qui primus transcripsit cum novissimum libri carmen fine carere sentiret compertumque haberet plura quam sibi praesto essent poetae carmina extare, subscriptionem subiecit in *AMDR* servatam, in *BL* consulto inmutatam, in *CGF* sine consilio omissam: EXPLICIT IN QVANTVM HABVIT AVCTOR VSQVE FINEM. lacunas ille et corruptelas archetypi sedulo servavit, nonnullas haud facile eliminandas librarii qui secuti sunt omnes, ut etiam nunc codices conspirent cuncti

in omisso versu X, 19, 26, in dimidiato IX, 9, 4, in mutilatis IV, 26, 153; VI, 1, 77. 84; VIII, 3, 347; X, 17, 31; XI, 24, 3 [26]), in corruptelis apertis (ut omittam quarumcumque in locum uno alterove in libro interpolatio non minus aperta successit) I, 2, 24 *quos mentis omnes una corona manet* (*mentes A, meritis* corr. *F*²); IV, 12, 5 *haec tamen insignes animas spes non vacua pascit* (*spes optima* Browerus, scribendum *non vaga*); V, 7, 10 *et crepitans Boreas picta comata flagellat* (*tot picta* Browerus; reposui *pineta*); VI, 2, 78 *est tibi Daviticae mansuetudo vitae* (cf. adn.); VII, 6, 3 *ornat eundo polum, terris quoque lampade micat* (Ven. correxit *lampada mittit*); 12, 61 *cur igitur metu trahitur data vita susurro* (cf. adn.); IX, 16, 18 *mitis in alloquio, placidus gratus atque modestus* (*gradus B*¹*R, pius* Browerus, reposui *gravis*); X, 1, 43 hoc libri praebent: *quod autem de duabus viis, id est spatiosa et angusta, dicitur, ut quis per quam elegerit gradiatur quid est* (*quidem MDG*)? *per spatiosam laxatis frenis liber redis cum mus* (*l. r. c. nos A, l. r. c. DB, l. r. con L*) *famulando peccatis; in angusta vero* e. q. s. statim elucet scripsisse Fortunatum *libere discurrimus*, id quod verbis male diremptis obscuratum est. XI, 5, 4 *ut mihi nec spletam distribuisses opem* (*nec expletam A, n. spleta BL, spetam G, spretam F, inexpletam* Browerus, emendavi *nec solitam*).

Casu mira omnium codicum praeter unum archetypum iactura nescio an magis mirifico servata est ecloga ex libro, quem nulla cum archetypo illo adfinitas coniungit, facta. continet Σ quinquaginta septem carmina, quorum viginti quinque in undecim librorum corpore, triginta unum nunc praeter Σ nusquam inveniuntur, unum (de ave Phoenice) iniuria inter Fortunati poemata delatum est. diversam esse hanc collectionem a reliquorum codicum archetypo et integriore quidem exemplari ortam satis comprobatur ultimo libri XI carmine, quod fine suo in omnibus carere memoravi: in Σ post v. 12 (cui vulgo subiectum est illud *explicit in quantum habuit auctor*) 6 versus secuntur iustus carminis exitus; ipsum autem excipitur viginti duobus carminibus item ad Radegundem et Agnen directis, quibus olim post XI, 26 suum locum fuisse apparet. atque omnino dubitari non potest quin carmina codici Σ propria olim ad corpus operum Fortunati pertinuerint. sic inter VII, 18 (ad Flavum) et 20 (ad Sigimundum) intercedit app. 4 (ad Sigimundum). sic cum IV, 5. 6 (epitaphia Ruriciorum et Exoci) cohaeret app. 8 (epit. Nectarii). app. 5—7 (ad Childebertum, Brunichildem, Agiulfum) ad libri X argumenta accedunt. ordinem traditum servant praeterea VII, 11. 13; VIII, 5. 8. 9; XI, 20—26, quibus tamen ante 26 intercedit I, 7 argumenti diversi. in aliis quoque ordo in codicibus traditus non observatur (VIII, 4. 1; IV, 11. II, 10. IV, 5. 6 similiter atque XI, 20—25; I, 7; XI, 26). sed, quamquam in tradito corpore sunt quae ordinem non ubique pristinum servatum esse indicare videantur [27]), alium cum Σ conspirantem olim regnasse non recte suspiceris; obstat praecipue carmen de Phoenice temere Venantianis insertum [28]).

---

26) mutila est in fine expositio orationis dominicae X, 1. frustula subscriptionis vel potius epistulae carmen IX, 7 olim secutae perire nec ipse archetypi auctor passus est neque *A M D* (cf. adn.).

27) cf. lib. V, ubi c. 6 post 2, c. 7 post III, 10 locum suum habere videtur, ut 3—5 et 8—19 carmina ad Gregorium missa sese excipiant.

28) cf. distichon inter IV, 5, 8 et 9 intercedens.

Quod si verum est solidum fuisse carminum exemplar cui eclogae codicis Σ debeantur, eius auctoritatem reliquis cunctis potiorem esse sequitur et potiorem ipso reliquorum archetypo, si aetatem tulisset, futuram fuisse. comprobatur hoc codicis lectione ut certius nequeat. primum de carminum titulis verbo agam. quos ab ipso auctore, non ab librario aliquo aut dispositore originem habere multis locis apparet. sic I, 5 Gregorii, X, 2 Salutaris, 12b—d Romulfi Gallieni Florentini nomina tantum in titulis nuncupantur, IX, 10 qui Ragnemodus in titulo, in carmine nomine hypocoristico Rucco appellatur; sic I, 14 de calice, II, 10 de urbe Parisiaca, III, 25 de codice, 26 sq. et V, 19 de sacerdotum dignitate, X, 11 de munere legatorum regis tantum per titulos certiores fimus; VII, 2 titulo vel prima persona restituenda erat: *cum me rogaret ad cenam.* iam paucorum carminum quae cum titulis Σ servavit haec plenioribus et pristinis instructa praebet: IV, 11 *epit. Victoriani abbatis de monasterio Asanae*] *ep. domni V. primi a. d. m. A. in spania Σ;* VII, 11 *ad Iovinum rectorem provinciae*] *ad I. inlustrem ac patricium et rectorem provinciae Σ;* 13 *ad Felicem socerum eius*] *ad Felicem socium* quod coniectura iam Luchius adsecutus erat. cf. tit. II, 10; IV, 5.

Eadem codicis praestantia in communi reliquorum librorum corruptione emendanda. potiora perstringam. I, 7, 1 in illorum archetypo mutilus legebatur versus *discite mortales nihil esse quod obstet,* quem mutilum servarunt *A C M G V,* reliqui post *mortales* inseruerunt *terris* quod absonum est: dativum ad *obstet* qui flagitatur praebet *Σ: fidei nihil esse quod obstet.* IV, 5, 1 *rabido quamvis ministeris hiatu Σ* (*rapido* rell.). VII, 11, 8 *vota* [*negata*] *gemam* (*geram* rell.). VIII, 1, 1 *Aonias avido qui lambitis ore Camenas* | *Castaliusque quibus sumitur aure liquor* (*arte liquor* rell.); 8 *quos paradisiaco germine Christus alit* (*adit* rell.); 41 *Eustochium* (*Eustochiam* rell.). VIII, 4, 32 *atque tibi caelis regna beata pares* (*a. t. felix* rell.). 5, 9 *animam ieiunia pascunt* | *solo quam dominus servat amore suus* (*pascis* | *salve* rell.); 9, 6 *nam sine te nimium nube premente gravor* (*nocte pr.* rell.). XI, 23, 4 *et manducabam somnia plura videns* (*omnia* rell.). 24, 3 codices, ut supra indicatum est, mancum versum praebent: *nec parva spernas: nam mea vota requiras,* | *munere* (*munus*) *in angusto cernitur amplus amor.* pro *nam* conieceram *tantum;* nunc Σ verum exhibet: *nam si mea vota requiras.* alia praeferenda sunt intellecta libri praestantia (cf. VII, 9, 14; XI, 22, 3 al.), de aliis infra dicendum erit.

Si codicem, cuius Σ eclogas praebet, nancisci contingeret, non multum curaturi essemus reliquorum discrepantias. nunc diligenter inquirendum est quibus illorum maior debeatur fides. atque omnium primum constat[29]) codices quibus utimur ad quattuor exemplaria redire quorum primo α) orti sunt *A C* quibus proxime accedit *P* codex eclogarius, prope accedit *M;* altero β) *DG* quibus accedit *V;* tertio γ) *BL;* quarto δ) *RF.* idem quem in enumeratione tenuimus ordo est integritatis et fidei. multo minus reliquis corruptus et unus non interpolatus α fuit, non paucis locis interpolatus β, data opera pertractatus γ, mixtae lectionis omnique fide carentis δ. medium quendam inter α et β locum *M* tenet.

29) tantum de *R F* (nam de reliquis quaevis pagina documenta suppeditat) locos non ita frequentes sed ad persuadendum appositos promere iuvat: II, 3, 3 *quodque RF* (*quod* rell.) 9, 5 *stimulastis* (*stimulatis*) III, 26, 18 *sancto* (*nostro*) IV, 26, 86 *tenet* (*nitet*) VII, 7, 46 *animis* (*armis*) 48 *firmus* (*primus*) VIII, 3, 330 *voluptatis* (*voluntatis*) IX, 6, 14 *quod* (*quo*) X, 1, 21 *ut* om. IX, 1, 143 v. i.

Paucis haec probanda videntur. locum inspicias qualis est IX, 1, 143. in *DGBL* legitur *edomites saevos, tuearis amore fideles*, in *RF edomites omnes, tuearis amore fideles.* alterum ineptum est, alterum non satis aptum, nam saevi non recte opponuntur fidelibus. utrumque omittunt *ACP* (deest hoc versu *M*), mancum igitur ut invenerunt locum servarunt, quem reliqui varie suppleverunt. atque scribere isti debuerant: *edomites hostes, tuearis amore fideles.* — III, 6, 15 tantum in *ACP* recte legitur *ne lupus intret oves neu morbus inulceret agnos*, in *M* idem sed *nec* pro *neu*, in *DGBL* interpolate *nec morbus vulneret*, in *F* item *ne moribus vulneret* et in *R* non intellecta exemplaris correctione *nec morbus inulneret.* — IV, 26, 22 *et rosea facie lactea colla tulit* sic legitur in *ACP;* corruptum *rocea M* et *F* praebent, quod corrector abire iussit in *crocea:* hoc receptum in *DGBLR.* — VII, 6, 5 *sic, Palatina, tuo diffundens lumina vultu* nomen, quod necessarium est, omittunt praeter *ACP* cuncti; Browerus suppleverat *formosa.* — IX, 1, 29 *non fuit in vacuum sic te vocitare parentes;* pro *vacuum* codices praeter *ACPM* ponunt *vanum;* in archetypo codicis *M* eandem correcturam adscriptam fuisse apparet. illud fulcitur versu V, 5, 145 *non fuit in vacuum quod te provexit alumnum.* — levibus in corruptelis conspirantes *ACPM* videas e. g. IX, 1, 110 *proeli* (*proelia*) 3, 13 *die* (*dies*) 12, 1 *memorale* (*memorabile*).

De *ACM* deficiente *P* cf. e. g. X, 1, 39 ubi *bonam* soli servarunt, XI, 14, 3 (*quis teneros sic sculpere conpulit ungues ACM*[2], *unguis M*[1], *utens* rell.) et in corruptelis consensum e. g. III, 6, 6; VII, 7, 21; IX, 9, 13; X, 8, 9; XI, 16, 14. sed multis locis, quorum e numero quosdam modo attulimus, apparet *M* descriptum esse ex codice ad deteriorum normam correcto et ab ea lectionis integritate, cuius *ACP* testes sunt, iam deflexo. atque ubicumque *M* cum reliquis facit, in *AC* pristina scriptura servata est. locos gravissimae rei probandae adferamus. VI, 10, 67 restituendum erat *sacris Theodoro primo lare sede, Sapaudo | Felici egregio*, id quod in libris omnibus obscuratum est; sed in *BL* legitur *lare sed esse plaudo*, in *D lares esse plaudo* (*lare sede plaudo D*[2]), in *MGR lare sedes aplaudo* (*lares aedes aplaudo G*[2]), in *AC* tantum verbis non recte diiunctis *lare sedes apaudo.* — V, 1, 10 sic apud Browerum legitur: *et quia vestrae fiduciae pignus accepi, pietati vestrae filias et famulas Agnem et Radegundem — commendo.* ineptam scripturam tuentur *BLR;* quam ab interpolatore profectam esse docent *MD* exhibentes *vestris.* scilicet iam in illorum exemplari iacturam fecerat sententia quae in *AC* integra comparet: *vestris litteris fiduciae pignus accepi.* — item VIII, 3, 345 mutilus legitur in *MBLRF: nec mater meruit nec virgo vocari.* defectum nec *D* admisit nec *G*, quorum ille posuit *meruit modo haec nec*, hic *meruit iam nec modo.* vide quantum differat ab interpolationum debilitate vera scriptura in *AC* servata: *nec mater fructu meruit nec virgo vocari.* proxime accedit VIII, 11, 15 *redditus ergo isti, pater alme, saluto saluti*; ubi *ergo* praeter *AC* omnes omittunt, in uno *G* varia lectio adscripta est *redditus exsistens.* — III, 4, 7 nihili est *si nostri amici partes considerare velitis.* soli *AC* recte *animi;* ibid. 12 idem soli *collegistis* pro *colligatis;* 6, 47 *clericus ecce choris resonat, plebs inde choraulis* (*clerus* rell.); X, 7, 44 *vos legat huius amor* pro *opis.* — in epistula lectionis valde intricatae V, 6 integra quaedam *AC* praestant quae coniectura restituere sane difficile erat. in initio *negotii indulgenti nulla mordente cura* reliqui, *AC* legunt *indulti.* § 8 haec sensu cassa co-

dicum consensus tueri videbatur: *hac protenus operis difficultate repulsus aut magis difficultate inclusus tam metri necessitate quam litterarum epitome quid facerem? quo proditorem nova calculatione angustus mihi numerus angustias dilatavit.* omnia plana reddunt *AC* substituentes *difficulter inclusus* et *quid facerem, quo prodirem? nova* e. q. s. cf. § 16 *singulive* pro *singuli vel.* — VIII, 7, 4 Browerus edidit *surgit perfectis laetior herba comis.* hoc nullo in libro invenit, sed in *G*, cui accedunt *BLRF*: *surgit perfecta.* hoc coniectura natum est ex *surgit perfecta suis* ut legitur in *MD.* illud vero corruptum ex scriptura in *AC* servata *surgit aperta suis laetior herba comis.*

Sed discrimen statuendum est inter *A* et *C.* nimirum qui codicem *A* scripsit non plane abstinuit interpolandis versibus quos corruptos esse praesertim metri defectu sentiret. sic II, 16, 43 *incepit servare magis quam ferre racemos* cum *incipit* sollemni vocalis inmutatione scriptum inveniret, ipse posuit *incipit hinc servare.* IV, 1, 9 *emicuit populis geminum memorabile donum* ante oculos habuisse videtur *memorale* (atque in *P* legitur *memoliale*); scripsit autem *memoraleque.* VI, 1[a], 4 *non trahit ingenium, sed tuus urguet amor* rectissime Browerus correxit; sed in codicibus legitur *iterum.* quod ut emendaret *A* eodem remedio usus est quo II, 16, 43: scripsit *non trahit hinc iterum.* X, 15, 7 *illa vetus numero maior, tu maxima caelo: | quod poterant plures, unicus hoc tuus est* sic codices interpolati, quibus v. 7 accedit *M;* sed cum *maxima loco C* et v. 8 *hoc tuus* omisso *est CM* praebeat, *A* haec excogitavit: *tu maxima illo | — hocque tuus.* emendandum erat: *tu maxima solo: | — unicus ecce tuus.* XI, 8, 3 *profecit mihimet potius cibus ille sororum* libri praeter *DGL* dederunt *proficit, A* interpolavit *proficiat.* accidit etiam ut *A* cum reliquorum corruptela consentiat ubi *C* cum *P* solo verum servavit: sic IV, 25, 21 *actibus his instans, aeterna in luce relata CP* exhibent, reliqui *terrena;* 26, 54 *crescere quo numerus debuit, ecce cadit CP,* reliqui *esse;* VI, 1, 138 *duo pectora servans CP, serviant A, servat* et *servet* rell.[30]). accidit denique ut deficiente *P* contra *A* cum reliquis unus *C* veram scripturam aut indicet aut integram prae se ferat. VII, 17, 3 *sed quod ab ore loqui nequeo quod pectore* non amplius comparet in *AM¹V* nec amplius praesto erat illi qui suo marte supplevit *pectore gesto,* id quod codices praeter modo indicatos occupavit omnes. tantum in *C* legitur: *pectore laudo,* quod nihil significare videbatur ei qui omisit. at emendandum fuerat *quod pectore claudo.* — V, 6, 11 necessaria emendatio erat *quinquifida viscatura tendebar.* codices aut *vescata* aut *viscata* (*vescanti R*), unus *C* retinuit *viscatur.* — IX, 2, 19 integrum versum *C* praebet *sic quoque Sem et Iafeth, iustissima denique proles,* cum reliqui *denique* omittant: id quod et sententiarum conexu flagitatur (namque *proles* non est appositio ad *Sem et Iafeth,* cf. adn.) et codicum Bernensis et Parisini *γ*, interpolatorum quidem sed optimae originis, consensu firmatur. — V, 1, 7 *post Stoicam Peripateticamque censuram* facile quidem erat elicere ex codicum corruptelis *potesthoicam* et *potest hoc iam.* sed certe non ex coniectura *C* posuit *post sthoicam.* — ibid. *unde procul dubio caelestium clientela factus es Cleantharum* codices legunt in fine *clientarum,* nisi quod *M clentarum, R cleentarum;* sed unus *C cleantarum.* cf. praeterea III, 2, 3 *tam placidus es inventus* V, 2, 72 *ut tibi proficiat hae bona si qua gerant* alia.

30) *CP* communem habent miram nominum mutationem in primo sexti libri carmine factam. cuius certe peculiaris est ratio si quidem ad regem interpolationis tempore regnantem pertinet.

Atqui ut *A* ita *P* quoque hic illic interpolandi libidini indulsit. VI, 10, 57 *legi etiam missos alieno nomine versus* pro *alieno* scripsit *verso iam;* VIII, 1, 8 *sanctus* pro *Christus;* XI, 12, 3 *cunctis iam* pro *cunctorum porrigis escas* (agnoscis quandam cum *A* in ratione interpolandi adfinitatem). eodem redire videtur quod IV, 27, 5 recte restitutum est *terrae terra redit*, cum in *BLR haeret,* in reliquis mutile legatur *edit.* contra in *C* ubi talia extare videntur, non consilio evenerunt sed socordia. cf. VIII, 3, 204. 244 (cf. 246). 340. 366. IX, 3, 11.

Ergo recensendorum carminum fundamentum est codicum *ACP* et *M* consensus. omnium vero quibus utimur optimus est *C.*

Haec recte disputata esse certa ratione confirmat Σ. paucis scilicet locis, quibus illum arbitrum advocare licet, codicum quos optimos esse intelleximus lectioni accedit. VIII, 1, 17 *perfundens cunctas vice solis nomine terras* cum *ACM* testatur Σ, in reliquis interpolata obtinet scriptura *lumine.* — ibid. 64 *iudicioque dei glorificanda manent AC*, *glorificata* rell., *glorificante* Σ, cf. 4, 28 *virginis integritas glorificanda manet.* — XI, 25, 20 legebatur *flatibus horrendis laxa fremebat hiems;* hoc in *MDGBL*, sed in *R horriferis*, in *F horrisonis*, in *A* comparet *horrificis*, id quod consensu suo extra dubitationem ponit Σ. — ibid. v. 13 *quo gravis incumbens Aquilo subverterat amnem A* cum Σ, reliqui corrupte legunt *aliquo* (hoc carmen usque ad v. 25 deest in *C*).


De ceteris libris pauca adnotabimus. atque codicem *M* intelleximus quidem non parvo intervallo ab optimorum integritate remotum esse, sed varia lectione e codicibus exemplari adscripta et corruptione gliscente, non interpolatoris opera. qualem in *DG* certe agnoscimus. eorum scilicet archetypo vir doctus variam lectionem adscripsit partim aliis libris partim ipsius ingenio natam et saepe laude dignam. quam subinde uterque recepit, ut e. g. IX, 16, 9 *te tutorem alii nutritoremque fatentur DG* emendate praebent, sed certe ex *te tutoremque* coniectura restitutum (sic *AC*); nam *MBLRF* coniecturam et ipsi praebent eadem scriptura nixam sed perversam *tutoremque.* — X, 6, 9 *sanctus item domini almum dum benediceret altar* in *AM* legitur, sed *altare* in *CBLR*, quod cum metro obesse interpolator aegre ferret, substituit *aram* ut legitur in *DG.* saepe alter pristinam, alter novellam scripturam recepit, illius tenacior *D*, novarum rerum cupidior *G*, qui etiam propriis indulsisse videtur coniecturis. frequenter autem in *G* varia scriptura vulgari in margine adiecta est, aut prima manu aut secunda acquali. ex eodem archetypo originem ducit *V*, quo tantum ad discutiendam librorum *D* et *G* fidem ita usi sumus, ut aut ipsius aut, ubi notitia eius deficeret, editionis Venetae lectionem adferremus ubicumque *D* et *G* inter se discreparent. cf. V, 14, 7 ubi *adfuit* ex coniectura suppletum in DG^2 cum *BLR* comparet, lacunam cum *ACM* servant GV^1. — IV, 1, 15 cum optimis *D* versum mutilum exhibet *si ab externis properavit sedibus hospes,* suppletum *si quis ab G* cum *Ven.*: proba coniectura (nec mala est quam priore loco tetigimus) et admodum dissimilis audaciae in *BLRF* hunc versum commentae: *si externus propriis properavit sedibus exul.* cf. II, 11, 13; 14, 7. 17 etc.

Omnino *DG* in obscurioribus locis haud raro cum optimis contra interpolatos facit. cuius rei unum adhuc exemplum adponere iuvat VI, 8, 47. corrupte in *ACMDG* legitur: *addidit et comes o mihi pocula gratus amicus*, quod ita emendare sibi visi sunt *BLR*, ut omitterent *o.* verum facile intellegitur comitem non a poeta hoc versu nuncupatum,

sed a librario ex v. 39 (*comitem qui Papulus extat*) et 50 (*dulcis amice, comes*) invectum esse. scribendum autem: *addidit et cum esca mihi pocula gratus amicus.*

Multo latius in *BL* interpolatio grassata est. quorum archetypum qui correxit et orthographiam ad certam normam redegit (ut e. g. ubique *medela loquela* etc. pro *medella, urgere* pro *urguere* restituit) et verborum formis consulere studuit (ut II, 16, 135 *misera ab alvo*, VIII, 3, 87 *intactam alvum* masculino generi utrubique tradito substituit) et innumeris locis coniecturas adscripsit haud ita raro probas. (cf. II, 14, 17 *trabeata* restitutum ex *astra beata*, item V, 1, 9 *clementissime* etc.) quas aut recepit aut neglexit alteruter, frequenter in margine, ut invenerat in exemplari, adiunxit, sic ut scripturam alteram persaepe alterutrius aut utriusque margini prima manu adpictam reperiamus, cf. II, 9, 61; 14, 19; III, 6, 2; 9, 27 (*carmine clauso* cum var. lect. *lumine L*, *lumine carmine clauso B*). 107; 13, 5; IV, 1, 19 etc. sed *L* sine dubio multos locos ipse interpolavit, cf. I, 9, 24; 19, 16; II, 3, 16; 8, 39; III, 1, 3 (v. 16); 11, 21 etc. ceterum multa *G*² cum *BL* communia habet, sumpta videlicet ex libro cognato; nonnulla denique *BL* cum optimis quae coniciendo inmutarunt *DG*. origine autem et adfinitate non propius *BL* ad *ACP* accedit quam *DG*.

De *RF* satis in transcursu dictum est. qui cum omnis generis interpolationem in se coniungant, nobiliorem originem *R* praesertim prae se fert frequenti cum *ACPM* contra reliquos consensu, cf. III, 9, 90; 24, 3. 4; IV, 26, 118; X, 1, 48 (v. 16). 54 (v. 7); 2, 10 (v. 3); 6, 51 et passim. omnino ad *M* propius accedunt quam *BL*, sed iam nec consensui eorum nec singulorum testimoniis fides ulla habenda est. quare scripturas alterutri proprias plerumque omisi; et codices istos forsitan totos omittere potuerim: sed in scriptore tot tam vetustis libris tradito utile videbatur universae lectionis per diversos rivulos diffusae imaginem proposuisse.



Itaque ut uno verbo repetamus quod copiose exposuimus, tantum *ACP* exemplari pristinae integritatis oriundos, deteriore sed non interpolato *M*, magis magisque de-

generatos tenemus *DG, BL, RF.* atqui cunctis inter se comparatis archetypus restituitur mutilus et corruptus: de integro carminum corpore unus ad aetatem nostram deductus est Σ. ergo ubicumque genuina traditae lectionis specie constituta non reddi ipsam poetae manum demonstrari potest, emendatoris officium suscipiendum est.

III.

Separatim ab undecim carminum libris circumferebantur quattuor libri de vita S. Martini ex Sulpicii opere expressi. quos cum poematis minoribus uno volumine coniunctos praebent *PMBL* et I, 1—206 *F*, praeterea editio Veneta, non praebent *ACDGR*. praeter carminum libros vita Martini propriis tradita est codicibus non multis.

N cod. Vaticanus Palatinus 845 membranaceus formae oblongae saeculo IX scriptus continet f. 143ᵛ—193 (extr.) vitam Martini et laudationem Mariae (spur. 1) una manu exaratas, raro ab altera correctas. f. 148 (I, 144—197) desectum est, sed substitutum aliud manu non multum inferiore scriptos exhibens vv. 144—178. — praecedit f. 1—64 Sulpicii Severi opus de vita S. Martini cum epistulis tribus et dialogis duobus (subscr. *explicit dialogus secundus de vita S. Martini episcopi*); f. 64—66 poemata quaedam (*incipiunt versi in foribus primae cellae sancti Martini episcopi; item in cella alia* etc.); f. 67ʳ liber S. Martini de trinitate; f. 69ʳ vita S. Briccii; f. 70ᵛ *epistula de obitu* (o. expunct.) *transitu S. Martini episcopi;* f. 71ᵛ alii tres tractatus de transitu S. Martini; f. 74ʳ *incipit opus Paulini Petricordiae de vita S. Martini episcopi versibus* — 141ʳ *finit in Christo Iesu liber VI habet versus CCCCLXXIV;* f. 141ᵛ Paulinus de visitatione; f. 143ʳ idem de orantibus. denique f. 143ᵛ subscriptio FINIT OPVS PAVLINI FELICITER quam excipit sine titulo Fortunati opus ab epistula ad Gregorium incipiens. atque nunc quidem hic liber unicus est qui epistulam istam servarit, quam Browerus primus edidit ex codice ut videtur Treverensi nunc deperdito. — codice usus est Luchius. ipse Romae contuli.

T cod. Parisinus lat. 2204 membranaceus formae oblongae saeculo IX scriptus continet post Gregorium Turonensem f. 200—206 vitae Martini prooemium ad Agnen et Radegundem et libri primi versus 1—413. — contulit Rudolfus Peiper.

S cod. S. Galli 573 membranaceus formae quadratae saeculo IX—X scriptus paginarum 476 versuum vicenorum binorum haec scripta continet una manu aut si pluribus certe aequalibus exarata: p. 2—166 Paulini Petricordiensis de vita S. Martini libri VI (*finit liber VI. habet versus CCCLXXIIII*), p. 167 *incipiunt versus Paulini de visitatione nepotuli sui*, p. 171 *incipiunt alii de orantibus* quos excipit Fortunatus. idem igitur carminum ordo in hoc libro et *N*. p. 173 vita Martini sine titulo, incipiens a prooemio ad Agnen et Radegundem. p. 276 laudatio Mariae (spur. 1). secuntur aliorum scriptorum, praecipue Walahfridi, opuscula et poematia, quorum recensum dedit Duemmlerus in N. A. IV p. 277 sq. et 109 sq. cf. Scherreri catal. p. 185 sq.

Octo codices, quorum duo (*TF*) primum librum neuter solidum continent, ita in duas partes discedunt, ut integram lectionem servatam videamus in *PNTF*, interpolatam deprehendamus in *BLMS*, nisi quod *L* correctus est secundum optimae notae librum. omnium optimus *P* est; medium inter utramque familiam locum *N* tenet, non


tamen ita ut ex altera correctiones susceperit, sed ut ex codice cum *N* cognato *BLMS* fluxerint.

Atque ut primum de *PN* breviter agamus, illi soli servarunt versus a reliquis omissos III, 172. 173 et IV, 62. 63. praeterea loci conferendi quales I, 480 *barbara tempestas tranquilla lege quiescit,* ubi codices praeter *PN* omittunt *lege*, in *L* 2 m. interpolatum est *pace*. cf. I, 434. 506 et alia multa. illis accedere vides *TF* praef. 14. 17. I, 6. 10 (quem omittunt *BLMS*) 17. 27. 35 etc. plerisque autem locis accedit codicis *L* corrector, cf. II, 1. 4. 25. 33. 143. 217. 326. 338. 391. 457. 466. 487 et quos praeterea quaevis pagina versus praebeat a *PNL*² recte contra *BL*¹*MS* traditos.

N servata ad Gregorium epistula insignis haud raro a Petropolitani praestantia deficit. sic I, 341 *in ausum* cum *P* retinuit *T*, supplevit *L*², omisit cum reliquis *N*. item *P* aut solus aut uno *L*² accedente frequenter veram lectionem tuetur, cf. II, 149. 211. 217. 348. 362. 375. 402 etc. neque vero plane desunt versus ab *N* solo sive ab *NL*² recte traditi, cf. II, 171. 194 etc.

Inter deteriores modo *BL* modo *MS* propius ad *N* accedunt. duo paria duobus orta archetypis eisque gemellis communem originem prae se ferunt, cf. praef. 6 *mobile*] *mocule B*¹*MS;* I, 394 *decumbens*] *decumpensu BL*¹*M*¹ et quae eius generis sunt. qua ratione archetypus ille cum *N* cohaereat loci ostendent qualis extat IV, 67 ubi unus *P* servavit *nec sese urna capit, tanta est benedictio dextrae*, in *N* nescio quo errore *an* praemissum est: *an nec sese urna capit.* iam in *MS* legitur *an necesse se u. c.*, in *BL ac nec se u. c.* interpolationis alia ratione ortae exemplum sume I, 6 *sede fera populi longa caligine tecti PNTFL*², ubi in *S* adhuc apparet corruptela archetypi *sed effera*, in *BL*¹*M* correctio eiusdem *effera sed.* in universum autem *BL* integriorem quam *MS* lectionem servavit.

Ergo in *PNL*² adsumptis in primo libro *TF* potissimum nititur carminis recensio. *BL*¹*MS* magis ad traditae lectionis historiam quam ad integritatem eius cognoscendam valent.



IV.

Quoniam de recensendis Fortunati poematis satis disputatum est, restat ut paucis explicemus qualem in digerendis opusculis, in enotandis codicum scripturis, in constituendis denique verborum formis rationem secuti simus. atque primo quidem loco conlocandi erant undecim carminum libri quibus insertae sunt pedestri sermone compositae epistulae atque orationis dominicae symbolique expositiones. huic carminum corpori quod non solidum ut ex ipsius poetae manu prodierat, sed mutilum ut erat ab archetypi codicum praeter Σ auctore illo ad posteros traditum esse docuimus, editores qui antehac fuerunt carmina nonnulla Fortunato non iure adscripta ad arbitrium infulciebant. quae nos exulare iussa huic volumini appendicis loco subiecimus. iam cum capitulorum indice in codicibus praefationem Fortunati excipiente ipsa capitula plane concinunt, ita quidem ut subinde bina carmina personae eidem eidemve rei destinata sub uno lemmate comprehendantur. vides Broweri aut Luchii ordinem a librorum memoria recedentem servari intactum non potuisse.

Post undecim libros conlocari oportuit carmina in Σ servata, ut quae olim corporis partem fuisse certum sit. quibus quod addi posset unum erat de Magnerico episcopo carmen ex vita eius a Browero editum. secuntur quattuor libri de vita S. Martini seorsum traditi.

De spuriis verbo monendum videtur. atque hymni quidem (4—10) temere Venantio adscripti et ipsis genuinis (I, 16. II, 2. 6) refutati vindicem non magis excitabunt quam crucis signaculum (2) aut S. Martialis elogium (3). non magis de Mariae virginis laudatione ambiguum esse potest iudicium. scilicet illa sententiarum et locutionum ex libris sacris excerptarum incondita farrago et natura sua et sermone plane abhorret a Venantii facultate et consuetudine. quod curiosius per argumenta explicare eo minus necessarium videtur quo certius numerorum ac prosodiae degenerata licentia fraudem scriptoris Fortunati nomen mentiti evincunt; cuius rei in indice metrico passim documenta invenies (cf. de pentametri et hexametri exitu notata, nominum praesertim quadrisyllaborum mensuram *īnitio* (114) *spĕcĭōsus* (164) *mulĭēres* (65) *sacrămenti* (241) alia). editoribus vero Browero et Luchio, sermonis reique metricae plerumque securis, veri Fortunati, cuius lectione satis imbutus erat, adfectata locis nonnullis imitatione fucum fecit personatus.

Discrepantem codicum lectionem enotavi integram praeter librorum non praecipuorum, praesertim *F* et *R*, corruptelas proprias. *V* et *Ven.*, nisi quid aut correxerunt aut memorabiliter coniecerunt, nusquam attuli nisi ad diiudicandam codicum *D* et *G* fidem (v. s.). etiam orthographiae codicum plenam dedi notitiam; omisi *e ae*, *ti ci* nisi quid ista quoque in varietate momenti inesse videretur; non omisi consonantes litteras in compositione sequentibus adsimilatas aut non adsimilatas, neglectis ut par erat *m* et *n* litteris per lineolas indicatis. haec adnotationis orthographicae moles eorum potissimum in usum proponenda videbatur quorum interest scribendi rationem in veteribus libris comparentem cognoscere. nempe ipsius scriptoris eandem fuisse consuetudinem ne consensu quidem librorum uno exemplari oriundorum efficitur. neque

vero Fortunato homini Italo et in rhetorum ludis instituto imputare decuit quidquid barbarismorum monachi sequioris aevi poematis eius inspersissent; hoc ut facerem ne eo quidem induci potui quod in initiis stropharum alphabetico ordine dispositarum sive in artificiosis carminum quadratorum ineptiis sine dubio admisit talia: *ortus ymnus paradyssus Cristus*, impeditus scilicet difficultatibus quibus superandis quantopere desudaverit ipse verbose exponit (V, 6) quibusque coactus plane insana sibi indulsit (cf. ad V, 6 carm. 17). ergo neque verborum formas nusquam nisi in codicibus aut ineruditae plebis titulis extantes admisi et ne graeca quidem mutilata et deformata exhibui non a poeta ut puto deficiens sed a librariis. tamen in vocibus quibusdam, propriis praesertim nominibus, de quorum scriptura ambiguum iudicium erat, inaequalitas quaedam vitari non potuit, ut quas singulis locis ad optimorum codicum fidem exhiberi necesse esset. ceterum quidquid in re orthographica praeter normam admissum esse intellexi in indice grammatico emendavi. — codicis *D* orthographiam non excerpsi.

In verborum flexione sententiarumque constructione permulta admisit Fortunatus a recepta veterum scriptorum latinitate ad vulgarem usum deflexa. quae maximam partem in hac editione demum e codicibus restituta leges. hic ne recensus talium mihi dandus esset indice grammatico consului.

Quandoquidem ad recensenda poemata nihil valet nisi lectio antiquitus tradita, ad emendanda nihil nisi coniectura iudicio probata, omnino silentio pressi quidquid editores et praesertim Solanius ac Browerus temere interpolaverunt. quare vulgatam illam lectionem, quae Fortunati versus precario insidebat, iam ne in inferiore quidem paginarum regione quaeras. attuli et proba inventa et quorum ad emendationem aliquem usum esse intellexissem. ceterum videbunt oculati homines nihil me quod non ad iudicium severum rationemque exactum esset in verborum ordinem recepisse, reliquisse Fortunato aut reddidisse permulta quae, nisi quis penitus illius rationem loquendi et audendi modum edoctus sit, facile in corruptorum numero habeantur. si quae neque Mommsenus, cuius iudicio unus novi quantopere adiutus sim, neque ego emendare sciremus, coniecturam aut veterem aut novam proposui quae ad veritatem proxime accedere videretur.

Brevem interdum explicationem adieci locis qui ne non recte intellegerentur iure verendum esset. multa ad interpretationem utilia in indice, quem de rebus ad grammaticam et elocutionem pertinentibus composui, inveniri poterunt. a quo segregandum duxi rei metricae indicem, denique locorum a poeta adlatorum catalogum. index historicus et topographicus ad utramque huius voluminis partem pertinens posteriori parti subicietur.

Bonnae Id. Ian.

Fridericus Leo.

SYLLOGAE EPIGRAMMATVM IN COD. PETROP. TRADITAE CVM SIMILIBVS COMPARATIO

SCRIPSIT G. B. DE ROSSI

(Palat. I i. e. cod. Palat. Vat. 833. — Palat. II i. e. cod. Palat. Vat. 591. — initia uncis inclusa in descriptione codicis non commemorantur. — carmina adhuc ignota asteriscis notata sunt).

1 *Lux arcana* etc. Palat. I f. 28 (Grut. 1163, 5); Palat. II f. 138; Sangall. 271 f. 132 (Canis. Vet. Lect. ed. Basnage t. II p. 378).

2 *Lumine sed magno* etc. Iidem omnes qui supra (Grut. 1163, 4).

3 *Suscipe terra tuum* etc. Palat. I f. 73, 74 (Grut. 1175, 1); Palat. II f. 137[1]; Closterneub. f. 265 (item Goetwic. et alii eiusdem familiae codices); Paris. Lat. 2832 f. 115[1]. Extra syllogas ut in Ioannis diac. vita Greg. magni IV, 13; in antiquis descriptionibus basilicae Vaticanae (cod. Vat. 6757. 3627), in codicibus qui ex his pendent.

4 *Culmen opes* etc. (epit. Caedual regis). Palat. I f. 73 (Grut. 1174, 11); Closterneub. f. 268[1] (cum aliis eiusdem familiae); Paris. Lat. 2832 f. 116. Extra syll. Beda de gestis Anglorum V, 7; Paulus, De gest. Langob. VI, 15.

5 *Da mecum gemitus* etc. (est epitaphium Bonifacii V papae (a. 625), non Elpidis). Palat. I f. 38[1] Grut. 1166, 2).

6 [*Helpes dicta fui* etc.] (ad hoc epit. pertinet versus ultimus *et socios vitae nectat uterque cinis*). Palat. I f. 40[1] (Grut. 1166, 6); Paris. Lat. 2832 f. 120; Petrus Sabinus, cod. Marc. Lat. X, 195 f. 292[1] e codicibus Boethii.

7 *Credite victuras* etc. Palat. I f. 27 (Grut. 1163, 2); Palat. II f. 139; Valent. 393 f. 88[1] (vide Bull. arch. napol. sett. 1857 p. 13; Riese A. L. II n. 659) = Montispessul. (école de médecine) 280 f. 34 (inde vel e simili codice Sirmondus) Paris. Lat. 11478 f. 92.

8 [*Salve iubente Deo* etc.] (ad hoc epigramma pertinet ult. versus *qui te constituit mundanos solvere nexus*). Palat. I f. 76[1] (Grut. 1175, 10); Closterneub. f. 265 (cum aliis eiusdem familiae).

9 *Perdiderat laticum* etc. Signoriliana syll. n. 80 incipit a disticho *Vnda lavat* etc. (Sirmondus ad Ennod. II, 149; Muratori 1969, 1). Cur in diversis syllogis huius epigrammatis disticha sint diverso ordine descripta intellegimus collata cum codice Petropolitano sylloge I. Iucundi Veronensis. In qua distichon *Perdiderat laticum* etc. solum descriptum est *e marmore proiecto inter urticas et spineta* (cod. Magliab. f. 76[1]). Haec nempe inscriptio *canthari aquarum* in atrio basilicae s. Pauli incisa erat epistyliis, cuius generis similes hodiedum superstites sunt, ita ut singulis epistyliis bini versus essent adtributi. Hinc aliud his aliud aliis epigrammatis initium et versuum ordo: Iucundus unum tantum ex epistyliis *proiectum* vidit inter urticas: illud ipsum unde epigrammatis initium codex Petrop. capit.

10 *Haec domus est fidei* etc. Cod. Einsidl. f. 75 (n. 49); Closterneub. f. 268 (= Goetw.); cod. Wirceburg. (fragmentum). Titulus praefixus *Epitaphium Gatulae* etc. cum his prioribus versiculis
*11 *absidae ad fontem* (basilicae s. Pauli) nil commune habet. Refertur certe ad carmen sequens mihi quantum memini ignotum; cuius ultimus versus est *immo etiam renovant vulnus ubique meum.*

12 *Primus apostolicae* etc. Closterneub. f. 268 (cum Goetwic. eiusdem familiae).

13 [*O semel atque iterum* etc.] ad hoc carmen pertinet v. ult. *Composuit tumulum sanctorum limina adorans*). — Cod. Einsidl. f. 78[1] (n. 74); Palat. I f. 61[1] (Grut. 1171, 8); Closterneub. f. 264[1] (cum Goetwic.). Vide Roma sott. I p. 120.

14 [*Haec quicumque vides* etc.] Ad hoc carmen, quod fuit elogium Gordiani m., pertinet v. ultimus *Presbyter ornavit renovans Vincentius ultro*, qui in cod. Petrop. est primus *de S. Hippolyto m.*, errore manifesto. Carmen de Gordiano dat sola syll. Closterneub. f. 266[1] (cum Goetw.) (Mai script. vet. V p. 382, 1).

*15 Carmen de s. Hippolyto, cuius ultimus v. est *Haec audita refert Damasus probat omnia Christus*, hactenus ignotum ex hoc codice primum prodibit.
16 *Verbera carnifices* etc. Palat. I f. 81 (Grut. 1177, 1).
17 *Digne tenes praemium* etc. Palat. I f. 80[1], 81 (Grut. 1176, 13) vide Bull. crist. 1869 p. 17 et sqq.
*18 *Quam domino fuerant* etc. Carmen mihi ignotum, nisi pars sit carminis longioris non ab hoc versu incipientis.
19 [*Tempore quo gladius* etc.] Ad hoc carmen (Palat. I f. 60 = Grut. 1171, 7 = Virdun. f. 212[1]) pertinet ultimus versus *Aetheriam petiere domum* etc.
20 *Martyris hic Mauri* etc. Palat. I f. 58[1] (Grut. 1171, 1); Virdun. f. 212[1].
21 [*Hic votis paribus* etc.] Ad hoc carmen (Palat. I f. 60, 78[1] = Grut. 1171, 8, 14; 1176, 6: Virdun. f. 212) pertinet ultimus v. *Crevit in his templis per tua damna decus*.
22 *Sanctorum quicumque legis* etc. Palat. I f. 59 (Grut. 1171, 3).
23 *O Rhode dulcis anima* etc. Palat. I f. 79 (Grut. 1176, 7).
24 [*Tempore quo gladius* etc.] Ad hoc carmen (supra n. 19) pertinet v. ult. *aethercam* etc.
25 = 20.
26 = 21.
27 = 22.
28 [*Corporeis resoluta malis* etc.] Ad hoc carmen (Palat. I f. 79 = Grut. 1176, 8 = Virdun. f. 213) pertinet v. *si titulum quaeris meritum de nomine signat*. Vide Bull. crist. 1863 p. 43.
29 *Discite quid meriti* etc. Palat. I f. 60[1], 79[1] (Grut. 1171, 10); Virdun. l. c. Vide Bull. crist. l. c.
*30 Carmen septem vv. cuius in descriptione codicis verbum nullum.
31 [*Cespite Venanti* etc.] Ad hoc carmen (Palat. I f. 76[1] = Grut. 1176, 1) pertinet v. *Divitias meritis* etc.
32 *Hic quoque Liciniae* etc. Palat. I f. 76[1] = Grut. 1176, 1.
33 *Spes generis clari* etc. Palat. I f. 77 = Grut. 1176, 2.
33ª ? [*Sic tibi perpetuo* etc.] Palat. I f. 77[1] = Grut. 1176, 3. (Carminum series in Palat. et Petrop. indicare videtur hoc distichon in utroque codice legi).
34 [*Quam bene curbati* etc.] Einsidl. f. 67 (n. 2); Palat. I f. 77[1] (Grut. omisit, ut pote notissimum). Ad hoc carmen pertinet v. *Qui potuit rigidas Gothorum subdere gentes* (*mentes*). Falsa lectio *gentes*, quae Signoriliana credebatur (Signoril. syll. n. 31 C. I. L. VI p. XXI), e codice Petropolitano longe antiquior apparet. Cave tamen credas hanc syllogen auctori syllogae Signorilianae notam et adhibitam esse.
35 *Aurea precisis* etc. Palat. I f. 63 (Grut. 1172, 5); Closterneub. f. 265 (cum Goetwic.); Virdun. f. 212.
36 [*Cernite consurgens* etc.] Palat. I f. 77[1] (Grut. 1176, 4). Ad hoc carmen pertinet v. ult. *Sed sibi prava gerens contulit exitium*.
37 *Hic habitare prius* etc. Einsidl. f. 78[1] (n. 75); Palat. I f. 65 (Grut. 1172, 12); Closterneub. f. 266[1] (cum Goetwic.).
38 [*Hic sanctum corpus lectoris Pauli quiescit*]. Ad hoc carmen (Closterneub. f. 266 cum Goetwic.) pertinet v. ult. *ducere qui nihilum voluit mundi huius honores*.
39 *Tempore quo gladius* etc. (desinit: *Care Deo ut foveas Damasum precor alme Tiburti*); Closterneub. f. 266 (cum Goetwic.) (inde Mai, Script. vet. V p. 35, 2).
40 [*Haec quicumque legis* etc.] Ad hoc carmen (Palat. I f. 80 = Grut. 1176, 12) pertinet v. ult. *quem mihi tam subito mors properata tulit*.
41 *Clauditur hoc tumulo* etc. Palat. I f. 78 (Grut. 1176, 5): Paulus diac. Hist. Lang. III, 19 (unde plurimi).
*42 *Hic iacet egregium* etc. (carmen mihi quantum memini ignotum).
*43 Epitaphium s. Florentii (item mihi prorsus ignotum, nisi absque s. Florentii nomine sit in codicibus descriptum).
*44 *Claudia nobilium* etc. (Solus codex Petrop. hoc epigr. servavit).
*45 *Etsi digna tibi* etc. (mihi quantum memini ignotum).
46 [*Hunc mihi composuit* etc.] Palat. I f. 67 (Grut. 1173, 5): ad hoc carmen pertinet v. ult. *octoginta Leo* etc. Vide Bull. crist. 1864 p. 55.
47 *Hic levita iacet Dionysius* etc. Palat. I f. 66[1] (Grut. 1173, 3).
48 *Hic iacet ingenio celsus* etc. Closterneub. f. 266 (cum Goetwic.). (In codice Petrop. lectio plenior).
*49 *Ipsa licet seni* etc. Epitaphium mihi ignotum.
50 Epit. Caidoci sacerdotis (Angilbertus auctor epitaphii fuit abbas Corbeiensis: idem fortasse syllogen descripsit; vel monachus qui Corbeiae codicem exaravit Angilberti carmen in calce syllogae posuit).

INDEX LIBRORVM

adhibitorum ad carminum libros XI:

Σ	cod. Parisinus lat. 13,048 (prooem. p. VIII).
A	cod. Parisinus lat. 14,144 (prooem. p. V).
C	cod. Parisinus lat. 8312 (ibid.).
P	cod. Petropolitanus F. XIV. 1 olim Sangermanensis 598 (prooem. p. VIII).
M	cod. Ambrosianus C 74 sup. (prooem. p. VI).
D	cod. Parisinus lat. 9347 (prooem. p. VII).
G	cod. Sangallensis 196 (ibid.).
V	cod. Vaticanus lat. 552 (prooem. p. XIII).
Ven.	ed. Veneta Salvatoris Solanii (prooem. p. XIV).
B	cod. Parisinus lat. 8090 (prooem. p. VII).
L	cod. Laudunensis 469 (ibid.).
R	cod. Vaticanus Reginae 329 (prooem. p. VIII).
F	cod. Barberinus XIV. 94 (prooem. p. XIII).

adhibitorum ad vitam Martini:

P	vide supra.
N	cod. Vaticanus Palatinus 845 (prooem. p. XXII).
T	cod. Parisinus lat. 2204 (ibid.) desinit I 413.
F	vide supra (continet I 1—206).
B	vide supra.
L	vide supra.
M	vide supra.
S	cod. Sangallensis 573 (prooem. p. XXII).

codicum ordo supra indicatus in adnotatione constanter servatur.
scripturae nullo codice traditae ubi auctoris nomen non additum est, editoris emendatio est.
signum codicis uncinis inclusum significat e silentio testimonium.
* *significat litteram quolibet modo oblitteratam.*

de carminibus seorsum traditis et de spuriis refertur suis locis.

VENANTI HONORI CLEMENTIANI FORTVNATI

CARMINVM EPISTVLARVM EXPOSITIONVM

LIBRI VNDECIM

PRAEFATIO

DOMINO SANCTO ET DOTE MERITORVM SACRIS ALTARIBVS ADSCITO PARITER ET EDVCTO GREGORIO PAPAE FORTVNATVS. **Acuminum suorum luculenta veteris aetatis ingenia qui natura fervidi, curatura fulgidi, usu triti, auso securi, ore freti, more festivi, praeclaris operibus celebrati posteris stupore laudanda reliquere vestigia, certe illi inventione providi, partitione serii, distributione librati, epilogiorum calce iucundi, colae fonte proflui, commate succiso venusti, tropis paradigmis perihodis epichirematibus coronati pariter et cothurnati tale sui canentes dederunt specimen, ut adhuc nostro tempore quasi sibi postumi vivere credantur etsi non carne, vel carmine. (2) Quos licet sors fine tulerit, tamen, cum dicta permanent vivaci memoriae, de mortuis aliquid mors reliquit nec totum usquequaque sepelivit in tumulo cui restat liberum, ut vel lingua vivat in mundo: hoc nesciens avara mors auferre cum funere, quod per ora viventium defunctos videt currere si non pede, poemate. in hoc tamen melius superata mors invida, si se sermone senserit et mercede bis victam. (3) Sed sicut hos quos clarae linguae iactitat lux inlustres, quorum fuerat aperte damnum pati dicta celari, qui pomposae facundiae florulenta germina nisi misissent in publicum, fecerant peculatum, merito famae radii per quaqua traxerunt, ut peragrantes omnia, quotquot magis carmina locis innotescerent, laus egerit, ita fit eis consultius si occulantur taciti, qui fastidiri poterunt revelati; nec tantum sit exprobrabile nesciri quod horreat, quam patesci quod urat; minorisque dispendii celata videatur inscitia quam prolata, quia illic obstat pudor ne prodatur notitia, hic audacia proditur ut ingerat notam. (4) Vnde, vir apostolice praedicande papa Gregori, quia viritim flagitas, ut quaedam ex opusculis inperitiae meae tibi transferenda proferrem, nugarum**

PRAEFATIO *DGR*] INCIPIT PROLOGVS *F inscr. om. rell.* 2 edocto A^2G^2, electo, *sed* elec *i. ras. F* Gregorius C^1 Fortunatis C^1 3 fulgi *C* ausu sec. *F* o. f. m. f. *om. F* 4 celebrati] celebraturi *C*, celebrata B^1L, celebratura *rell.* celebrantur, posteris — uestigia. certe *Mommsenus* reliquere BLG^2F^2] relinquere *rell.* 5 epilogorum *BL* iucundi: *post* n *eras.* o *ut vid. C*, ioc. *GBLR*, iocunde *D* 6 perihodis *DG*] perhiodis *ACBL*, periodis *M*, *om. RF* epichirematibus *A*] ȩpechrematibus *sic D*, epecherem. G^1, epechirem. *rell.* 7 cothurnati] coturnati RFA^2, coturni *rell.* canente A^1 8 posthumi *ABL*, posttumi *C*, posteum *D* carne] car *D* 9 permaneant uiu. memoria *cod. Vindob.* *post* memoriae *ras. 6—7 litt. B* 10 to*** M^1 *post* quaque *ras. 3 litt. C* liberi *A* 11 mundum *ACMR* nestienş *C* 12 per *om. D*, per* *G* defunctos $ABLFG^2$] defunctus *rell.*, *fort.* defunctus uidetur si non] sine DG^1 melius *add.* G^2 13 inuida: *post* d *eras.* i *C* si se serm. sens. *AC*] se sens. *F*, si serm. sens. *rell.* uicta *D* 14 quodrum *D* fuerat *om.* G^1 15 fecundiae G^1 florul. *BL*] *ex* florol. C^1, florol. *rell.* 16 peculiatum *C* (i *sup. vers.*) radia *D*, radiat *R*, radiati *F* quaqua] *alterum* qua *induct. G*, qua *D* (quaqua *V*) 17 quotquot *Mommsenus*] quicquid *codd.* innotiscerent *CM*, innotesceret *F*, innotescere G^1 egerit CG^1] agerit $MDVB^1L$, ageret RB^2G^2, augeret *ex* augerit A^1, egena *F* *occulater M^1 18 qui *om. D* fastideri $C^1M^2R^2$, fastederi M^1R^1, fastidire A^1, fastidere A^2 poterant *C*, potuerunt DG^2 (poterunt *V*) sit *om.* G^1 exprobabile *BRF* 19 *mg.* G^2: al' quod durat uideantur RC^2 inscia *CF* 20 audiatia C^1, -antia C^2 21 notam: m *expunct. G* apostholice *C* 22 (inper. *ACR*) profererem C^1, proferentem C^2, proferre *DG*

mearum admiror te amore seduci, quae cum prolatae fuerint nec mirari poterunt nec amari; praesertim quod ego impos de Ravenna progrediens Padum Atesim Brintam Plavem Liquentiam Teliamentumque tranans, per Alpem Iuliam pendulus montanis anfractibus, Drauum Norico, Oenum Breonis, Liccam Baiuaria, Danuvium Alamannia, Rhenum Germania transiens ac post Mosellam, Mosam, Axonam et Sequanam, Ligerem et Garonnam, Aquitaniae maxima fluenta, transmittens, Pyrenaeis occurrens Iulio mense nivosis paene aut equitando aut dormitando conscripserim; ubi inter barbaros longo tractu gradiens aut via fessus aut crapula, brumali sub frigore, Musa hortante nescio gelida magis an ebria novus Orpheus lyricus silvae voces dabam, silva reddebat. (5) Quid inter haec extensa viatica consulte dici potuerit, censor ipse mensura, ubi me non urguebat vel metus ex iudice vel probabat usus ex lege nec invitabat favor ex comite nec emendabat lector ex arte, ubi mihi tantundem valebat raucum gemere quod cantare apud quos nihil disparat aut stridor anseris aut canor oloris, sola saepe bombicans barbaros leudos arpa relidens; ut inter illos egomet non musicus poeta, sed muricus deroso flore carminis poema non canerem, sed garrirem, quo residentes auditores inter acernea pocula salute bibentes insana Baccho iudice debaccharent. quid ibi fabre dictum sit ubi quis sanus vix creditur, nisi secum pariter insanitur, quo gratulari magis est si vivere licet post bibere, de quo convivam thyrsicum non fatidicum licet exire, sed fatuum? cum quantum ad mei sensus intellegentiam pertinet, quia se pigra non explicat, brutae animae ipsa ieiuna sunt ebria. (6) Hinc est quod latens opusculum, etsi minus videtur esse famosum, plus liberum, quia de examinatione non habet quod tam trepidet privatum quam publicum: unde necessarie angusti sensus ingenium se mensuret censore, quod est mittendum sub iudice. sed quoniam [me] humilem inpulsum alacriter, acrius renitentem, sub testificatione divini mysterii et splendore virtutum beatissimi Martini coniurans hortaris sedulo, ut contra pudorem meum deducar in publicum, me meis frivulis arbitrem scabrosi operis ignorantiam confitente, quod aliis poscentibus patefacere distuli, oboediendo cedo virtuti, hanc saltim obtemperanti vicissitudinem repensus usi, ut quia haec favore magis delectantur quam iudice, aut tibi tantummodo innotescentia relegas aut intimorum auribus tecum amicaliter quaeso conlatura committas.

---

1 fuerint nec *** amari *omissis quae intercedunt* (m. p. n.) *C* potuerunt *D* 2 quos *C*, *fort.* quas impios DG^1 (impius G^2 *et in mg.* al' impos) de] da G^1 **brintam *G*, brutiam *F* 3 liquetiam *BL* tiliamentumque *M*, talia mentumque *R* tranens *C* 4 nur. — danuu. *om.* *D* norico BLG^2] nutrico *F*, nurico *rell.* enum *F*, *erasa* o *C* baiuariam *BL*, bauuariam G^2 danubium *G* alamanniam BFG^2 5 renum *BL*, rchenum *R* germaniam G^2 mosellam *A*] musellam *rell.* 6 fluenta: a *i. ras. et sup. scr.* hec C^2 7 aut dorm. *om.* *C* conscripserimus *RF* 8 crapura *G*, capula *V* 9 in ebria VG^1 nouus — reddebat *om.*, *sed add. in mg.* B^1 orphoeus *ACM*, orfeus *G*, orfecus *D* liricus *GB* dabant C^2 10 quod *RF* extensia *D* censar *DG* 11 urgebat *L*, u *ante* e *exp.* *B*, arguebat *F* 12 fauor: uo *i. ras.* C^1 tandem *i. ras. ex* tantundem C^1 13 quod] quam B^2 quos] nos *C* disparat] dispar *BL*, dispa *R*, *om.* *F* 14 oleris G^1VL^1 ol. sed sola *R* bomicans *R* 15 non muricus poeta deroso (*om.* mus. *et* sed) *D* gurrirem *D* 16 resedentes *CMBL* salutem *F* insan* G^1 bacicho *D* 17 frabre *D* 19 thyrsicum] tyrsicum *codd.* fastidicum RC^2 ad *om.* *DG* 20 intelligentiam *BL* ieiuna $CMDG^1$] *ante* u *eras.* e *vel* o *A*, ieiunia $BLRFG^2$ 21 Hic *D* uiditur *C* 22 habit C^1M^1 *ut vid.* *R* priuuatum C^1, priuatur *ut vid.* C^2 *i. ras.* 23 mensurae *F* censura G^2 24 me] *om.* *codd.* imp. *BL* renitente DG^1RF 25 mist. *CR* 26 friuolis C^2, fliuulis *D* arbitrem] *fort.* aptiorem 27 confitentem *BLF* pateface C^1 28 repensus usi] repressus usi *GV*, repensurus *F*, repensus sum usu C^2, *fort.* obtemperandi uic. reprensurus 29 fauori magis delegantur quam iudici *Mommsenus* innotesc. *DGL*] innotisc. *rell.* relegas BLG^2] religas *rell.* 30 tecum *om.* *GV* consolatura *RF*, *fort.* cognituris INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI PRIMI *codd.* *sequitur capitulorum index ad libros undecim* (*X*, 7 *ad finem om.* *C*) *praeter* L *in quo singulis libris indiculi praemittuntur*

CAPITVLA

LIBRI I

I ad Vitalem episcopum
II de templo domni Andreae quod ipse aedificavit
III de basilica s. Stephani
IV de basilica s. Martini
V de cellula s. Martini
VI item de basilica s. Martini
VII item de basilica s. Martini
VIII de basilica s. Vincenti
IX item de basilica s. Vincenti
X de basilica s. Nazari
XI de basilica s. Dionysi
XII de basilica s. Bibiani
XIII de basilica s. Eutropis
XIV de calice Leonti episcopi
XV de Leontio episcopo
XVI hymnus de eodem
XVII ad Placidinam matrem eius
XVIII de Bissonno villa
XIX de Vereginis villa
XX de Primiaco villa
XXI de Egircio flumine

LIBRI II

I de cruce domini
II in honore s. crucis
III in honore s. crucis vel oratorii Toronensis domus
IV de signaculo s. crucis
V item de eodem
VI hymnus s. crucis
VII de s. Saturnino
VIII de Launebode qui aedificavit basilicam eius
IX ad clerum Parisiacum
X de ecclesia Parisiaca
XI de baptisterio Magantiae
XII de basilica s. Georgi
XIII de oratorio Trasarici
XIV de s. Agaunensibus
XV de s. Hilario
XVI de s. Medardo

LIBRI III

I ad Eufronium episcopum Toronensem
II ad eundem
III ad eundem
IV ad Felicem episcopum Namneticum
V ad eundem ex nomine suo
VI ad eundem de dedicatione ecclesiae
VII ad eundem in honore eorum quorum ibi reliquiae continentur
VIII ad eundem in laude
IX ad eundem de pascha
X ad eundem de fluvio mutato
XI ad Nicetium episcopum Treverensem

---

lectionem adieci plenam codicum AMG, potiorem codicum BR

titulum vide post praefationem. lib. I II domni *om.* G^1 quem *M* V cellola *AR* VI *in B nusquam* item VIII. IX uincentii *AGB* X nazarii *GB*, zazarii: *prior* z *i. ras. A* XI dyonisii *M*, dionisii *AGB* XIV leontii *GB* XVI hymnum AG^1, *per compend. M* XVII placitinam *A* matrem eius *om.* G^1 XVIII bissono G^1R XIX—XXI *om.* G^1 XXI egirtio *M*

lib. II III s. *om. AMG* ***onis *A*, toroni *B*, toron. *per compend. MGR* V eodem] eadem *G*, eundem *ABR*, eandem *M* VI hymnum *A* VIII launebone *G* IX clerom *M* XI de babtisterio magontiae *G* XII georgii *AGB* XIII oraturio *M* XIV agaonensibus *AM*, agonensibus G^1

lib. III I t.] turonus *M*, *om.* AB^1 VI basilicae *A* VII quor. — cont. *om.* G^1 contenentur *AMBR* XI nicetium *BR*] nicetum *M*, nicedium *A*, nicentium *G* treueris *G*, *per comp. rell.*

LIBRI IV

LIBRI V

---

xiii mettensem] mettensim *G*, metinsim *MB*(*R*), *om. A* xv igium *R* remensem] remensim *A*, reminsim *MG*(*R*), remorum *B* xvii bertchramnum *AG*] berthramnum *B*, bericramnum *R*, berihcheramnium *M* xix agricolam *A*] agroeculam *G*, agroecula *M* cauall. *A* xx bitorigum *B*, bitoric. *A*, britorig. *M* xxi aru. *om. B* xxv *om.* G^1 xxvi rucconem *AR*] ruconem *M*, drucconem *G*, druconem *B* diaconem *A* xxvii meldensem] meldensim *AB*, meldinsim *M*, mildinsim *G*, meldinsi *R* xxviii diaconem *A*, dixit G^1 xxix antimium *B* xxx diaconem *A*

lib. IV i epitaphium *G*] epytaphium *A*, epythaphium *M*, epichapium *R et similia in sqq.* ii gregori *R*] gregorii *AMG* iii tetrici A^1G] tetreci MRA^2, tetrecie *B* v e. sancti r. e. *M* vii chaletrici *MG*] chaletreci *A*, caletrici *B*, chaletritici *R* viii. ix episcopi *om. G* xii hilari *AB*] hillari *M*, hilarii *GR* xiv praesidii *G* xv bubolini *R*, boboni *B* xvii archadii *G*, archadiu *B* iuuinis *MR* xviii basilii *GB*, basi *A* xix aracharii *G*, aracari *R* xx brummachi *G* xxv theudechilde *A*] theodegilde *MGR* xxvi uilithuthae *GB*

lib. V i galliciensem] galliciensim *MB*, -esim *G*, -ensi *R*, calliciensim *A* v aru. *om.* AG^1 vi syagrium *M*] suagr. *GBR*, siagr. *A* agust. *AM* vii. viii episcopum *om. G* x mulieris *A*] *om. R*, mulierum *MB*, *per comp. G* xii salutaturia *MR*

---

xiii grafiolis *G*   xvi. xvii salutaturia *M*   xvii. xviii ·Ad *G*[1], *cetera i. ras.* *G*[2]   xviii ep. *om.* *R*   commendatum *A*   xix ad daredium *B*

lib. VI i sigiberctho] sygiberchtho *M*, sigiberceto *R*, -berto *AGB*   brunichilde *A*] brunnechilde *G*, brunehilde *B*, brunielde *MR*   ii chariberctho *B*] chariberto *A*, cariberto *G*, chariberchho *R*, chamberchtho *M*   iii theudechilde] theodechilde *GB*, theodegildae *M*, theodigildae *A*   iv berthichilde] berthigildae *AMR*, bertegilde *GB*   vii antoblando *M*   viii coquo *BR*   ix dynamium *MB*] dinamium *AGR*   massiliensim *MA*, masil. *B*

lib. VII i gononem *R*   v bodegisilo *AG*] bodogisilo *B*, bodigysilo *M*, bosigysilo *R*   vi eius *om.* *A*   xi iou.] eundem *M* (*si recte enotavi*)   xiv ad mummoleno *A*   xvi domū *sic A*   xix euodium *AG*] euuodium *R*, cuuodium *B*, teuuodium *M*   xx sigem. *B*, sygim. *M*   xxi alagislum *B*, alagysilum *M*   xxii referunt *M*   xxiv gauitis *A*

lib. VIII i diuersus *MB*[1]   v domnum, *sed* o *i. ras.* *M*   radegundam *G*   viii de fl. *G*   ix recluderet *A*   xii abbatis *A*, abbatem *B*, *per compend.* *MG*   xiv salutaturia *AM*   xvi super *M*   xix de u. *B*   xx precaturia *AM*   de *B*

lib. IX i hilpericum *A*

II hilp. *A* regem *om.* *G* IV chlodoberethi] chlodoberthi *MR*, chlodoberti *AB*, clodoberti *G* V dagoberethi] dagoberthi *M*, dagoberti *AGBR* VI saphicis *AG* VIII balidoualdum *M*, baudeu. *B* IX sydonium *A* X ragimodum G^1 XI ractheum G^1, roctheueum G^2 XIII lupem M^1 uuadonem G^1, uualtonem G^2 XIV laurentii *GB* XV ligneam *A*

lib. X I orationis *AG*] rationis *MBR* II salutem *B* u. i. G^2 *i. ras.* V oraturio *M* artennensi *B*, artenensi *G*, arcanensi *R* VII childebercetho] childeberto *BRG*^{2}, childeperto G^1, childoberto *M*, hildeberto *A* brunnichilde *G*, bronichilde *R* turonici *G* X uersus de *A* oraturio *AM* artanensi *G*, artanense *R* XI a. d. *om.* *G* · discriptorum *AM* XIII in *om.* *A* XV armentaria *MG*, armentariae *R* matre (re *i. ras.*) domno -io -o *G* episcopo *M* XVI comitato *AM*^{1} XVII sigoaldo comite *M* pauperem *GB* XIX galactorium *GB*] galatorium *A*, galacterium *R*, galiatorium *M*

lib. XI I simboli *GB* II alius *G* III n. suo ab. *B* V natale *AM* VII. VIII. IX aliud *om.* *G* IX eologiis *G* X ad *om.* *MR* XII alius *M* dẹ e. *R* eologiis *G* XV—XVII *om.* *B*, *ut* XVIII *notet numero* XVI *et sic deinceps; item* XV *om.* G^1 XIX delitiis *MG*, diliciis *AR* XX pronis *MB*, pr*nis G^1 XXII uersus d. c. factos *A* XXIII conuiui *M* facti *G* XXV de eandem *B*, ad eandem G^1 XXVI oraturio *M* piliacensi] apiliacinse *A*, piliacinse *MBR*, piliacinsi *G* *subscr.* EXPLICIT *M*, EXPLICIVNT CAPITVLA *A*

VENANTI HONORI CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI

LIBER PRIMVS

I

Ad Vitalem episcopum Ravennensem

Antistes domini, meritis in saecula vivens,
gaudia qui Christi de grege pastor habes:
cum te Vitalem voluit vocitare vetustas,
noverat aeternum te meruisse diem;
dignus apostolica praefulgens mente sacerdos,
qui sacer Andreae tam pia templa locas.
quam bene pro meritis domini consedit in aula,
per quem digna deo est aedificata domus!
sumpsisti a domino culmen cui culmina condis:
qui tibi digna dedit reddis honore vicem.
emicat aula potens, solido perfecta metallo,
quo sine nocte manet continuata dies.
invitat locus ipse deum sub luce perenni,
gressibus ut placidis intret amando lares.
qui loca das populis, dominum quo semper adorent,
ut capiant veniam te facis esse viam.
gratia mens animus bonitas dilectio plebis
et gradus et pietas te dedit esse patrem.
prosperitas se vestra probat, quae gaudia supplens
intulit egregios ad tua vota viros.

---

in titulo VENANTII *G* HONORII *GBL* PRAESBYTERI *G*, PRAESBITERI *B*, PRESBITERI *DL*, PRBI *CM* PRI *A* ITALICI INCIPIT LIBER PRIMVS FELICITER *A*, IT. L. P. I. F. *rell.*, *sed* IT. *et* F. *om.* *F*, F. *om.* *L*
I *titulus coniunctus cum libri titulo ut solet in primo carmine* RAVENSEM *C*, RAVENATEM *F* 1 antestes *A*[1], antestis *CDM*[1], antistis *R* 2 $\overline{\chi\rho\iota}$ *codd. ut in hoc nomine fere ubique* 3 te *om.* *D* 6 tam pietatempla *C*[1] 7 cum domini * sedit *G*[1], cum domini sedit *V* 14 intret: e *ex* a *B*[1] amando lares: o l *i. ras.* (*1 m.?*) *A* 16 te] tu *codd. cf. I, 15, 62 et III, 15, 18 siml.* 19 quae: ae *ex* a (*2 m.?*) *A*

dux nitet hinc armis, praefectus legibus illinc:
    venerunt per quos crescere festa solent.
ne tibi desit honor, populum deus auxit opimum,
    qui vidit sensum hoc voluisse tuum.
mysterium fidei conplevit vota petenti;
    felix cui dominus quae cupis ipsa vehit!
plurima divino celebres sollemnia dono
    atque dei florens templa locando colas.

II

Versus de templo domni Andreae quod aedificavit Vitalis episcopus Ravennensis

Quisquis ad haec sancti concurris limina templi,
    si venias supplex, hic prece sumis opem.
quam sacer antistes Vitalis condidit arcem,
    culmine quae celso est tempore ducta brevi:
fundavit, struxit, dotavit, deinde dicavit
    et meruit templi solvere vota sui.
quo veneranda pii requiescunt viscera Petri,
    qui meruit solus clave ligare polos:
Paulus apostolica simul hac retinetur in aula,
    seductor quondam, qui modo doctor ovat;
hanc sacer Andreas propriam sibi vindicat arcem
    et cum fratre pio participata regit;
haec sua tecta replet Laurentius igne sereno,
    cui pia flamma dedit luce perenne diem;
Vitali domus ista placet, qui vivus harenis
    defossus meruit perdere mortis iter:
sunt loca Martini qui texit veste tonantem:
    ne magis algeret, se spoliare dedit;
ecce Vigili arx est quem rustica turba peremit:
    unde mori voluit, mors magis ipsa fugit;
incolit haec pariter Marturius atque Sisennus,
    quos genus atque fides et tenet una salus;
sanctus Alexander felixque Cicilia pollent,
    quos meritis omnes una corona manet.

---

21 armis: arm *i. ras. 4 litt.* C^2 perfectus *C* elegibus *RF* 23 nec *DG* opimum *i. ras.* C^1 25 mist. *AC* conpl. *ACMDR*] compl. *GBL* 26 felix *priori versui adhaeret DV* (*recte G*) 27 solemnia *B* 28* atque *ut* felix *v. 26 DV* (*recte G*), adque *M* *subscr.* VERS. XXVIII *ACMDGR versus nusquam computant BL*

II *in titulo* domni] DOMVS *C* quod *om. R* CONSTRVXIT *F* RAVENNS *BL*] RAVENNAE *G*, RAVENNA *rell.*, Rauennas *vulgo* 1 sancti *i. ras.* G^1 (*eras.* templi) conc. s. *L* 3 antestis *ACMDR* 4 caelo DG^1 tempora C^1 ducte D^1 5 dot. d. dotauit *L* 6 sua *DV* 7—14 *inter V, 2, 6 et 7 intercedunt in P f. 56*^{v} 7 hic uen. *P* 8 polus *PD* 9 simulacra tinetur *P* 10 seductor: ct *i. ras.* (*1 m.?*) *D* 11 hic s. a. prop am siui uind. aedem *P* uendicat *M* 13 hic *P* 14 perenni *A* 15 qui *i. ras.* C^1 (*erat* q**) harenis *i. ras.* B^1 16 defessus *D* 19 *fort.* arx est Vigili 20 fuget DG^1 21 h. p. *i. ras.* B^1 martyrius *L*, maturius *DG* 22 atqu*e *C* 23 cecilia $GBLM^2$ 24 meritis F^2] mentis *rell. praeter* mentes *A*

haec bonus antistes Vitale urguente Iohannes
condidit egregio viscera sancta loco.
o nimium felix, aeternum in lumen iture,
cuius vita suo proficit ista deo!

III

De basilica domni Stephani

Gloria celsa pios domini circumdat amicos,
quorum diffuso vivit in orbe decus.
pertulit hic martyr pro Christo orientis in axe:
ecce sub occasu templa beatus habet.
fundatus virtute dei, de morte triumphans
excepit lapides cui petra Christus erat.
gens Iudaea ferox, Stephanum quem perdere credis,
etsi carne, tamen nescit honore mori.
ille tenet palmam meritis, tu crimine poenam;
possidet ille polos, tu magis ima petis.
haec sacra Palladius Levitae templa locavit,
unde sibi sciat non peritura domus.

IV

De basilica S. Martini

Emicat aula decens venerando in culmine ducta,
nomine Martini sanctificata deo;
cui vitae merito fiducia tanta coruscat,
ut populis tribuat quod pia vota rogant.
extulit hanc Faustus devoto corde sacerdos,
reddidit et domino prospera dona suo.

V

In cellulam S. Martini ubi pauperem vestivit. rogante Gregorio episcopo

Qui celerare paras, iter huc deflecte, viator;
hic locus orantem cautius ire docet.

---

25 antestes *D*, antestis *A* urguente *B*, urgente *L* iohannis *C* 26 condit *C* loco sancta *D* loca G^1 27 omnium f. *A* inluminature C^1 *subscr.* v. XXIV *ACR*, XXIII *M*, XXVIII *G*

III *extat in P post VIII, 2 hoc ordine: v. 5—10. 3. 4 (om. 1. 2. 11. 12)* *tit.* domni] sc̄i *L* STEFANI *ACM*, DE STEPHANO LEVITA PROTOMARTYRE VERSVS VIII *P* 1 pius AD^1G^1 2 diffuso] defuso *BL*, defusio *rell.*, *cf. VII, 10, 6* urbe *ACMG*(*vulg. v. l.*)D^1 3 pertullit *P* 4 occassu *M* 6 excipit $CMDG^1$, excipit hinc l. *A* 7 feros *A* stefanum *CPM* perdire C^1M^1 10 petas G^1 11 leuitae *i. ras.* B^1, leuuitae, *sed prior* u *deleta* *ACDG* 12 sciat] flat BLG^2, *fort.* existat *subscr.* v. XII *ACMG*, XXII *D*

IV 2 nomini $D^1G^1M^1$ m. est *BL* 3. 4 *leguntur in P f. 68ᵛ post II, 16 praemisso titulo* DE SC̄O MARTINO TVRONENSI EP̄O 3 Martini meritis f. t. c. *P* 4 populus D^1 tribuat: a *i. ras. 2 litt.* (*1 m.?*) *C* uota *ras. ex* uocata *C* 5 fautus M^1, fraustus *B* deuota mente sac. *L* 6 suo: o *ex* a B^1 *subscr.* v. VI *ACMGR*, VII *D*

V *extat in P f. 68ᵛ post I, 6, 2* cellulam *vulgo*] CELLVLA *codd.* ubi — episc. *om. F* 1 celare p. M^1G^1V, celarare p. DM^2, celę reparas *R*

exul enim terris, caeli incola, saepe solebat
    clausus Martinus hinc aperire polos:
aede sub hac habitans heremi secreta tenebat,
    per medios populos anachorita potens.
hic se nudato tunica vestivit egenum:
    dum tegit algentem, plus calet ipse fide.
tum vili tunica vestitur et ipse sacerdos
    processitque inopi tegmine summus honor:
qui tamen altaris sacra dum mysteria tractat,
    signando calicem signa beata dedit:
namque viri sacro de vertice flamma refulsit,
    ignis et innocui surgit ad astra globus,
ac brevibus manicis, fieret ne iniuria dextrae,
    texerunt gemmae qua caro nuda fuit;
brachia nobilium lapidum fulgore coruscant
    inque loco tunicae pulchra zmaragdus erat.
quam bene mercatur cui, dum vestivit egenum,
    tegmine pro tunicae brachia gemma tegit!
tu quoque qui caelis habitas, Martine precator,
    pro Fortunato fer pia verba deo.

Imperiis parere tuis, pie care sacerdos,
    quantum posse valet, plus mihi velle placet.

VI

De basilica S. Martini

Qui cupit aeterna sociari in sede beatis,
    hos sibi participes per pia vota facit,
nec patitur differre diu quod oportet agendo,
    cum bona quae dederit haec sua lucra putet.
condidit ergo arvis delubra Leontius alma,
    talibus officiis intret ut ipse polos.
Martini meritis et nomine fulta coruscant,
    quem certum est terris signa dedisse poli,
qui leprae maculas medicata per oscula purgans
    pacis ab amplexu morbida bella tulit.
haec tamen ingenio sunt aedificata perito,
    quo nihil egregius gloria laudis eget.

---

3 exsul *PR* incola *om. D* 6 populos *i. mg. add. C*[1] anachoreta *G* 7 tonica *AR* 9 tonica *R* uestitur et: ur *1 m. et sq.* t *2 m. i. ras. P* 11 altare *P*[1], -ri *P*[2] mist. *CG* 12 dedit: edit *i. ras. P*[2] 14 ingis *P* et *bis, semel eras. C* 15 fierent *DG*[1] iniuriae *G*[1] 16 quae *A* 17 bracchia *M* 18 tunica *G*[1]*V*, tonicae *G*[2] pulchre *B* zmaracdus *P*, smar. *BLRM*[2] 19 cui] qui *codd.* 20 tunica *D*, tonicae *RG*[2] bracchia *M* 23. 24 *om. P* *post v.* 22: EXPLICIT. AD GREGORIVM *ACDV*, AD GR. *MF*, ISTI DVO VERSVS SVNT AD GR. *R*, *titulus eras. G* 23 parire *MG*[1]*V* *post* tuis *ras. 11—12 litt. C* 24 ualit *M* placit *M*[1] *subscr.* v. XXIV *ACMDGR*

VI 1. 2 *extant in P f. 68*[v] *post 1, 4, 4* 1 cupit: t *ex* s *G*[1] sociare *AG*[1], sociare se *R* beatus *G*[1]*V* 3 quo *G*[1]*V* agendum *C*[1] *ut vid.* 4 patet *G*[1]*V* 5 ergo] haec *L* arma *G*[1]*V* 6 ipse polos: se po *i. ras. C*[1] polus *M*[1] 7 nomina *D* 8 *post* poli *eras.* s *M* 9 lyprae *M* purgas *G*[1]*V*, porgans *M* 10 amplexsum orbida *C*[1] 12 nil *MRFG*[2]*V* *fort.* egregiae

additur ad specimen locus ipse quod eminet arvis
    elatoque iugo colle tumente patet:
altius educto sub se tenet omnia dorso
    et quacumque petit, deliciosa videt.
a longe adveniens oculo vicinus habetur,
    iungitur aspectu dissociante loco.
quo fessus rapitur visu invitante viator:
    si pede defecerit, lumine tractus adit.
quae Placidina sacris ornavit culmina velis,
    certantesque simul hic facit, illa colit.

VII

In honorem basilicae S. Martini quam aedificaverunt Basilius et Baudegundis

Discite, mortales, fidei nihil esse quod obstet,
    cum sacra templa dei flumine fixa manent:
pulchra per angustos ut surgeret aula meatus,
    etsi mons vetuit, praebuit unda locum:
ut famularetur domui vaga lympha supernae,
    cursibus antiquas ars nova subdit aquas.
cum Baudegunde quo mente Basilius una
    hoc renovans priscum reddit et auget opus.
sic, Martine, tuus honor amplus ubique meretur,
    ut loca nulla negent, quo tibi festa sonent.
talibus officiis pacatus, opime sacerdos,
    quorum vota vides, redde benigne vicem.

VIII

De basilica S. Vincenti ultra Garonnam

Tempore vita brevis meritis fit longior almis
    angustosque dies tendit honore fides.
post finem sine fine manet mens dedita Christo,
    linquens turbam hominum stat sociata deo.
hac ope suffultus Vincentius extat in aevum,
    gloria martyrii cuius opima viret,

---

13 eminit M^1 16 uident *MRF*, uidit *D* 20 limine C^2 22 certantesque: es *i. ras.* *G* (certantque *V*), certantisque M^1D haec G^1 *subscr.* v. XXII *ACMG*

VII *extat in* Σ *fol.* 53^r ITEM ALIVD Σ HONOREM *CB*] HONORE *rell.* QVAM *CGBL*] QVEM *rell.* 1 mortalis C^1M^1 fidei Σ] terris $DBLRFA^2M^2G^2$, *om.* $A^1CM^1G^1V$ obstit C^1M, obstat G^1 2 flumina *ALF* 1. 2 *distichon repetitur post carm.* VIII *ubi item legitur:* disc. mortalis nihil e. q. obstit | cum s. t. d. flumine f. m. *C* 3 angustus $C^1M^1G^1V$ ut si geret, *sed post* i *hasta erasa ut vid.* Σ 5 lympha *CBL*] lyppha Σ, limpha *G*, lymfa *MR*, limfa *AD* 6 cursibus] co sibus, *sed* o *fere evanida* Σ 7 baudigundae Σ 8 hac A^1 nouans Σ reddet Σ, redit CM^1G^1 *ut vid.* *V* augit *AC* 9 martine: ine *i. ras.* G^2, martyr AM^1V, marti *F* amplos *A* meritur C^1 10 sonent Σ] sonant *rell.* 11 sacerdus Σ 12 *om.* *R* *post* uota *ras.* *1—2 litt.* *B* *subscr.* v. XII *AMGR*, XXII *D*

VIII *extat in* *P* *post* *I, 10, 6* *titul. om.* *C* VINCENTII *DGBL* GARONNAM *BL*] GARONNA *rell.* DE SCO VINCENTIO MARTYRE *P* 2 angustusque *A* fides] dies *C* 3 edita *D* 4 linguens P^1, linques *D*, ninqu*ens G^1 turba A^1G^1V 5 haec *P*, ha*c *C* (*eras.* n?) 6 martyri G^1V

vertice succiso rapuit qui ex morte triumphum
    et nova de terris proles ad astra volat.
credidit unde necem, sancto dedit hostis honorem,
    percussorque magis morte perenne iacet:
vicerat ille miser, hunc si iugulare nequisset;
    nam abstulit unde caput, contulit inde polum.
huius amore novo pia vota Leontius explens
    quo sacra membra iacent, stagnea tecta dedit.
et licet eniteat meritis venerabile templum,
    attamen ornatum praebuit iste suum.
praemia succedant operanti longa salutis,
    huius ut obsequiis culmina sancta micent.

IX

Item de basilica S. Vincenti Vernemetis

Cultoris domini toto sonus exiit orbe
    nec locus est, ubi se gloria celsa neget;
sed cuius meritum scimus percurrere mundum,
    huius ubique viri surgere templa decet.
ecce beata nitent Vincenti culmina summi,
    munere martyrii qui colit astra poli,
promptus amore pio quae papa Leontius olim
    condidit eximio consolidata loco.
nomine Vernemetis voluit vocitare vetustas,
    quod quasi fanum ingens Gallica lingua refert:
auspicii praemissa fides erat arce futura,
    ut modo celsa domus staret honore dei.
hic etiam sanctus, domini suffultus amore,
    virtutis summae signa tremenda dedit.
nam cum templa dei praesul de more dicavit,
    martyris adventu daemonis ira fugit;
redditur incolomis quidam de peste maligna,
    cui vidisse pii templa medella fuit.
emicat aula potens divino plena sereno,
    ut merito placeat hic habitare deo.

---

8 prolis DG^1 uolet *P* 9 hostes AC^1M 10 praecursorque *G*. (*vulg. v. l.*) 12 abstullit *P* contullit *P* unde M^1 13—18 *om. P* 14 stangnea *C* 16 suo G^1 17 succedunt *BRF*, succedent *L* *subscr.* v. XVIII *ACMDGR* *in C post hoc carmen reliqua pagina (f. 11^r) i. e. 18 lineae vacuae; f. 12^r repetitur I, 7, 1. 2 quod distichon incoharat f. 11^r*

IX *num.:* VIII *C* Item *om. LF(A)* D. B. ITERVM *F* VINCENTII *DGBL* 1 sonos C^1, *corr.* C^1 exiit orbe: it or *i. ras.* B^1 2 est *om.* G^1V 3 meritum: r *ras. ex* n *B* 4 uiri: *altera* i *i. ras. 2 litt. A* 5. 6 *continuo sequitur in P post I, 8, 12* 5 uincenti: en *i. ras.* B^1, uincentii *CGR* 6 munera *P* martyrii: rii *i. ras.* B^1 *post 6 reliqua pag. (21 vv.) vacua. sequitur quinio nonus f. 63^r (carm. VIII, 3) P* 7 prumptus C^1M^1R olim *i. ras.* B^1 8 loco: co *i. ras. C* 10 gallica: c *i. ras. M*, c *sup. scr.* A^1 11 aspicii A^1 erat] uexerat *C* arte *L* *temptavi* arce profana 12 starit C^1 14 trementa C^1 15 praesol M^1 16 aduento *A* 17 redditus *BL* incolumis *L* maligna: *altera* a *i. ras.* C^2 18 uidesse C^1 (*prior* s *non certa*) C^1, uidet esse C^2 medilla *M*, medela BLC^2, *om. R*

nunc specie suadente loci ac virtutis honore
    evocat hic populos hinc decus, inde salus.
qui plebem accendit venerandae conditor arcis,
    talibus officiis praemia iusta metet.

X

De domno Nazario

Culmina conspicui radiant veneranda Nazari,
    cuius membra solum, spiritus astra tenet,
semine terrigeno terrenis usibus exsors,
    inmortale bonum pulvere natus homo,
nil carnale volens, sed Christi praemia poscens.
    sanguine de proprio victima digna deo.
haec tibi templa sacer devota Leontius offert
    maioremque suam hinc cupit esse domum.
hic prius angusto fabricata est machina gyro,
    quo neque tunc poterat plebs veneranda capi:
deiectamque solo rursus fundavit ab imo,
    et dedit haec quae nunc amplificata placent.

XI

De basilica domni Dionysi

Qui cupis egregii structorem noscere templi,
    tam pia non patiar vota latere tibi.
longius hinc olim sacra cum delubra fuissent
    et plebs ob spatium saepe timeret iter,
exiguam dederat hic praesul Amelius arcem,
    Christicolam populum nec capiente loco:
quo vitae claudente diem dehinc prole graduque
    venit ad heredem hoc opus atque locus,
fundavitque piam hanc papa Leontius aulam,
    obtulit et domino splendida dona suo.
quam venerandus habet propriam Dionysius aedem,
    nomine sub cuius sanctificata nitet;
qui fervente fide, Christi solidatus amore,
    vertice subposito colla secanda dedit.

---

21 loc* C^1 ac] hac DG, *a*c: *eras.* h *et fort.* n A uirtutes A^1 22 populus G^1VF 24 metet ABRF] metit CMDG, tenet L *subscr.* v. XXIV CMDGR

X *extat in* P *post* I, 11 (*f.* 62^r) DOMINO M NAZARRO A DE SCO NAZARRO MARTYRE P 1 radient P 3 terregino PC^1M^1 exors P, ex*sors (*eras.* p) B 4 (inm. ACPGR) 5 ualens B^1 $\overline{\chi\rho\iota}$: χ *et* ι *i. ras.* M 6 d. d. *i. ras.* B^1 7—12 *om.* P *sequitur* I, 8 8 hinc] hic CG^1V 9 hinc G^1V prius: ius *i. ras.* G^1 fabicrata L giro GBR 10 *fort.* uenerando 11 *ab M *subscr.* v. XII ACMDGR

XI DIONYSI] DIONISI C, DYONISI R, DYONISII M, DIONISII *rell.* 5 hinc RF praesol CM^1 (praesula melius F, praesulem melius R) 6 cristicolam CR, cristiculam A (*hic et alias codd. fere* $\overline{\chi\rho\iota}$col.) locum C^1 7 diem BL] die *rell.* prole graduque ACMLRF] pro lege graduque DG, pro lege graduque *sic* B^1 8 locos C^1 *fort.* atque decus (*cf.* 12, 7. 9) 10 dono C^1 sua D^1G^1V 11—24 *extant in* P *post* II, 14 (*f.* 62^r). *inscriptum* DE SCO DIONISIO MARTYRE 11 dionysius CP] dyonisius MGR, dionisius ABL 14 ueretice P^1 supp. P(A)

membrorum contemptor erat cupiendo coronam,
    vile putans quicquid ferret amore dei.
ut moritura caro donum inmortale pararet,
    vulnera dilexit, sed caritura nece;
hostili occurrens gladio se misit Olympo:
    unde mori voluit, vota salutis habet.
nec angusta prius subtraxit fana sacerdos,
    haec nisi perficeret quae modo culta placent.
adsidue in prisco peragens cerimonia templo,
    donec rite sequens consolidasset opus.

XII

De basilica S. Bibiani

Digna sacerdotis Bibiani templa coruscant,
    quo si iusta petis, dat pia vota fides.
quae praesul fundavit ovans Eusebius olim,
    ne tamen expleret raptus ab orbe fuit.
cui mox Emerius successit in arce sacerdos,
    sed coeptum ut strueret, ferre recusat onus.
qui precibus commisit opus tibi, papa Leonti,
    cuius ad hoc votum iugiter instat amor:
ultro tale decus tibi se servavit agendum,
    nec nisi tu fueras qui loca sacra dares.
o meritum iusti mansurum in luce perenni,
    per quem se cupiunt templa verenda coli!
sacra sepulchra tegunt Bibiani argentea tecta,
    unianimis tecum quae Placidina dedit.
quo super effusum rutilans intermicat aurum
    et spargunt radios pura metalla suos:
ingenio perfecta novo tabulata coruscant
    artificemque putas hic animasse feras.
sed cui vos animo donaria tanta dedistis,
    hic agat ut vobis stet diuturna salus.
nec dubitent qui digna ferunt, sibi magna rependi,
    dum quoque pro parvis reddat opima deus.

---

15 coranam B^1, *corr.* B^1 19 hostile *A* olympho *D*, olimpo *ACM*, o7 P^1, limpho P^2 20 more *GV* 21. 22 *om. P* 21 nec angusta *AG* (*sed* n *i. ras.* G^1) $BLFC^2M^2$] ne congusta C^1, nec congusta M^1RV, nec coniesta *D* fama *BL* (*vulg. v. l.*) 22 nisi *i. ras.* M^1 cul*a G^1, culpa *V* placent BLG^2] placet *rell.* 23 ads. *ADBR*] ass. *CPMGL* cerim. CG^1L] cerem. *rell.* 24 considasset B^1 *subscr.* v. XXIV *ACMDGR*

XII 4 nec DG^1F expliceret *D* urbe *A* 5 emerius: ius *i. ras.* A^1, emertus C^1, emeritus C^2, emetrius DG^1 6 recussat *DM* 9 se] nunc *A* seruabit C^1 tibi reseruauit *D* 10 daras C^1 12 ueneranda *D* 14 unianimis BLD^2] unianimes $ACMD^1$ (*sed* s *i. ras. fort.* D^1) *VR*, unamines *G* 15 quos G^1V su ęff. *D*, *sed* ę *sic i. ras.* D^2 16 et s *i. ras.* M^2 spargunt: unt *i. ras.* C^2 purā *C*, *sed lin. erasa* metalla *i. ras.* C^2, *praeter ult.* a *quam ex* o *effecit* C^2 17 ingenia *A* 19 *fort.* uos ambo dedisti G^1V 20 nobis G^1, *corr.* G^1 21 ne G^1V dubitent: *ult.* t *i. ras.* (*ex* s?) B^1 fuerunt G^1 *subscr.* v. XXII *ACMDGR*

XIII

De basilica S. Eutropis

Quantus amor domini maneat tibi, papa Leonti,
quem sibi iam sancti templa novare monent!
Eutropitis enim venerandi antistitis aula
conruerat senio dilacerata suo,
nudatosque trabes paries vacuatus habebat,
pondere non tecti, sed male pressus aquis:
nocte sopore levi cuidam veniente ministro
instauratorem te docet esse suum.
pro mercede tui meruit magis ille moneri:
o felix de quo fit pia cura deo!
nunc meliore via viruit renovata vetustas,
et lapsae fabricae flos redivivus adit.
aetas accessit, sed haec iuvenescit honore;
unde senes fieret, iunior inde redit.
hic scalptae camerae decus interrasile pendit;
quos pictura solet, ligna dedere iocos.
sumpsit imagineas paries simulando figuras:
quae neque tecta prius, haec modo picta nitent.
urbis Santonicae primus fuit iste sacerdos,
et tibi qui reparas iure priora dedit.
cum sua templa tenet sanctus habitando quiete,
instauratori reddet amore vicem.

XIV

De calice Leonti episcopi

Summus in arce dei pia dona Leontius offert,
votis iuncta sacris et Placidina simul.
felices quorum labor est altaribus aptus,
tempore qui parvo non peritura ferunt.

XIII EVTROPITIS *F*, EVTROPII C^2, ETROPIS *R*   2 *post v. 11, sed suo loco adsignatus* B^1 3 Eutropetis *C*, Etropitis *R*, (E)utropiștis *F*, Eutropi*** M^1 antistitis GLB^2] antestitis *ACMDVR*, antistis B^1 4 conruerat *ACM*] corruerat $BLRFG^2$, conruat D^1, corruat G^1V, corruit D^2 delacerata *C*   5 nudatasque *BL*   6 tecti* *M*, tectis *C*   7 ueniente: ie *i. ras.* D^2 8 instauraturem M^1 9 merce*de *M*   11 uia uiruit] uiruit *D*, uia uiuit G^1, uit uir *V* (*i. e.* uir *om. et sup. scr. erat in communi horum codd. archetypo*)   renouata: ta *i. ras.* A^2 uetustas: *prior* t *i. ras.* C^1 12 lapsae C^1] lacsae *rell.*   rediuiuus: s *i. ras.* D^1 adit *om. L*   *fort.* adest   13 iuueniscit *MBL*   14 senex $BLC^2D^2G^2$ 15 interrasile. *ult.* e *i. ras.* C^2 (pendit *codd.*)   16 li*na, *sed* n *i. ras.* A^1 iocus *A*, iocus *ex* iocos C^1 20 qui D^1 *ex* que   21 quietem *D*   22 reddet] reddere *C*, reddit *rell.* *subscr.* v. XXII *ACMDR*

XIV *extat in cod. Reginae 1709 (Ovid. fast.) f. 120*   LEONTII *GBLF*   4 ferunt *fere evanuit M* *subscr.* v. IV *ACDGR*

XV

De Leontio episcopo

Inter quos genuit radians Aquitanicus axis,
egregiis meritis culmina prima tenes,
civibus ex Gallis supereminet alta potestas:
tu potior reliquis et tibi nemo prior.
praecedis multos nulli minor atque secundus,
nec superest aliquid quod dare possit honor.
qui, cum se primo vestivit flore iuventus,
parvus eras annis et gravitate senes;
versus ad Hispanas acies cum rege sereno,
militiae crevit palma secunda tuae.
cuius primitiae tanto placuere relatu,
ut meritis esset debitus iste gradus;
nec poterant subito tibi culmina celsa parari
haec, nisi digna tuum promeruisset opus.
nobilitate potens praecellis, papa Leonti,
clarus ab antiquis, si numerentur avi:
nam genus et proavi vel quicquid in ordine dicam,
per proceres celsos currit origo vetus.
tempora diffugiunt et stat tamen aula parentum
nec patitur lapsum te reparante domus.
nobilitas longos non inclinavit in annos,
cui magis ascensum proles opima dedit;
inclita progenies ornavit luce priores,
heredis radio splendet origo patrum;
de radice sua vestita est flore vetustas,
quam merito vestrae laudis obumbrat honor;
quamvis non aliquis potior modo possit haberi,
tu tibi praecedis amplificando patres.
emicat altus apex generosa stemmata pandens,
cuius apud reges unica palma patet.
ecclesiae nunc iura regis, venerande sacerdos:
altera nobilitas additur inde tibi.
pontificalis apex quamvis sit celsus in orbe,
postquam te meruit, crevit adeptus honor.
aula dei et pastor vicibus sibi praemia reddunt:
illi tu ornatum, spem dedit illa tibi.
munere divino pariter floretis utrique:
tu mercede places, illa decore nitet.

XV 2 egregiis: iis *ras. ex* ius *C* 4 ibi *G*[1]*V* 7 quicumque se *G*[1]*V* 8 e. in annis *D* senes *C*[1] (*ex* senis) *M*] senex *BL*, senis *rell.* 9 spanias *A*[1] cum* rege *G* 10 meliciae *C*[1] 13 celsa p. *i. ras.* *C*[2] 14 tu*m *C*[1] promeruissit *C*[1] 15 nub. *C*[1] 17 quidq. (*MA*) 18 celso *G*[1]*V* 20 reparente *DV* (-ante *G*) 22 cuius *C* 23 inclyta *MLR* hornauit *C*[1] 24 *om., legitur post v. 44 R* radios *G*[1]*V* 27 potior] pador *L* habere *D*[1], *corr.* *D*[1] 28 praecellis *D*[1], *corr.* *D*[1] amplicando *G* patrem *G*[1] 29 stemata *C* pendens *D* 31 reges *C*[1], *corr.* *C*[1] 32 tibi** *D* 33 orbe *ACBL*] urbe *rell.* 36 tu *om.* *B*[1]*L* 37 floretis] monitis *D*

tertius a decimo huic urbi antistes haberis,
sed primus meritis enumerandus eris.
templa vetusta dei revocasti in culmine prisco,
postque suum lapsum nunc meliora placent:
flore iuventutis senio fugiente coruscant
et tibi laeta favent, quo renovante virent.
ut tu plus ageres, incendia tecta cremarunt
et nunc laude tua pulchrius illa micant,
nullaque flammicremae senserunt damna ruinae,
quae modo post ignes lumine plena nitent.
credo quod ex sese voluissent ipsa cremari,
ut labor ille tuus haec meliora daret:
post cineres consumpta suos tenuesque favillas
sic solet et Phoenix se renovare senes.
instaurata etiam sacri est baptismatis aula,
quo maculas veteres fons lavat unus aquis.
ecce beata sacrae fundasti templa Mariae,
nox ubi victa fugit semper habendo diem.
lumine plena micans imitata est aula Mariam:
illa utero lucem clausit et ista diem;
nec solum hic, sed ubique micant tua templa, sacerdos,
inter quae plaudens Santonus illa docet.
qui loca das populis, ubi Christum iugiter orent,
unde salus veniat te facis esse viam;
ecclesiaeque domus crescente cacumine pollet
et probat esse tuum, quod modo culta placet.
fecisti ut libeat cunctos huc currere cives
et domus una vocet quicquid in urbe manet.
ornasti patriam cui dona perennia praestas,
tu quoque dicendus Burdegalense decus:
quantum inter reliquas caput haec super extulit urbes,
tantum pontifices vincis honore gradus;
inferiora velut sunt flumina cuncta Garonnae,
non aliter vobis subiacet omnis apex.
(Rhenus ab Alpe means neque tantis spumat habenis,
fortior Hadriacas nec Padus intrat aquas;
Danuvius par est, quia longius egerit undas:
haec ego transcendi; iudico nota mihi.)

39 uerbi G^1V antistes *GBL*] antestis *ACMDVR* 41 templa uet.: la ue *i. ras.* C^2 44 quo] quae G^1V 45 plus: p *et* s *i. ras. 1 m.* *C* 46 *ante* laude *eras.* a *C* pulcrius *R* 47 fl.] lacrimae D^1, flacremae D^2 dampna *A* 48 post] per G^1V nitent] micent *BL* 49 quod] quia *BL* uoluissint C^1M, uoluisset G^1V 51 tenuisque C^1 52 senes AC^1MDG^1VR] senis G^2, senex $BLC^2(F)$ 56 uicta *ex* ulta C^1 57 lumina G^1V micant semita est a. maria *C* (*sup.* est *scr.* non C^2) 60 sanctonus *GVBL* *fort.* illud adit 63 cacumina DG^1 64 quo *C* 65 huc c.] hocc., *sed* h *eras.* *C* 66 quidquid (*AMLR*) 67 cui: i *ras. ex* m *G* penennia B^1 prestes C^1, *ad* praestas *v. l.* tractas G^2 68 burdegalinse *M* 69 haec] ex *CV*, haec *i. ras. 2 litt.* *G* extullit, *sed prior* l *erasa* *C* 71 uelud B^1, *corr.* B^1 g*ronnae C^1 72 nobis D^1 subiacit *MRF* 73 Renus *AC* habenis *cf. XI, 23, 13* 74 adriacas *L* 75 Danubius *GL* quia *AC* (*sup.* a *eras.* s *ut vid.*) *MGV*] qui *DBLRF* egerit $CMBLG^2$] egeret ADG^1, egerat *F*, erat *R* 76 trascendi *D*, transcend*a (*eras.* i, *ult. lit. incertum* o *an* a) *C* indic*o (*eras.* i ?) *G*

muneribusque piis dotasti altaria Christi,
    cum tua vasa ferunt viscera sancta dei.
nam cruor et corpus, domini libamina summi,
    rite ministerio te tribuente venit.
o felix cuius ditat pia templa facultas,
    cui res ista magis non peritura manet!
non aerugo teret mordaci dente talentum
    nec contra haec fures arma dolosa movent;
et data res vivit, facit et bene vivere dantem:
    cum moritur terris, ducitur inde polis.
haec possessor habet quicquid transmiserit ante:
    sola tenet secum quae prius ire facit.
haec tibi templa dabunt et vasa sacrata, sacerdos,
    et quicquid reliquum nec numerare queo.
ecclesiae columen per tempora longa gubernes
    et mercede pia fructus ubique mices. —
Cogor amore etiam Placidinae pauca referre,
    quae tibi tunc coniunx, est modo cara soror.
lumen ab Arcadio veniens genitore refulget,
    quo manet augustum germen, Avite, tuum;
imperii fastus toto qui rexit in orbe,
    cuius adhuc pollens iura senatus habet.
humani generis si culmina prima requiras,
    semine Caesareo nil superesse potest.
sed genus ipsa suum sensus moderamine vicit:
    cuius ab eloquio dulcia mella fluunt,
cara serena decens sollers pia mitis opima
    quae bona cuncta gerit, quicquid honore placet;
moribus ingenio meritorum luce coruscans
    ornavit sexum mens pretiosa suum.
plurima cur referam, quantis sit praedita rebus,
    quae potuit votis nupta placere tuis?
augeat haec vobis vitam cui templa dedistis
    culminibusque suis culmina vestra tegat.

---

79 nam] nunc *R* 80 rete C^1 te] et *C* 81 cuius] cui *A* 87 quidq. (*AM*) trasmiserit *M* 87. 88 *om.* G^1, *add. in ora infima* G^2 89 *post* tibi *eras.* bi *C* 90 quidq. (*AM*) 91 colomen *MD*, colomem *G*, culmen $A^2C^2D^2$ gubernens *DV*, gubernans *G*, gubernas *C* 92 mices: c *i. ras.* C^2 *v. l.* fretus *et* metes *in marg.* L^1 93 cogor amore pio etiam Plac. pauca referre *L* 94 coniunx *DGBL*] coniux *rell.* kara MRC^2 95 archadio *GBL* 96 germina uite *C*, german* uita G^1, german auite *V* 97 imperiis factus G^1V regit G^1V urbe A^1 100 semene C^1 caesare o, *sed* sa *ex* lu C^1 101 sensus *1 m. ex* sensum *C*] sensum G^2, sensu *rell.*, *cf. III, 24, 11. VI, 2, 3* 103 docens *C* solers *G*(*MR*) mitis] mentis *D* 104 quidq. (*AMR*) *subscr.* v. cx $CMDGBA^2$

XVI

Hymnus de Leontio episcopo

Agnoscat omne saeculum
antistitem Leontium,
Burdegalense praemium,
dono superno redditum.

Bilinguis ore callido
crimen fovebat invidum,
ferens acerbum nuntium
hunc iam sepulchro conditum.

Celare se non pertulit
qui triste funus edidit:
etsi nocere desiit,
insana vota prodidit.

Deceptus arte noxia
cassata deflet crimina,
dum, quae putabat tristia,
conversa sunt in gaudia.

Exempla saeva protulit,
calcanda cuncto tempore,
ut iam sibi conscriberet
decreta vivo antistite.

Fucata res haec contigit,
vitanda casto pectore,
superstite ut praesumeret
post fata quod vix debuit.

Gravat sacerdos ordinem
qui episcopatum sic petit:
praecepta qui conplectitur,
fugit honoris ambitum.

Hoc si cui sit debitum,
coactus ascendat gradum:
non se petente callide,
sed dante Christi munere.

XVI H.] VERSVS VEL HYMNVS (YMNVS *LR*, *cf. v. 85*) *codd. versus binorum colorum, strophae binorum versuum codd.* (*cola subinde dirempta vel verbis male divisis MD*) 2 antestitem *ACMV*, antestite *D*, antistiten *R* 3. 4 *inverso ordine* (*uno versu*) *BL* 3 Burd.: d *ex* g G^1 5 ore *om. A* callido: o *i. ras. ex* um *L* (*1 m. ut vid.*), calido *CD* 6 fouerat C^1 7 ferens: r *i. ras. C* 8 sepulchrum *DF* 9 celare: a *i. ras. C* 14 cassa *GV* cassa d. c. dum G^1, dum cassa d. cr. G^2 (*i. mg.* ℞) 15 q. p. t. *G* (*v. ad v. 14*) tristitia RD^2 18 tem|pore (*duob. vers.*) *M*, tem***|pore *D eraso* p̄re (*ceterum in verbis discerpendis non convenit inter M et D*) 19 describeret *BL* 20 antestite *ACMDV* 21 fugata *AC*, fucato *R* contingit *D* 22 casta *A* pecca|tore *D* 24 facta *A* 27 (conpl. *AC*) 28 fulget G^1, fulgit *V* 29 si cui sit] sic uix *D* 31 petenta C^1 32 se dante AC^1D

Ineptus est quis ipse se
praeferre vult ecclesiae,
nam rem sacratum sumere
electio divina sit.

Karus sacerdos ordinem
Hilarius non ambiit,
Martinus illud effugit,
Gregorius vix sustulit.

Leges refutant ambitum,
invasor omnis pellitur:
quod respuunt praetoria,
vitet nefas ecclesia.

Maligna erant certamina
de sede non tamen sua.
quae nec pati desiderat,
non inferat mens inproba.

Nec longiore tempore
versantur in hoc murmure;
dum cogitant succedere,
Redit sacerdos qui fuit.

Orante plebe protenus,
dum nemo credit, redditur:
quae confluunt post tristia,
maiora sunt haec gaudia.

Plausu favebat civitas
cui redit felicitas,
orbata quem defleverat
patrem recepit anxia;

Quem vix putabat redditum,
praeventa voto prospero;
res mira quando cernitur,
solet stupere visio.

Recolligit rector gregem
errore captum semitae;
pastoris arce cognita
gavisa sunt ovilia.

---

33 quis: s *postea add., sed fort. 1 m. C*, qui *F* se *om. C* 37 Karus *sic codd.* 38 Hilarius *i. ras. C* 40 Gregorius *i. ras. C* 41 lege G^1V refutent *B* 42 inuasor: o *i. ras. G* (*ex* s?) 44 uitat *M* aeclesia *G* 45 erunt *RF* 48 mens ab inproba *GV* (inpr. *CGBR*) 50 huc *A* 51 succ.] suo cedere *D* 53 protenus AC^1M] protinus *rell.* 54 reditur *DV*, creditur G^1 (G^2 *ut vulg.*) 55 pro tristitia G^1V (*in G* tristia, *sed sup.* ia *eras. 2 litt.*) 56 maiore G^1 57 plausa *D* fauebit *L* 58 *ante* redit *eras.* c *G* 59 defluerat *A* 60 patre *C* recipit A^1 66 errorem G^1VR (*corr.* R^1) captum semitae *i. ras. non totidem litterarum* (7—9) G^2, captum *om. V* 67 arte *L*

Sumpsit gradum quo tempore,
regressus est eo die:
quis non superno munere
hoc contigisse praedicet?

Tantum nec ante praemium
plebi fuit, cum factus est,
laetata quantum tunc fuit,
quando recepit praesulem.

Venite cives, plaudite
et vota votis addite:
quo facta sunt miracula,
servent eum caelestia.

Xp̄s sereno lumine
circumvolet quem reddidit,
ut trina crescat gratia
mercede vita gloria.

Ymnum canendo concrepet
quisquis deo non invidet:
laus eius est qui praesulem
de mortis ore retrahit.

Zelante fido pectore
tam vera dici non pudet.
haec parva nobilissimo
papae damus Leontio.

XVII

Ad Placidinam

Munera parva nimis, pia, suscipe quaeso libenter,
quae magis ipsa decens munus in orbe micas.
fluctibus e mediis ut haec daret insula vobis,
Oceanus tumidas murmure pressit aquas.
quae loca dum volui properans agnoscere ponti,
a Borea veniens reppulit unda furens;
prosperitas ut vestra tamen se plena probaret,
obtulit in terris quod peteretur aquis.

---

69 que DG^1V 70 est *om.* G^1V 71 superato *A* 72 contegisse *C* praedicit DG^1 74 plepi *L* factus: us *i. ras.* M^2 75 laetata *priore versu C* tunc *om. L* 76 recipit DG^1 praesolem M^1 78 et *om. C* 79 *fort.* cui mirac.: ira *i. ras. M* 82 circumuolat *A* 83 ut rina crescit *A* 84 uitae *A* 85 hymnum *C* con*crepet: *eras.* p *C*, concrepit *A* 86 inuidit *A* 87 praesolem AM^1 89 zelanter *A*, zelantes *D*, zelan *C* 90 tam] iam *DGBL* pudit C^1, puduit C^2, putet *AF* 91 parua: rua *i. ras. 6—7 litt.* C^2 *subscr.* v. XCII *AD*, LXLII *M*, LXII *C* (*patet pristinam formam in M servatam esse*), XXIII *GV* (*i. e. stropharum computus*)

XVII PLACITINAM *A* 1 M. p. *om.* A^1 nimis] ninimis *L*, *sed* nim *i. ras. 1 m.* pie *D* suscipe *i. mg. L* 2 dicens A^1 urbe AD^1 (*corr.* D^1?) 3 fluctibus BLG^2] fructibus *rell.* nobis *A* 4 praesit *DV* murm. *ad* tum. *pertinet*, pressit *i. e.* repressit 5 prosperans G^1V 6 arborea u. *L* repulit *C* 7 probaret] pararet *L*, probet *B* *subscr.* v. VIII *CMDG*

XVIII

De Bissonno villa Burdegalensi

Est locus, aestifero quamvis sit tempore fervor,
quo viret assidue flore refectus ager,
respirant croceis depicta coloribus arva,
fragrat odoriferis blandior herba comis.
incola Bissonnum vocat hunc de nomine prisco
(milia septem urbs hinc Burdegalensis abest);
qua possessor amans praetoria grata locavit,
partibus atque tribus porticus aequa subit.
straverat ipsa solo senio rapiente vetustas,
perdiderat vultum forma decora suum:
haec meliore via revocat labor ille Leonti,
quo praesente domos nulla ruina premit;
nunc quoque prosperius velut aula sepulta resurgit
et favet auctori vivificata suo.
reddidit interea prisco nova balnea cultu,
quo recreant fessos blanda lavacra viros.
hic referunt nutrisse lupos deserta tenentes:
intulit hic homines, expulit unde feras.

XIX

De Vereginis villa Burdegalensi

Inter opima ferax qua volvitur unda Garonnae,
Vereginis ripis vernat amoenus ager:
hic brevis ascensus leni subit aggere clivum,
carpit et obliqua molle viator iter;
altior a planis arvis minor eminet altis:
nec humilis nimium necve superbit apex.
colle sedet medio domus aedificata decenter,
cuius utrumque latus hinc iacet, inde tumet.
machina celsa casae triplici suspenditur arcu,
quo pelagi pictas currere credis aquas.

XVIII bisonno *C*, bissono *R*, hissono *F* burdegalensi LG^2] burdegalense *ADR*, -sae G^1, burdegallense *B*, burdegalinse *CM*, *om.* *F* 2 uiret] uerit *A*, uer*** C^1 3 croceis] croceis quamuis *L* 4 fragrat] flagrat *codd.* 5 bissonum AC^1 (*sed* b *i. ras.*, *fort.* C^2), bissomnum G^1VR, hissonum *F* de] do *D* 6 melia B^1, *corr.* B^1 septem $GBLC^2(F)$] septim AC^1MR *abest *G*, adest *L* 7 raetoria *MR*, retoria *DV*, rethoria *G v. l.*, retorta (orta *2 m. i. ras.*) *G* 8 atque subit C^1 9 senio*rap. *C*, *sed* ra *i. ras. 2 m.* 11 leontii G^2 12 domos *CMBLR*] domus *DGF*, domum *A*, *sed* omum *i. ras. 2 m.* premat *ut vid.* *A* (*incertum membranae laesura*) 13 aula: l *i. ras.* *B* sepultu se fugit C^1 14 fauit CMG^1VR actori *B* 15 reddedit M^1 17 hinc *A* lupus G^1V 18 hinc G^2 inde *ras. ex* unde *G* *subscr.* v. xviii *ACMDG*

XIX verregnis C^1, verregini *F* burdegalensi LG^2] -ense *DB*, -ensae G^1V, -inse *ACMR*, *om.* *F* 3 a**census G^1 angere *C* cliuum: uum *i. ras.* B^1 4 obliquum *F* mole ACG^2 5 alti*or *M* a] e G^2 planis: a *i. ras.* C^2 *post* minor *eras.* et *C* 6 necue *sic codd.* 7 sedit *A* 8 hic *ARF* iacit *MR* inde: in *i. ras.* C^2 9 arco *A* 10 credis aquas *praeter* c *i. ras.* A^2 aquis D^1, *corr.* D^1

exilit unda latens vivo generata metallo,
dulcis et inriguo fonte perennis aquae;
quo super accumbens celebrat convivia pastor
inclusoque lacu pisce natante bibit.
nunc renovanda venit papae mercede Leonti,
quem dominum longo tempore culta cupit.

XX

De Praemiaco villa Burdegalensi

Quamvis instet iter retraharque volumine curae,
ad te pauca ferens carmine flecto viam.
captus amore tui numquam memoranda tacebo.
te neque praetereo praetereundo locum;
cui quae digna loquar? si syllaba quarta recedat,
Praemiacum pollens, praemia nomen habes.
deliciis obsessus ager viridantibus arvis
et naturalis gratia ruris inest.
condita quo domus est, planus tumor exit in altum,
nec satis elato vertice regnat apex;
qua super incumbens locus est devexus in amnem,
florea gemmato gramine prata virent:
leniter adpulsus quotiens insibilat Eurus,
flexa supinatis fluctuat herba comis.
hinc alia de parte seges flavescit aristis,
pinguis et altricem palmes opacat humum.
piscibus innumeris non deficit unda Garonnae,
et si desit agris fruges, abundat aquis.
sed te quaerebant haec munera tanta, Leonti:
solus defueras qui bona plena dares.
nam quod pulchra domus, quod grata lavacra nitescunt,
consolidatorem te cecinere suum.
ut tamen adquirant adhuc fabricanda decorem,
temporibus longis haec tua dona regas.

11 unde *et v.* 12 aqua *Mommsenus* 12 ponte *C* *fort.* ab inriguo 14 pisci *A*[1] 15 re-uocanda *R* leontii *G*[2] 16 quam *A* tempore *praeter* te *i. ras.* *A*[2] cupit] petit *L* *subscr.* v. XVI *ACMDG*

XX PRIMIACO *L*, REMIACO *R* BVRDEGALENSI *L*] -ENSE *ABDG*, *om. F*, *compendio utuntur CMR* 1 *post* iter *ras. 2 litt. A* retraharque] et *i. ras.* *M*[1], *tertia* r *i. ras.* *C*[2] 2 plecto *D* 5 loquor *D*[1] (*corr.* *D*[1]) *G* (*V cum rell.*) sillaba *G* 9 qua *F* 11 inrumpens *ut vid.* *C*[1] *post* de-uexus *ras. 1 lit. B* 12 *ante* gemm. *eras.* a *C* uirent: re *i. ras.* *C*[2] 13 quotiens sinsib. *D* 17 garoni *F* 18 frugis *BL* habundat *GR* *ad frugem aquarum cf. X, 9, 68* 21 nitiscunt *M* 22 ceninere *L* 23 datorem *R*, *om. F* 24 *om. R* *subscr.* v. XXIV *CMDGA*[2]

XXI

De Egircio flumine

Laus tibi forte minor fuerat, generose Garonna,
si non exiguas alter haberet aquas:
lubricat hic quoniam tenuato Egircius haustu,
praefert divitias paupere fonte tuas.
denique dissimilem si conparet ullus utrumque,
hic ubi fit rivus, tu puto Nilus eris.
te famulans intrat, sed hunc tua regna refrenant:
Gallicus Eufrates tu fluis, iste latet.
nam quantum Oceanum tumidus tu cursibus auges,
iste tuas tantum crescere praestat aquas.
torrida praesertim cum terris incubat aestas
ac sitiente solo tristis anhelat ager,
cum Titan radiis ferventibus exarat arva
et calor ignifero vomere findit humum,
languidus arentes fugiens vix explicat undas
et cum pisce suo palpitat ipse simul;
flumine subducto vacuatas lambit harenas,
sedibus in propriis exul oberrat aquis.
in limo migrante lacu consumitur amnis
terraque fit sterilis quo fuit unda rapax.
deficiunt usto solacia cuncta rigoris,
nomine cum proprio tristis et aeger eget.
forte viator iter gradiens non invenit haustus:
unde alios recreet qui sitit ipse sibi?
se cupit infundi fluvius, si porrigis undas
(si tamen est fluvius quem madefactat homo).
gurgitis inpressas labens rota signat harenas
atque resudantes orbita sistit aquas.
si venias equitando viam sub tempore cancri,
vix tamen insidiens ungula mergit equi.
vidimus exiguum de limo surgere piscem,
qui retinente luto naufragus errat humo.
nec fluvius nec campus adest nec terra nec unda:
piscibus inhabilem nullus arare potest;
sola palude natans querulos dat rana susurros:
piscibus exclusis advena regnat aquis.

XXI *extat in Sidonii Apollinaris cod. Laurentiano 45, 26 (m. 8°. s. XII) fol. 115ʳ, cf. ad XI, 25. 26* EGIRTIO *DL*, EGERCIO *F*, GIRCIO *G¹V* 1 generosa *CRFG¹* garonnae, *sed* e *eras. C*, garoma *Laur.* 3 lubrica *D* hic: i *ras. ex* a *G*, huc *Laur.* egirtius *CL*, egercius *F* 5 dineque *A¹* conp. *ACMRV*] comp. *GB* 6 fit] sit *DR*, *om. L* 7 huc *R* serenant *F* 8 eufrates *MG¹BL*] eufratis *rell.* fluuis *C¹*, fluuiis *C²* ille *F* 9 tu*midis (*eras.* u) *C* 11 torridam *A* 14 nomere: m *i. ras. G¹ ut vid.* 15 arentis *DG¹* 16 ipsa *G¹* 17 arenas *R*(*F*) 18 exsul *G* 19 consummitur annis̨ *D* 20 sterelis *C¹MR* 25 porrigis *C¹* 27 inpr. *ACMDR*] impr. *GBL* arenas *M*, harenas: r *ex* b *B¹* 28 sistat *G¹* 29 se *C¹* *ante* cancri *eras.* c *G* 30 insidiens *ACMFV Laur.*] insidens *R*, insidians *DG*, insiliens *Mommsenus* 30 iugula *ras. ex* ungula *G* 33 campus: pus *i. ras. B* 35 querulos] quaerutulos *R*, raucos *F* 36 *ad* piscibus *i. mg.* ł piscis et *BL*

at si forte fluat tenuis de nubibus imber:
    vix pluit in terris, iam tumet iste minax;
ingentes animos parva de nube resumit:
    fit subito pelagus qui fuit ante lacus.
turbidus incedens undis eget ipse lavari,
    semper inaequalis qui nihil aut satis est.
non ripis contentus agit conpendia cursus,
    quod de monte bibit per sata plena vomit.
vertice torrenti rapitur quasi more tyranni,
    indignatus iter munera vastat agri.
discurrit seges in fluvium, stat piscis in arvo:
    ordine perverso messe natante iacet.
quae fuerant ovibus, donantur pascua ranis,
    prata tenent pisces et trahit unda pecus.
obtinet expulsus stabulum campestre silurus,
    plus capitur terris quam modo piscis aquis.
sarcula quos foderent agros male retia miscent,
    figitur hic hamus quo stètit ante palus.
sors una est piscis, siccent aut flumina crescant:
    nunc residet limo, nunc iacet exul agro.
sed cur triste diu loquimur de gurgite parvo?
    uritur et verbis, nec recreatur aquis.
sufficiat flagrare sibi, cur addo vapores
    atque bis aestivum crescere tempus ago?
unica sed tandem damus haec solacia laudis,
    quod tribuit pisces evacuatus aquis.

38 iam] **m *M* *post* tumet *eras.* et *C* ille *F* 40 pelagis G^{1} 41 undis] *bis C* (*semel erasum*), *om. A* lauari] lauacri *AR* 42 qui: q *i. ras. M* 43 (conp. *AR*) 44 quo C^{1} 45 torrenti] en *i. ras. M*, torrente *GV* more] mor M^{1} ty*ranni *M* 47 aruo] arua G^{2} 49 ranis] remis *R* 50 tenenent C^{1} unda] uda *MR* 51 expulsu *D*, expulsis *Laur.* capestre *A* siluros $G^{1}V$ 53 foderent] fuderent, *sed altera* e *i. ras. A*, foederent *R*, foderant F^{1} 54 hamus *ABLFV*] *ante* h *eras.* c *G*, amus *CMD*, banus *R* 55 crescent *A*, crescunt *F* 56 residet *GBLRF*] resedet *ACMDV* exsul *G* 58 creatur *D* 59 flagare *BR* 60 cresceret *MDG* 62 quo *DR* piscis *L* *subscr.* v. LXII *ACMDG*

ISTE LIBER HABET V̄R̄. CLXXVI *A*, HABET VERSVS DLXXVI *CMDGV*, *om. rell.* *deinde subscriptio* EXPLICIT VENANTI (-TII GD^{2}) HONORI (-RII GLD^{2}) CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI (PRESBI. *A*) ITALICI LIBER ·I· FELICITER INCIPIT LIBER ·II· *continuo addito primi carminis titulo codd. praeter R* (expl. l. I. incip. l. II) *et F* (incip. l. II); *in L post* Expl. l. I *secuntur capitula libri II, deinde subscr. reliqua*

LIBER SECVNDVS

I

De cruce domini

Crux benedicta nitet, dominus qua carne pependit
atque cruore suo vulnera nostra lavat,
mitis amore pio pro nobis victima factus
traxit ab ore lupi qua sacer agnus oves,
transfixis palmis ubi mundum a clade redemit
atque suo clausit funere mortis iter;
hic manus illa fuit clavis confixa cruentis,
quae eripuit Paulum crimine, morte Petrum.
fertilitate potens, o dulce et nobile lignum,
quando tuis ramis tam nova poma geris!
cuius odore novo defuncta cadavera surgunt
et redeunt vitae qui caruere diem.
nullum uret aestus sub frondibus arboris huius,
luna nec in noctem sol neque meridie.
tu plantata micas, secus est ubi cursus aquarum,
spargis et ornatas flore recente comas.
appensa est vitis inter tua brachia, de qua
dulcia sanguineo vina rubore fluunt.

II

In honore sanctae crucis

Pange, lingua, gloriosi proelium certaminis
et super crucis tropaeo dic triumphum nobilem,
qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

---

carm. 2. 1. 3. 7 extant in miscellaneo cod. Paris. 8319 f. 35ᵛ sq. (s. XI). cuius scripturas adferri non opus est. I *extat in P fol. 12ᵛ sine titulo* DNI *ACL*] *om. rell.* 2 adque *P* lauit $PBLFC^2G^2$ 3 uietima *D*, uicina *V*, uictus F^1 4 orbe *sic B* quas *A*, qui *F* 5 transfixit *A* a *om. R* 9 nobile: no *i. ras. 7 litt. A* (*2 m.?*) dignum *L* 10 *fort.* bona 12 diem $CPM^1DG^1VR^1$] die $ABLFM^2G^2R^2$ 13 arboris huius *om.* L^1 14. 15 *om.* L^1 14 nocte *LF* merediem *C* 16 *ante* sp. *eras.* 1 *C* 17 bracchia *M* 18 uino rubure G^1 *subscr.* v. XVIII *ACMDGR in P sequitur II, 3*

II *legi solet in hymnorum et litaniarum libris, ut in cod. Paris. 1153 f. 50 (s. IX) sine memorabili lectionis discrepantia extat in P post II, 3, 12 sine titulo* HONORE *sic codd. carmen strophis non discriptum ACPD, strophis ternorum versuum rell. versus interstitiis dimidiati L* 1 Pando *D* 2 tropheo $ABLC^2$ crucis — qualiter (*1 vers.*) *i. ras. 1 m. C* nobilem] m *eras. CM*, nobile *P* 3 redemtor *MR*

De parentis protoplasti fraude factor condolens,
quando pomi noxialis morte morsu conruit,
ipse lignum tunc notavit, damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostrae salutis ordo depoposcerat,
multiformis perditoris arte ut artem falleret
et medellam ferret inde, hostis unde laeserat.

Quando venit ergo sacri plenitudo temporis,
missus est ab arce patris natus orbis conditor
atque ventre virginali carne factus prodiit.

Vagit infans inter arta conditus praesepia,
membra pannis involuta virgo mater adligat
et pedes manusque, crura stricta pingit fascia.

Lustra sex qui iam peracta tempus inplens corporis,
se volente natus ad hoc, passioni deditus
agnus in crucis levatur immolandus stipite.

Hic acetum fel harundo sputa clavi lancea,
mite corpus perforatur, sanguis, unda profluit,
terra pontus astra mundus quo lavantur flumine.

Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis
(nulla talem silva profert flore fronde germine),
dulce lignum, dulce clavo dulce pondus sustinens!

Flecte ramos, arbor alta, tensa laxa viscera,
et rigor lentescat ille quem dedit nativitas,
ut superni membra regis mite tendas stipite.

Sola digna tu fuisti ferre pretium saeculi
atque portum praeparare nauta mundo naufrago,
quem sacer cruor perunxit fusus agni corpore.

---

4 parentibus C^1, *corr.* C^1 protoplasti $G(F)$] protoplausti, *sed* u *deleta ABLV; item sed* u *i. ras. M*, protoplausti *CPDR*, *cf. X*, 2, 2 facto *F* 5 noxiali* (s *eras.*) *C* morte morsu] mortem morsu A^2, morte morsa *R*, morsu in mortem *F* (conr. *A*) 6 (ligno *R cod. 1153*) natauit C^1 8 proditoris A^1 arte] ars *G* (*vulg. v. l.*) 9 medelam $GBLP^2$ inde ferret L^1 (*corr.* L^1?) inde hostis: nde ho *i. ras.* G^1 hostes A^1 10 sa*ri M^1, sac** A^1 12 cerne *G* (*vulg. v. l.*) *V* 13 uagat *P* 14 inuoluta* (s *eras.*) *C* alligat *AGB* 15 stricta] c *i. ras. M*, strincta *D* pinguit *sic D*, pangit *L*, cingit C^2 fas*cia *G* 16 luxtra rex *D* qui] que *A* temp*us (*eras.* l) *D* (inplens *CPR*) 17 uoluente *D* passione *R*, passionem *A* 18 cruce *D*, cruci *V* leuatus *DBL* (immolamus *R cod. 1153*) 19 acetum LC^2F^2] iaceto *D*, aceto *rell.* f*el *A* arundo C^1MBL sputo *B*, sputu *ras. ex* sputae (a *non certa*) *C* 20 mitte *PD* undans *F* 22 nobiles PM^1 23 *post* silua *eras.* silu *D* nulla s. talem pr. fronde flore g. *G* (*signis ordo restitutus*) *V* 24 dulce clauo C^1PDGM^2] dulce clauum $A^1M^1RC^2$, dulcem clauum $BLFVA^2$ sustinet FC^2 25 ramus C^1 26 ligor *D* lentiscat *PM* 27 superna *A* mite tendas $CMDBL^1$] *item G*, *sed* e tendas *i. ras. 2 m.*, mitte tendas *P*, mite tendat *A*, miti tendas L^2, mitendas *R*, mittenda sint *G v. l.* 28 digna tu fuisti *i. ras. 1 m. G* digna tu] dignata *P* precius A^1, *corr.* A^1 saecli G^2BL *et mg.* ferre praemium caeli R^1L^1 29 pracpare *L* naufra*go (*eras.* n) *B* 30 quem *i. ras. 1 m. M* peruncxit *P* agni: a *et* ni *i. ras. 2 et 4 litt.* M^2 (g *1 m.*) *subscr.* v. xxx *ACPMDG* *in P sequitur II, 6*

III

Item versus in honore sanctae crucis vel oratorii domus ecclesiae apud Toronos

Virtus celsa crucis totum recte occupat orbem,
haec quoniam mundi perdita cuncta refert,
quodque ferus serpens infecit felle veneni,
Christi sanguis in hac dulce liquore lavat;
quaeque lupi fuerant raptoris praeda ferocis,
in cruce restituit virginis agnus oves.
tensus in his ramis, cum plantis brachia pandens,
ecclesiam stabilit pendulus ipse cruce,
hoc pius in ligno reparans deperdita pridem,
quod vetiti ligni poma tulere boni.
addita quin etiam virtutum flamma coruscat,
dona quod obsequiis crux parat ipsa suis.
denique sancta cruci haec templa Gregorius offers
dum pallas cuperet signa gerendo crucis,
dona repente dedit divina potentia Christus,
mox fuit et voti causa secuta pii.
pallia nam meruit, sunt quae cruce textile pulchra
obsequiisque suis crux habet alma cruces,
serica quae niveis sunt agnava blattea telis,
et textis crucibus magnificatur opus.
sic cito pontifici dedit haec devota voluntas,
atque dicata cruci conscia vela placent.
unde salutifero signo tibi, clare sacerdos,
hoc cui conplacuit reddere magna valet.

III *v. 1—12 extant in P f. 12^v post II, 1 sine titulo* Item *om. L* in hon. *om. R* uel *sqq. om. F* ORATVRII *ACM* TORONOS *BL*] TORONVS *AMV*, TORONIS *D*, TORONES *R*, TORŌNS *CG* ecclesiae *delendum videtur cf. capitula* 1 crucis *ex* rudis *ut vid. C* occubat *C*¹ 2 quon. h. m. *C* 3 quodque] quod *RF*, quoque *D*¹ ueneni *ex* uenenum *B*¹ 4 haec *L* leuat *R* 6 oues *vulg.*] ouis *codd.* 7 pandens *ACPMG*²] pendens *rell.* 8 *ante* eccl. *eras.* h *C* stabiliuit *A* 9 pius] opus *BL* rep. *ex* dep. *L*¹ deperdita: t *et fort.* a *i. ras. P*¹ 10 ueteti *C*¹*P*, ueti *R* tuleri *P* 11 plamma *P* coruscat *AM*] corusca *F*², coruscе *P*, coruscae *rell.* 13 *sqq. om. P* (*sequitur .II, 2*) offers] offert *BLG*² *i. mg.*, *tradita scriptura formam innuit sensu postulatam* offrens 14 palas *D* cuperet] *sic ex* coperet *1 m. C*, coperat *D*, coperit *M*, coperet *rell.* 16 causa] signa *L* secuti *M*¹*DV* 17 pulchra] *ad sq. v. trahit C, om. D*¹ 18 habet] et *A* crucis *DG* 19 sunt *om. DG*¹, sunt addita *coniecit Luchius*, s. cum n. splendent iam bl. *Mommsenus*, *cf. Gregor. Tur. d. glor. mart. I, 6 p. 711 B Migne* 20 et tectis *C*, ut texis *D* opus *om. C* 23 signa *BL* clare *BL*] claro *R*, dare *rell.* (d *an* cl *ambiguum D*) 24 (conpl. *ACMR*) *subscr.* v. XXIV *G et ante titulum carminis VI D*, VERSVS VIGINTI ET NOVEM *M* *in CMDG reliquum paginae spatium vacuum sequentem occupante crucis signaculo. in reliquis continuo sequitur c. VI, praeter R in quo inter III et VI folium intercedit vacuum*

IV

Item de signaculo sanctae crucis

DIVSAPEXCARNEEFFIGIANSGENETALIALIMI
VITALITERRAECONPINGITSANGVINEGLVTEN
LVCIFERAXAVRASANIMANTESAFFLVITILLIC
CONDITVRENIXANSADAMFACTORISADINSTAR
EXILVITPROTOPLASMASOLORESNOBILISVSV
DIVESINARBITRIORADIANTILVMINEDEHINC
EXMEMBRISADAEVASFITTVMVIRGINISEVVAE
CARNECREATAVIRIDEHINCCOPVLATVREIDEM
VTPARADYSSIACOBENELAETARETVRINHORTO
SEDDESEDEPIAPEPVLITTEMERABILEGVTTVR
SERPENTISSVASVPOMISVCOATRAPROPINANS
INSATIATRICIMORTIFAMESACCIDITILLINC
GAVISVRVSOBHOCCAELIFLVISARCELOCATOR
NASCIPRONOBISMISERARISETVLCERECLAVI
INCRVCECONFIGITALIMALAGMATEINVNCTIS
VNASALVSNOBISLIGNOAGNISANGVINEVENIT
IVCVNDASPECIESINTEPIABRACCHIACRISTI
AFFIXASTETERVNTETPALMABEABILISINHAC
CARACAROPOENASINMITESSVSTVLITHAVSTV
ARBORSVAVISAGRITECVMNOVAVITAPARATVR
ELECTAVTVISVSICEÇRVCISORDINEPVLCHRA
LVMENSPESSCVTVMGERERISLIVORISABICTV
INMORTALEDECVSNECEIVSTILAETAPARASTI
VNAOMNEMVITAMSICCRVXTVACAVSARIGAVIT
IMBRECRVENTAPIOVELISDASNAVITAPORTVM
TRISTIASVMMERSOMVNDASTIVVLNERACLAVO
ARBORDVLCISAGRIRORANSECORTICENECTAR
RAMISDECVIVSVITALIACRISMATAFRAGRANT
EXCELLENSCVLTVDIVAORTVFVLGIDAFRVCTV
DELICIOSACIBOETPERPOMASVAVISINVMBRA
ENREGISMAGNIGEMMANTEMETNOBILESIGNVM
MVRVSETARMAVIRISVIRTVSLVXARAPRECATV
PANDEBENIGNAVIAMVIVAXETFERTILELVMEN
TVMMEMORADFEROPEMNOBISEGERMINEDAVID
INCRVCEREXFIXVSIVDEXCVMPRAEERITORBI

---

crucis signaculum extat in CMDG litteris uncialibus στοιχηδόν *scriptum, 6 versibus peripheriam et crucem formantibus minio distinctis (in G omnia rubro praeter ipsam crucem viridi colore pictam)*

IV *titulum om. C* s. cr. sign. *M* 2 contingit *G* 11 svasi *G* 12 insat.] insac. *codd.* accidit *DG*[2]] accedit *CMG*[1] 13 locator: c *i. ras. C*[1] 14 pro: r *i. ras. C*[1] 15 invnctis] invntiis *C* 17 species] spectes *G* in te] ete *antecedente 1 litterae spatio C* chia cristi *i. ras. C* 18 et] nt *C* beabilis *M*[1]*D*] biabilis *CM*[2], piabilis *G* 19 inmites] itmites *C* havstv] mavstv *D* 20 rsv *i. ras. D*[1] 22 livoris *G*] liboris *rell.* 23 ivsti] ivtti *C* parasti: s *ex* t *D*[1] 24 rigavit: ri *i. ras. D*[1] 26 tristia svmmers *i. ras. C*[1] vvlnera *G*] vvlnere *CMD* 28 fragrant *vulg.*] fraglant *codd.* 33 panda *C*

Dius apex carne effigians genetalia limi
vitali terrae conpingit sanguine gluten,
luciferax auras animantes affluit illic:
conditur enixans Adam factoris ad instar;
exiluit protoplasma solo, res nobilis usu,
dives in arbitrio radianti lumine: dehinc
ex membris Adae vas fit tum virginis Evvae:
carne creata viri dehinc copulatur eidem,
ut paradyssiaco bene laetaretur in horto.
sed de sede pia pepulit temerabile guttur,
serpentis suasu pomi suco atra propinans.
insatiatrici morti fames accidit illinc.
gavisurus ob hoc caeli fluis arce locator,
nasci pro nobis miseraris et ulcere clavi
in cruce configi: tali malagmate inunctis
una salus nobis ligno agni sanguine venit.
iucunda species: in te pia bracchia Cristi
affixa steterunt et palma beabilis, in hac
cara caro poenas inmites sustulit haustu.
arbor suavis agri, tecum nova vita paratur:
electa ut visu, sic e crucis ordine pulchra
lumen spes scutum gereris livoris ab ictu.
inmortale decus nece iusti laeta parasti.
una omnem vitam sic, crux, tua causa rigavit,
imbre cruenta pio: velis das navita portum,
tristia summerso mundasti vulnera clavo,
arbor dulcis agri, rorans e cortice nectar,
ramis de cuius vitalia crismata fragrant,
excellens cultu, diva ortu, fulgida fructu,
deliciosa cibo et per poma suavis in umbra.
en regis magni gemmantem et nobile signum,
murus et arma viris, virtus, lux, ara precatu,
pande benigna viam, vivax et fertile lumen;
tum memor adfer opem nobis, e germine David,
in cruce rex fixus iudex cum praeerit orbi.

a lateribus:

Dulce decus signi, via caeli, vita redempti.

In cruce mors Cristi curavit mortua mundi.

crux ipsa:

Crux pia, devotas Agnen tege cum Radegunde.
tu Fortunatum fragilem, crux sancta, tuere.
vera spes nobis ligno, agni sanguine, clavo.
arbor suavis agri, tecum nova vita paratur.

V

EXTORQVETHOCSORTEDEIVENIABILESIGNVM
RVSTICVLASLAVDESVIVENTIREDDEREFLATV
INMEQVIREGITIRELVTVMPLASMABILENVMEN
PORTIOVIVENTVMCVRATIOFAVSTAMEDELLAE
EXCLVSORCVLPAETRINITASEFFVSACREATOR
CVIVSHONORLVMENIVSGLORIAREGNACOAEVE
R I T C C
E H E O R
D I M L I
E L P L S
N I L E T
T G A S E
E N D L T
S V E I V
F M I G O
I P C N R
D I R V E
EXFIDEIMERITOMAGNVMPIEREDDISABRAHAM
I M X G O
D A E E V
E I T N E
C V V E T
V S E R V
S O L A R
A D A S C
R O M T A
M R E I V
A E N S S
S R A H A
A O D O R
L S O N E
V E R O A
T T N R T
I IAI V
SICPATERETGENITVSSICSC̄SSPIRITVSVNVS

V *extat in CMDG* *in CMD litterae supra pinguiores minio, in G peripheria fusco, crux ipsa viridi, reliqua rubro colore picta* *sine titulo codd.* 4 MEDELLAE *DG*] MEDILLAE *CM* 7 *ultima* C *ex* X D^1 *in G sequitur tertium aliquod crucis signaculum* (crux mihi certa salus *e. q. s.*) *quod quia nec Venantii et ab operum collectione qualis nobis tradita est utique alienum est* (*docet hoc capitum indiculus*) *in appendicem reiecimus*

Extorquet hoc sorte dei veniabile signum
rusticulas laudes viventi reddere flatu,
in me qui regit ire lutum plasmabile numen,
portio viventum, curatio fausta medellae,
exclusor culpae, trinitas effusa, creator,
cuius honor lumen ius gloria regna coaeve.

infra:

Sic pater et genitus sic scs spiritus unus.

a lateribus:

Eripe credentes, fidei decus, arma salutis.

Munere, Criste, tuo removetur causa reatus.

crux ipsa:

Dulce mihi lignum, pie, maius odore rosetis.

Dumosi colles lignum generastis honoris.

Ditans templa dei crux et velamen adornas.

Ex fidei merito magnum, pie, reddis Abraham.

VI

Hymnus in honore sanctae crucis

Vexilla regis prodeunt,
fulget crucis mysterium,
quo carne carnis conditor
suspensus est patibulo.

Confixa clavis viscera
tendens manus, vestigia
redemptionis gratia
hic inmolata est hostia.

Quo vulneratus insuper
mucrone diro lanceae,
ut nos lavaret crimine,
manavit unda et sanguine.

Inpleta sunt quae concinit
David fideli carmine,
dicendo nationibus:
regnavit a ligno deus.

Arbor decora et fulgida,
ornata regis purpura,
electa digno stipite
tam sancta membra tangere!

Beata cuius brachiis
pretium pependit saeculi!
statera facta est corporis
praedam tulitque Tartari.

Fundis aroma cortice,
vincis sapore nectare,
iucunda fructu fertili
plaudis triumpho nobili.

VI (III *C*) *extat in P f. 13ʳ post II, 2 sine titulo* *versus binorum colorum praeter PM de quibus non enotavi* YMNVS *BLR* 1 Vixilla *PM*¹, Vix illa *C* 2 fulgit *CPM*¹*DG*¹ crucis: ru *i. ras.*, cis *sup. scr. M*¹ misterium *CPG*¹ 3 qua *F* 8 hinc *C* (inmolata *P*) 9 quod *R* 10 dire *R* 11 *ad finem extat in cod. Vat. Reginae 1709 f. 120, cf. ad I, 14 et Luchi not. f ad II, 7* 12 et *om. F* sanguinem *A* 13 (inpleta *CP*) 14 fidelis *RF* 15 dicendo *ACBLF Reg. M*²*G*²] dicende *P*, discendo *DG*¹ (*ut vid.*) *M*¹*R* 16 deus] dš, *sed s i. ras. 3 litt. L*¹ 18 purpora *A* 19 e*lecta *G* digno *i. ras. 1 m. C* 21 brachiis *ras. ex* brachius *C* 22 perpendit *M*¹, pendit *G*¹ saecli *L* 24 praedamque tulit *BLF* *post v. 24 in F legitur:* (O) crux aue spes unica hoc passionis tempore | auge piis iusticiam reisque dona ueniam, *cf. Luchi not. m* 26 nectara *G*² 27 iucunda *L*] iocunda *rell.* fructus *DG*¹ 28 plaudi *D* triumpho *G*²] triumphom *P*, triumphum *rell.* nobile *A*, triumphum nobilem *Mommsenus*

Salve ara, salve victima
de passionis gloria,
qua vita mortem pertulit
et morte vitam reddidit.

VII

De domno Saturnino

Ianua celsa poli terra pulsante patescit
et recipit natos quos generavit humus:
admiranda haec est occasio facta salutis,
ut de morte sua praemia lucis emant.
Saturninus enim cupiens se nectere Christo
carnali in habitu noluit esse diu,
vincula corporei dissolvere carceris optans,
plenius ut domino se sociaret homo.
tempore maturo cum iam spes esset adulta,
sumpserunt pretium vota beata suum.
dumque sacerdotio frueretur in urbe Tolosa
et populis Christum panderet esse deum,
ostendens verbis, addens miracula factis,
ut quod sermo daret consequeretur opus,
gentiles animas rapiens de fauce tyranni
subdebat regi qui dedit arma sibi.
sed vitiata malis et plebs infecta venenis,
curari effugiens, aegra iacere volens,
conprendit male sana virum, ad capitolia duxit
atque suo medico vulnera plura dedit;
pro pietate dolum, pro melle venena rependens
contra tutorem noxia bella movet.
subligat indomiti sanctum ad vestigia tauri
et stimulat, fieret ne fuga tarda feri.
pessima mens hominum, diri nova bestia monstri!
nec tauri indomiti sufficit ira tibi?
naturae rabidae feritatem adiungere nosti:
quod per se nescit te stimulante furit.
turba cruenta nocens, huius te vulnere perdis:
etsi non illi, parcere disce tibi.
hinc ferus inpatiens mox curva per avia raptus
passim membra pii fundit in urbe viri.

---

30 passiones G^1, *corr.* G^1 31 quia G^1V pertullit *P* 32 mortem *A* reddedit M^1 *subscr.* v. xxxii *ACPMDG* *in P sequitur* 'Lingua prophetarum' *iterum*

VII (v *L*) *extat in P f. 61r post II, 8, 20 sine titulo vel spatio* 1—4 *post v. 54 P* 1 celsa] celle *P* paştescit *sic P* 3 admiranda* (e *eras.*) *G* 9 maturno G^1 16 regi *ras. ex* rege *A* 19 conprendit *CPB*] comprendit *GLM*, conprehendit *ADR* capitolia] pitolia *P* 21 pro pietate] pro-p*ietate *A*. propi*etate *M*, proprietate G^1 22—25 *om.* G^1 *Ven.* (*ed. Veneta ex V expressa*), *suppl.* G^2 23 subligat: u *i. ras. P* uestigiata uiri B^1 (*corr.* B^1?) 25 bestea *P*, bistea M^1 27 nosti] mosti *L* 28 te] e *C* furet *ACPD* 29. 30 *om. P* 31 inpatiens *ACPMGR*] imp. *BL*

tum mulier collegit ovans et condidit artus,
una sed famula participante sibi.
haec fuit insignis rapiendae causa coronae,
gloria martyrii sic celebrata nitet.
ante sepulchra pii dantur modo dona salutis
et corpus lacerum corpora multa fovet.
dic ubi, mors inimica, iaces? ubi victa recumbis,
quando vides sancti funere vota dari?
quem male credebas obitu finire salutem,
dat vitam multis et tenet ipse suam.
huc captiva cubas quo te regnare putabas:
invadendo peris teque furendo necas.
te tua poena premit, tua te fera vincula torquent,
quos dare vis gemitus ipsa ferendo gemis.
martyr ovans caelos retinet, tu livida tristis,
mors inimica tibi, Tartara nigra colis.
florigera nunc sede manet sine fine beatus
inter odoratos ture calente choros;
non aliquas metuit placato iudice causas,
praemia sed miles victor habenda petit.
digna triumphantem quae restat palma sequetur:
pro te, Christe, mori est gloria vita quies.

VIII

De Launebode qui aedificavit templum S. Saturnini

Laudibus humanis reliquorum corda resultent,
at mihi de iustis commemorare vacet.
nam pietatis opus, victores texere libris,
admonet ingenium res ratione duplex:
una quod est habilem de magnis magna fateri:
nam bona qui reticet criminis auctor erit.
altera causa monet, quoniam succensus amore
et meliora cupit qui sua facta legit.
Saturninus enim martyr venerabilis orbi,
nec latet egregii palma beata viri.

33—36 *om.* *P* 33 arcus B^1 34 famula: *alt.* a *i. ras. 1 m.* *M* 37 sepulcra *C*, *sed ras. sup.* c (h *eras.?*) dantur] dant *P* 39—52 *om.* *P* 39 iaces: es *i. ras. 1 m.* *B* 40 sancti] i *ex* a *R*, sancto *A* 41 reddebas *R* obitu] *ex* opto *C*, *ex* obire *F*, ubitu *A* finiri $ACMDG^1$ 43 hic *M*, hinc G^2 (*v. l. in mg.*) quo] quae *GBL Ven.*, qui *rell.* putabas: tab *i. ras. 1 m.* *M* 44 furendo: e *i. ras. 1 m.* *M* 46 ferenda C^1 47 martir *B* libida *ACM* 50 odoratis D^1, *corr.* D^1 ture: e *i. ras. 1 m.* *M* chalente B^1, calende *F*, calente *i. ras. 1 m.* *C* *ad* choros *in mg.* ł orocos G^2 51 aliquos *BL*, *sed in L* s *sup. scr. et eras.* 53 triumphante *D* quem G^1 54 mori *om.* *A* est] e** P^1 *subscr.* v. LIV *ACMD* *in P sequitur II, 14*

VIII (VI *L*) *v. 1—20 extant in P fol. 60ᵛ post III, 16, 4 sine titulo* Launebode] D *i. ras.* A^2, LAVDEBODE B^1 *corr.* B^1, LAVNEBONE R^1 *corr.* R^1 S. *om.* *G* 1 hamanis *C* 2 at *ex* ad B^1 iustis: u *et* t *i. ras.* M^2 (*corr. ex* miseris?) cummemorare *CR*, cum morare *F*, commemora P^1 3 uictoris $DBLG^2$ 5 est *om.* *F* habilem *codd.* 6 retinet *P* 7 succensus *BLRF*] successus *ACPMDG* (*in G* successus *explicatur per* inflammatus) 8 et] e *P* sua] *i. e.* uictorum, *fort.* pia 10 latet] late *A* beati *P*

qui cum Romana properasset ab urbe Tolosam
    et pia Christicoli semina ferret agri,
tunc vesana cohors domini conprendit amicum
    instituitque pii membra terenda trahi.
implicitus tauri pede posteriore pependit,
    tractus in oblicum dilaceratus obit.
hac ope de terris animam transmisit Olympo;
    o felix cuius funere mors moritur!
sed locus ille quidem, quo sanctus vincula sumpsit,
    nullius templi fultus honore fuit.
Launebodis enim post saecula longa, ducatum
    dum gerit, instruxit culmina sancta loci.
quod nullus veniens Romana gente fabrivit,
    hoc vir barbarica prole peregit opus
coniuge cum propria Berethrude, clara decore
    pectore quae blando clarior ipsa nitet,
cui genus egregium fulget de stirpe potentum:
    addidit ornatum vir venerando deum;
quae manibus propriis alimonia digna ministrat:
    pauperibus tribuens se satiare cupit.
indefessa spem Christi per templa requirit,
    iugiter excurrens ad pietatis opus;
nudos veste tegit, sitienti pocula profert:
    se magis aeterno femina fonte replet.
proficit hoc etiam, quidquid gerit illa, marito,
    anxia pro cuius vota salute facit,
dux meritis in gente sua qui pollet opimis,
    celsus ubique micans nobilitatis ope.
sed quamvis altum teneat de stirpe cacumen,
    moribus ipse suos amplificavit avos.
ergo pari voto maneant in saecula iuncti
    et micet ambobus consolidatus amor.

IX

Ad clerum Parisiacum

Coetus honorifici decus et gradus ordinis ampli,
    quos colo corde fide religione patres,
iam dudum obliti desueto carmine plectri
    cogitis antiquam me renovare lyram.

---

11 tolosam *GFD*² *Ven.*] tolosa *rell.* 12 semina *bis, semel induct. G* 13 c*ohors *C* conprendit *ACDGR*] comprendit *MBL*, comprehendit *P* 15 inplicitus *ACPMR*] implicitus (*sed* s *i. ras. 2 litt. vel* m) *G*, inlicitus *B* 16 oblicum *ACPMR*] obliquum *DGBLF* 17 olympo *DG*] olimpo *rell.* *post* 20 *in P sequitur II, 7, 5* 21 Launebodis]ʼn *i. ras. 1 m.* (*ex* d?) *B*, Launebodus *A* 24 -ica prole *i. ras. 1 m. M* 25 beretrude *BL*, beretthrude *M*, berehtrude *F* *ante* clara *eras. 7 litt.* (clara de *ut vid.*) *C* 27 fulgit *MDRF* 28 addit *DR* 31 indefessam *F* 33 nudus *A*¹, *corr. A*¹ 34 f*emina (*eras.* l) *C* 35 eti*am *M* quicquid *CGBL* 37 sua *i. ras. 1 m. M* pollit *M* opinis *B*¹ 38 ope] opus *C* 39 cacumen] potentum *L* 40 auos] aulos *A* *subscr.* v. XLII *ACMDG*

IX (VII *L*) *extat in cod. Paris. 13765 f. 47*ʳ *s. XI/XII* (*Par.*) 1 ordinis *i. ras. 1 m. C* 2 quo *Par.* relligione *L*, releg. *C* 3 desuetiam *Par.*

en stupidis digitis stimulatis tangere cordas,
cum mihi non solito currat in arte manus.
scabrida nunc resonat mea lingua rubigine verba
exit et incompto raucus ab ore fragor.
vix dabit in veteri ferrugine cotis acumen
aut fumo infecto splendet in aere color.
sed quia dulcedo pulsans quasi malleus instat,
et velut incudo cura relisa terit
pectoris atque mei succenditis igne caminum,
unde ministratur cordis in arce vapor:
obsequor hinc, quia me veluti fornace recocto
artis ad officium vester adegit amor. —
Celsa Parisiaci clerus reverentia pollens,
ecclesiae genium gloria munus honor,
carmine Davitico divina poemata pangens
cursibus assiduis dulce revolvit opus.
inde sacerdotes, Leviticus hinc micat ordo,
illos canities, hos stola pulchra tegit;
illis pallor inest, rubor his in vultibus errat,
et candunt rutilis lilia mixta rosis.
illi iam senio, sed et hi bene vestibus albent,
ut placeat summo picta corona deo.
in medios Germanus adest antistes honore,
qui regit hinc iuvenes, subrigit inde senes.
Levitae praeeunt, sequitur gravis ordo ducatum:
hos gradiendo movet, hos moderando trahit.
ipse tamen sensim incedit, velut alter Aaron,
non de veste nitens, sed pietate placens;
non lapides coccus cidar aurum purpura byssus
exornant humeros, sed micat alma fides.
iste satis melior veteri quam lege sacerdos,
hic quia vera colit quo prius umbra fuit.
magna futura putans, praesentia cuncta refellens,
antea carne carens quam caro fine ruens,
sollicitus, quemquam ne devoret ira luporum,
colligit ad caulas pastor opimus oves.
assiduis monitis ad pascua salsa vocatus
grex vocem agnoscens currit amore sequax;
miles ad arma celer, signum mox tinnit in aures,
erigit excusso membra sopore toro,

5 digitis *om. D* stimulastis *RF*, stimulatas G^1 6 mihi] mi *Par.* 8 exi*t et (*eras.* i) *C*, excitet (*M*) *Par.*[2] 9 cutis *A* 10 aere] arce *G* 12 cura] *fort.* corda 13 pectores *C* 15 hic *L* quia] quas *Par.* fornaci G^1 17 *alias* cleri 18 eclesiae *C* 19 pangens] pollens (*altera* l *i. ras.*) *A* 20 opos B^1, *corr.* B^1 21 hinc micat] emicat *ras. ex* et micat *A* 24 candunt ACM^1DRF] candent *GBL Par.* M^2, fulgent *G marg.* rutulis *B* 25 hii A^1CM^1 27 medio *GF* antistes *GBL*] antestis *ACMDR*, antistis *Par.* 28 iuuenis *D* subrigit *DGBL*] subregit *ACMRF Par.* 29 grauis *i. ras. 1 m. L* 30 gradiando *D* 31 uelud B^1 aaron] aron *C*, ab aron *Par.* 33 coccus *ex* coccum *1 m. M* cidara *A*, cidarim *G* byssus *MGRF*] bissus *ACD et Par. ut vid.*, byssi *BL* 34 exhornant *MR* humerus *C* 36 qui *A* *post* uera *eras. item* uera *ut vid. C* quo] quod *codd.* *umbra *G* 38 quem *D* 39 loporum M^1 41 salua G^1 (*ut vid.*) *Ven.*, celsa *Par.* (*vulg. v. l.*) 43 tinnit] innit *A* 44 menbra *CG* sopore *AG*] sopora** *M*, sopora *rell.* (supora C^1, *corr.* C^1) thoro *G Par.*

advolat ante alios, mysteria sacra requirens,
    undique quisque suo templa petendo loco;
flagranti studio populum domus inrigat omnem
    certatimque monent, quis prior ire valet.
pervigiles noctes ad prima crepuscula iungens
    construit angelicos turba verenda choros:
gressibus exertis in opus venerabile constans
    vim factura polo cantibus arma movet;
stamina psalterii lyrico modulamine texens
    versibus orditum carmen amore trahit.
hinc puer exiguis attemperat organa cannis,
    inde senis largam ructat ab ore tubam;
cymbalicae voces calamis miscentur acutis
    disparibusque tropis fistula dulce sonat;
tympana rauca senum puerilis tibia mulcet
    atque hominum reparant verba canora lyram.
leniter iste trahit modulus, rapit alacer ille:
    sexus et aetatis sic variatur opus.
triticeas fruges fervens terit area Christi,
    horrea quando quidem construitura dei,
voce creatoris reminiscens esse beatos
    quos dominus vigiles, dum redit ipse, videt.
in quorum meritis, animo, virtute fideque
    tegmine corporeo lumina quanta latent!
pontificis monitis clerus, plebs psallit et infans,
    unde labore brevi fruge replendus erit.
sub duce Germano felix exercitus hic est,
    Moyses, tende manus et tua castra iuvas.

X

De ecclesia Parisiaca

Si Salomoniaci memoretur machina templi,
    arte licet par sit, pulchrior ista fide.
nam quaecumque illic veteris velamine legis
    clausa fuere prius, hic reserata patent.

---

45 misteria *R Par.*, mesteria *M*[1]   46 petendo *R*] petenda *rell. praeter* retenda *D*   47 *post* domus *ras. 4—5 litt.*, i. o. *om. C*   irrigat (*M*)*G*   omn** *M*[1], omnes *A*   50 ch*oros (*eras.* o?) *C*   51 exertis in] exerti sint *C*   52 monet *A*   53 psaltirii *C*, psaltyrii *AM*   modolamine *B*[1]*L*   54 carmina more tranit *C*   55 adtemperat *AR Par.*, atemp. *C*   56 senis *codd. praeter* sinis *Par.*   57 acutis] amicis *Par.* (*vulg. v. l.*)   58 fistola *ACM*   59 tymphana *A*   raua *D*   60 adque *M*   liram *Par.*   61 modulos *L*   rapit] trahit *Par.*   *ad* alacer *v. l.* alacris *B*[1]*L*[1]   63 triticias *AMR*, triticies *C*   furuges *C*   tedit *C*   64 construitura] construit hura *C*, construit ara *Par.*   65 beatus *ACM*   68 quanta: *ult.* a *i. ras. ex* s *1 m. G*   69 plebs] l *1 m. i. ras. ex* s *G*, ples *C*   sallit *D*   72 tende manus] tendamus *A*   iuua *vulgo*, ut t. c. iuues *Par.*   *subscr.* v. LXXII *ACMDG*

X (VIII *L*, *num. om. BF*) *extat in Σ f. 50*[r] *post IV, 11 et in Paris. 13765* (*Par.*) *post c. IX, adfertur in vita S. Droctovei quam e cod. S. Germ. 464 ediderunt Bollandistae Mart. II p. 38*   ITEM VERSVS IN ECCLESIA NOVA PARISIVS *Σ*   1 salamoniaci (*MR*), salm. *C*   2 pulcrior *C*[1]   iste *C*   3 (quaecumque *ΣCGBL*)   u*lamine *C*[1]   4 resereta *C*

floruit illa quidem vario intertexta metallo:
    clarius haec Christi sanguine tincta nitet;
illam aurum, lapides ornarunt, cedrina ligna:
    huic venerabilior de cruce fulget honor.
constitit illa vetus ruituro structa talento:
    haec pretio mundi stat solidata domus.
splendida marmoreis attollitur aula columnis
    et quia pura manet, gratia maior inest.
prima capit radios vitreis oculata fenestris
    artificisque manu clausit in arce diem;
cursibus Aurorae vaga lux laquearia conplet
    atque suis radiis et sine sole micat.
haec pius egregio rex Childeberchthus amore
    dona suo populo non moritura dedit.
totus in affectu divini cultus adhaerens
    ecclesiae iuges amplificavit opes;
Melchisedech noster merito rex atque sacerdos
    conplevit laicus religionis opus.
publica iura regens ac celsa palatia servans
    unica pontificum gloria, norma fuit.
hinc abiens illic meritorum vivit honore:
    hic quoque gestorum laude perennis erit.

XI

De baptisterio Magantiae

Ardua sacrati baptismatis aula coruscat,
    quo delicta Adae Christus in amne lavat.
hic pastore deo puris grex mergitur undis,
    ne maculata diu vellera gestet ovis.
traxit origo necem de semine, sed pater orbis
    purgavit medicis crimina mortis aquis.
hanc tamen antistes Sidonius extulit arcem,
    qui domini cultum templa novando fovet.
struxit Berthoarae voto conplente sacerdos,
    quae decus ecclesiae cordis amore placet.

---

5 intexta *A* 6 claruit *vit. Dr.* haec *ΣLF*[2] *vit. Dr.*] hic *rell.* nitens *vit. Dr.* 7 cedrina ligna] l. c. *G*[1] 8 hic *Par.* 9 ruitura *L*, ruituros' *Par.* tacendo *Par.*, metallo *vit. Dr.* 10 haec *ΣBLRF vit. Dr.*] huc *M*[1] *ut vid.*, hic *ACDGM*[2] praecio *Σ*, pretium *C*[1] mundo *C*[1] 11 adtollitur *R*, altoll. *C* 12 inest] est *A* 13 capit: p *i. ras. D* ornata *vit. Dr.* 15 laquaearea *Σ* (conplet *CR*) 16 adque *Σ* 17 Childeberchthus *R*] childeberctus *G*, childeberthus *M*. hildebertus *A*, childibertus *F*, childebertus *ΣCDBL* (*de nominibus in* -berchthus *cf. IX, 5*) 18 populo: op *i. ras. 1 m. C* (*ex* ab?) moriturá] peritura *L* 19 inhaerens *vit. Dr.* 20 iuges] uiles *Par.*, miles *vit. Dr.* amplicauit *C*, conplicauit *F* 21 Melchisedech] s *i. ras. ex* d *1 m. C* sacerdus *Σ* 22 (conpleuit *ACR*) laicos *Σ* relegionis *M*, rellig. *BL* 23 ac *Σ*] at *rell. praeter* ad *C*, et *G Ven.* (at, *sed* t *eras. A*) cella *Σ* 25 habiens *Σ* illinc *1 m. D* 26 eris *A* *subscr.* v. XXVI *ACMG*, XXII *D* *in Σ sequitur IV, 5*

XI (IX *L*) BABT. *L* MAGONTIAE *G*[1]*F*, MOGANTIAE *G*[2] 1 babtismatis *L* 2 delecta *CM*[1] amne *i. ras. A*[2] lauat *ex* leuat *C*, lauit *R* 4 nec *BL*, et *F* uellera: lera *i. ras. 1 m. C* gestet *DGM*[2]] gestit *AM*[1]*F*, gestat *ex* gestit *ut vid. C*, gestat *BL*, gestis *R* oues *ACMD* 7 antistes *GBL*] antestis *ACMDR* sydonius *A* 9 berthradae *G*[2], berhtradae *F*, Berthoara e uoto conplente *Mommsenus* uotum *G*[2] (conplente *ACR*) 10 quae] quaeque *ACMR*

catholicae fidei splendor, pietate coruscans,
templorum cultrix, prodiga pauperibus
seminat unde metat fruges, spargendo recondens:
terrenis opibus non moritura parat.
filia digna patri te, Theudebercthe, reformans,
rexisti patriam qui pietate patris
et comitante fide revocasti ex hoste triumphos;
sed capti pretio mox rediere tuo.
ecclesiae fultor, laus regum, pastor egentum,
cura sacerdotum, promptus ad omne bonum,
cuius dulce iugum nullus gemuisse fatetur,
vivis adhuc meritis rex in amore tuis.

XII

De basilica S. Georgi

Martyris egregii pollens micat aula Georgi,
cuius in hunc mundum spargitur altus honor:
carcere caede fame vinclis site frigore flammis
confessus Christum duxit ad astra caput;
qui virtute potens orientis in axe sepultus
ecce sub occiduo cardine praebet opem.
ergo memento preces et reddere vota, viator:
obtinet hic meritis quod petit alma fides.
condidit antistes Sidonius ista decenter,
proficiant animae quae nova templa suae.

XIII

De oratorio Trasarici

Lucida perspicui nituerunt limina templi,
quo capit haud dubiam spem veneranda fides.
haec est aula Petri, caelos qui clave catenat,
substitit et pelagus quo gradiente lapis.
sedibus his Paulus habitat, tuba gentibus una,
et qui praedo prius, hic modo praeco manet.
Martini domus est, Christum qui vestit egentem,
regem tiro tegens et homo iure deum.

---

12 cultrex M^1 13 unde — recondens *om. A spatio non relicto* spargendo G^1 *Ven.*] si argendo *C*, se argendo D^1, se ar*cendo M^1, se arcendo $BLM^2D^2G^2$, se ascendo *R*, serendo *F* 15 Theudebercthe] theudeberthe *A*, t*heudeberthe (*eras.* ē) *C*, theudeberte *BL*, theodeberthe *MGR*, theodeberte *D*, theodoberte *F* reformans *ex* reforme *1 m. D* 17 triumphus M^1 18 mox rediere] moxque redire *A* 19 regnum *sic G* 20 prumptus CM^1R *subscr.* v. XXII *ACMDGR*

XII (x *L*) *extat in Σ f. 45ʳ, in P f. 60ʳ* (*post I, 3, 4*) ITEM INCIPIT VERSVS *Σ*, DE SCO MARTYRE GEORGIO VERSVS VIII *P* GEORGII *MDGBL* 1 martyres $Σ^1$ migat *C* georgii *GR* 3 uinculis *C* siti *G* frigoris P^1 6 occidio *C* 7 ego M^1 et *ras. ex* set *M* 8 hic] haec *Σ* 9. 10 *om. P* (*sequitur II, 15*) 9 antistes *GBLR*] antestis *ΣACMD* sydonius *A* *subscr.* EXPLICIT *Σ*, v. x *ACMG*, XI *D*

XIII (XI *L*, *om. R*) ORATVRIO AM^1, ORATVRAO *sic C* TRASARACI *L*, TRASSARICI *R*, TRASARCI *C* 1 lucid*a *A* templi *ex* templa *1 m. D* 2 quo $R(F)G^2$] quod *rell. et Ven.* haut *CMG* dubium spe G^1 *Ven.* 3 est *om. C* 4 pelagis G^1, pelagi *Ven.* lacus G^1 *Ven.* 8 tiro *A*] tyro *rell.*

ecce sacerdotis sacri micat aula Remedi
qui tenebras mundi liquit et astra tenet.
cultor opime dei templum, Trasarice, locasti:
has cui persolvis reddet amator opes.

XIV

De sanctis Agaunensibus

Turbine sub mundi cum persequebantur iniqui
Christicolasque daret saeva procella neci,
frigore depulso succendens corda peregit
rupibus in gelidis fervida bella fides;
quo, pie Maurici, ductor legionis opimae
traxisti fortes subdere colla viros,
quos positis gladiis armasti dogmate Pauli
nomine pro Christi dulcius esse mori.
pectore belligero poterant qui vincere ferro
invitant iugulis vulnera cara suis;
hortantes se clade sua sic ire sub astra
alter in alterius caede natavit heros.
adiuvit rapidas Rhodani fons sanguinis undas,
tinxit et Alpinas ira cruenta nives.
tali fine polos felix exercitus intrans
iunctus apostolicis plaudit honore choris;
cingitur angelico virtus trabeata senatu:
mors fuit unde prius, lux fovet inde viros.
ecce, triumphantum ductor fortissime, tecum
quattuor hic procerum pignora sancta iacent;
sub luteo tumulo latitat caeleste talentum
divitiasque dei vilis arena tegit,
qui faciunt sacrum paradisi crescere censum
heredes domini luce perenne dati.
sidereo chorus iste throno cum carne locandus,
cum veniet iudex arbiter orbis, erit.

---

9 remedii DG^1, remigi BLG^2 11 trasirice D^1, *corr.* D^1 12 reddet LRF] reddit ACMDG, reddat B *subscr.* v. XII CMDG

XIV (XII L, *om.* R) *extat in* P *f.* 61^r *post* II, 7, 4 ACAVNENS. M, AGANENS. R DE SCO MAVRICIO ET SOCIIS EIVS MARTYRIBVS P 1 persequebantur] persequebatur D, persequerentur L 3 succedens A 5 ductor L] doctor *rell.* 6 fortes PG^1] fortis *rell.* *praeter* foros R, forte Ven. subdire CM^1 7 positis: ti *ex* d *1 m.* C armasti G^2] arma*** G^1, armasset Ven., arma et *rell.* dogmate ACMGRF Ven.] do*mate P^1, docmate P^2, dogmata DBL 8 Christi] χp̄* (*eras.* o?) A 9 pectore] pectoreque P 10 iug*lis M^1, iugalis AC kara F, caro P 11 claude P^1 12 alteri in A, in *sup. scr. 1 m.* C heros APGBLF Ven.] herus D, erus CMR 13 adiuuat D^1, audiuit G rhodanis P 14 yra C cruent* P^1 15 polus P^1 16 plaudet G^1 (*marg.* G^2 gaudet) 17 angelo A uirtus trabeata CPBL] uirtus ira beata A, uirtus astra beata DMRF, super astra beata G Ven. (*cf. V. M. II, 458*) senatu *ex* senato *1 m.* C, senata R 18 uiros] turos P 19 triumphantum: i *ras. ex* u P doctor F tecum] ducum PBL, *sed B et L in mg. 1 m. v. l.* tecum 20 quatuor G hi*c (n *eras.*) A pignera BL 21 lat**at A^1, latetat CP calentum B^1 22 harena GBLR 23 paradysi BG, paradyssi PM (*cf. II, 4, 9*) 25 choros P

sic pia turba simul, festinans cernere Christum,
ut caelos peteret, de nece fecit iter.
Fortunatus enim per fulgida dona tonantis,
ne tenebris crucier, quaeso feratis opem.

XV

De S. Hilario

Si Hilarium quaeris qui sit cognoscere, lector,
Allobroges referunt Pictavios genitum.
cum populum regeret divina mente sacerdos,
servabat legis foedera sollicitus.
inprobus ut vidit plebes quod scinderet error,
Graecorum virus protulit in medium,
vipereo promunt semper qui ex corde venena,
filius ut dicant quia est creatura dei,
quis magis auxilium praestat sapientia mundi,
de ingenito genitum quae negat esse deum;
quam male conplexus, cupiens calcare prophetas,
Arrius infelix cum retinet crepuit.
egregius doctor, veterum monumenta secutus,
quem Stephanus vidit conprobat esse deum.
victus amore dei contempto principe mundi
intemerata fides pertulit exilium.
in patre, qui potens deus est, cognoscere natum
divinis tantum vocibus insinuat.
perpetuum lumen Christum dominumque deumque
bis senis populos edocet esse libris.

---

27 cernire M^1 30 ne *om.* *C* *subscr.* v. xxx *AMDG* *in P sequitur I, 11, 11*

XV (xiii *L*, *om. BR*) *extat in P f. 60ʳ post II, 12* episcopo *add. PDBLF* *carmen non esse a Venantio scriptum suspicamur quoniam 1) sex inter decem disticha trisyllabis vel quadrisyllabis vocibus terminantur alias parcissime in pentametri exitu usurpatis 2) pro* Pictăuiis (*v. 2*) *Venantius* Pictâuos, *pro* quis (*v. 9*) *ubique praeter V. M. III, 109* quibus *ponit 3)* quia (*v. 8*) *nusquam monosyllabum extulit*, creatura *brevi secunda vitavit; ut* qui potens (*v. 17*) *non ab huius carminis scriptore venisse concedamus 4) contra Venanti morem nec causa componendi carminis apparet et aridus atque incomptus sermo est in enumerandis rebus viri quem, ut par erat sanctum Pictaviensem et Martini magistrum, luxurianti laude celebravit VI, 5, 217 sq. VIII, 1, 13 sq. V. M. I, 123 sq. accessisse carmen conicimus comparando librorum praeter Σ archetypo* 1 *post* hilarium *ras. 4 litt. G* cognuscere P^1 lictor *C* (*1 m. ex* lector) M^1 2 pectauios *B*, pictaueos *ex* pictauiis *ut vid.* G^1, pictauiis *Ven.*, pictauis *F*, *fort.* Pictauius *ut* Parisius gemitum *P* 5 (inprobus *ACR*) u* P^1 plebis G^1R scenderet *C*, scinderat *P* 6 gregorum CP^1, grecorumque RF^1 uirus BLA^2P^2] uiros *rell.* 7 qui *om* G^1 ex *om. BL* 8 quia *om. BL* creatora C^1 10 quae] qui *A* 11 (conplexus *APMR*) prohetas P^1 13 doctor *om.* G^1 monumenta *ACPR*] monim. *MDGBL* 14 stefanus *P* (conprobat *ACPR*) 15 contimpto M^1 16 intimerata CPM^1 fides *BL*] fide *rell.* 17 qui potens *ACPMF*] que (e *ex* i?) potens *D*, quique potens *BLR*, qui omnipotens *G Ven.* (*qua coniectura fort. pristina scriptura restituta est*) cognuscere P^1M 18 diunis C^1 tantum *corr. ex* tantus *C* 20 sen*is (*eras.* n) *M* eddocet *C*, sedocet *R* *subscr.* v. xx *AC* *in BL cum hoc carmine sine spatio cohaeret III, 16, 1—4 qui versus etiam suo loco extant; in P sequitur sine spatio et titulo item III, 16* (*Hilario isto Fortunati amico ad episcopum Pictaviensem translato*)

XVI

De S. Medardo

Inter Christicolas quos actio vexit in astris
pars tibi pro meritis magna, Medarde, patet,
qui sic vixisti terrenis hospes in oris,
ut caelos patriam redderes esse tuam;
exilium tibi mundus erat caenosa caventi
et modo te gaudet cive manente polus.
exutus tenebris, vestitus tegmine lucis
post obitum frueris liberiore die,
de tellure satus factus possessor Olympi,
et matrem linquens cum patre laeta tenes:
humani victor vitii super astra triumphas
atque cremans carnem das animae requiem.
te inter mundanos vepres gradiente fatemur
calcatis spinis promeruisse rosas:
flore refectus ager suaves tibi fundit odores,
balsama, tura replent quae paradisus habet;
cauta per angustum figens vestigia callem,
sic dedit arta tibi semita lucis iter:
lata voluptatum via, quae submergit Averno,
dulcia carnis alens mortis amara parat;
hoc numquam sacros flexisti tramite gressus
nec potuere tuos prava tenere pedes.
durum iter ad laudes, gravior via ducit in altum:
quo labor est potior, gloria maior erit.
quae prius incipiam sacri miracula facti,
cum, quidquid facias, omnia prima micent?
dum fuit ad superos humano in corpore vita,
ex oculis fugiens lux tibi cordis erat.
si caecus venit, rapuit palpando salutem;
in mediis tenebris fulsit aperta dies.

XVI (XIV *L*) *extat in P f. 67ᵛ post IX, 14* *iterum legitur in B post carmen de laudibus Mariae f. 185ʳ* (*B^a*) EPISCOPO *add. G*, CONFESSORE ET EIVS VIRTVTIBVS *add. PB*, ET EIVS VIRTVTIBVS *add. L*
1. 2 *adferuntur in Hageni anecdotis Helveticis p. 175, 24* (*quaest. grammat. codicis Bernensis 83 s. X*) 'hinc ait et Fortunatus:

Inter Christicolas quos actio uexit in astris
pax tibi pro meritis, magne Medarde, patet'.

1 cristicolas *ACMR*, cristiculas *P* astra *BLG^2* 2 pars] pras *R*, pax *cod. Bern.* meritis: riti *i. ras. 1 m. M* magne *F cod. Bern.* 3 hospes ospes *expuncto* ospes *D* oris] horis *C*, aruis *B^a* 4 redderes *P^1BL^1RF*] redderis *$ACMDGP^2$*, crederes *B^aL^2* 5 cauente *C^1* 6 polus] *ras. sup.* u *P*, polos *ACM^1* 7 uestutis *C* 8 *die* (*eras. bis* m?) *P* 9 olimpi *$ACMRB^a$* 10 linquens: *alt.* n *i. ras. 1 m. P* 11 triumphans *A* 12 *om. P* cremas *L* 13 mundanas *L* 16 ture *A* replet *B^a* paradysus *MGB^a* 17 caute *PBL* fingens *L* calcem *PBL^1* *cf. vit. Medardi Fortunato adscr. c. 3* (*Migne LXXXVIII p. 536 B*) 20 carnes *A* 21 tremite *D* 22 potuere: pot *i. ras. 3—4 litt. M^2* tuos] tibi *B^a* 25—66 *om. PB; in marg.* desunt uersus XLII *B^1* 25 quem *A* *scribendum aut* sacri miracula fari *aut* fari miracula sancti 26 cum] quod *L* 27 cum *B^a* 28 fulgens *Mommsenus* erit *A*

qui voluit furti causa penetrare latenter,
te religante sedet, te reserante fugit.
fur sine perfectu voto deceptus inani
omnia restituens crimina fraudis habet.
nam semel ut molles carpserunt palmitis uvas,
non valuere gradus inde referre foris,
nec potuit raptor pedibus subducere praedam,
raptori abduxit sed sua praeda pedes.
ergo suis laqueis coepit miser esse ligatus:
venerat ut caperet, captus at ipse fuit;
nec tetigit mustum, sed iniqua mente rotatur:
antea quam biberet, ebria turba iacet.
incepit servare magis quam ferre racemos
et datus est custos qui cupit esse rapax,
donec, sancte, tuis verbis iussisses abire;
ut furtum inpleret, doctus ab hoste redit.
quae manet haec animi pietas, sanctissime praesul,
laedentem auxilio qui facis ire tuo? —
Tintinnum rapit alter inops, magis inprobus ille,
qui iumentorum colla tenere solet,
absconditque sinu, feno praecludit hiatum
et tenet ipse manu, ne manifestet opus.
te veniente, sacer, causas patefecit opertas
tinnitu incipiens iam quasi furta loqui.
nil valet abscondi, nil claudi nilve teneri:
facundo strepitu prodidit omne malum.
pandebat propriam veluti sub iudice causam,
nil de fure timens liberiore sono.
indicat accusat convincit damnat acerbat:
te praesente tamen non licet esse reum;
absolvis furem solitae pietatis amore,
addens et monitus, cautus ut intret iter,
praecipiens querulam secum portare rapinam,
ne vacua tristis spe remearet inops. —
Hinc tamen, ut potero, cum raptus ab orbe fuisses,
quae dederis populis signa verenda loquar.

---

31 causas penetrare latenter *codd. correctum apud Bollandistas Iun. II p. 78* 32 relegante L^1, religante *C*, *sed erasa priore* l sedet G^1LR *Ven.*] sedit $ACMDFG^2$, redit B^a 33 perfecto AB^a, profectu *Bolland.* uoto] furto B^a 36 foris ACM^1F] foras *rell.* 37 potuerit *C* 38 abduxit: bd *i. ras. 1 m. C*, adduxit G^1LF *Ven.* 40 captus: ca *i. ras. 4 litt. C* 41 tetegit C^1 rotator CM^1D 43 incepit *CMDGLR*] incipit FB^a, incipit hinc *A* racimos B^a 44 custus M^1 cupit] uenit B^a 45 iussisses $ACRF^1B^aM^2$] iussissis M^1D, iussis *L*, est iussus G^2 *i. ras.*, iussisset *Ven.* 46 *t G^1, et *Ven.* furtum] f***um G^1, fructum D^1G^2 (furtum *Ven.*) 47 sanctis***sime (*eras.* tis *ut vid.*) *C* 48 laedente *A* quod *F* 49 titinnum *L*, tinnitum *F* (inprobus *ACMR*) 50 solent *M* 51 abscon*ditque *M* faenu *C*, faeno *ex* foenu *G* praeclausit (s *incerta*) A^1 hyatum B^a 52 manum te B^a nec manifestat *F* 53 apertas B^a 54 tinniatu *A* 56 stepitu *G* 57 sub* *M* 59 indicat] aedificat B^a accussat *M* damnat] dampnat *A*, damna *C*, *om.* B^a 61 absoluisse B^a 62 monitos *ACM*, monitis *L* ut] ne B^a int*ret (a *eras.?*) *M* 63 percipiens *L*, incipiens B^a portaret $CMRG^1$ *ut vid.* 64 nec *M* uacuat *A* 65 orbe G^2 *Ven.*] urbe *rell.* fuisse*s *A*

cum pia composito veherentur membra feretro,
substratus meruit caecus habere diem:
anxius ille sàcra lumen suscepit ab umbra,
et tua mors illi lucis origo fuit;
dumque sepulchra darent, oculi rediere sepulti
et sopor ille tuus hunc vigilare facit;
cum fugis a mundo, datur illi lumine mundus,
te linquente die hunc fugiunt tenebrae.
antiqui vultus lucem stupuere modernam
et veteri fabricae prima fenestra venit. —
Compedibus validis alter manicisque ligatus
mox tetigit templum, ferrea vincla cadunt.
tam grave fragmentum (dolor est vel cernere poenam),
pondera tot miseros sustinuisse pedes!
si conexa forent, elephantum solvere possent
nec poterat rigidos ipse movere gradus;
non minus est illi quae subvertente procella
litoribus Libycis anchora fracta iacet.
poena quidem gravior cecidit crescente triumpho:
vincere rem saevam gloria maior erat:
non habuit tot vincla pati miser ille ligatus,
sed tua quo virtus plus mereretur opus.
cum solidarentur non sic strepuere catenae,
ceu tinniverunt, cum crepuere ferae.
quae fuit illa prius nimiis male vincta catenis,
iam tibi, qui solvis, libera dextra favet. —
Lignea vincla gerens alter confugit ad aulam,
quae simili merito scissa repente cadunt.
nec mora, vix tetigit sacrati limina templi,
fit tonitrus caelis, arma ferendo tibi.
grandia divisi ceciderunt pondera ligni,
et qui gessit onus conruit ipse simul:
expavit subito de libertate recepta
atque magis timuit quando solutus erat.
quae ratio fuerit, cecidit cur pronus in arvis?
gaudia magna quidem saepe timere solent.

---

67 *inscribitur* DE CAECO INLVMINATO *PBL* (*addito in L numero* XV) *v. ad v. 25* composito] prelato B^a 68 subtractus *R*, G^1 *ut vid.*, *Ven.* 70 mors: ors *i. ras. 4—5 litt. 1 m. C*, mor *R* 71. 72 *om. PB om. hoc loco L*, *sed inserit post v. 76 et signo addito suo loco restituit* 72 sopor] stupor B^a 73 illi] *ex* ille *A*, ille *D* 74 die $ACPM^1DB^a$] diem $GBLRFM^2$ *Ven.* 76 ueteris *A* 77 *inscribitur* DE INERGVMINO (INERGVMINE *L*, INERGOMINO *P*) CONPEDITO SANATO ET SOLVTO *PBL* (*in L addito numero* XVI) compedibus] cum pedibus *G Ven.* 78 templum] peplum L^2 cadunt] dunt L^1 79—92 *om. PB* 79 fracmentum *C* fragmentumue dolorem c. p. *L* cernire *M* 80 pondere (*M*) 81 connexa L^1 elefantum *GB* soluere] soluire M^1, sistere *F fort. recte* possint *ACM*, possunt B^a elephas nec soluere posset *Bolland.* 82 poterant *R*, poterit *Bolland.* regidos AC^1M^1 *post* ipse *eras.* s *D*, ipsa *A* 83 quem *L* 84 libicis *ACB*, lybicis *GL* ancora *B* 87 tot] ut B^a 89 sic strepuere] substrepuere *L*, sic stupuere B^a strepuere catenae: e ca *i. ras. 1 m. C* 90 tinnierant B^a fores B^a 91 nimium B^a uicta M^1G^1 catenae *L* 92 iam *i. ras. 1 m. M* dextra] uincla *L* 93. 94 *extant in PB* 94 simili∗ (*eras.* s) *C* 95. 96 *om. PB* 95 sagrati M^1 96 tronitrus *G*, rogitrus *R* 97—100 *extant in PB* 97 diuisi] diu *i. ras. 1 m. M*, *ras. ex* diuisa *G* 98 (conruit *CPR*) 99 subito] subi P^1 101—104 *om. PB* 101 fuerit] timuit *L* aruis *ex* a∗us *1 m. C*, arua *F*

dum stupet unde salus laceris est reddita plantis.
    admirante animo membra soluta fluunt. —
Inde vetus mulier, pariter nascente periclo,
    vulnere naturae mortua membra tulit:
inclusos digitos morbo numerante tenebat
    nec poterat ducto pollice fila dare:
secum nata quidem, sed non sua, dextra pependit,
    corpore iuncta suo res aliena fuit.
tempore sed tardo est, cum iam spes fracta iaceret,
    ante tuos tumulos vivificata manus.
sic inopinatum commendat gratia votum:
    desperata salus dulcior esse solet.
mobilis ergo venit digitis torpentibus umor
    et dispensatus fluxit in ungue vigor.
arida nervorum sese iunctura tetendit
    agnovitque suum vena soluta locum.
apta ministeriis incepit palma moveri,
    servitium discens libera dextra fuit.
nec tantum profugos pietas tua reddidit artus,
    reddidit et victum pensa trahente manu. —
Eripuisti aliam simili de peste puellam
    membraque restituens plus animae tribuis.
desponsata viro mortali lege iacebat:
    nunc thalamis Christi virgo dicata micat;
sponsa quidem radiat cum virginitate modesta,
    spe meliore fruens, nupta tenenda polis.
nec fructus uteri steriles deperdit onusti:
    flore pudicitiae mater habenda placet;
adquirit cunctos natum quae non habet unum
    progeniemque sibi gignit amore dei. —
Inde pari morbo deflenda infantia parvae
    in lucem veniens membra necata trahit;
mors et origo simul misero processit ab alvo,
    extinctam generans mater anhela manum.
commendata tuo rediit medicata sepulchro:
    quod de matre perit, de tumulo recipit. —

---

103 cum *LF*   105 *inscribitur* DE MVLIERE DEBILI SANATA *PBL* (*L hic sine numero*)   106 uulnera *G*   107 munerante C^1, numeranto *R*, *fort.* durante (digito morbos numerante *Bolland.*)   108 pollice] *praeter* ce *i. ras. 1 m. C*, police B^aR 109 et ueterana quidem B^a 110 alina *L*   112 timulos A^1M^1 uiuiuificata *M*   113. 114 *om.* *PB*   113 si *L*   114 disperata ADB^a 115 *inter* ergo *et* uenit *eras.* ue *C*   umor] humor BLA^2, usus B^a 117. 118 *om. PB*   117 *ad* arida *in mg.* ardua G^2 119 *in*c*epit *A*, incipit B^a (*corr. 2 m.*)   120 dextera *G*   fuit] facis B^a 121. 122 *om. PB*   123 *inscribitur* DE PVELLA SIMILI INFIRMITATE SANATA *PBL*   p**ste A^1, pe*te C^1, preste *D*   124 restituent *P*   animo B^a tribuis *ex* tribues *1 m. C*   125 *om. B*   disponsata B^a uiro] auiro *D*   126 migat *C*   127 cum** *A*   128 nupta] uota B^a tenendo B^a, tenendi *R*   129—132 *om. P*   129 fructus] frustra *R*   uteri *om.* B^a sterelis *CM*   deperdit: r *i. ras.* (*ex* n?) *G*   onusti *Ven.*] honesti *codd. praeter* honestum B^a 130 placit M^1 131 atquirit *C*, acquirit B^1 quae G^2 *ex* quoq, *ut vid.*, quoque *Ven.*   133 *inscribitur* ITEM PVELLA SANATA DE FIRMITATE (*sic*) SIMILI *P*, ITEM DE P. SIM. INF. SAN. *B*, DE SIMILI EGRITVDINE *L*   133. 134 *i. ras. 1 m. B*   133 pa*ri *A*, patri *R*   deflenta *D*   134 uenient* G^1 necata] negata B^a, cata P^1 135 misera *BL*   138 perit] tulit B^a

Dum iacet alter inops, visu caligine clauso,
caecus, nec misero lumine lumen erat,
longa nocte oculos quarto iam mense premebat,
in lucem obscurus, vivus imago necis:
vocibus hunc medicis monuisti tempore somni,
tenderet ut velox ad tua templa gradum.
mox veniente die, sed non sibi forfice pressa,
enituit Christi vertice tonsus ovis.
detrahit hic crines, nitidos ut haberet ocellos
et mercante coma munera lucis emat.
qui titubante gradu tractus pervenit ad aulam,
per biduum recubans ante sepulchra fuit;
tertia lux rediens nocturnas solverat umbras,
et caeco occurrit sic revocata dies.
undique limitae cecidere a fronte tenebrae,
sanguinis unda rigat, luminis atra lavat.
sicca lucerna novo flagrante refulsit olivo
obtinuitque suum lux peregrina locum. —
Quid referam mutis qui verbo verba dedisti?
quod gravat eiciens quod iuvat omne locas.
cuncta nec enumero, tua me praeconia vincunt:
etsi non potui, velle fuisse vide.
en tua templa colit nimio Sigeberethus amore,
insistens operi promptus amore tui.
culmina custodi qui templum in culmine duxit,
protege pro meritis qui tibi tecta dedit.
haec, pie, pauca ferens ego Fortunatus amore
auxilium posco: da mihi vota, precor.

---

139 *inscribitur* DE ALTERO CORCO INLVMINATO *P*, *titulo versus spatium reliquit B*, *tit. sine spatio om. L* 143 hunc] ut B^a 144 ut] t *P sic* 145 forcipe *F* 146 ouis *LF*$B^a G^2$] oues, *sed* oue *i. ras. 1 m. C*, *om. B*, oues *APMD*G^1*RF* 147 abstulit hinc criminis nitidus ut haberet ocellus B^a hi** (hinc?) G^1 148 munera] maneta *P sic* amat B^a 150 sepulchra: r *i. ras. 1 m.* B^a 151 radians G^2 nocturna B^a solueret *RF*, soluerit B^a 152 reuocata] rediuiua B^a 153 undique] unde* G^1, tandem B^a limitae (*i. e.* limatae) *ACP*M^1 (*ut vid.*) *D*] linitae *RF*M^2, limatae *G*B^a *Ven. et fort.* M^1, lumineae *BL* 155 flagrante] fraglante *DF*, manante B^a 157 *inscribitur* DE MVTIS ETIAM AB EO SANATIS *P*, *B et L ut v. 139* qui uerbo] uerbo qui B^a 158 locus *B* 159 praeconia] pecunia B^a 160 uide] fuit $B^a B^2$ *i. ras.* 161—166 *om. P*, *sequitur I*, 5 161 haec tua templa leuat nimium B^a sigebercthus *MB*] *item*, *sed* hu *i. ras. 1 m. C*, sigiberctus *L*, sigiberthus *AG*, sigeberthus *D*B^a, sigibrectus *R*, sigibertus (*F*) 162 prumptus M^1*R* tuo *A* 163 requiem prestare qui t. B^a 164 tibi] tua, *sed* a *1 m. ex* t B^a 165 pia G^1*R Ven.* *subscr.* v. CXLVI (*sic*) *ACMDG* EXPLICIT LIBER SECVNDVS INCIPIT LIBER TERTIVS *sequente primi carminis titulo codd.*, FINIT *etc. R*, E. L. S. *deinde* capitula lib. III *deinde* FORTVNATI PRESBITERI LIBER III *L*, EXPLICIT DEO GRATIAS SEMPER AMEN B^a (*in fine codicis B*). *versuum computus in archetypo omissus*

LIBER TERTIVS

I

Ad Eufronium episcopum Turonensem

DOMINO SANCTO ET MERITIS APOSTOLICO DOMNO ET DVLCI PATRI EVFRONIO PAPAE FORTVNATVS. Ante paucorum dierum volubilitatem transcursam, deferente praesentium portitore, venerabilis oris vestri salutare conloquium a me caelesti pro munere significo fuisse perceptum; quod ea aviditate, teste rerum creatore, conplexus sum, qua et vestrum piissimum animum circa meam humilitatem iugiter adprobavi profusum: et me supplicem multis repletum beneficiis agnosco devotum. qui quamvis in altera commorer civitate, novit deus quia [a] vobis absens sum tantummodo loco, non animo; et quocumque fuero, intra me vos clausos habebo. (2) Vere dico, non est illud cor carneum ubi vestrae animae non recipitur miranda dulcedo, sed est marmore durior si tantae caritatis non amplectitur blandimentum. nam quis de te tam congrua praedicet quam mens vere sancta deposcit? aut quis suo sic satisfaciat animo, ut vestrum sicut condecet digne prodat affectum? qui in terra sic humilis es, ut habites erectus in caelis et inclinando ad infima te sublevari facias ad excelsa, ut iam agnoscaris, qui Christi humilitatem libenter amplecteris, de eius regni munere quid habebis. quoniam, sicut ipsius mandata sunt, qui se parvulum inter homines vult videri magnificum se elatus respiciet in supernis; unusquisque qualiter desiderat et expugnat. (3) Ego vero gratulor in corde domni Eufronii dilectionem domni mei sensisse Martini: quapropter multiplici me prece apostolatui et sanctae caritati vestrae commendans, rogo per ipsum domnum Martinum, cuius frueris participato consortio,

---

1 *titulum om. AR* ep. Tur.] TVR. EP. *BL*, Tur. *om. rell.* AD EVFRONIO EPISCOPO M^1 1 apostholico *M* domno et dulci] dulcique *F* 2 uolubilitatem transcursam *BL*] uolubilitate transcursa *rell.* deferentem *F* 3 portitorem *ACDRF* (conloquium *ABLR*) caeleste *C* 4 quod ea auiditate $BLFG^2$] quod eauiditate *R*, quo decauiditate A^1CMD, quod ***auidi G^1, quod haec auiditate A^2, quod et auiditate *Ven.* conplexus *AMR*] compl. *CGBL* 5 approbaui *BL* 6 repletum] repletum copiosum *R* deuoto *M* 7 commores *A* a] *add. Browerus* absens] absen C^1M^1 8 an*mo *A* habeo G^1R *Ven.* 9 dulcido *C* est *om.* DG^1 10 durios *R*, durius F^2 blandimentum *Ven.*] blandimento *ACMDGRF*, blandimenta *BL* congrue *BL* 11 prae**dicet *A* (*eras.* te?) uera *A* suo* *M*, suos *D* sic] si *D* 12 humilis es FG^2] humiles ACM^1D, humilis $BLRM^2$, humil** G^1, humilem *Ven.* habetis A^1C *Ven.*, hab**** G^1, habitis M^1, habearis G^2 13 erectos G^1 infima te] infirma te *R*, infi******te G^1, infirmitate *D*, infirmitatem *Ven.* facies C^1 14 agnoscares *M*, agnosceres G^1 (*ut vid.*) *Ven.*, agnoris *R* amplecteres DB^1 cuius *BLRF* regni *om. G Ven.*, regni*** *C* 15 habebis: eb *i. ras. C* paruolum M^1D, paruolo* A^1 (*eras.* s?) 16 magnificum se] magnifica cum sede *D* supernis] excelsis *L* desideret G^2 et *om. G Ven.* 17 expugnat C^1] exponat $AMDGBLFC^2$, exponatur *R* dilectione DG^1 (*ut vid.*), delectionem C^1, *corr.* C^1 domini C^1DGBL 18 apostholatui *C* sanctae caritati *AGBLR Ven.*] sanctae caritate *F*, sancti caritati CM^1, sancti caritate *D*, *cf. V, 1, 3; fort.* sanctitati, *cf. III, 2, 4; 5, 13* 19 cummendans *C* dominum *ACDG*, *om. BL* frueris *BLF*] fueris *ACMDGR*

ut apud eum memorari praecipias me famulum et devotum, quatenus quid apud eum meritis praevaletis in meae humilitatis protectione iugiter ostendatis. ora pro me, domine sancte et apostolicé, peculiaris domne et pater.

II

Ad eundem

DOMINO SANCTO MIHIQVE IN DEO PECVLIARI PATRONO EVFRONIO PAPAE FORTVNATVS. Copiosam et superabundantem pectoris vestri dulcedinem, quam circa devotionem personae meae vestram beatitudinem, pater amantissime, fateor inpendisse, quis illam ut dignum est vel corde possit concipere vel sermone valeat explicare? quae tanto me sibi vinculo admirandae caritatis adstrinxit, ut nec unius horae spatio ab illo mihi videar separari conspectu, quem et si praesentem non video, attamen intra pectoris habitaculum retineo conditum et reclausum. (2) Quis enim tuae pietati peculiaris non redditur, in quo tantae bonitatis beneficia continentur? aut quem ad tuam dulcedinem non ducas invitum, cuius probavimus animum ineffabili caritate profusum? qua autem illud admiratione complectar, cum te sic video cunctos diligere, ac si unumquemque de proprio visus sis latere generasse? (3) Quis vero filiorum superbus esse desideret, ubi te patrem et doctorem tantae humilitatis agnoscit? aut, quamvis summo nobilitatis descendat de culmine, cum te sic respicit supplicem, non se tuis vestigiis in terra provolutus extendit? vere dico: si tumidum superbia deicit, vos multum est laudabilis humilitas quod erigit. quis denique illic esse possit iracundus aut turbidus, ubi sacerdos et pontifex tam placidus es inventus? scit enim totus sine rapacitate grex vivere ubi vivendi tranquillitas discitur a pastore. (4) Quid de rebus reliquis referam? in quibus te sic inpendis in singulis, ut lauderis in cunctis; quae tamen etsi imitari non possumus, vel vidisse quod imitari deceat congaudemus. (5) Quapropter dominationi et sanctitati vestrae peculiariter me commendans rogo et obtestor (sic ille domnus meus Martinus sua intercessione obtineat, ut cum ipso iuxta merita vestra in luce perpetua vos conlocet divina misericordia), ut pro me humili filio et servo vestro ad eius beatum sepulcrum orare digneris et pro peccatorum meorum remissione pius intercessor accedas. (6) Eos vero qui vestri sunt omnes domnos et dulces meos reverenter saluto: domnum meum per omnia dulcissimum, filium

---

1 memorare C me] me tuum F quatenus] quatinus L, quate quatenus C (quate sup. v. 1 m.) M^1 2 in] si G, om. Ven. 3 apostholicae C domne] domine MG^1F

II hanc epistulam om. F numerum et titulum om. AR, titulum om. CM 4 domno (AMR)D^2 peculiare $AMDG^1R$ papae om. A praescripta haec sunt in C: Domino sancto meritis beatissimo domno (dono C^1) et patri Eufronio episcopo Fortunatus (Fortunatos C^1) 5 cupiosam C superhabundantem B, perabundantem C dulcidinem C 6 impendisse GBL 7 ut om. C^1 est om. R 8 astrinxit CB nec] ne codd. horae] ore A^1R, om. D^1 9 aspectu L praesentum C^1 adtamen A 10 reclusum A^1B(LD) tuae pietate G^1, tua pietate Ven. tuae — 11 tantae om. D peculiarius BL 11 quo tantae: o et ae i. ras. 1 m. M dulcidinem C^1MR 12 qua] que C 13 ammiratione L uideam BL cunctus D, cunctis A dilig*ere (eras. e) M unumquemquem A^2, unumqueque D 14 prorio B 16 supplicem i. ras. 1 m. L, subplicem R se] si A^1 tuis uestigiis i. ras. 1 m. L, **is uestigiis A^1 17 diecit R 18 erigit Browerus] eregit C, erexit rell. 19 placidus es C] placidus est BL, placidus $DGRM^2$, placidu A, placid* M^1 iuuentus D 20 a] *a M 21 referam i. ras. 1 m. L impendis GBL 22 imitare A congaudimus C 24 contestor L illi A, illa C ut] et D 25 diuina bis B humile ACM 26 sepulcrum C] sepulchrum rell. peccatum M^1 27 pius] **pius C uestre D domnos et] domnus et CM^1, domos nos et 1 m. ex domos et nos D 28 reuerentes G, reuenter M filium om. G^1

vestrum Aventium pro me multipliciter supplico salutari. domno meo Felici episcopo, si per vos venit, me benigno animo commendari deposco. ora pro me.

III

Ad eundem

Quamvis pigra mihi iaceat sine fomite lingua
   nec valeam dignis reddere digna viris,
attamen, alme pater, Christi venerande sacerdos
   Eufroni, cupio solvere parva tibi.
debeo multa quidem, sed suscipe pauca libenter:
   sit veniale precor quod tuus edit amor.
ecclesiae lampas sub te radiante coruscat,
   lumine pontificis fulget ubique fides;
gratia praecellens sincero in pectore vernat,
   quo nullus dolus est, Israhelita vires;
inmaculata tibi feliciter actio currit:
   ut penetres caelos, haec via pandit iter.
dulcia conloquii sine fuco dicta refundis:
   non sic mella mihi quam tua verba placent;
quidquid habet sensus, hoc lingua serena relaxat:
   pectore sub vestro fraus loca nulla tenet,
qui sine felle manes in simplicitate columbae,
   nec serpens in te dira venena fovet.
advena si veniat, patriam tu reddis amatam
   et per te proprias hic habet exul opes;
si quis iniqua gemit, tristis hinc nemo recedit,
   sed lacrimas removens laetificare facis.
Martinus meritis hac vos in sede locavit:
   dignus eras heres qui sua iussa colis.
ille tenet caelum largo dans omnia voto:
   iunctus eris Christo hunc imitando virum.
non perit hic vestrum qui grex ad ovile recurrit,
   candida nec spinis vellera perdit ovis,
non lupus ore rapit praedam pastore vigente,
   sed fugit exclusus non lacerando greges.
haec tibi lux maneat longos, venerande, per annos
   atque futura dies lucidiora ferat.

---

1 me *om.* *D* subplico *C* salutari *om.* C^1 domino G^1 2 me *om.* *C* animo] amico *BL* ora pro me *om.* *C*

III (*num. om. AGR*) *extat in P f. 70v post VIII, 1, 11* *tit. om. P* ITEM AD EVNDEM *BL* 3 adtamen *ACR* 4 Eufroni* *M*, Eufronii *D* parua] arua C^1 7 eclesiae *M* radiente DR^1 8 fulgit M^1DR 9 sincerū* C^1 in corpore *G* (*vulg. v. l.*) 10 quod *BL* *ante* israhelita *eras. 8—9 litt. C* uiris *i. ras. C;* uirens *Mommsenus* 11 immaculata *B* 13 colloquiis *B*, conloquiis G^1L, colloquii* *M* foco M^1 15 quicquid *CGBLR* senera *P* relaxant *L* 16 uestra C^1 *ut vid.* 19 ueniat] at *i. ras. 1 m. B*, uenia G^1 amata *C* 20 pro*prias *M* exsul *GL* 24 eris *BL* coles *APR*, colles M^1 25 tenit M^1, tenens *L* 26 emitando *P*, imitante G^1, *corr.* G^1 27 erit *P* ad] a* P^1, ab *F* 28 perdit] reddit *P* ouis *GBLF*] oues *ACPMDR* 29 ora *C* 31. 32 *om. P* (*sequitur III, 6, 15*), *habet post III, 6, 24* 31 longus M^1BF *subscr.* v. XXXII *ACMDG*

IV

Ad Felicem episcopum Namneticum

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICA SEDE DIGNISSIMO DOMNO ET PATRI FELICI PAPAE FORTVNATVS. Oscitantem me prope finitima pelagi, blandimento naturalis torporis inlectum et litorali diutius in margine decubantem subito per undifragos vestri fluctus eloquii quasi scopulis incurrentibus elisa salis spargine me contigit inrorari; sed ad primos evigilandi stimulos infundi poteram, non tamen excitari: qui adhuc more solito graviter obdormitans tandem aliquando inter crepitantia verborum vestrorum tonitrua vix surrexi. (2) Igitur cum considerarem dicta singula de more tubarum clangente sermone prolata et sidereo quodammodo splendore perfusa, velut coruscantium radiorum perspicabili lumine mea visi estis lumina perstrinxisse et soporantes oculos, quos mihi aperuistis tonitruo, clausistis corusco: tantus enim exercitati claritate conloquii vestrae linguae iubar effulsit, tanta se renidentis eloquentiae lux vibravit, ut converso ordine mihi videretur verbis radiantibus ab occidentali parte te loquente sol nasci. (3) Credebam enim, quasi sofo Pindarico conpactus tetrastrophos pedestri glutine suggillatus et ac si enthymematum parturiens catenatum vinculum fecunda fluxisset oratio spiris intertexta, sofismate peregrino. denique quantum ad profunditatem vestrae dictionis adtinet, feceratis ignorantem per sermonum conpitos velut inter cautes Echinadas oberrare, nisi a vobis ipsis lampas praeviatrix itineris occurrisset. (4) Quod vero vestris inseruistis epistulis vocem meam nec adclamatione laudum superatam in ultimo orbis angulo personasse, haec ipsa dum relego, coepi me mirari vestro subito crevisse conloquio qui favorem proprio non mererer ornatu, gavisus usque adeo affectu fautoris erigi qui me recognoscerem ingenii qualitate substerni. (5) O quantum caritas praevalet, cum illud lingua laudantis adicit quod laudati vena subducit! optandum est siquidem, ut de me humillimo tali credatur testi potius quam auctori. non enim Polydeucen suae commendasset venae salientis ubertas, nisi Smyrnaei fontis fatidico latice fuisset adtactus. (6) Illud itaque quod dixistis, in ultimo orbis angulo quasi vestram habitare praesentiam, satis hoc fieri iustum est: ut de vobis mihi credatis qui de me

---

IV NAMNETICVM *om.* F 1 Felice MD 2 oscitantem ACR] oscitante MDGBLF me *fort. delendum* inlectum] inlecto $GBLF^1M^2$, illecto F^2, inlicto ACM^1D, inlecto prouocato R 3 decubantem CM^1DRF] decubante $AGBLM^2$ fluctus: l *et* c *i. ras.* C 4 scopolis A elisa: e *i. ras.* C inrorari: *ult.* i *i. ras.* C sed — poteram *om.* R 5 exercitari D m*ore (*eras.* o) M, memore BL soleto C 6 gratuiter C obdormitans: *altera* o *1 m. i. ras. 2 litt.* C 7 considerem BL more] mo** G^1, mor* F^1, *corr.* F^1 8 radiorum *om.* R 9 lumina] lumena CM^1, lumine RG^2 10 aperuis R t*onitruo M, tronitruo G clausisti R tantum BL (*cf. infra 7, 44*) excitati BL conloqui A, colloqui DR 11 rinedentis C, renitentis M^2 eloquentia D 12 uideritur CM^1 sol* C (*eras.* a?) 13 sofo] saffo G *et v. l.* sopho compactus GBL tetrastrophos $ACDRM^2$] te*rastrophos M^1, tetratrophos BL, tetros tropos G, tetrasto F glutino G sugillatus AG 14 enthy*mematum (*eras.* e) C, enthym**matum A^1, enthimematum GL, entimematum R uincolum AM^1 feconda C 15 spirus G^1 sophismate L, sofesmate ACM^1 profunditate A uestrae — ignorantem *om.* D dictionis: c *ex* g C 16 adtinet ACMR] attinet GBL feratis G *Ven.* sermonem RF conpitos] conpetos C, competos ADGR, completos BL, compitos M (o *i. ras. 1 m.*), compita (F) uelut] uel D echinades G, echimas R 17 itineris *om.* R occurri*se* C^1 18 **stris M^1 epistulis CR] epistolis *rell.* acclamatione G^2, adclamationem CBL, addamationes R superata C 19 anglulo C relego AMG] religo CDB (go *i. ras. 3 litt.*) LR credidisse G *Ven.* 20 (conloquio L) fauore R 21 eregi AC 22 laudati] laudanti G *Ven.*, lauti R optantum G, obtandum R 23 umillimo C non* enim M Polydeucen] polydeocen R, polideochen B, polydeochen ACMDGLF 24 suae] seu D ubertas *om.* D 25 adtactus ACR] attactus MBL, *ex* ettactus *1 m.* G 26 satis *usque ad 5, 1 om.* F de (*post* qui) *i. ras.* M me *om.* C

vobis credi blandius suadetis; quoniam loca, quamvis regione ultima, te cive sunt prima. nam si personae merito urbes sibi vindicant principatum, nulli per vos est ille locus inferior, ubi quidquid de laude requiritur Felix actibus pontifex est adsertor. denique non Cecaumene rabida nec ursae situs frigoribus intertextus respirat, sed per vos mutatis sedibus assiduo Favoni sibilo modulante vernatur. (7) Hoc etiam, quod sanctitas vestra conqueritur, me invento Turonis parva prolixitate potitam se fuisse conloquiis (cum me e contra pudeat in brevi spatio prodidisse inscitiam, sed latere tanti gratiam pontificis adquisitam): tamen, si nostri animi partes considerare velitis, quamvis protracto spatio aspectu vestro fruerer, incitari poteram, non expleri. (8) Quis enim semel odore suavium rosarum adflatus vel satiatum quandoque se iudicet vel patiatur reddere fastidentem? cum, si diuturnius fuissemus incomminus, tanto magis dilectione succenderer quanto plus agnoscerem quem amarem. (9) Quod enim intulistis: 'si Ligerem vobiscum ascendissem, secundis fluctibus Namnetas occurrissem', novi quidem, te mihi Canobo, Cherucis adcersientibus myoparonem praepetem, catus arte armoniaca tutus inter Symplegadas se mordentes exissem, et si res exigeret plausu creperegico Oetam Tirynthiacum Pindo respirante pulsassem. (10) Qua vero aviditate illud me creditis perlegisse (quod vos intexere mera caritas imperavit) quod dixistis: 'nec si vulsci venissent in solacio, me vobis abripere valuissent'? credite, quantum meus animus inspicit, ipsa vix Roma tantum mihi dare ad auxilia poterat quantum praestitistis in verba; nec apud me plus aliquid est factis inpendere, quam vota voluntatis offerre: nam alloquii refluente dulcedine nihil opus est plus egere. (11) Quod vero facetiis addidistis: 'nisi sollicitatus laudibus rusticus calamus non turnasset', licet talis cultor Christicola feracissima iugera saepius exaravit, attamen nuper illum, id est vos, confiteor ludos ithyfallicos Amphioneo barbito reboasse. (12) Hoc quoque quod delectabiliter adiecistis me domnae meae Radegundae muro caritatis inclusum, scio quidem quia non ex meis meritis, sed ex illius consuetudine, quam circa cunctos

---

1 loco *C* 2 uendicant *L* illi *C* 3 quidquid *AM*] quicquid *CDGBLR* est *om.* G^1 (pontifex asserit *Ven.*) assertor *B* 4 Cecaumene] cecaumenae *C*, caecaumene *D*, caecaumenae *AM*, caecaumaena *R*, caeca*umenae *G*, ceumenae *BL*, secum *Ven.* intertectus *C*, interiectus *Mommsenus* respira*t (*eras.* s?) *C* 5 fauoni *ACMDR*] faboni *G*, fabonii *BL* modulamine *G* (*vulg. v. l.*) uernatum *BL* hoc etiam *i. ras. D* 6 conquiritur *G* turonos *A* parua *sup. v. G*, *om. Ven.* potitam se G^2] positas se *R*, potita se *rell.* (conloquiis *LR*) 7 in] cum *R* breue *C*, breui* (*eras.* o?) *G* prodedisse *CMR* inscitiam *praeter* in *i. ras. B*, scitiam *D* sed gratiam *om. C* *fort.* laeter 8 pontifecis *C* adquaesitam *BL* animi *AC*] amici *rell.* patres *D* 9 pertracto *D* uestro aspectu *BL* 10 semel *om.* DG^1 odere *D* (adflatus *A*) 11 reddire M^1DR fastidentem *ACMDR*] fastidientem *GBL* diurnius *MR*, deurnius *D* fuissimus M^1 comminus (*M*), incommunius C^1 (*corr. per ras.*) 12 succederer *C* agnoscerem: gnosc *i. ras. C* 13 si legerem G^1M^2, si diligerem BL^1 feoundis *L* flatibus *G* namnetam *R* 14 quidem] quid *BL*, quid enim *R* chanobo *C* accersientibus *GBL* myoparonem] mioparanem *BL*, mioparonem *rell.* praepetem *A*] precipitem *L*, praepitem *rell.* cautus *A* 15 arte] a te *BLR* armoniaca tutus M^2G^2] armonia catutus *CD*, armonia catutos *BL*, armenia catutus G^1, amoniaca tutus M^1, ermoniaca tutus *R*, armonia tutus *ex* armonia cautus *1 m. A* inter symplegadas *Browerus*] inter symphegas *C*, inter sinphegas *AM*, inter sinphecas *DG*, sinphegas *R*, inphegas *BL* exissem] exisse *codd.*, exiissem *vulg.* plausu *ex* paausus *1 m. C*, clausu *GR*, clausus *Ven.* 16 creperegico] crepereco *R*, creperet *BL*, crepens ego *Ven.*, *fort.* Curetico Tirynthiacum] thirinthiacum *G*, thyrinthiacum *R*, thyrintiacum *B*, thirintiacum *CDL*, thirinthiacam *M*, thirinthiaco *A* quae A^1 auidetate *C* 17 peregisse *BL* 18 uulsci $ACMDRG^2$] uulso *BL*, ulcisci G^1 *Ven.* solacia *R* arripere *R*, abripera *A* uoluissent *R* 19 animus] amus *D* uix Roma] lex romana *G* (*vulg. v. l.*) *Ven.* 20 praestetistis *AC* uerba *sic codd.*, uerbo *Ven.* inpendere ARM^2] inpendire CM^1, impendere *GBL* 21 dulcidine *C* agere *BL* 22 facetius *R*, facetis *A*, facetis et *D* addedistis *AMDR* nisi] nihil *R* sollecitatus *C* tornasset *BL*, turnassit M^1R 23 iugera] iungeret *G* id est uos *CBLR*] idem (id̄) uos *A*, id est tuos *MDG* 24 lodos *A*, laudos *BL* ithyfallicos] itafalicos *DG*, itifalicos *rell.* amphioneo *G*] amphyoneo *ACMDR*, amphyroneo *BL* barbito *CBL*] barbyto *AMDGR* 25 adiecisti *A* me *om. L* redegundae *R* 26 quidem] quid est *R*

novit inpendere, conlegistis et quantum in mea persona panegyricum poetice tangitis, tantum in eius laudis historiam retulistis. tamen in verbis vestris illud relegere merui quod in eius gratia iam percepi. sed qui de me parvo magna depingitis, quaeso de magnis maxima praedicetis. (13) Quapropter dominationi et sanctitati vestrae me humili supplicatione commendans deprecor per dominum redemptorem animarum nostrarum, qui vos praedestinatos sua facturus est in luce consortes, ut me in sanctis orationibus pietatis intuitu dignemini memorare. magnum enim erit spei meae auxilium a vobis obtinere quod posco.

Si veniant linguae pariter Graeca atque Latina,
pro meritis nequeunt solvere cuncta tuis.
laudibus obsessus, votis venerandus haberis,
Felix, qui sensus luce perennis eris.

V

Item ad Felicem episcopum ex nomine suo

Fida salus patriae, Felix spe nomine corde,
Ordo sacerdotum quo radiante micat,
Restituis terris quod publica iura petebant,
Temporibus nostris gaudia prisca ferens.
Vox procerum, lumen generis, defensio plebis
Naufragium prohibes hic ubi portus ades.
Actor apostolicus qui iura Britannica vincens,
Tutus in adversis, spe crucis arma fugas.
Vive decus patriae, fidei lux, auctor honoris,
Splendor pontificum, noster et orbis amor.

1 (inpendere *ACR*) conlegistis] collegistis *AC*, collegatis *MDBL*G^2, colligatis *R*, conligatis G^1 panegyricum] panoegyricum *AM*, panoe giricum *C* (ri *ras. ex* rum), pamnoegiricum *R*, pano egyricum *DG*, pono egyricum *BL* 2 laudes *C* hystoriam *G* uestrum *R* relegere *ACDG*] religere *BLR*M^2, religire M^1 3 gratia *om. G*, gratiam *M* percepis *M* que *R* 4 qua*propter (*eras.* m?) *M* sanctetati *C* 5 humilis *R* supplicatione] subplicatione R^1, subplecatione *C* (s *i. ras. 1 m.*), deuotione *L* 6 praedestinatos C^2] perdistinatos *D*, praedistinatos *rell.* 7 dignimini *C* memorari *A* enim *om. BL* eritis spei *ex* erit pei *1 m. C* 8 deposco *BL* 9—12 *extant in P f. 71ʳ post III, 3* *non divisis versibus continuantur D* *inscriptum* VERSVS *G*, *sine titulo rell.* 9 linguae: i *i. ras. P* 11 uotis *ex* uotus *CR* uenerandus] dus *i. ras. 1 m. B*, uenerandis *C* haberes *C* 12 sensu *P*, sessus *BL* erit *BL* *subscr.* v. IIII *MG*, LIII *A* *in P sequitur III, 8, 43*

V ($\overline{\text{VR}}$ *D*) *extat in P f. 66ᵛ post III, 9, 94* item *om. PL* episc. e. n. s.] B. FORTVNATVS E. N. S. *P*, EP. EX NAMNETIS *G* 1 *rursus incipit F* (*cf. 4, 6*) fida *per* firma *explicatur DG* salus: sal *i. ras. 1 m. B* felex C^1 3 restuis *C* puplica *R* patebant *P* 4 serens *B* 5 definsio M^1, defintio *C* 6 prohibis M^1 7 actor *CP*M^1] auctor *AGBLR*(*DF*)M^2 *Ven.* aposthoolicus *CPM* rara *P*; *per* regnum (regna) *explicatur G* britannica *MBL*(*DF*)] brittannica *C* (*praeter* tanni *i. ras. 1 m.*) G^1, brittannia *AP*, britanica G^2 uincens: uinc *i. ras. 1 m. C* 8 totus *ACP*M^1*G* fugas: a *i. ras. 2 litt. 1 m. C* 9 uiue* (*eras.* t) *C* deus *C* 10 potificum C^1 nuster C^1, no**ter B^1 *subscr.* v. X *ACMD* *in P sequitur IX, 3 sine spatio et titulo*

VI

Item ad Felicem episcopum de dedicatione ecclesiae suae

Cum Salomon coleret generosi encaenia templi,
    Israhel electos fecit adesse viros:
Levitas proceres pueros iuvenesque senesque
    undique certatim regia pompa trahit.
mactantur vituli, tauri iugulantur ad aras
    et populi in votis gaudia caedis erant.
nunc vero adsurgit ritu placitura beato
    tempore decurso iustior ara deo:
prospera quae populis Felix modo festa ministrans
    exsuperat rebus gesta priora novis.
convocat egregios sacra ad sollemnia patres,
    quo stat vera salus et fugit umbra vetus;
docti clave Petri caelos aperire petenti
    ac monitis Pauli noscere clausa poli.
ne lupus intret oves neu morbus inulceret agnos
    hinc sunt custodes, inde medella gregis;
quorum vox refluens populo de fonte salutis,
    ut bibat aure fidem, porrigit ore salem.
inter quos medios Martini sede sacerdos
    Eufronius fulget metropolita sacer;
plaudens in sancta fratrum coeunte corona
    et sua membra videns fortior exstat apex:
laetius inde caput, quia sunt sua viscera secum,
    ecclesiae iuncto corpore crescit honor.
Domitianus, item Victorius, ambo columnae,
    spes in utrisque manens pro regionis ope.
Domnulus hinc fulget meritis, Romacharius inde,
    iure sacerdotii cultor uterque dei.
en spectata diu, data nunc memoranda per aevum,
    votis plena piis fulget in urbe dies,
in qua promeruit sua gaudia cernere pastor
    officioque sacro reddere vota deo;

VI (v *G*, *om. B*) item *om. LF* Felicem] EVNDEM *F* episcopum *om. RF* 1 salamon *M*C^1, salemon *F* incenia *A*M^1*BLR* 2 israhel electos *ACD Ven.*, *v. l. in GBL*] isr*el electus M^1 *ut vid.*, israheliticos G^1*BLRF*, israeliticos M^2 3 senesque: n *i. ras. G* 6 populi* *M*, populis *AC* erat *AC*M^1G^1 *Ven.* 7 placituora *A* 8 decursu G^1 11 conuoca C^1 sacrat C^1M^1, sacrata G^2 solemnia *G*, sollempnia *A* 12 uere *R* 13. 14 *extant in P post v. 20 (v. i.)* 13 doct* G^1, doctus *P*, *fort.* doctos 14 ac *i. ras. 3 litt. G*, hac *CD* notescere *R* 15—20. 13. 14. 21—24 *intercedunt in P inter III, 3, 30 et 31* 15 oues *ex* opus *1 m. D* neu morbus inulceret *ACP*] nec morbus inulceret *M*, nec m. inulneret *R*, nec m. uulneret *DGBL*, ne moribus uulneret *F* agnus *D*G^1 16 medela G^2*BL*, medila *M*, medilla *CP* 17 uos *BL* refluans C^2 18 porregit *P* ora *F* 19 *fort.* medius sedes *P* sacerdus M^1, sacerdotes *P* 20 metropo*lita (*eras.* l) *P* 21—24 *om.* G^1, *add. in ora infima* G^2 21 quoeunte *C* 22 fortior] for *P* exstat *CPM*] extat *rell.* 23 eapud *P*R^1 (*corr.* R^1) 25 domicianus *A* columnae: nae *i. ras. 1 m. B* 26 opus M^2 27 domnulfus *G* (*vulg. v. l.*) hinc *BL*] hic *rell.* riomacharius *R* 28 sacerdoti *BL* *uterq** G^1 29 *n (in?) spectata *diu G^1, en spectata adiu C^1 dat* nunc memorata G^1 (en spectat adiuta nouum memoranda p. a. *Ven.*) 30 *uotis M^1 plena *bis C* (*semel i. ras.*)

tempore qui longo adventu pendebat in isto
despiciens alind (hoc erat omnis amor),
omnia tuta timens suspecto in tramite vitae,
ne prius iret iter quam daret ista deo;
saepius occultans suspiria lassa trahebat,
cederet ut dominus hoc properare decus;
anxius incerto curarum fasce laborans
dum votum spectat, pondera tempus erant.
sed iam festus adest, solvatur sarcina curae,
laetitiae cumulus triste repellat onus.
prospera dans populis et gaudia larga per urbem
Felix felici cum grege pastor age.
hinc te pontifices circumdant, inde ministri:
cingit te totum hinc honor, inde favor.
clericus ecce choris resonat, plebs inde choraulis:
quisque tuum votum qua valet arte canit.
tarda fuere tibi, quia fit mora semper amanti;
res sublimis enim tarda, sed ampla venit.
nunc domini laudes inter tua classica canta
et trinitatis opem machina trina sonet.]
adde medullata in templis holocausta sacerdos,
quo diuturna mices hostia pura deo.

VII

In honore eorum quorum ibi reliquiae continentur

Siderei montes, speciosa cacumina Sion,
a Libano gemini flore comante cedri,
caelorum portae, lati duo lumina mundi:
ore tonat Paulus, fulgorat arce Petrus.
inter apostolicas radianti luce coronas
doctior hic monitu, celsior ille gradu.
per hunc corda hominum reserantur et astra per illum:
quos docet iste stilo, suscipit ille polo.
pandit iter caeli hic dogmate, clavibus alter:
est via cui Paulus, ianua fida Petrus.

---

34 despiciens *L*] dispiciens *rell.* erit *L* 35 tota *AM*[1] suspecto *M*[2]*BL*] suspectat *R*, suspectu *ACM*[1]*DGF* 39 incerte *R* 40 erat *F* 41. 42 *extant in P f. 70*[r] *post XI, 18, 4* 41 festa dies haec est soluator s. c. *P* 42 repellat *PMR*] repellit *ACDGBLF* 43. 44. 51. 52 *extant in P f. 70*[v] *post III, 8, 46* 43 pruspera *M*[1] 46 cingite totum *D*, cingit teotum *R* hinc] hin *G*[1], hinc* *M*[1] 47 clericus *AC*] clerus *rell.* choraulis *Ven.*] coraulis *ACMDRFG*[2], corallis *BL*, *om. G*[1] 49 fueri *M*[1] *post* 52 *in P sequitur III, 8, 49* 53 olocausta *CMD* *subscr.* v. LIV *ACMDBG*[2]

VII *v. 1—12 extant in P f. 57*[r] *post X, 7, 61* EXPLICIT DE (DE *om. MD*) DEDICATIONE (DEDECATIONE *C*) ECCLESIAE (ECLESIAE *C*) NAMNETICAE (NAMN̄ *AMDR*, NAM NON *C*) INCIPIT IN HONORE EORVM QVORVM IBI RELIQVIAE (R. I. *G*) CONTINENTVR ID EST PETRI ET PAVLI NAMNITAS (NAMN̄T̄ *A*) *ACMDGR*, AD EVNDEM IN H. E. Q. I. R. C. *BL*, VERSVS IN HONORE SANCTORVM QVORVM RELIQVIAE CONTINENTVR IN ECCLESIA NAMNETICA *F*, DE PETRO ET PAVLO ET DE CETERIS SANCTIS CVMMVNITER *P* 2 gemeni *P* 3 partae *D*[1] duo] **o *P*[1] 4 fulgurat *G* 5 apostholicas *CM* radianti *BLG*[2]] radiante *rell.* 6 monitu] u *i. ras.* (*ex* a?) *P*, monti *R* gradu *i. ras. 1 m. M* 8 stilo] istilo *R* suscepit *P* 9 dogmate pandit iter caeli hic et clauibus ille *F* 10 fida] cui *F*

hic petra firma manens, ille architectus habetur:
　　surgit in his templum, quo placet ara deo.
uno fonte pares medicata fluenta rigantes
　　restingunt avidam dulce liquore sitim.
fortia bella gerens quisquis cupit astra tenere,
　　rex dedit hos proceres militis esse duces.
Gallia, plaude libens, mittit tibi Roma salutem:
　　fulgor apostolicus visitat Allobrogas;
a facie hostili duo propugnacula praesunt,
　　quos fidei turres urbs caput orbis habet.
hi radiant oculi pretioso in corpore Christi,
　　lumine qui proprio cetera membra regunt.
munere Felicis caeli cape, Gallia, fruges
　　pontificisque tui vota beata cole,
cuius castus amor dedit hanc in honore superno
　　ecclesiae nuptae dote perenne domum.
[vertice sublimi patet aulae forma triformis,
　　nomine apostolico sanctificata deo.
quantum inter sanctos meritum supereminet illis,
　　celsius haec tantum culmina culmen habent.
in medium turritus apex super ardua tendit
　　quadratumque levans crista rotundat opus.
altius, ut stupeas, arce ascendente per arcus
　　instar montis agens aedis acumen habet.
illic expositas fucis animantibus artus
　　vivere picturas arte reflante putas.
sol vagus ut dederit per stagnea tecta colorem,
　　lactea lux resilit, cum rubor inde ferit.
ire redire vides radio crispante figuras
　　atque lacunar agit quod maris unda solet.
fulgorem astrorum meditantur tecta metallo,
　　et splendore suo culmina sidus habent.
luna coronato quotiens radiaverit ortu,
　　alter ab aede sacra surgit ad astra iubar.
si nocte inspiciat hanc praetereundo viator,
　　et terram stellas credit habere suas.
tota rapit radios, patulis oculata fenestris,
　　et quod mireris hic foris, intus habes.
tempore quo redeunt tenebrae, mihi dicere fas sit,
　　mundus habet noctem, detinet aula diem.

11 arcitectus *M* 12 quo] *ex* q* (*eras.* d?) *1 m. A*, quod *R* *in P sequitur VII, 12, 51* 13 font* paras *M*[1], *corr. M*[1] rigantes: ntes *i. ras. A* 14 restinguunt *B* 16. 17 *hic omissi inseruntur post v. 23 R* 16 milites *A* ducis *D* 18 apostholicus *CM* uisitat: s *ex* t *C* allobruges *GF Ven.*, allebrogas *BL* 20 caput: ut *i. ras. 1 m. M* 22 tegunt *BL*, regant *F*[1], *corr. F*[1] 23 felices *DR* 26 eclesiae *C* 27 sublime *G*[1] patit *M*[1] 28 apostholico *CM* 30 celsus *A*[1] 31 turridus *A* 32 crista: cri *i. ras. 1 m. M* 33 stupeas: up *i. ras. B* 35 expositas] expositos *CMGBLRF*, expositus *A*, expositis *D* artis *R* 37 tacta *R* 38 lancea *R* robor *A*[1] 39 radios *F* 40 sonet *L* 42 habent: ent *i. ras. G* 43 radiauerit: t *i. ras. G* 44 alterum *BL* 45 inspiciat: in *i. ras. 1 m. D* 46 stelas *CM* 47 radius *BL* occulata *L*, oculta *F*

dextera pars templi meritis praefulget Hilari,
compare Martino consociante gradum.
Gallia sic proprios dum fudit ubique patronos,
quos hic terra tegit, lumina mundus habet.
altera Ferreoli pars est, qui vulnere ferri
munere martyrii gemma superba nitet.
obtulit haec Felix, ut sit magis ipse sacerdos,
Christe, tuum templum, qui tibi templa dedit.

VIII

Item ad eundem in laude

Inluxit festiva dies, me gaudia cogunt,
ut quod plebs poterat, solus amore loquar.
ultima quamvis sit regio Armoricus in orbe,
Felicis merito cernitur esse prior.
miserunt similes Oriens et Gallia sortes:
illa micat radiis solis et ista tuis;
nam splendore novo sua munera quisque ministrat:
tu fers Oceano lumen et ille rubro;
denique si sensus clara pro lampade fulget,
ingenium vestrum luminis instar habet.
maxima progenies, titulis ornata vetustis,
cuius et a proavis gloria celsa tonat:
nam quicumque potens Aquitanica rura subegit,
extitit ille tuo sanguine luce parens.
germinis antiqui venerabile culmen in orbe,
laudibus in cuius militat omne decus,
flos generis, tutor patriae, correctio plebis,
eloquii flumen, fons salis, unda loquax,
semita doctrinae, ius causae, terminus irae,
cuius in ingenium hic nova Roma venit
(illic quod poterat per plures illa docere,
te contenta suo Gallia cive placet),
ornamenta geris gemino fulgentia dono,
et te concelebrant hinc opus, inde genus.
sed qui terrena de nobilitate nitebas,
ecclesiam nunc spe nobiliore regis.
cuius ad ornatum bone cultor iugiter instans,
ut iam multa deo splendida dona dares,

---

51 praefuget C^1 hilarii G^1 52 compare *vulg.*] cum pare *ACMDRF*, cum patre *GBL Ven.* gradu *AC* 53 fundit (*M*) utique *C* 55 qui] de *F* 56 superba] *om.* B^1, superna *A Ven.*, *explicatum per* alta *D* (*per* nobilis *G*) 57 sit *om.* *F* *subscr.* v. LVIII *ACMDG*, XLVIII *B*

VIII item *om.* *L* eundem] FELICEM EPM *F* LAVDIBVS *A* 3 armaricus *A* 4 cernitor M^1 5 miserunt] *fort.* duxerunt 6 ille G^1, illae *Ven.* 7 munere *L* 8 ille] i**e A^1 9 fulgit *C* 13 aquitania *A* 14 luce] longe *Mommsenus* 15 culmen] lumen *F* or*be (*eras.* l?) *M* 17 ple*bis *M* 19 semita *MRF*] semina *ACDGBL*, *cf. ad I, 1, 16* causa *G* 20 in *om.* *R* roma noua *F* uerunt *R* 21 plures: r *i. ras.* *B* 22 contenta* (*eras.* s) *C* 26 ecclesia ACM^1D 27 instas *ex* instans *M et F 1 m.* 28 daris ACM^1R

nupsisti ecclesiae, felicia vota iugasti,
    hanc qui matronam dote potente reples;
cuius in amplexu ducis sine crimine vitam,
    altera nec mulier corde recepta fuit.
hanc oculis, animo retines et corde pudico:
    unde tibi nupsit, castior inde manet.
illa tibi prolem peperit, sed corpore virgo,
    et populum gremio fudit amata tuo.
ecce tuos natos divina ex coniuge sumptos,
    et modo te gaudent quos patris umbra tegit.
proque salute gregis pastor per conpita curris,
    exclusoque lupo tuta tenetur ovis.
insidiatores removes vigil arte Britannos:
    nullius arma valent quod tua lingua facit.
tu quoque ieiunis cibus es, tu panis egenti:
    quae sibi quisque cupit, hic sua vota videt.
divitias proprias in pauperis ore recondis,
    largas mendici ventre reponis opes.
tempore quo veniet Christus, tunc omnia vobis
    iudicis in facie sacculus iste refert.
sit tibi fixa salus numerosos ampla per annos,
    perpetuo Felix nomine mente fide.

IX

Ad Felicem episcopum de pascha

Tempora florigero rutilant distincta sereno
    et maiore poli lumine porta patet,
altius ignivomum solem caeli orbita ducit,
    qui vagus Oceanas exit et intrat aquas;
armatis radiis elementa liquentia lustrans
    adhuc nocte brevi tendit in orbe diem.
splendida sincerum producunt aethera vultum
    laetitiamque suam sidera clara probant.

30 hinc C^1 31 duces *A* 32 corde *GBL Ven.*] conde M^2, condi (i *non certa*) M^1, corda *ACDRF*, *fort.* corpore nupta 33 retinens *R* 34 inde tibi *R* 36 amanda *BL*, amore G^2 *v. l.* 37 coniuge: i *i. ras. 1 m. M* sumptus *C* 39 pastor] patr D^1 conpita *M*] conpeta *CR*, competa *ADGBLF* 40 lupo *ex* lup** *1 m. D* tota (*M*) tenere *D* ouis *GBLRF*] oues *ACM*, *om. D* 41 insidiator *F* uigel *A* brittannus G^1 43—46 *extant in P f. 71^r post III, 4* 43 ieiunils *P*, ienis A^1 es *GBLRFA*^{2} *Ven.*] *om.* A^1*CPMD* 45 pauperi** A^1 recundis *P* 46 repones *C* opes: e *i. ras. 1 m. M* *in P sequitur III, 6, 43* 47 quod *R* 48 iudici *R* sacculos *CD*, seculus *R* refert *1 m. ex* repert *C* 49. 50 *extant in P f. 70^v post III, 6, 52* 49 numerosus M^1*DRF* 50 perpetua *L* *subscr.* V. L *ACMDG*^{2}

IX *extat in P f. 65^r post VII, 3, 192* F. E.] EVNDEM *LF* EPISCOPO *CMR* PASCHE *D* DE DIE PASCHAE INCIPIVNT VERSVS FORTVNATI *P* 1 tempore A^1 *ut vid.* 2 lumin* M^1, lumina *F* p**et M^1 3 urbita *PA*^{1} lucet *A* 4 uagas *L* oceanas *GBL*] ocianas *DM*^{2}, otianas *ACPF*, oteanas *R*, fotianas *vel* sotianas M^1 5 armatus (*M*) elementa *AGBL*] elimenta *CPMDRF* liquent*a A^1, liquantia *B* 6 *add. in marg. 1 m. P* note *B* urbe *AM*^{1} 7 hethera *C*, **thera F^1, aether *R*

terra favens vario fundit munuscula fetu,
cum bene vernales reddidit annus opes:
mollia purpureum pingunt violaria campum,
prata virent herbis et micat herba comis.
paulatim subeunt stellantia lumina florum
arridentque oculis gramina tincta suis.
semine deposito lactans seges exilit arvis,
spondens agricolae vincere posse famem.
caudice desecto lacrimat sua gaudia palmes:
unde merum tribuat, dat modo vitis aquam.
cortice de matris tenera lanugine surgens
praeparat ad partum turgida gemma sinum.
tempore sub hiemis foliorum crine revulso
iam reparat viridans frondea tecta nemus:
myrta salix abies corylus siler ulmus acernus
plaudit quaeque suis arbor amoena comis.
construitura favos apes hinc alvearia linquens
floribus instrepitans poplite mella rapit.
ad cantus revocatur aves, quae carmine clauso
pigrior hiberno frigore muta fuit.
hinc filomela suis adtemperat organa cannis
fitque repercusso dulcior aura melo.
ecce renascentis testatur gratia mundi
omnia cum domino dona redisse suo.
namque triumphanti post tristia Tartara Christo
undique fronde nemus, gramina flore favent.
legibus inferni oppressis super astra meantem
laudant rite deum lux polus arva fretum;
qui crucifixus erat, deus ecce per omnia regnat,
dantque creatori cuncta creata precem.
salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
qua deus infernum vicit et astra tenet,
nobilitas anni, mensum decus, arma dierum,
horarum splendor, scripula, puncta fovens.
hinc tibi silva comis plaudit, hinc campus aristis,
hinc grates tacito palmite vitis agit.
si tibi nunc avium resonant virgulta susurro,
has inter minimus passer amore cano.

---

10 reddidit] reddit G^1, reddit et G^2 13 subeant _BL_ stellantia _Ven._] stillantia _codd._ 14 oculos _D_ 15 lactas _L_, lanctans _R_ 17 defecto G^1 lacrimat: _altera_ a _i. ras. 1 m. M_ 20 sinum] suum _F_ 21 iemis _C_ studiorum _ut vid._ G^1 crimine uulso _R_ 22 iam* _G_ nemus] manus _C_ 23 mirta _L_ salex _ACPM_[1] habies _C_ co**lus P^1, corilus _CMGL_ ulmus: mu _i. ras._ (_ex_ es?) _G_ 24 plaudit _MBLF_] plaudet _APDGR_, plaudent _C_ 25 construitora _R_ (apes _codd._) hin _D_ liquens _ACM_ 26 instrepidans _A_ 27 at _L_ auis _GBL_ carmine] _sic, sed_ lumine _v. l. 1 m. L_, lumine carmine (_inducto_ lumine) _B_ 28 frigurae C^1, frigorae C^2 29 filomella _BL_ adtemperat _APGRM_[2]] attemperat _CM_[1]_BL_ cannis] can* _superscripto_ nis _1 m. M_, carinis _D_ 31 renascentes testarum _A_ 33 tricia _P_, tristitia _R_ 34 f**nde P^1 cramina M^1 36 dominum D^1 (dm̄ _corr. ex_ dn̄m) po**lus _P_, populus _R_ 38 precem] pacem _L_ _inter_ 38 _et_ 39 _in P intercedit X, 11, 7—10_ 40 quam R^1, qua* _A_ (_eras._ e? _non_ m) 41 mensium (_MF_) 42 scriptula _RM_[2] 44 ta*cito _P_ 45 uirgulta: l _i. ras. 1 m. P_

Christe, salus rerum, bone conditor atque redemptor,
unica progenies ex deitate patris,
inrecitabiliter manans de corde parentis,
verbum subsistens et penetrare potens,
aequalis concors socius, cum patre coaevus,
quo sumpsit mundus principe principium:
aethera suspendis, sola congeris, aequora fundis,
quaeque locis habitant quo moderante vigent,
qui genus humanum cernens mersisse profundo,
ut hominem eriperes es quoque factus homo;
nec voluisti etenim tantum te corpore nasci,
sed caro quae nasci, pertulit atque mori:
funeris exequias pateris vitae auctor et orbis,
intras mortis iter dando salutis opem.
tristia cesserunt infernae vincula legis
expavitque chaos luminis ore premi;
depereunt tenebrae Christi fulgore fugatae
et tetrae noctis pallia crassa cadunt.
pollicitam sed redde fidem, precor, alma potestas:
tertia lux rediit, surge, sepulte meus.
non decet, ut humili tumulo tua membra tegantur,
neu pretium mundi vilia saxa premant.
indignum est, cuius clauduntur cuncta pugillo,
ut tegat inclusum rupe vetante lapis.
lintea tolle, precor, sudaria linque sepulchro:
tu satis es nobis et sine te nihil est.
solve catenatas inferni carceris umbras
et revoca sursum quidquid ad ima ruit.
redde tuam faciem, videant ut saecula lumen,
redde diem qui nos te moriente fugit.
sed plane inplesti remeans, pie victor, ad orbem:
Tartara pressa iacent nec sua iura tenent;
inferus insaturabiliter cava guttura pandens,
qui rapuit semper, fit tua praeda, deus:
eripis innumerum populum de carcere mortis
et sequitur liber quo suus auctor adit;
evomit absorptam trepide fera belua plebem
et de fauce lupi subtrahit agnus oves.
hinc tumulum repetens, post Tartara carne resumpta,
belliger ad caelos ampla tropaea refers:

---

47 rerum] hominum L 49 parentes M^1 53 aetherea C^1F 54 (quaeque *pro* quaecumque) 55 hamanum M 56 eriperis CPM^1, striperes R 57 nec — tantum *i. ras. 1 m.* B te *om.* D 59 exsequias MB 60 inter C^1 61 tristi**a P, tristicia R infernae] inferni F, inferna et C 62 expavitque: x *1 m. ex* t C 64 pallea L 68 neu *i. ras. 1 m.* M 73 catenas P carc*ris M^1, *corr.* M^1 74 quidquid APMR(F)] quicquid CDGBL 76 fugent P 77 implisti C remeans: a *i. ras. 1 m.* P pia BL 79 caua: *alt.* a *i. ras. 1 m.* P, causa A gutta G^1, *corr.* G^1 panden* P^1 82 quos P suos M^1 83 euomit MBLRF] euomet ACPDG absorptam DLB^2] absorbtam (b *sup. scr. 1 m.*) C, absortam $APMG^1B^1R$, obsortam G^2 trepi**de M, trepida R 85 hinc] nunc F tumulum] tumul D 86 tropaea] tropea G, trophea *rell.*

quos habuit poenale chaos, iam reddidit in te,
et quos mors peteret, hos nova vita tenet.
rex sacer, ecce tui radiat pars magna triumphi,
cum puras animas sancta lavacra beant:
candidus egreditur nitidis exercitus undis
atque vetus vitium purgat in amne novo;
fulgentes animas vestis quoque candida signat
et grege de niveo gaudia pastor habet.
additur hac Felix consors mercede sacerdos,
qui dare vult domino dupla talenta suo.
ad meliora trahens gentili errore vagantes,
bestia ne raperet, munit ovile dei.
quos prius Evva nocens infecerat, hos modo reddit
ecclesiae pastos ubere, lacte, sinu,
mitibus alloquiis agrestia corda colendo:
munere Felicis de vepre nata seges.
aspera gens, saxo vivens quasi more ferino:
te medicante, sacer, belua reddit ovem.
centeno reditu tecum mansura per aevum
messis abundantis horrea fruge reples.
inmaculata tuis plebs haec vegetetur in ulnis,
atque deo purum pignus ad astra feras.
una corona tibi de te tribuatur ab alto,
altera de populo vernet adepta tuo.

X

De domno Felice Namnetico, cum fluvium alibi detorqueret

Cedant antiqui quidquid meminere poetae:
vincuntur rebus facta vetusta novis.
includi fluvios si tunc spectasset Homerus,
inde suum potius dulce replesset opus:
cuncti Felicem legerent modo, nullus Achillem,
nomine sub cuius cresceret artis honor;
qui probus ingenio mutans meliore rotatu
currere prisca facis flumina lege nova.
aggere composito removens in gurgite lapsum
quo natura negat cogis habere viam.
erigis hic vallem, subdens ad concava montem,
et vice conversa haec tumet, ille iacet.

---

87 poenale] laetale *L* reddit *RF* 90 puras] sacras *L* sancta *ACPMR*G^2] sacra *D*G^1*BLF* 93 signat] surgit *L* 94 gr*ege *M* *post* 94 *in P sequitur III*, 5 95 haec *A* 98 bistea M^1 munito uile C^1 99 euua C^2M^2] aeuua G^2, seuua C^1, e*ua M^1, eua *ADBLRF*, aeua G^1 100 pastos *BLRF*M^2] pastus *AC*M^1*DG* 105 redditu *DF*, redditum *B* 106 habundantis *CR*G^2 orrea G^1 107 immacula M^1 (inmaculata *AGBLR*) uegetetur *G*(*F*) *Ven.*] uegitetur *ACMDL*, uetigetur *R*, uehitetur *et v. l.* uectetur *B* 109 de te] det et *C* 110 *ante* altera *eras.* una *C* *subscr.* v. cx *ACMDG*

X AD EVNDEM DE FLVVIO MVTATO *L* domno Felice] EODEM *F* EPISCOPO *addit B* FLVVIO *ACDR*, FLVIO *M* alibi *om. B* DETORQVERIT *C* 1 quicquid *CGBLR* 3 humerus *M* 4 inque *A* 6 sub cuius c *i. ras. 1 m. C* artes M^1 7 probos G^1, *corr.* G^1 11 ad] a *C* conaua M^1 montem *i. ras. 1 m. A* 12 et ***uice (*eras.* con) *C* illa *LR*

altera in alterius migravit imagine forma:
mons in valle sedet, vallis ad alta subit.
quo fuit unda fugax, crevit pigro obice terra,
et quo prora prius, huc modo plaustra meant.
collibus adversis flexas super invehis undas
et fluvium docilem monte vetante trahis.
qua rapidus flueret, veniens celer amnis obhaesit
et subito nato colle retorsit iter.
quae prius in praeceps veluti sine fruge rigabant,
ad victum plebis nunc famulantur aquae.
altera de fluvio metitur seges orta virorum,
cum per te populo parturit unda cibum.
qualiter incertos hominum scis flectere motus
qui rapidos fontes ad tua frena regis?
stet sine labe tibi, Felix, pia vita per aevum,
cuius ad imperium transtulit unda locum.

XI

De Nicetio episcopo Treverensi

Splendor, apex fidei, venerabile mente Niceti,
totius orbis amor pontificumque caput,
summus apostolico praecellens pastor ovili
auxisti meritis quidquid honoris habes.
divino insistens operi terrena relinquis:
cui moritur mundus, non moriture manes.
vita brevis cunctis, sed non brevis illa beatis:
cum bona non pereant, iure perennis eris.
dum tibi restrictus maneas et largus egenis,
quod facis in minimis te dare crede deo.
captivus quicumque redit sua limina cernens,
ille lares patrios, tu capis inde polos.
hic habet exul opem, ieiunans invenit escas,
qui venit esuriens hinc satiatus abit.
tristibus inponis curas purgando querellas,
et sanat cunctos una medella viros.

---

13 alter *DGBL* 14 sedet] redit *D* 15 unda] illa *R* fucax *C* obice terra] obicet terra *M*, ubicetera *ex* ubicetrra *1 m. C* 16 hoc A^1, hic G^1 *Ven.* 18 uetante *i. ras. 1 m. B* 19 quo *G Ven.* amnis *om. L* abhaesit *D* 21 ueluti] cautes *Mommsenus*, *fort.* uectae rigabant] igaba *i. ras. 1 m. C*, rigebant G^1 *Ven.* 23 uirorum] *fort.* priore 25 motos M^1DR 26 ar *D* 27 uota AD^1 (*corr.* D^1) *L* aeum *G* 28 imperium* *M* *subscr.* v. XXVIII *CD*, XX *M*

XI (*num. om. C*) *extat in P f. 71v post III, 8 et spatium 1 v. vacuum sine titulo* AD NICETIVM EPISCOPVM TREVERENSI *L*, AD NICENTIVM EPISCOPVM TREVERIS *G* NICENO *DR* TREVERENSE *ACMDR* 1 uenerabile CG^1BLRFM^2] uenerabili APM^1DG^2 2 capud M^1 3 apostholico *CM* ouili $BLRM^2G^2$] ouile $ACPDG^1F$, ouil* M^1 4 quidquid *APM*] quodquid *R*, quicquid *CGBL* honores PG^1 habe* M^1 5 insistendo opere *P* relinquens B^1 6 cum *G* mundus *i. ras. 1 m. C* 7 cunctis sed non breuis*** *i. ras. 1 m. C* breuisint abeatis *P* 8 pereunt *R* erit (*M*) 11 **edit (credit?) M^1 lumina *G* 12 lares: e *i. ras. 1 m. C* proprios *L* (*cf. 13, 30*) polus *C* 13 exsul *G* 14 abit] habet P^1, habit P^2 15 inponis *ACPMR*] imponis *GBL*, *fort.* inpendis (tristes componis *Mommsenus*) querelas G^1BL 16 medela BLP^2

pauperis hinc lacrimas desiccas gaudia praestans:
qui prius ingemuit, vota salutis habet.
te pascente greges numquam lupus abripit agnos:
sunt bene securi quos tua caula tegit.
templa vetusta dei revocasti in culmine prisco
et floret senior te reparante domus.
hic populis longos tribuas pia vota per annos
et maneas pastor, ne lacerentur oves.

XII

Item de castello eiusdem super Mosella

Mons in praecipiti suspensa mole tumescit
et levat excelsum saxea ripa caput:
rupibus expositis intonsa cacumina tollit,
tutus et elato vertice regnat apex.
proficiunt colli quae vallibus arva recedunt:
undique terra minor vergit et iste subit;
quem Mosella tumens, Rodanus quoque parvulus ambit,
certanturque suo pascere pisce locum.
diripiunt dulces alibi vaga flumina fruges:
haec tibi parturiunt, Mediolane, dapes.
quantum crescit aquis, pisces vicinius offert;
exhibet hinc epulas, unde rapina venit.
cernit frugiferos congaudens incola sulcos,
vota ferens segeti fertilitate gravi.
agricolae pascunt oculos de messe futura,
ante metit visu quam ferat annus opem.
ridet amoenus ager, tectus viridantibus herbis,
oblectant animos mollia prata vagos.
hoc vir apostolicus Nicetius ergo peragrans
condidit optatum pastor ovile gregi;
turribus incinxit ter denis undique collem,
praebuit hic fabricam, quo nemus ante fuit.
vertice de summo demittunt brachia murum,
dum Mosella suis terminus extet aquis.

---

17 desiccans *DF* praestas *L* 19 arripit *PG*[1], arripuit *Ven.* 20 quos] quo *i. ras. 1 m. P* 21 culmine prisco] sanguine patres *L* 22 repante *L* domos *P* 23 hinc *A*[1]*G Ven.*, his *RF* populus *M*[1]*G*[1]*R* l. t.] tribuas longos *L* longus *vel* longas *M*[1], longas *R* p. u. p. annos *praeter* nos *i. ras. 1 m. P* *subscr.* v. XXIV *ACMD* *in P sequitur III, 13, 17*

XII *edidit et germanice vertit Eduardus Boecking in Ausonii Mosellae edit. Bonn. 1845 p. 118* AD EVNDEM DE CASTELLO EIVS *L* item (*om. AR*) de] TE DE *R* super Mosella *om. F* MOSELLA *A*] MOSELLAM *B*, MVSELLA *CMR*, MVSELLAM *DG* 1 praecipiti: praec *i. ras. 1 m. D* 2 capud *G* 3 cacamina *C* tullit *A*[1] 4 et eleuato *R* 5 quae] quoque *A* 7 mosella *ABL*] mussella *R*, musella *CMDGF* tumens] quidem *L* (rodanus *codd.*) paruolus *A* 8 sua *G Ven.* 9 dulces alibi] alibi dulces *L* 11 aqua *G*[1] *Ven.* uicinus *R*, uinius *C*[1], uiciinius *C*[2] *sic* 12 exibet *MR* 13 frugeferos *C* 14 segiti *ACMB*[1]*R* 15 acricolae *C*, agrigolae *M*[1] 16 metit] *prior* t *i. ras. 1 m. C*, met *R*, *fort.* metunt quem *G* annos *M*[1] 17 erbis *G* 19 apostholicus *CM* 20 p. o. g. *om. F* grege *C* 21 **incinxit *G* 23 dimittunt *GL* *fort.* muri 24 tum *F* mosella *AGBL*] musella *CMDRF* extat *A*

aula tamen nituit constructa cacumine rupis,
    et monti inposito mons erit ipsa domus.
conplacuit latum muro concludere campum,
    et prope castellum haec casa sola facit.
ardua marmoreis suspenditur aula columnis,
    qua super aestivas cernit in amne rates.
ordinibus ternis extensaque machina crevit,
    ut, postquam ascendas, iugera tecta putes.
turris ab adverso quae constitit obvia clivo,
    sanctorum locus est, arma tenenda viris.
illic est etiam gemino ballista volatu,
    quae post se mortem linquit et ipsa fugit.
ducitur inriguis sinuosa canalibus unda,
    ex qua fert populo hic mola rapta cibum.
blandifluas stupidis induxit collibus uvas,
    vinea culta viret quo fuit ante frutex.
insita pomorum passim plantaria surgunt
    et pascunt vario floris odore locum.
haec tibi proficiunt quidquid laudamus in illis,
    qui bona tot tribuis, pastor opime gregis.

XIII

Ad Vilicum episcopum Mettensem

Gurgite caeruleo pelagus Mosella relaxat
    et movet ingentes molliter amnis aquas;
lambit odoriferas vernanti gramine ripas
    et lavat herbarum leniter unda comas.
hinc dextra de parte fluit qui Salia fertur,
    flumine sed fluctus pauperiore trahit;
hic ubi perspicuis Mosellam cursibus intrat,
    alterius vires implet et ipse perit.
hoc Mettis fundata loco speciosa coruscans
    piscibus obsessum gaudet utrumque latus.
deliciosus ager ridet vernantibus arvis;
    hinc sata culta vides, cernis at inde rosas.
prospicis umbroso vestitos palmite colles,
    certatur varia fertilitate locus.

---

26 monte *A* (inposito *ACR*), imposita *G*, *fort.* inpositus erat *G Ven.*, *fort.* sedet (sedit) *cf. I, 19, 7* 27 (conplacuit *ACMR*) 29 mormoreis B^1, *corr.* B^1 30 a**stiuas (*eras.* e) *C*, *om.* M^1 cernis *Mommsenus* 31 ter*** M^1 32 posquam *C* ascendes *F*, ascendens *R* 35 balista *BL*, bacista *R* 37 inriguis] irriguis *F*, in rigidis *rell.* sinuora *A* 38 hi *D* 39 tepidis *Mommsenus* 40 cu**ta *A*, cuncta *G* frutix *M* 41 pomorum: *prior* m *i. ras. B* passim *add.* G^2 *ut vid.* 42 flores A^1CM 43 quidquid *AM*] quicquid *CGBLR* 44 gregi *Ven.*, *vulg.* (*cf.* 13*, 1; 19, 2) *subscr.* v. XLIV *ACMDG* *post hoc carmen Browerus inseruit carmen de Magnerico Treverensi episcopo ex eius vita ab ipso depromptum; dabitur in appendice*

XIII *v.* 1—18 *edidit Eduardus Boecking l. s. p. 108* VIGILICVM *R*, VICVLVM *F* Mettensem *vulg.*] MENTENSEM *F*, METTINSEM $ADGBC^2$, METTISSEM C^1 *ut vid.*, METINSEM *MR*, METINSIM *L* DE DIVERSIS REBVS *add. L* (*cf. capit. ind.*) 1 pelegus M^1R mosella ADG^1BL] musella $CMRFG^2$ 3 odoriferos *B* 5 qui] *v. l.* nil *L 1 m.* 7 mosellam ADG^1BL] musellam $CMRFG^2$ *et L in mg. 1 m.* 9 locos *R*, locus MDG^2 10 utruque *D* 11 diliciosus *C*, dilitiosus *B* 12 culta *i. ras. 2 m. C* at $MDBLFG^2$] ad *C*, et AG^1 *Ven.*, atque *R*

urbs munita nimis, quam cingit murus et amnis,
pontificis merito stas valitura magis:
Vilicus, aetheriis qui sic bene militat armis,
stratus humi genibus te levat ille suis.
unde humilis terris te proicis, alme sacerdos,
orando hinc patriae ducis ad astra caput;
fletibus adsiduis adquiris gaudia plebi:
pastoris lacrimis laetificantur oves.
ictibus invalidis quamvis minitetur iniquus,
tu quibus es murus, vulnera nulla timent,
et licet incluso lupus insidietur ovili,
te custode gregis nil ibi praedo nocet.
oblectas populos vultu sine nube sereno
cunctorumque animos gratia blanda fovet;
si poscat novus hospes opem, tu porrigis escas,
invenit et proprios ad tua tecta lares.
dum satias querulum, magis obliviscitur illas
quas habet in patriis finibus exul opes.
qui sua damna refert, gemitus subducis ab ore,
gaudia restituens tristia cuncta fugas.
protegis hinc nudos, illinc tu pascis egentes;
nil tibi reddit inops, reddit amore deus.
horrea praemittis melius quam condita servans:
quas sic diffundis dat paradisus opes.
culmina templorum renovasti, Vilice cultor:
cum veniet dominus, stat labor ecce tuus.
commissum video non suffodisse talentum,
sed magis aptatum multiplicatur opus.
longius extensos peragas tam digna per annos
et maneat semper nomen, opime, tuum.

a Item ad eundem

Pastor opime gregis, cunctis tua pabula prosunt:
qui satias animas, quam bene membra foves!
sic avidos reddis convivas nectare lactis,
ut scutella levet quod cocleare solet.

---

15 urbos M^1 amnes *ACM*^{1}, omnes G^1 17 *ad finem extat in P f.* 72^r *post III, 11* aetheriis *APMDGLB*^{2}] aethereis *CB*^{1}*RF* 18 te] uos *P* leuat *ACPG*^{1} *Ven.*, *F corr. 1 m.*] lauat *MDBLRF*^{1}*G*^{2} 21 fle*tibus (*eras.* c?) C^1 assiduis *GL* 23 iniquis *MGLF*, in aquis *R* 25 inclauso G^1, *corr.* G^1 ouile *C* 27 oblectans *C* populus P^1 29 n**us G^1 opes *R*, *om. F* 30 proprius *C* at *A* 31 obliuiscetur *P* 32 propriis *L* 34 tristicia P^1M^1 cuncta *bis* G^1 36 inobs *C* 37 quam *Mommsenus*] tua *codd.* seruens *C* 38 defundis *A* paradisus *AL*] paradysus *CPGBR*, paradyssus *M* 39 culmina *in A claudit paginam 15*^{v}; *sequens pagina (f. 16*^{r}*) incipit in III, 26, 18; interciderunt duo folia* cultor] custos *BL* 42 aptatum *C*] optatum *rell.*, *fort.* oblatum 43 extensus *MBL* *subscr.* v. XLIV *MD* *in P sequitur III, 14*

XIII^a (XIV *DG*, *sine num. rell.*) *extat in P f. 70*^{r} *post III, 6, 42 sine titulo* item *om. DBLF* DE CONVIVIO *add. F* 1 prosunt *BG*^{2}] praesunt *CPMDG*^{1}*RF*, christus *L* 3 auidus *C* *subscr.* v. IV *CMD* *in P sequitur III, 13*^{b}

b Item ad eundem

Currit ovis repetens a te sua pascua, pastor:
qui cibus esse soles, da mihi panis opem.

c De pictura vitis in mensa eius dictum

Vitibus intextis ales sub palmite vernat
et leviter pictas carpit ab ore dapes.
multiplices epulas meruit conviva tenere:
aspicit hinc uvas, inde Falerna bibit.

d De piscibus in mensa eius

Retia vestra, pater, oneroso pisce redundant:
apparet Petri vos meruisse vices.

XIV

De pontifice Carentino Coloniae

Carentine, decus fidei, deitatis amice,
nomine de proprio care, perennis amor,
pontificem pollens Agripina Colonia praefert,
frugiferis agris digne colone dei.
si videas aliquos quacumque ex gente creatos,
quamvis ignotos mox facis esse tuos.
quos semel adfectu adstringis pietate paterna
ulterius numquam dissociare potes;
nec subito veniens veluti fugitiva recedit,
sed concessa cito gratia fixa manet.
verba dei conplens sicut te diligis ipsum,
a te ita diligitur proximus omnis homo.
vocis apostolicae sectator dignus haberis,
quae caros animos praeposuit fidei.
tranquillus placidus mitis, sine nube serenus,
cui rabies mundi nil dominare potest,

XIII^{b} (xv *G*, *sine num. rell.*) *titulum om. P* ITEM AD EVNDEM *BL*] ITEM EIVSDEM *CMDR*, ITEM EIVSDEM AD EVNDEM *G*, PETICIO EIVSDEM PANIS IN MENSA *F* 1 oues *MDF* a te] a *e M^1, ad te *P* *subscr.* v. II *CMD* *in P sequitur III, 15, 19. 20, deinde 13^c*

XIII^{c} (xvi *G*, *sine num. rell.*) eius dictum *om. F*, dictum *om. L* 1 sub] ub C^1 4 hic C^1 *subscr.* v. IV MDG^2 *in P sequitur VIII, 1*

XIII^{d} (xvii *G*, *sine num. rell.*) eius *om. F* 1 honeroso *C* 2 apparet $DBLG^2F^2$] apparet et $CMRF^1$ *Ven.*, apparet** G^1 *subscr.* v. II $CMDG^2$

XIV (xv *D*, xviii G^2) *extat in P f. 72^v post III, 13 sine titulo* Coloniae *om. R* AD CARENTINVM EPISCOPVM COLONIAE *L* AD CARENTINVM EPISCOPVM *F* 1 carentini *C* fidei] fi C^1 2 perennis *bis D* 3 agripinia C^1 (agripina *rell.*) 4 digne *bis* C^1 6 ignotus M^1 7 quo *D* (adfectu *M*) astringis C^1B 8 nunquam G^2 desociare *C* 9 nec] non *F* 11 (conplens *CPM*) 13 apostholicae *CM* sectatur PM^1C^2, sectetur C^1 dignis *C* 15 placidus] placidusque *L* mitis *G Ven.*] mihi *rell.* 16 dominaere *C*

pectora cunctorum reficis dulcedine verbi,
laetificas vultu tristia corda tuo.
pauperibus cibus es, sed et esurientibus esca,
rite pater populi dando salutis opem.
aurea templa novas pretioso fulta decore;
tu nites, unde dei fulget honore domus.
maioris numeri quo templa capacia constent,
alter in excelso pendulus ordo datur.
sollicitat pia cura gregis te, pastor opime,
nil lupus ab stabulis quo vigilante rapit.
tempora longaevo teneas felicia tractu
et per te domini multiplicentur oves.

XV

De Igidio episcopo Remorum

Actibus egregiis venerabile culmen, Igidi,
ex cuius meritis crevit honore gradus,
subtrahor ingenio, compellor amore parato
laudibus in vestris prodere pauca favens.
namque reus videor tantis existere causis,
si solus taceam quidquid ubique sonat.
sed quamvis nequeam digno sermone fateri,
da veniam voto me voluisse loqui.
exiit in mundo gestorum fama tuorum
et meritis propriis sidus in orbe micas.
clarior effulges quam Lucifer ore sereno:
ille suis radiis, tu pietate nites.
nil lupus insidiis cauto subducit ovili
te pastore sacro pervigilante gregem.
facundo eloquio caelestia dogmata fundis,
ecclesiae crevit te monitore domus.
pontificis studio correctio plebis haberis;
ne tenebrae noceant, semita lucis ades.
cunctorum recreas animos dulcedine verbi,
qui satias epulis, pascis et ore greges.
praecepta inplentur: non solo pane cibamur;
delicias capimus quas tua verba ferunt.
ut gaudet corpus cui mitior esca paratur,
sic animae gaudent si tua lingua sonet.

---

17 pectori *D* dulcidine *CPM* 18 tristitia P^1 19 es] es* *F*, esse *R* sed *om. F* 23. 24 *om. P* 23 nomeri M^1 27 tempore *F* *subscr.* v. XXVIII DM^2, XXIII M^1 *in P sequitur XV, sine titulo sed spatio unius versus relicto*

XV (XVI *D*, XVIII G^2) AD IGIDIVM EPISCOPVM *LF* 1 egidi P^1M^1, *corr.* P^1M^1 5 exsistere *MB* 6 quidquid *PMR*] quicquid *CGBL* 10 proprius C^1 sydus *G* 11 effulges $CGBLM^2$] effulgis PM^1DRF 13 ouile *C* 14 te* *C* (te *ex* et *1 m.*) 16 eclesiae *C* 17 haberes C^1 19. 20 *in P etiam f. 70^v post III, 13^b ubi vide* 19 dulcidine *M* 20 quos *P f. 70^v* pascit *D* gregis P^1, *P f. 70^v*, gr*gis C^1 21 (inplentur *CPMR*) cibarum *D* 22 dilicias *B*

haeresis ira cadit forti te milite Christi,
    adquiris regi qui dedit arma tibi,
qui purgas spinis agros sermone colente,
    et mundata deo surgit ubique seges.
qui venit huc exul tristis defessus egenus,
    hic recipit patriam te refovente suam.
quae doluit tollis, gemitus in gaudia vertens,
    exilium removes, reddis amore lares.
pauper habere cibum, meruit quoque nudus amictum,
    invenit hic semper, quae bona quisque cupit.
consultum tribuis generaliter omnibus unum,
    qui populi pater es, tot pia rite regis.
haec tibi vita diu domino tribuente supersit
    atque futura micet lucidiore die.

XVI

Ad Hilarium

Lux sincera animi, semper mihi dulcis Hilari,
    quamvis absentem quem mea cura videt,
cuius honestus amor tantum mea corda replevit,
    ut sine te numquam mente vacante loquar:
versibus exiguis mandamus vota salutis;
    quae dedit affectus sint tibi cara, precor.

XVII

De Bertechramno episcopo, cum elevaretur in currum

Curriculi genus est memorat quod Gallia raedam:
    molliter incedens orbita sulcat humum;
exiliens duplici biiugo volat axe citato
    atque movet rapidas iuncta quadriga rotas.
huc ego dum famulans comitatu iungor eodem
    et mea membra cito dum veherentur equo,
pontificisque sacri Bertechramni actus honore
    conprendente manu raptus in axe levor.

---

26 atquiris *C* 29 exula *C*¹ 30 recepit *P* sua *RF* 31 tollens *L*, collis *R*, colles *F* 32 latres *D* 35 consoltum *P* 36 geris *P* 37 domino diu *G*¹ superisti *P* *subscr.* v. XXVIII *CDGM*², XXIII *M*¹ *in P sequitur III, 18*

XVI (XVII *D*, XX *G*²) 1—4 *extant in P f. 60v post II, 15; in BL et hic et post II, 15 (BaLa)* 2 me *B* cura] causa *BaLa* 4 uocante *BL*, uagante *C* loquor *B* 6 cara *G*¹*F*²] care *CMDBLRF*¹*G*² *subscr.* v. VI *MDG*

XVII (XVIII *D*², XXI *G*²) AD BERRHTRAMNVM (BERTRAMNVM *L*, BERTHERAMNVM *F*) EPISCOPVM *GLF* cum *sq. om. LF* ELEVARETVR *CGB*] ELEVARET *M*, ELAVARET *R*, EVM LEVARET *D* CVRRV *GB* 1 raedam] reddam *M*¹*R*, redam *rell.* 3 exilient *C* u*lat *C*¹ 5 ego] ergo *D* 7 pontificis *F*² bertehramni *F*, berehtramni *G*, bertegramni *C* 8 conprendente *CML*] comprendente (*B*)*G*², conprehendente *DR*, comprendendente *G*¹, comprendit me *F*

qualiter inplumes fetus pia mater hirundo
confovet et placide pinnula tensa tegit,
sic bonitate potens, affectu dives opimo
in proprium pastor molle sedile locat.
nec solum amplectens pia mens, sed diligit omnes,
unde magis populis unicus extat amor.

XVIII

Item ad eundem de opusculis suis

Ardua suscepi missis epigrammata chartis
atque cothurnato verba rotata sofo.
percurrens tumido spumantia carmina versu
credidi in undoso me dare vela freto:
plana procellosos ructavit pagina fluctus
et velut Oceanas fonte refudit aquas.
vix modo tam nitido pomposa poemata cultu
audit Traiano Roma verenda foro.
quid si tale decus recitasses in aure senatus?
stravissent plantis aurea fila tuis;
per loca, per populos, per compita cuncta videres
currere versiculos plebe favente tuos.
sed tamen in vestro quaedam sermone notavi
carmine de veteri furta novella loqui;
ex quibus in paucis superaddita syllaba fregit
et pede laesa suo musica cloda gemit.
nunc, venerande pater, prece voto voce saluto,
commendans animum supplice corde meum.
sit tua vita diu, cuius modulante Camena
cogimur optatis reddere verba iocis.

XIX

Ad Agricolam episcopum

Praesul, honoris apex, generis fideique cacumen,
cultor agri pollens, pastor opime gregis,
cum mea terra manu meruit genitoris arari,
reddatur nati vomere culta sui.

---

9 inplumis *MG*, implumis *C* 10 pinnula *CMD*] pennula *GBLF*, penna ila *B* 12 in *G*^{1} *Ven.*] hin *C*^{1}, hinc *MDBLRFC*^{2}*G*^{2} *subscr.* v. XIV *CMD*

XVIII (XIII *M*, XVII *B*, XIX *D*, XXII *G*^{2}, *om. RF*) *extat in P f. 73*^{v} *post III, 15* OPVSCVLIS *DGBRF*] OPOSCVLIS *CM*, SCRIPTIS *L* 1 cartis *CGBL* 2 adque *P* cothurnato *Ven.*] coturnato *codd.* sofo] sopho *codd. cf. 4, 3* 5 pl*na *D*^{1} 6 uelud *G* refundit *M*^{1} 8 troiano *D* 9 recitassis *MPD*, recitasse *R* 11 competa *DG*^{1}*BL* 12 currire *PM*^{1} 15 sillaba *C* 16 doda *D*^{1}*R* 17 prece] pre *D* 18 subplice *R*, simplici *F* *subscr.* v. XX *CMDG* *in P sequitur III, 21*

XIX (XX *D*, XXIII *G*^{2}, *om. F*) AGRICOLAM *CBLF*] AGRECOLAM *MD*, EGRECVLAM *G*, GRECOLA *R* 1 *et* 7 *extant in P post III, 21, 14* praesol *CPM*^{1}

nam pater, affectu dulci memorabilis orbi,
me vobiscum uno fovit amore duos;
corde parens, pastu nutrix, bonus ore magister
dilexit coluit rexit, honesta dedit.
ille pio studio sulcata novalia sevit:
quod pater effudit hoc mihi semen ale.

XX

Ad Felicem episcopum Biturigum, scriptum in turrem eius

Quam bene iuncta decent, sacrati ut corporis agni
margaritum ingens aurea dona ferant!
cedant chrysolitis Salomonia vasa metallis:
ista placere magis ars facit atque fides.
quae data, Christe, tibi Felicis munera sic sint,
qualia tunc tribuit de grege pastor Abel,
et cuius tu corda vides, pietate coaeques
siraptae merito quae dedit aera duo.

XXI

Domino sancto atque apostolicis actibus praeconando, domno pio et peculiariter dulci in Christo, patri Avito papae Fortunatus humilis

Officiis intente piis, pater urbis Avite,
gloria pontificum, noster et altus amor,
per quem plebs, regio, peregrinus et hospes aluntur,
in quo cuncta capit quae sibi quisque cupit:
ex opere inmeritus merui pia dona patroni,
ne minimam pascens inmemor esses ovem.
qui trahis ore greges aeterna ad pabula Christi,
qualiter hinc vivant est quoque cura tui.
semper et absentes praesens tua protegit ala:
quo pede non curris, munere totus ades.

---

5 dulci memorabilis *i. ras.* *C* 6 fouet *C* 10 effundit *BL* *subscr.* v. x *CMDG*

XX (xv *L*, xxii *D*, xxiv G^2, *om.* *F*) Biturigum — eius *om.* *F* BITVRIGVM *BL*] BITVRIVVM *ÇMD*, BITVRIVM *GR* scriptum — eius *om.* *L* TVRREM *CMD*] TVRRIM *R*, TVRRE *GB* 2 *cf. Prudent. psychom. 873* 3 crysolitis *CR*, crisolitis *L* salomonia *GBL*] salamonia *CMDRF* 5 data] *fort.* rata 8 syraptae *M*, seraptae *BL*. *de Eliae vidua Saraptana cogitabant* (*reg. I, 17, 9 sq. Luc. 4, 26*), *confusa scilicet illa cum Hierosolymitana novi testamenti* (*Marc. 12, 42. Luc. 21, 1. cf. Venant. VIII, 3, 297*). *scribendum potius* aura piae *subscr.* v. viii *CMDG*

XXI (xxii *D*, xxv G^2) *carmina 21—29 extant in P f. 73ᵛ sq. post III, 18, omnia sine titulis* *tituli breviores in BL* (AD AVITVM EPISCOPVM *L*, AD A. E. ARVERNENSEM *B*, *cf. capit. ind.*) domino — patri *erasa in B* (*f. 33ᵛ extr.*) APOSTHOLICIS *CD*, APOSTHOLECIS *M* PRAECONENDO *D* DOMNO *CDF*] DOMINO *MG* AVIRO *D* FVRTVNATVS *C* 1 urbis] orbis *codd.* 2 amor] honor *L* 3 ples *RF* 4 quisque *BLRF*M^2G^2] quaeque *CP*M^1*D*G^1 5 (inmeritus *CPMGLB*) patroni] parentis *F* 6 *om.* *P* pasens *C* (inmemor *GBLR*) essis *C*M^1*D* 7 gregis M^1 8 quoque cura tui *BL*F^2] quoque cura tibi *G*, cura quoque tui *CPMDR*F^1, quaeque cura tui *Ven.* 9 aula *D* 10 pede *i. ras. 1 m.* *M*

muneribus vestris Agnes * aut Radegundis
    multiplici orantes fomite vocis agunt.
ad caelos penetranda seras, pater alte, talenta,
    quae centena suo tempore culta metas.
per dominum regemque bonum precor, aulice praesul,
    ut Fortunati sis memor, alme, tui.

XXII

Ad eundem

Paruimus iussis, sacer ac venerande sacerdos
    et pater, imperiis, dulcis Avite, tuis.
garrulitate levi potius stridente cicuta
    quam placeat liquido nostra camena melo;
sed tamen, ut veniam tribuas, pietatis amator
    intende obsequium nec trutinato sophum.
munere pro magno modicus haec parvula solvo:
    pensetur votis, est cui lingua rudis.

a Item ad eundem

Virtutum quid celsa fides mereatur honoris,
    summe sacerdotum, dulcis Avite, probas,
qui nectens animos cunctorum in amore beato
    post te, care pater, pectora capta trahis.
sed tamen inter eos, tua quos dulcedo replevit,
    promptus in affectu portio maior agor.
lumen dulce meum, patriae vigor, altor egentum,
    spes peregrinorum, ductor honorque patrum,
si mea vox iugi resonaret acumine carmen,
    laude minor loquerer, maior amore, pater;
maxima sed nostri datur haec occasio voti,
    vel memorare tuum nomen, opime, sacrum.
commendantur item vestrae pietatis amori,
    Agnes voce humili cum Radegunde pari.
larga salutiferos vigeat tibi vita per annos,
    nam tua quae fuerit fit mea, care, salus.

---

11. 12 *om. P*   11 *praeter* muneribus *i. ras. 1 m. M*   uestris agnes aut *CMDR*] uestris aut agnes aut *G Ven.*, uestris laudem agnes aut *BL*, uestris agnes ualet aut *i. ras. F*   radegundis *GLF*] radegundes *CMDBR*   12 multiplici *GBLF*] multiplicis *CMR*, multiplices *D*   uoces CG^{1} *verum hoc videtur:* muneribus uestris Agnes etiam et Radegundis | multiplices grates fomite uocis agunt   13 alta *BL*   *inter v.* 14 *et* 15 *in P intercedunt duo versus carminis III, 19 (v. 1. 7)*   16 furtunati *C*   alme] adme *P*   *subscr.* v. XVI *CMDG*, X *R*

XXII (XXIII *D*, XXVI G^{2})   AD EVNDEM *GBL*] ITEM EIVSDEM *CMDR*, ITEM AD AVITVM EPISCOPVM *F*   1 iussi *Mommsenus*   3 strudente *P*   cicute P^{1} *corr.* P^{1}, cicutam *R*   5 ama*tor (*eras.* r?) *P*   6 obsequio (*MF*)   trotinato CPM^{1}, strutinato *D*   *subscr.* v. VIII *MDG*

XXII[a] (XXVII G^{2}, *sine num. rell.*)   4 post te] poste *R*   5 dulcido PM^{1} 6 promtus RC^{2}, prumptus *M*, prumtus *P*, pro* C^{1} portior C^{1} 7 patria *G*   8 doctor *P*   9 iuge LR^{2} 13. 14 *om. P*   13 amore $R^{1}F^{1}$ (*corr.* $R^{1}F^{1}$?)   14 radecunde *M*   16 car* M^{1} *corr.* M^{1}, cara *BL*   *subscr.* v. XVI *DGR*

XXIII

De domno Agerico episcopo de Vereduno

Vrbs Vereduna, brevi quamvis claudaris in orbe,
pontificis meritis amplificata places:
maior in angusto praefulget gratia gyro,
Agerice, tuus quam magis auxit honor.
plurima magnarum fudisti semina laudum,
quae matura operis fertilitate metes.
tempore praesenti victum largiris egenis,
unde futura dies centuplicabit opes.
dogmatis arcani reseras penetralia pastor,
nec solum dapibus, pascis et ore greges.
templa vetusta novas pretiosius et nova condis,
cultior est domini te famulante domus.
egregios fontes sacri baptismatis exples:
tam pia divino fonte repletus agis.
candida sincero radiat haec aula sereno,
et si sol fugiat, hic manet arte dies.
ad nova templa avide concurrunt undique plebes
et tribuis populis plus in amore deum.
te solamen inops meruit, te nudus amictum,
et solus cunctis potus et esca manes.
felix qui meritis, aeternae lucis amator,
tempore tam modico non moritura paras.

a Item de Agerico episcopo de Vereduno

Phoebus ut elatum suspendit in aethera currum
purus et igniferum spargit ubique iubar,
effusis radiis totum sibi vindicat orbem,
montes, plana replens ima vel alta tenet.
sic, praesul, splendore animi cum sole coruscas:
ille suis radiis fulget et ipse tuis.
Agerice sacer, cuius sermone colente
ecclesiae segetes fertilitate placent,
terrenis sterilis rebus, fecunde supernis,
humana spernens, dives iture polis,

XXIII (XXIV *D*) AD AGERICVM EPISCOPVM *L*, AD A. E. VEREDENSEM *G* (*cf. capit. ind.*) domno *om. F* de Vereduno] VEREDVNENENSE *F* 1 uereduna *DGBLF*] ueriduna *CPMR* 6 metes *BLRF*] metis *CPMDG* 9 archani *GBL* pator *P* 10 pacis CM^1G^1 (*corr.* G^1) gregis R^1 11 preciosios PB^1 (*corr.* B^1) 13—18 *om. P* 13 egregius M^1DG 15 sincere M^1 16 arta BLR^2, alma *F* 17 auide] auidae *vulg.* concurrant *B* 19 inobs *P* 20 manus C^1 21 qui meritis *bis* C^1 22 tam] non *L* *subscr.* v. XXII *CD*, XX *MGR*

XXIII[a] (XXIV *GL, sine num. rell.*) ITEM AD AGERICVM EPISCOPVM *L*, ITEM AD EVNDEM *G* ACERICO C^1, AGIRICO *D*, AGYRICO *MR* ep. de u.] EODEM *B* 1 aetera *C* cursum *DBL* 4 replet *F* ima] ma *P* 6 fulges *Mommsenus* 7 argerice *P* 8 segites *CPMR* 9 sterelis *CPM* 10 itur* M^1

inlecebris mundi mundus, lasciva repellens,
nil cui subripuit carnis amarus amor.
lubrica culpa perit, neque mors de crimine gaudet,
cum tua delictis libera membra vides.
in templis habitando piis sic purus haberis,
ut tua corda, pater, sint pia templa dei.
eligit in tali Christus se vase recondi:
quam sibi purgavit possidet ipse domum.
non dolus in labiis, nec sunt fera nubila mentis:
sinceris animis vernat in ore dies.
doctilocum flumen salienti fonte refundis
et sensus steriles voce rigante foves.
ardua caelorum pandis mysteria terris,
per quem plebs dominum scit timet orat amat.
dogmate divino, praesul facunde, triumphas,
dans pastor monitis, ne premat error oves.
deliciis reficis quas caelum arva unda ministrat,
et satiat populos hinc cibus, inde fides.
sumit pauper opem, tristis spem, nudus amictum,
omnia quidquid habes omnibus esse facis.
hic tibi longa salus maneat, licet inde futura,
atque diu, pastor, pro grege vota feras.

XXIV

Ad virum venerabilem Anfionem presbyterum

Vir pietate calens, blanda dulcedine vernans,
cuius in aspectu mens pretiosa micat,
quem prius ut merui cognoscere lumine vultus,
conspexi sensus lumen inesse tibi,
Anfion, mihi care pater, venerande sacerdos
atque meo semper corde tenendus amor;
qui quemcumque novum videas facis esse propinquum,
si genus ignores, fit tibi mente parens.
provocat alloquio cunctos iucunda voluntas,
cogis et unianimes iugiter esse tuos.
ingenio vivax, sensus moderamine firmus,
pondere consilii fixus ubique manes,

---

14 delectis *CP* *fort.* uidet 17 elegit *P* uase] ua C^1, ua*se (*eras.* s?) *M* 18 tibi *C* 20 uernat in ore] uerna tenoris P^1 21 doctiloquum *BL* *post* flumen *erasum* fonte *C* saliente CM^1 ref*ndis M^1 22 stereles *M*, sterelis *PR*, sterilis F^1 23 misteria *CGR* 24 quae *F* plebs] plus *codd.* 26 monitis *PDGLRF*] monitus *CMB* 27 dilitiis *B* 30 quidquid PM^1R] quicquid $CGBLM^2$ 31 hinc B^1, his G^1 licet] lux *ed. patr. Par.*, liquet *Mommsenus, fort.* sit et 32 feres *D* *subscr.* v. XXXII *CMDR*

XXIV (XXV *DL*) uirum uenerabilem *om. LF* ANFIONEM *CG*] AMFIONEM *BLF*, ANFIONE *MDR* PRESBYTERO *MD* 1 dulcidine CP^1M^1 2 aspectum *P* migat C^1 3. 4 *hoc loco CPF, post v. 6 positi DGBL, om. MR* 3 cognuscere *P* 5 amfion *L* 6 meo] in eo P^1 sorde *D* 7 *om.* F^1 qui quemcumque $CMGBRF^2$ *Ven.*] qui quemque *P*, quicumque *DL* 8 ignoras *B* 9 alloquio] *sic 'in uno cod. Vatic.' teste Luchio*, alloquium *codices quos vidi* iucunda] iocunda *codd.* 10 unianimes CPM^1DR] unanimes $GBLM^2$ tuus *C* 11 sensus* *C* 12 manes *CP*] manens *MDGBLRF*

qui bene cauta regis maturae frena senectae,
    cui quem praestat honor scis moderare gradum.
promptus ad omne decus larga bonitate redundas,
    cui se coniungit quisquis in urbe venit.
profluus humane frugem venientibus offers
    et tua fit populis omnibus una domus;
verbis quippe suis quem papa Leontius effert:
    iudicio tanti credimus ista viri.

XXV

Ad Paternum abbatem de codice emendato

Paruimus tandem iussis, venerande sacerdos,
    nominis officium iure, Paterne, regens,
qui propriis meritis ornans altaria Christi
    tam prece quam voto das placitura deo.
supplico, cede tamen, si quid me forte fefellit:
    nam solet iste meas error habere manus.
obtineat supplex modo pagina missa salutis,
    haec quoque cum relegis me memorare velis.

XXVI

Ad Rucconem diaconum, modo presbyterum

Altaris domini pollens, bone Rucco, minister,
    hinc tibi festinus mando salutis opus.
nos maris Oceani tumidum circumfluit aequor,
    te quoque Parisius, care sodalis, habet;
Sequana te retinet, nos unda Britannica cingit:
    divisos terris alligat unus amor.
non furor hic pelagi vultum mihi subtrahit illum
    nec boreas aufert nomen, amice, tuum.
pectore sub nostro tam saepe recurris amator,
    tempore sub hiemis quam solet unda maris.
ut quatitur pelagus quotiens proflaverit eurus,
    stat neque sic animus te sine, care, meus.
blanda serenato tempestas pectore fervet
    atque ad te varia mobilitate trahit.

---

13 cauta] cuncta *L* 14 *et* 16 *locos mutarunt in P* 14 cui] cum *R* quem] que *M* praestet (*M*) 15 prumptus *PMR*, prump *D* redundas *CPDGR*] redundans *MBLF* 16 urbe *BL*] orbe *rell.* 17 profluis (*M*) 19 que *P* effert *PMGBL*C^2 *Ven.*] offert *DF*, effer C^1, effere *R* 20 ista] sta *P* *subscr.* v. xx *CMGR*

XXV (xxvi *L*) *titulum om. D* de codice emendato *om. LF* 2 regens] reges *CP*M^1*D*B^1, regis *GLRF*M^2B^2 *Ven.* 5 quit *C* 6 iste] e *i. ras. C*, *om. L* 7 obtinuit *F* pagina salutis *ut IV, 10, 3* carmina salutis 8 relegis *PGF*] religis *CMDBLR* me *om. DR*, mis *F* *subscr.* v. viii *CMR*

XXVI (xxvii *L*) *titulum om. D* RVCONEM (*R*) DIACONEM *LF* m. pr. *om. LF* PRESBYTERVM *B*G^2] PRESBYTERO MG^1*R*, PRBŌR *C* 1 ructo *R* 2 hic *F* 5 brittannica B^1, brittanica *PR*B^2 6 *alligat (*eras.* c) *C* 10 hiemis *P* 11 prolauerit C^1 13 pectore] pectoret *P*, est (ē) pectore *D* fenet *D* 14 adque *P* ad] a *CD*

sed memor esto mei votumque repende petenti,
ut pariter paribus det sua dona deus,
humanam mentem Christi quo gratia ditet
ac domino nostro sensus et ora vacent.

XXVII

Ad archidiaconum de Meldis

Si mihi vel vestros licuisset cernere vultus,
munere pro tanto plurima verba darem.
direxit nobis mustum tua cara voluntas,
et dulces animos dulcia dona probant.
quem non vidisti promptus satiare parasti:
quid facias illi qui tibi notus adest?
det tibi larga deus, qui curam mente fideli
de grege pontificis, magne minister, habes.

XXVIII

Ad Iohannem diaconum

Pignus amicitiae semper memorabile nostrae
versibus exiguis, care Iohannis, habe,
ut, cum me rapiunt loca nunc incognita forsan,
non animo videar, dulcis, abesse tuo.
Anthemium patrem per te, venerande, saluto,
cuius in affectu consolidatus agor.
Hilarium pariter nobis in amore tenacem
insero carminibus, quem mea corda colunt.
perpetuo maneas meritis felicibus aevo:
haec quoque cum relegis me memorare velis.

XXIX

Ad Anthimium diaconum

Suscipe versiculos, Anthimi, pignus amantis,
quos tibi sincero pectore fudit amor.

---

16 det] de *C* 18 *rursus incipit A* nostro *ACMDGBL*] non *P*, sancto *RF* *subscr.* v. XVIII *AMR*, XXVIII *D*

XXVII (XXVIII *DL*) ARCHIDIACONVM (*CDL*) *Ven.*] ARCIDIACONVM *AMR*, ARCHIDIACONEM *F*, ARCHIDIACVM *G* DE MELDIS *ABM*[2]] DE MELDVS *CM*[1], DE MELLIS *D*, DE MEL *R*, MELDENSEM *F Ven.*, MELDINSEM *L*, MILDIHSIM *G*[1], MILDIHENSIM *G*[2] 2 munera *D* 3 derexit *A* multum *B i. ras.* caro *P* 4 dulcis *C* parant *L* 5 prumptus *PM*[1]*R* 8 habes] ades *F* *subscr.* v. VIII *ACMDGR*

XXVIII (XXIX *D*, *om. RF*) DIACONEM *F* 2 iohannes *BLG*[2] 3 *usque ad 29, 2 om. C in confiniis paginarum 50ʳ et 50ᵛ* rapuit *R* 4 uideas *BL* 5 antemium *AL* per] par *D* 10 relegis *ADGL*] religis *PMBF*, regis *R* me *sup. vers. 1 m. DB*, *om. R*, mis *F* *subscr.* v. X *AMGR*

XXIX (XXX *DL*) ANTIMIVM *A*[1], ANTHEMIVM *G Ven.* DIACONVM *MDGB*] DIACONEM *ALRF* 1 anthemi *G*[1] *Ven.* 2 fundit *R*

cum tua blanditus retineret lumina somnus
lassaque fecisset membra iacere toro,
dum dubito, pecco nolens vexare quietum:
sic mea culpa tui causa soporis erit.
discedo tacitus, veluti fur, indice nullo,
nec dixi amplectens: frater amate, vale.
non licuit mandata animo committere caro
nec tenuit verbis hora vel una tuis.
testificor dominum mihi fortiter esse molestum,
quod sic abscedo nec tua dicta fero.
sed cui plura volens poteram tunc dicere praesens,
nunc faciat paucis pagina missa loqui.
haec tamen ante deum rogo te mihi munera praestes:
omnibus ut semper, carus ubique mices;
nemo mihi vestem, denaria nemo ministret:
quod dulcedo monet, hoc mihi nemo neget.

XXX

Ad Sindulfum diaconum

Frater amore dei, digno memorabilis actu,
pectore fixe meo frater amore dei:
carpe libenter iter quod ducit ad aetheris aulam:
altius ut surgas, carpe libenter iter.
fer patienter onus neque te pia sarcina lasset:
unde manet requies, fer patienter onus.
subdere colla decet, quia sunt iuga dulcia Christi:
quo mereamur opem, subdere colla decet.
qui sua rura colit solet horrea plena tenere,
nec ieiunus erit qui sua rura colit.
per mare nauta volat quo multa pecunia crescat:
mercibus ut placeat per mare nauta volat;
non timet ille necem rabie turbante procellae:
ut lucretur opes non timet ille necem.
miles ad arma venit quaerens per vulnera palmam:
ut redeat victor, miles ad arma venit.
proelia sume libens mihi tu quoque, care sodalis:
unde triumphus erit, proelia sume libens.

3 *rursus incipit C* (*cf. ad 28, 2*) 4 fecissit *M*[1] thoro *G* 5 nolens] nolex *P* 6 suporis *M*[1] erat *M*[1], *corr. M*[1] 7 tatitus *P* iudice *BL* 8 fratre *D* 13 tunc] tum *C*[1], *corr. C*[1]; tun *M*[1], tam *B* *in hoc versu finit cod. V* (*v. praef.*); *idem in ed. Ven. finis libri III, subscripto:* desunt quaedam, quae non erant in codice Vaticano 15 munere *B* praestis *PM*[1] 17 donaria *G* (*vulg. v. l.*) ministrat *G*[2] 18 dulcido *PM* *subscr.* v. XVIII *ACMDG* *in P sequitur V, 3*

XXX (XXXI *DL*) *extat in P f. 59v post IX, 2, 122 sic inscriptum:* DE RECIPROCIS VERSIBVS NVMERO XXII SINDOLFVM *G*, INDVLFVM *F* DIACONVM *DGB*] DIACONEM *CMRF*, DIAC̄ *A* 2 fixo *G*[1] 3 iter] ut *D*[1] *ut vid.* ętheris aulam *praeter primam litteram add. P*[2] 5 fert *C* honus *DG*[1] [*v. 6* onus (*D*)*G*] 8 mereantur *DBL* 11 nauta] na *C*[1] 12 mare] mar*** *P*[1], manere *B* 13 rabiem *GBLF* procella *F*

quisquis amore venit nescit se ferre laborem:
nemo labore iacet quisquis amore venit.
carmina parva ferens tibi debita reddo salutis:
des meliora, precor, carmina parva ferens.

---

19 labore *P* 20 labore *AGRF*] ab ore *CPM¹D*, algore *L*, ab algore *B* 22 meliore *D* *subscr.* v. xxii *ACMDG* HABET VERSVS DCCLXXXII EXPLICIT LIBER III INCIPIT LIBER IV *ADG*, EXPLICIT LIBER III HABENS VERSVS DCCLXXXII INCIPIT LIBER IV *B*, EXPLICIT LIBER III INCIPIT LIBER IV *CMR*, INCIPIT LIBER IV *F*, EXPLICIT LIBER III INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI IV *et post capitula* VENANTI HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI LIBER IV *L* *in P sequitur VIII*, 2 (*alterum carmen serpentinum*)

LIBER QVARTVS

I

Epitaphium Eumeri episcopi civitatis Namneticae

Quamvis cuncta avido rapiantur ab orbe volatu,
attamen extendit vita beata diem,
nec damnum de fine capit cui, gloria, vivis,
aeternumque locum missus ad astra tenet.
hoc igitur tumulo requiescit Eumerius almo,
per quem pontificum surgit opimus honor.
stemmate deducit fulgens ab origine culmen,
et meritis priscos crescere fecit avos.
emicuit populis geminum memorabile donum:
inde gradu iudex, hinc pietate pater.
dulcis in eloquio, placidus moderamine sacro,
in cuius sensu perdidit ira locum,
alterius motus patienti pectore vicit:
ut levitas laesit, hoc gravitate tulit.
si * ab externis properavit sedibus hospes,
mox apud hunc proprios sensit habere lares;
hic habitare volens patriis rudis exul ab oris
oblitus veterem huius amore patrem.
gaudet arrisit, probat is se cernere flentem:
alterius lacrimas mox facit esse suas.

I *carmina huius libri continuo leguntur in P f. 94ᵛ—104ᵛ cum titulis* EPITAPHIVM *B*(*F*)] EPITAFIVM *A*, EPYTAPHIVM *CL*, EPYTHAPHIVM *MR*, EPHITAPHIVM *DG*, EPITHAPHIVM *P* (*similis in hoc vocabulo orthographiae fluctuatio per totum librum; F pro PH tantum in A occurrit, P pro PH in M*) EVMERII *G* ciu. Namn. *om. F* 2 attamen *DGBLF*] adtamen *ACPMR* 3 uiuis $ACPM^1DF$] uiuit $GRBLM^2$ *Ven.* 4 missus $GBLRFA^2M^2$ *Ven.*] missos A^1CPM^1D tenet $GBLM^2$ *Ven.*] tenent $ACPM^1DRF$ 5 requiescit *AGBL Ven.*] quiescit *D*, quiescet *CPMRF* 7 stemmate $ACPM^1DG$] stemmata $BLRFM^2$ deducit *ACPMDRF*] deduxit *BL*, deductum *G Ven.* fulgens *Ven.*] fulget *codd. cf. 10, 7* origine] oriente *D* 8 crescire *P*, criscire M^1 9 memoliale *P*, memoraleque *A* domum *D* 10 grado M^1 11 dulcis] dul *D* placedus PM^1 12 per cuius sensum *BL* perdedit *PM* 15 si ab externis *ACPMD*] si quis ab externis *G Ven.*, *recte ut videtur*, si externus propriis *BLRF* hospis CM^1D^2, ospis *P*, hopis D^1 16 aput PM^1 proprius CPM^1D 17 hinc *A* habitasse *G Ven.* rudis *DGBL*] rudes *ACPMRF* exsul *G* ores *P* 18 uetere *A* 19 gaudet *ACPMDBRF*] gaudens *G Ven.*, gaudentem *B v. l.*, *L*, gaudet et *Browerus ed. II*, gaudent? arrisit. *Mommsenus*, *fort.* gaudenti arrisit, plorans se c. f.

partitus cum ventre vices pietate magistra
unde tulit luctus, mox ibi vota dedit.
pauperibus dives censum transfudit egenis,
ante bonus tribuit quam peteretur opem.
semina iactavit centeno pinguia fructu,
cui modo de reditu messis adulta placet.
unica cura fuit, cunctos ut viseret aegros,
ipse quibus medicus vixit et ipse cibus.
extulit ecclesiae culmen; quod restitit unum
venit ad heredem, qui cumularet opus.
felix ille abiit, Felicem in sede reliquit,
heredis meritis vivit in orbe pater.

II

Epitaphium domni Gregori episcopi civitatis Lingonicae

Postquam sidereus disrupit Tartara princeps,
sub pedibus iusti, mors inimica, iaces.
hoc veneranda sacri testatur vita Gregori,
qui modo post tumulos intrat honore polos.
nobilis antiqua decurrens prole parentum,
nobilior gestis nunc super astra manet.
arbiter ante ferox, dehinc pius ipse sacerdos
quos domuit iudex fovit amore patris.
triginta et geminos pie rexit ovile per annos
et grege de Christi gaudia pastor habet.
si quaeras meritum, produnt miracula rerum,
per quem debilibus fertur amica salus.

III

Epitaphium domni Tetrici episcopi civitatis Lingonicae

Palma sacerdoti, venerando Tetrice cultu,
te patriae sedes, nos peregrina tenent.
te custode pio numquam lupus abstulit agnum,
nec de fure timens pascua carpsit ovis;

---

21 parti**s C^1, parettus *P* uetre *A* uicis M^1 23 diuis *ACP* transfundit G^1 24 bonis D^1 27 cunctus *CP* uiserit M^1 29 eclesiae *C* restetit P^1MD 30 qui] quod *G Ven.* 31 habiit *CD* sede] se *D* reliquid *PR* 32 heredes CPM^1D urbe *A* *subscr.* v. XXXII *CDG*

II DOMNI *ACDMR*] DOMNO *P*, *om.* *GBLF* GREGORII *ARF* episc. *om.* *G*, episc. ciu. *om.* *A*, ciu. *om.* *P*, ciu. Ling. *om.* *R* CIVITAS *CD* LINGONICI *A*, LINGONIAS *C*, LONGONICA P^1, LONGONICAE P^2 3 sacra *D* gregorii *D* 4 m. p.] post modo *D* tumulus A^1M^1D hone G^1 7 forax *D* 8 fouit *MBL*] fouet *ACPDGRF* 11 si] sic *A*, qui *P* 12 amca *G* *subscr.* v. XII *ACMD*

III domni] SANCTI G^1, *om.* *DBL* TRETICI *C*, TETRICE *R*, THRODERICI *F* ciu. Ling. *om.* *LF* CIVE *MDR*, CIN̄ P^1 LINGONICA P^1 1 sacerdoti *B*] sacerdotum *L*, sacerdotii *rell.* uenerande *A*, ueneranda *R* qunltu (qułtu) *M*, queultu *P*, uultu *F* 2 sedes $CBLRFM^2G^2$] sedis APM^1DG^1 4 fure] fur *i. ras.* *C*, ur *i. ras.* *P* carpit G^1, crapsit *D*, capsit, *1 m. sup. scripta* r, *P* oues *CPM*

sex qui lustra gerens et per tres insuper annos
    rexisti placido pastor amore gregem.
nam ut condirentur divino corda sapore,
    fudisti dulcem iugiter ore salem.
summus amor regum, populi decus, arma parentum,
    ecclesiae cultor, nobilitatis honor,
esca inopum, tutor viduarum, cura minorum:
    omnibus officiis omnia, pastor, eras.
sed cui praebebat varie tua cura medellam,
    funere rectoris plebs modo triste gemit.
hoc tamen, alme pater, speramus: dignus in astris
    qualis honore nites, hic pietate probes.

IV

Epitaphium domni Galli episcopi civitatis Arvernae

Hostis inique Adam, paradiso fraude repellis:
    ecce deus famulos praestat adire polos.
invide, sic tua mors homini meliora paravit:
    tu expellis terris, hic dat et astra suis.
testis et antestis Gallus probat ista beatus,
    nobilis in terris, dives eundo polis.
qui Christi auxilio fultus nec adultus in annis,
    se maiora petens, odit amore lares.
effugit amplexus patrios matremque relinquit:
    qui monachum regeret, quaeritur abba parens.
illic tiro rudis generoso coepit ab aevo
    militiae domini belliger arma pati.
Quintiano demum sancto erudiente magistro
    pulchrius est auro corde probatus homo.
inde palatina regis translatus in aula,
    Theuderice, tuo vixit amore pio.
mox ubi destituens terras petit astra magister,
    cessit discipulo cura tuenda gregem.
pontificatus enim moderans ita rexit habenas,
    pastor ut officiis esset, amore pater,

5 qui] quasi *DG* t*res (*eras.* e) *C* 6 placito *R* 7 nam*ut *C* diuino: o *i. ras. 1 m. P* 8 fudisti: fu *i. ras. 1 m. P* ducem i. rore *D* 9 regnum G^1, *corr.* G^1 10 eclesiae *C* 13 praeb*** M^1 medelam *BLR(F)*P^2 14 trista *A* 15 dignos A^1 *ut vid.* 16 honores *D* hic] hi *G*, in *D* probes *PG Ven.*] probis CM^1D, probas $ABLRFM^2$ *subscr.* v. XVI *ACMD*

IV (EPHYPTAPHIVM *P*) domni] SANCTI *G*, *om. LF* Galli *om.* C^1 ciu. Aru. *om. F* CIVITATE *M*, CIVM (*i. e.* CIV̄) *R ut solet* ARVERNAE *CMGL Ven.*] ARVENNAE *ADBR*, ARVERENNAE *P* 1 paradyso *PGB*, paradisso *C*, paradysso *M* 2 adire] adiri *C*, audire *R*, arade *D* polos] l *i. ras. C* (*ex* p), los *i. ras. P* 3 inuidiae *D* 4 expelles C^1P 5 antestis *ACPMD*] antistes *GBLRF* (antestis *hic scripsisse Fortunatum verborum lusus docet*) gallis *P* 6 polis: li *i. ras. C* (*ex* p?) 8 se *ACPMRF*] sed *DGBL*, *cf. 9, 14* 9 relinquit *ACPMD*] reliquit *GBLRF Ven.* 10 abba* (*eras.* s) *G* 11 tyro *CG* generoso: os *i. ras. P* 13 quintiano: a *i. ras. C* magistro: is *i. ras. P* 14 est auro] tauro C^1, *corr.* C^1 humo G^1 15 palatinam — aulam G^2 translatus] probatus *L* 16 Theuderice $ACPMG^1R$] Theoderice *D* (he *i. ras.*) BG^2, teoderice *L*, theodorice *F Ven.* 17 distituens *B* 18 tuendo *A*, tenenda (*M*) 19 rexit: x *i. ras. P*

mansuetus patiens bonus aequus amator amandus;
non erat offensae, sed locus hic veniae.
si qua supervenit, facta est iniuria virtus:
unde furor poterat, inde triumphus erat.
plebem voce fovens quasi natos ubere nutrix,
dulcia condito cum sale mella rigans,
hoc opus exercens praesciit dona futuri,
se pastore nihil posse perire gregi.
sic pater ecclesiam regit in quinquennia quinque,
bis terdena tamen lustra superstes agens.
hinc meliore via sanctum ad caelestia vectum
non premit urna rogi, sed tenet ulna dei.

V

Epitaphium Ruriciorum episcoporum civitatis Limovecinae

Invida mors, rabido quamvis miniteris hiatu,
non tamen in sanctis iura tenere vales.
nam postquam remeans domuit fera Tartara Christus,
iustorum meritis sub pede victa iaces.
hic sacra pontificum toto radiantia mundo
membra sepulchra tegunt, spiritus astra colit.
Ruricii gemini flores, quibus Aniciorum
iuncta parentali culmine Roma fuit,
actu mente gradu spe nomine sanguine nexi
exultant pariter hinc avus, inde nepus.
tempore quisque suo fundans pia templa patroni
iste Augustini, condidit ille Petri.
hic probus, ille pius, hic serius, ille serenus,
certantes pariter quis cui maior erit,
plurima pauperibus tribuentes divite censu
misere ad caelos quas sequerentur opes.

---

21 aequos *P* amatus M^1 24 inde] unde *D* 25 natos *GBLRFA*^{2}*M*^{2}] natus *CPM*^{1}*D*, natus** A^1 nutrix *i. ras. 2 m. A*, nutrex *CM* 26 melle *L* 27 praesciit *ACPM*^{1}*DG*] praesciuit *BLRFM*^{2} futura G^1 28 se] sed *DG* 29 eclaesiam *C* rexit *A* in] per G^1 30 terdana P^1, per sena *Mommsenus*, *fort.* vix terdena *cf. Greg. Tur. vit. patr. 6, 7* superstes *BL*(*F*)G^2] superstis *ACPMDG*^{1}*R* agens: ens *i. ras. C* 31 meliora *ADG*^{1} sancto P^1(?) *corr.* P^1 32 premit *ABLM*^{2}] premet (praemet) *CPM*^{1}*DGRF* deus *D* *subscr.* v. XXXII *CMGA*^{2}, XXXIII *D*, XXII A^1

V *extat in Σ f. 50^v post II, 10* RVRICIORVM *DB*] RORICIORVM *ACPMGLRF* ciu. Lim. *om. LF* ciuitatis] CON *C* (*i. e.* c̄) LIMOVECINAE *ACMDBR*] LIMOVICINAE *PG* *in Σ titulus hic est:* ITEM EPITAPHIVM SVPER SEPVLCRA EPISCOPORVM DOMNORVM RVRICORVM LEMOVECAS 1 rabido *Σ*] rapido *rell.* ministeri* C^1 hatu C^1 (*corr.* C^1?) 3 christi A^1 5 tota G^1 radientia *D* 6 sepulcra *G* colunt *P* 7 ruritii *L*, rucii *D* anitiorum *B* 8 parentalia *ΣR* culmina *BR*, culminina *D* *post 8 in Σ hoc distichon traditur:* pectore uena loquax, mundano culta sapore | uenit ad aeternos lingua colenda libros. *quod quia ad unius viri laudes pertinet iniuria huc delatum esse apparet* 9 gradus spe *Σ*, gradus pe G^1 (accumulante gradu de nomine *Ven.*) 10 exultent *DBL* nepus *ΣACPM*] nepos *GBLRF*, polos *D* 12 isti *ΣA* 13 serius] seruus *RF*, strenuus *Σ* serenos C^1 14 quas *Σ* 15 census *Σ* 16 ad] at G^1, **ad *P* caelus M^1 quae C^1 (*corr.* C^1?)

quos spargente manu redimentes crimina mundi
inter apostolicos credimus esse choros.
felices qui sic de nobilitate fugaci
mercati in caelis iura senatus habent!

VI

Epitaphium Exoci episcopi civitatis Limovecinae

Quamvis pontificem premeret tremebunda senectus,
attamen haec voluit plebs superesse patrem;
aut si naturae mutari debita possent,
pro pastore suo grex properasset iter.
sed quia non licuit, populum spes consulat illa,
quod hunc pro meritis vexit ad astra fides.
inmaculata deo conservans membra pudore
Exocius meruit iam sine fine diem,
pectore sub cuius regnans patientia victrix
fluctibus in tantis anchora sensus erat.
felle carens animus, placida dulcedine pastus,
nesciit offensis ira referre vices.
templorum cultor, recreans modulamine cives
vulneribus patriae fida medella fuit.
qui tria lustra gerens in pontificatus honore
pergit ad antiquos plebe gemente patres.
non decet hunc igitur vacuis deflere querellis,
post tenebras mundi quem tenet aula poli.

VII

Epitaphium Chalacterici episcopi civitatis Carnotenae

Inlacrimant oculi, quatiuntur viscera fletu
nec tremuli digiti scribere dura valent,
dum modo, qui volui vivo, dabo verba sepulto,
carmine vel dulci cogor amara loqui.

---

17 quo *L*, quas *R* spargentem m. redimentis *D* 18 apostholicos *CM* chorus M^1DG^1 20 me*ati C^1 *subscr.* v. XX *ACGMR*, XXX *D*, EXPLICIT *Σ* *in Σ sequitur c. 6*

VI *sine titulo P* ITEM ALIVD *Σ* EXOCI *ACMDGR*] EXOCII *F*, EXOTII *BL* ciu. Lim.] *om. F*, L. C. *L* LIMOVECINAE $AMDGBRC^2$] LIMOV*CINAE C^1, LIMOVENETIAE *L* 1 tremibunda *CPM* senectus] *om. F*, senatus *G*, sanatus *D* 2 adtamen *C*, actamen *R* 3 mutare $AMDG^1$ possent *Browerus*] possint *codd. cum Σ* 4 properassit CPM^1 5 spem C^1 consolat *Σ* 7 (inmaculata *ΣACPGLR*) menbra *R* 8 exotius *BL*, e socius *Σ* iam] hunc *L* 9 patiencia *Σ*, pacientia *P* uictrex *Σ*, uitrex *C* 10 fulctibus *D* anchora *sic codd. cum Σ* sensus *genetiv.* 11 animus placida *Σ*] animo placidus *rell.* 12 nesciit] nescit *F*, nescit et A^1 *ut vid.* uices] ***es A^1 13 rereans *Σ* modulamine *AMDGBRF*] modolamine *ΣL*, mudulamine *P*, modulamini C^2, mod*lamini C^1 (*cf. 7, 15. 16, 7;* recreans moderamine ciues *10, 21*) ciues *i. ras. 1 m. G*, *iue* C^1, uices *P* 14 medela $GBLP^2$ 17 decet] det M^1 hunc *om.* G^1 querelis *GBL*, querillis M^1 18 postenebras CM^1 tenit CPM^1, teneret *R* *subscr.* v. XVIII *ACD* *in Σ hic versus sequitur:* miliciam peragens capiens noua praemia regis *et distichon IV, 27, 21. 22*

VII *titul. om. R* (*1 v. vac.*) CHALACTERICI *BL*] CHALETRICI *C* (CI *sup. vers.*) *APMG*, CALETRICI *F*, CALECTRICI *D cf. v. 5 et indic. capit. cum Luchii nota* (*a*) *p. 128* ciu. Carn. *om. F*, ciu. *om. B* CARNOTAE *L* 2 tremulo C^1 3 modum P^1

digne tuis meritis, Chalacterice sacerdos,
tarde note mihi, quam cito, care, fugis!
tu patriam repetis, nos triste sub orbe relinquis:
te tenet aula nitens, nos lacrimosa dies.
ecce sub hoc tumulo pietatis membra quiescunt
dulcior et melli lingua sepulta iacet:
forma venusta decens, animus sine fine benignus
vox suavis, legem promeditatà dei,
spes cleri, tutor viduarum, panis egentum,
cura propinquorum, totus ad omne bonum;
organa psalterii cecinit modulamine dulci
et tetigit laudi plectra beata dei,
cautere eloquii bene purgans vulnera morbi,
quo pascente fuit fida medella gregi.
sex qui lustra gerens, octo bonus insuper annos,
ereptus terrae iustus ad astra redis.
ad paradisiacas epulas te cive reducto
unde gemit mundus gaudet honore polus.
et quia non dubito quanta est tibi gloria laudum,
nec debes fleri, talis amice dei.
haec qui, sancte pater, pro magnis parva susurro,
pro Fortunato, quaeso, precare tuo.

VIII

Epitaphium Cronopi episcopi civitatis Petrocoricae

Si terrena, sacer, quondam tibi cura fuisset,
carmine plus lacrimas, quam modo verba darem.
sed quia tu mundus nec sunt tibi crimina mundi,
nos gaudere mones qui sine morte manes.
antistes pietate calens, venerande Cronopi,
membra sepulchra tegunt, spiritus astra tenet.
ordo sacerdotum cui fluxit utroque parente:
venit ad heredem pontificalis apex.
hunc tibi iure gradum successio sancta paravit,
ut quasi iam merito debitus esset honor.
nobilis antiquo veniens de germine patrum,
sed magis in Christo nobilior merito,

5 suis C^1 chalacterice A^1CGL] chalactherice *PMBF*, chalactrice DA^2, calactherice *R* sacerdus M^1 6 fug** C^1 7 orbe *CPM*] urbe] *ADGBLRF* *fort.* tristes orbe reliquis *B* 9 tumulo] titulo G^2 *var. l.* 10 et melli $APMRFC^2G^2$] et melle *BL*, *tmelli G^1 (*fuisse videtur* dulciore tmelli), **melli C^1, atinelli *D* (dulcior e tumulo *Ven.*) 11 animus] *bis* A^1, animos *P* benignus *praeter* be *i. ras. 2 m.* *A* 13 celeri *A* 15 cecidit M^1RF modolamine *CPM* 17 cauterio *BL* bene *om.* G^1 *Ven.* purgans] purgando *Ven.* 18 quo* *A* medela $GBLP^2$, mella *A* 21 paradysiacas *P*, paradissiacas *C*, paradyssiacas *M*, paradisiaccas *R* ciue] uice *P* 24 flere *A*, *om.* *D* ta*is M^1, talus C^1 25 naec C^1 *subscr.* v. XXVI *ACMDG*

VIII Cr. e. *om.* D^1 CRONOPI *ACPMLR*] CRONOPII *F*, ACRONOPI *GB*, CHRONOPI D^2 *cf. ind. capit.* ciu. Petr. *om.* *F* ciu. *om.* *CPMB* (*habent ADGLR*) PETROCOLICAE *G* 1 condam R^1, *corr.* R^1 fuisset $APBLRFM^2G^2$] fuissit CM^1, fuisti DG^1 2 modo] mod *D* 3 carmina *L* 4 manens P^1 5 antestis *A* cronopi *F*] choronopi C^1, chronopi *rell.* 6 tenent G^1

sic vultu semper placidus ceu mente serenus,
pectore sincero frons sine nube fuit:
cuius ab eloquio nectar per verba fluebat,
vinceres ut dulces ore rigante favos.
nudorum tu vestis eras, algentis amictus:
qui ad tua tecta fugit, tectus et ipse redit.
divitias omnes inopum sub ventre locasti,
unde tibi semper viva talenta manent:
esuriens epulum, sitiens te sumere potum,
cernere te meruit tristis et exul opem.
implesti propriis viduatam civibus urbem
videruntque suos te redimente lares.
quam lupus ab stabulis tulerat frendente rapina,
te pastore gregis reddita plaudit ovis.
templa exusta celer revocasti in culmine prisco,
hinc tua sed caelis stat sine labe domus.
ipse bis octono vixisti in corpore lustro:
nunc tibi pro meritis est sine fine dies.

IX

Epitaphium Leonti episcopi anterioris civitatis Burdegalensis

Vltima sors avido graviter properavit hiatu,
pastorem rapiens qui fuit arma gregis.
hoc recubant tumulo venerandi membra Leonti,
quo stetit eximium pontificale caput.
quem plebs cuncta gemens confusa voce requirit:
hinc puer, hinc iuvenis deflet, et inde senes.
defensoris opem hic omnis perdidit aetas,
et quantum coluit nunc lacrimando docet.
nemo valet siccis oculis memorare sepultum,
qui tamen in populo vivit amore pio.
egregius, nulli de nobilitate secundus,
moribus excellens, culmine primus erat.
hic pietate nova cunctis minor esse volebat:
sed magis his meritis et sibi maior erat.
quo praesente viro meruit discordia pacem,
expulsa rabie corda ligabat amor.
ecclesiae totum concessit in ordine censum
et tribuit Christo quod fuit ante suum;

---

13 uultus *R* placidus semper *F* 14 fons *A* 15 ab equio *P*[1] (*corr. P*[1]?) 18 fugit *ed. patr. Par.*] fuit *codd.* 20 uiua* *M*, ui** *C*[1] mane*t *P*[1] 21 epulam sitien te *P* sume *M*[1] 22 cernire *CM*[1] exsul *GB* 23 implisti *P* 26 gregi *ed. patr. Par.* plaudet *M* 27 in *om. C*[1] 28 *om. P* 29 octeno *A*, octo *R* 30 merito *P* es *D* *subscr.* v. xxx *CMD*

IX IX—XI *om. Ven.* LEONTII *GBF* ant. ciu. Burd. *om. F* ANTERIONIS *D*, ANTENORIS *R* CON[s] *C* (*cf. c. 5*) Burd. *in initio tituli B* 2 arca *R* 3 recumbant *M* ueneran** *C*[1], ueneranda *P* leontii *G*[1] 4 capud *R* 5 requiret *CPMD* 6 iuuenes *D* senes *CPMDG*[1]*RF*[1]*A*[2]] senex *BLF*[2], senis *A*[1]*G*[2] (*cf. 11, 9, 56*) 7 defensores *M*[1]*D* hic *CPMDR*] hinc *AGBLF* (*cf. 13, 9*) omnes *CPM*[1] 8 nunc *i. ras. C* 10 populum *P*[1] uiuit *CPBLRFM*[2]] uiuet *AM*[1]*DG* 11 nulla *R* nubilitate *P*[1] 12 c. p. e. *om. F*[1], c. celsus e. *add. F*[2] 15 qui *AF* 17 eclesiae *C* cessum *D* 18 et iribuit *P* su** *M*[1]

ad quem pauper opem, pretium captivus habebat,
hoc proprium reputans quod capiebat egens:
cuius de terris migravit ad astra facultas,
et plus iste deo quam sibi vixit homo.
cordis in amplexu retinens et pectore plebem,
diceret ut populum se generasse patrem.
namque suos cives placida sic voce monebat,
confitereris ut hunc ad sua membra loqui.
ingenio vigilans, dives quoque dogmate Christi,
et meruit studio multiplicare gradum.
largior in donis absens sibi iunxit amantes:
et quo non fuerat, munere notus erat.
principibus carus huiusque amor unicus urbis,
festinans animis omnibus esse parens.
lustra decem pollens, septem quoque vixit in annos;
mox urguente die raptus ab orbe fuit.
sed quis cuncta canat, cum tot bona solus habebat?
nunc uno in tumulo plurima vota iacent.
haec tibi parva nimis, cum tu merearis opima,
carmina Theudosius praebet amore tuus.

X

Epitaphium Leonti episcopi sequentis civitatis Burdegalensis

Omne bonum velox fugitivaque gaudia mundi;
prosperitas hominum quam cito rapta volat!
malueram potius cui carmina ferre salutis,
perverso voto flere sepulchra vocor.
hoc recubant tumulo venerandi membra Leonti,
quem sua pontificem fama sub astra levat.
nobilitas altum ducens ab origine nomen,
quale genus Romae forte senatus habet;
et quamvis celso flueret de sanguine patrum,
hic propriis meritis crescere fecit avos:
regum summus amor, patriae caput, arma parentum,
tutor amicorum, plebis et urbis honor,
templorum cultor, tacitus largitor egentum,
susceptor peregrum distribuendo cibum.

---

19 at *ADB* 21 astra] a***a C^1 22 plus iste] pluste *A* 24 ut] *om. F*, et G^1 25 sic] si *D* 27 uililans G^1 docmate *P* 29 lagior M^1 iunxit *APDG* (*fort.* uinxit) *BLFC*^{2}] iuncxit *R*, iiunxit *M*, unxit C^1 31 huiusque *CPBLRF*] huius *AMDG* orbis *L* 32 nimis *R* 33 decem *ALF*] decim *CPMDGBR* polleas *D* septem *ADGBL*] septim *CPMRF* annis *R* 34 urgente *LB*^{2} (u *expunxit* B^1?) rabtus *M* orbe *RF*, G^2 *v. l.*] urbe *ACPMDG*^{1}*BL* 37 tibi *om. A* 38 Theudosius *ACMRP*^{2}G^2] theodosius *D*G^1*B*, teudosius *L*, theusius *F*, theudosiosus P^1 *subscr.* v. XXXVIII *ACD* (*M? evanida quaedam in extremo f. 16*^{v})

X EPITAPHIVM ALTERIVS LEONTII *omissis reliquis F* ciuitatis *om. L* 1 uelox] *om.* F^1, uelux M^1 5 u. m. l. *om.* F^1 leontii *G* 6 leuat] uolat *L* 7 *ltum A^1 nomen] mundi *P* (*expunctum*) 8 senatos M^1 9 et] *cf. 13, 4; 26, 31* fuerat *BL* 10 crescire M^1 (*enotavi* criscere, *vix recte*), cresc** C^1 (*eras.* i*?) 11 reg** P^1 12 plębs *C* honor *i. ras. A* 13 tacitus: s *i. ras. G* 14 peregrinorum *A* cibom M^1

longius extremo si quis properasset ab orbe,
advena mox vidit, hunc ait esse patrem;
ingenio vivax, animo probus, ore serenus,
et mihi qualis erat pectore flente loquor.
hunc habuit clarum, qualem modo Gallia nullum;
nunc humili tumulo culmina celsa iacent.
placabat reges, recreans moderamine cives:
gaudia tot populis, heu, tulit una dies.
lustra decem felix et quattuor insuper annos
vixit, et a nostro lumine raptus obit.
funeris officium, magni solamen amoris,
dulcis adhuc cineri dat Placidina tibi.

XI

Epitaphium Victoriani abbatis de monasterio Asanae

Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu,
munus in hoc tumulo quod venereris habes.
respice ditatum caelesti dote talentum,
cuius semper habet pectoris arca deum.
religionis apex, vitae decus, arma salutis
eximius meritis Victorianus adest,
dignum opus exercens qui fructificante labore
cunctis, non soli vixit in orbe sibi.
plurima per patriam monachorum examina fundens
floribus aeternis mellificavit apes.
lingua potens, pietas praesens, oratio iugis:
sic fuit, ut iam tum totus ad astra foret.
plura salutiferis tribuens oracula rebus
saepe dedit signis vita beata fidem.
bis senis rexit patrio moderamine lustris
rite deo placitas pastor opimus oves.
calle sequens recto sacra per vestigia Christum,
nunc fruitur vultum quem cupiebat amor.

15 orbe *GBLRF*] urbe *ACPMD* 16 ait esse] attesse M^1 (*corr.* M^1) *D* 18 loquar *A*, loqu*r G^1 (*vix eras.* a) 20 tumulum P^1 iacent] **a*ent *vel* *a**ent C^1 22 populus P^1 23 decem *L*] decim *rell.* felix: 1 *i. ras.* *P* quatuor *G* 24 et] *fort.* ut a *om.* *R* 25 solamina C^1 26 placidana *A* *subscr.* v. XXVI *AM*, XXV *D*

XI *extat in Σ f. 50ʳ post VIII, 9* de m. a. *om.* *LF* MONASTERIA *R* ASANAE] ASANE *ACMDB*, AXANE *G*, ASENE *P*, ASANI *Σ*, GANE *R* *titulus in Σ hic est:* INCIPIVNT VERSVS EPITAPHIVM | DOMNI VICTORIANI PRIMI ABBATIS DE | MONASTERIO ASANI IN SPANIA 1 occaso P^1, hoc casu *R* 2 uenerаris ΣG^1, ueneris M^1 5 relegionis *Σ*, relligionis *LR* salutis] lutis *P* 6 uictorianus (*Σ*)*ADGBLM*^{2}] uicturianus *CPM*^{1}*RF* 8 non soli *om.* *R* orbe *ΣMDGBLRF*] urbe *ACP* 9 examine *P*, exanima *Σ* fundans *G* 10 apes *codd. praeter* apex *F*, apis A^1 11 ligua *P* 12 iam t. t.] ** totus G^1, iam tum tutus G^2 (*corr.* G^1?) fouet *PM*^{1} (*corr.* M^1) 14 fidem *i. ras.* *C* 16 deo] do *R*, bene *Σ* placidas *A*, platas *R* 18 uultum *ACPM*^{1}*DR*^{1}] uultu (*Σ*)*GBLFM*^{2}*R*^{2} cupibat *MC*^{2}, cubibat C^1 amor* *M* (*eras.* ē *vel* ū) *subscr.* v. XVIII *ACMD* *in Σ sequitur II, 10*

XII

Epitaphium Hilari presbyteri

Omnes una manet sors inreparabilis horae,
cum venit extremus lege trahente dies.
sic furit ira necis neque nos fugit orbita mortis;
pulvere facta caro est, non nisi pulvis erit.
haec tamen insignes animas spes non vacua pascit,
quod qui digna gerit de nece nulla timet.
hoc iacet in tumulo venerandus Hilarius actu,
corpore qui terras et tenet astra fide,
vir bonus, egregia de nobilitate refulgens,
inter honoratos germinis altus apex.
conubio iunctus simili, sed coniuge rapta,
stans in amore dei, non fuit alter amor.
utilis in propriis, doctus moderamine legis,
cuius iudicium pondere libra fuit,
iustitiam tribuens populis examine recto:
vendita res pretio non fuit ulla suo.
funeris officio lacrimans Euantia caro
contulit haec genero membra sepulchra suo.

XIII

Epitaphium Servilionis presbyteri

Quamvis longa dies, brevis hic et hospita lux est;
sola tamen nescit vita beata mori.
hoc igitur tumulo Servilio clausus habetur,
nobilis et merito nobiliore potens.
ipse palatinam rexit moderatius aulam
commissaeque domus crescere fecit opes.
presbyter inde sacer mansit venerabilis urbi,
servitioque dei libera vita fuit.

XII HILARI *CM*(*DGB*)] HELARI *P*, HYLARI *R*, HILARII *A*(*F*), SANCTI HILARII *L* 1 inreparabelis M^1 horae *PBLF*] ore *ACMDGR* 2 ueni* C^1 3. 4 *om. P* 3 *in M* (*f. 17r col. 2*) *nova manus incipit aetate aequalis; versus 3. 4. 5 videntur in rasura scripti esse* furit *BLR*] furet *ACMDG*, fuit *F* necis *MGBLF Ven.*] nescis *R*, decis DC^2, dices C^1, decus *A* figit *F* orbita *GBLRF*] urbita *CD*, urbida *A*, arbita *M* mors *A* 4 caro est *A*] est caro CM^1DR, caro $GBLFM^2$ 5 haec] spes F^2 spes *om. F* non u. p. *om.* F^1 uacua] *fort.* uaga *in marg.* ℞ *G* (*2 m.*?) 6 digne G^1 7 iacet *i. ras. 6—7 litterarum C et M* (ta- C^1) helarius *P* 8 tenit *C* 10 honoratas A^1 *corr.* A^1, honorat*s P^1 (*non eras.* a), honoratus *D* germinus *F* 11. 12 *om. P* 11 connubio: c *i. ras. M* sed] so. *sic M* coniun**er*pta C^1, coniungerapta C^2 (*corr.* C^1?) 13 utelis CM^1, u**lis P^1, *corr.* P^1 in propriis *cf. 16, 12; 18, 18* ductus *C* 16 uindita CM^1 ulla suo APM^1G^1BLF] illa suo DG^2M^2 *Ven.*, alter amor *R*, *om. C* 17. 18 *om. P* 17 karo *F*, curro *R* 18 membra] *fort.* maesta, *cf. 18, 6* sepulcrha *G*, sepulcra *C*, sepulta *R* suo *om. R* *subscr.* v. XVIII *AMD.* XXIII *C* *sequentia duo carmina post c. 16 leguntur G, eadem om. Ven.*

XIII (XIV *D*, XV *G*) SERVIBONIS *DF* PRESBITERI *P*, *per compend. rell.* 1 et inhospita *L* 2 solam P^1, scula *ut vid.* L^1, *corr.* L^1 5 moderatus *D* 6 domus] sibi *A* 7 presbyter] presbiter *CPDGBL*, *per compend. AMR* unde G^1 urbi *GBL*] orbi *ACPMDF*, orbe *R* 8 s. d.] serui F^1, seruioque dei F^2

orfanus hic patrem, viduae solacia deflent,
    unde magis caelis gaudia vera tenet.
pontificem genitum vidit dehinc munere Christi;
    raptus ab orbe quidem laetus ad astra redit.

XIV

Epitaphium domni Praesidi

Vita brevis hominum, sed non brevis illa piorum,
    dum migrante die prosperiora tenent.
qui meruere magis de carcere carnis euntes
    post tenebras mundi luce perenne frui.
ex quibus hic recubans meritis Praesidius almis
    carne tenet tumulum, spiritus igne polum.
pectore de proprio Christi responsa rigando
    multorum extinxit fonte fluente sitim.
invitans instanter oves ad pascua regis
    distribuit dulcem fratribus ore salem.
nam quotiens monachus peccati est vulnere fixus
    missus ad artificem, certa medella fuit.
ibat ad abbatem famulans sanctumque magistrum
    discipulus humilis, qui fuit ante tumens.
talibus officiis intentus amore Tonantis
    inter et angelicos fulget honore choros.

XV

Epitaphium Boboleni diaconi

Innumeris hominum subiecta est vita periclis,
    casibus et variis sors inimica premit.
nam recubando toro Bobolenus, honore diacon,
    dum fruitur somno, mors rapit atra virum.
hostis in insidiis securo caede securis
    percutiens cerebrum fecit obire dolo.
dic, tibi quid prodest scelus hoc peragendo, nefande?
    ille deo vivit, tu moriture peris.
martyris ille decus meruit, tu damna latronis;
    hinc sibi palma placet, sed tibi poena manet.

---

9 orphanus *L* hunc *P* 11. 12 *om. P* 11 gemitum *L* uidit *AGBLF*] uidet *CMDR* 12 orbe *CRF*] urbe *AMDGBL* redit] te*et B^1, *corr.* B^1 *subscr.* v. XII *ACMD*

XIV (XVI *G*) domni *om. GF* PRAESIDI *ACMDR*] PRESIDII *PGBLF* MONACHI *add. F* 1 priorum *D* 5 praesidiu* *lmus A^1 (*corr.* A^1?) 7 rigando: igan *i. ras. 1 m. A* 10 distribuet G^1 salim *C* 12 misus *D* arteficem M^1 medela $G(B)LP^2$ 15 intentos *A* 16 *om.* G^1 chorus PM^1D *subscr.* v. XVI *AMD*, XXII *C*

XV (XIII *G*) BOBOLENI *GF*] BOBOLINI *CPMBLR*, BOBOLONI *D*, BO BILONI *A* 1 pleriolis *M*, *sed* pler *i. ras. 1 m.*, peredis *R* 2 uar*s G^1 3 thoro *G* bobolinus *L* diacon *CPMGBL*] diac̄ *A*, diaconus *DR*, diaconum *F* 4 atra $ACPBLM^2D^2$] astra M^1D^1GRF 5 ostis M^1L c. s.] cedo periclis *F* 6 dolum *C* 8 moritur* P^1 9 martyris: m *i. ras. P* dampna *A* 10 palpa M^1 *subscr.* v. X *ACMDG*

XVI

Epitaphium Attici

Quamvis longa seni ducatur in ordine vita,
cum venit extremum, nil valet esse diu.
sed quia nemo fugit, nisi terram terra recondat,
lege sub hac cunctos sors rapit una viros.
celsus in hoc humili tumulo iacet Atticus ille,
qui dabat eloquio dulcia mella suo,
inpendens placidam suavi modulamine linguam,
pacificusque suus sermo medella fuit.
cuius abundantem venerata est Gallia sensum
excoluitque senem semper honore patrem.
clarus ab antiquis, spes nobilitatis opimae,
sufficiens propriis nulla rapina fuit,
dogmata corde tenens plenus velut arca libellos,
quisquis quod voluit fonte fluente bibit,
consilio sapiens, animo pius, ore serenus,
omnibus ut populis esset amore parens.
sic venerabilibus templis, sic fudit egenis,
mitteret ut caelis quas sequeretur opes.

XVII

Epitaphium Arcadi iuvenis

Omne bonum velox fugitivo tempore transit;
quae placitura videt, mors magis illa rapit.
hic puer Arcadius, veniens de prole senatus,
festinante die raptus ab orbe iacet.
parvula cuius adhuc freno se vinxerat aetas,
ut teneris annis surgeret ipse senes.
eloquio torrens, specie radiante venustus,
vincens artifices et puer arte rudis.
quo me, forma, rapis laudes memorare sepulti?
singula si memores, plus lacrimanda mones.
sed quoniam nulla maculatus sorde recessit,
nulli flendus erit quem paradisus habet.

XVI (xi *B*, xiv *G*) ACTICI *CP* 1 uitam *D* 3 nisi *om. A* terra] terrae *G* recondit D^1 (*corr.* D^1?) *F* 5 acticus *C* 7 inpendens *ACPMBR*] impendens *GL* modolamine AB^1L 8 medella *AC*] medilla P^1R, medela $GBLP^2$, me***la M^1, mella M^2 9 cuius] c *i. ras. M*, cum *A* habundantem *GR*, abundante *CP*, ueneranda *C*, munerata *P* gallea P^1, *corr.* P^1 10 exquoluitque *C*, excoluntque M^1 honorare *R* 11 opimae] antiquae *F* 12 propriis] populis *D* 13 docmata *D* uelut] u *et* t *i. ras. D*, uelud B^1 libellos *C*] libellis *rell.* 14 quisquid G^1 florente *G* 16 esse A^1 *subscr.* v. xviii *ACMDG* *c. 17. 18 om. Ven.*

XVII ARCADI *CMDR*] ARCADII *AP*, ARCHADII *GBLF* 1 tempore *om.* G^1 2 uides C^1, *corr.* C^1 3 arcadius *CPMDR*] archadius *AGBLF* 5. 6 *om. P* 5 paruola *A* f*reno (*eras.* e *vel* t) *C*, frena G^1 iunxerat (*MF*) 6 senes *ACMDGLR*] senex *BF* 7 uenustas C^1 8. 9 *om. P* 10 memoras D^1, *corr.* D^1 lacrimando *AR* 12 nulli* (*ras. sup.* i) *M*, nullis *R* quam P^1 paradisus] a isus *i. ras. G*, paradyssus P^1, paradysus CMP^2 *subscr.* v. xii *AD*

XVIII

Epitaphium Basili

Inpedior lacrimis prorumpere nomen amantis
  vixque dolenda potest scribere verba manus.
coniugis affectu cogor dare pauca sepulto:
  si loquor, adfligor; si nego, durus ero. —
qui cupis hoc tumulo cognoscere, lector, humatum:
  Basilium inlustrem maesta sepulchra tegunt,
cuius blanda pio recreabat lingua relatu
  et dabat eloquio verba benigna suo.
hinc doctrina rigans, illinc dulcedo redundans
  ornavit radio, lux geminata, virum.
regis amor, carus populis, ita pectore dulcis,
  ut fieret cunctis in bonitate parens,
tranquillus sapiens iucundus, pacis amicus,
  nullaque quo stabat semina litis erant.
hunc consultantem legati sorte frequenter
  misit ad Hispanos Gallica cura viros.
sufficienter habens numquam fuit arma rapinae:
  non propriis eguit, non aliena tulit.
ecclesias ditans, loca sancta decenter honorans,
  pauperibus tribuens dives ad astra subit.
annis bis denis cum Baudegunde iugali
  iunxit in orbe duos unus amore torus.
qui tamen undecimo lustro cito raptus ab aevo
  post finem terrae regna superna petit.
non iam flendus eris humana sorte recedens,
  dum patriam caeli, dulcis amice, tenes.

XIX

Epitaphium Arachari

Partu terra suo fraudem non sustinet ullam:
  quae dedit, haec recipit debita membra luto.
hic vergente suo situs est Aracharius aevo,
  sex qui lustra gerens raptus ab orbe fuit.

XVIII (xii *D*) basili *CMR*] basilii *APDGBLF* 1 inpedior *ACPMGR*] impedior *BL* 2 potens *P* 3. 4 *om. P* 3 affectum M^1 4 adfligor *ACMDGR*] affligor *BL* 5 cognuscere P^1 *ut vid.* 6 bassilium *D* sepulcra *R* 7 *relatu (*eras.* c) *C* 9 illic *F* dulcido CM^1 10 or*nauit *G* ge*minata *P* 12 fieret: fi *i. ras. P* 13 iucundus *A*] iocundus *rell.* p. a.] pascit amicos *F* 15—18 *om. P* 16 hispanus CM^1D, ispanus *R* 17 fuit] tulit *F*, *om. G* (*cf.* 9, 2) rapinae] pinae *L* 19 ecclesians *L* 20 tribeuns *D* 22 *om.* F^1 iu**xit G^1, iiunxit *F* orbe *C*] urbe *rell.* toros A^1C, thorus G^2L 26 tenens P^1 *subscr.* v. xxvi *ACD*, xxv *M* *in G inter c. 18 et 19 intercedit c. 23*

XIX (xxiv *D*) *tit. om. P* arachari *ACMG*] aracharii *BF*, aracari D^2, arcari D^1, arcarii *L*, adrachari *R* 1 ullat *P* 2 recepit PM^1R dedita *BL* 3 arachari*s M^1 *corr.* M^1, aracharios *P*, archarius *A*, arcarius *L*

ipse palatina refulsit clarus in aula
 et placido meruit regis amore coli.
omnia restituit mundo quae sumpsit ab ipso:
 sola tamen pro se quae bene gessit habet.

XX

Epitaphium Brumachi

Quisquis in hoc tumulo cineres vis nosse sepulti:
 Brumachius quondam fulsit in orbe potens.
quem sensu, eloquio legati nomine functum,
 dum remeat patriae, sors inimica tulit.
finibus Italiae raptus, sed Frigia coniunx
 detulit huc cari funus amando viri.
ceu vivum coluit cui grata est umbra mariti:
 coniugibus castis ipsa favilla placet.
ipse quater denos permansit in orbe per annos;
 mox obit et magnum parva sepulchra tegunt.

XXI

Epitaphium Avoli

Inriguis Avolum lacrimis ne flete sepultum,
 qui propriis meritis gaudia lucis habet.
nam si pensentur morum pia gesta suorum,
 felix post tumulos possidet ille polos.
templa dei coluit, latitans satiavit egentem:
 plenius illa metit quae sine teste dedit.
nobilitate potens, animo probus, ore serenus,
 plebis amore placens, fundere promptus opes,
non usurae avidus, licet esset munere largus,
 plus nihil expetiit quam numerando dedit.
nil mercedis egens, merces fuit una salutis:
 quod minus est pretio, proficit hoc merito.
luce perenne fruens felix, cui mortua mors est,
 quem non poena premit, vita superna manet.

---

5 clarus in aula] us in aul *i. ras.* *C* 6 placido *Ven.*] placito *codd.* muruit P^1 8 gesset *C* *subscr.* v. VIII *ACMDG*

XX *om.* *P* BRVMACHI *ACMDGR*] BRVMACHII *BLF* 1 uis] *uis *M* 2 fulsit *i. ras. 1 m.* *D* 4 sors] sor *D* 5 frigia *ACMDGBR*] phrigia *L*, fragia *F* coniunx *DGBLRF*^{1}] coniux *ACMF*^{2} 6 hu*c *A* 7 uiu*m A^1 9 denis A^1, *corr.* A^1 10 sepulcra *F* *subscr.* v. X *ACMDG*

XXI (XXII *D*) 3 pensetur *CF* pia] sua *F* 4 f*elix *M* postumulos *D*, post tolos *R* ipse *L* 6 plenus *AR* ille *PR* 8 promtus *C*, prumptus *R*, prumtus PM^1 9 auidus *DBLRF*M^2G^2] auidos *ACP*M^1G^1 esse *AR* lagus C^1 10 expetit qua *D* 11 merces] merce**s *C* (mercedis C^1?) 13 felix *om.* *L* *subscr.* v. XIV *ACMDG*

XXII

Epitaphium Innocentum

Hoc iacet in tumulo non flenda infantia fratrum,
quos tulit innocuos vita beata viros.
uno utero geniti simili sunt sorte sepulti,
et pariter natos lux tenet una duos.
lotus fonte sacro prius ille recessit in albis,
iste gerens lustrum ducitur ante deum.
nomine sed primus vocitatus rite Iohannes,
alter, Patricius, munere maior erat:
de cuius merito se plurima signa dederunt;
felices animae, quae pia vota colunt!
hic etiam felix genetrix requiescit eorum,
quae meruit partu lumina ferre suo.

XXIII

Epitaphium Iuliani

Condita sunt tumulo Iuliani membra sub isto,
cuius in aeternum vivere novit honor,
mercator quondam, conversus fine beato,
raptus ab hoc mundo crimine liber homo.
collegit nimium, sed sparsit egentibus aurum:
praemisit cunctas quas sequeretur opes.
sollicitus quemcumque novum prospexit in urbe;
hunc meruit veniens exul habere patrem.
pascere se credens Christum sub paupere forma,
ante omnes apud hunc sumpsit egenus opem.
nec solum refovens, sed dona latendo ministrans
amplius inde placet quod sine teste dedit.
felicem censum qui fratris migrat in alvo!
et vivos lapides aedificare potest.
extulit hunc tumulum genitoris honore Iohannes,
qui modo divinis fungitur officiis.
qualiter hic vivo serviret amore parenti,
cum nati pietas ipsa sepulchra colit!

XXII (xxiii *L*) B. DVORVM I. *F*, epit. Orientiorum *Ven.* 2 uiros] *fort.* pares 3 sorte: rte *i. ras. G* 5 lotus *DBLRF*M^2G^2] lot*s M^1, lotos *ACP*G^1 *Ven.* pius *RF*, prior (*M*) 6 dicitur P^1 (*corr.* P^1?) *R* 7 uocitatur G^1 rite: ri *i. ras. A* iohannes *AGLF*M^2B^2] iohannis *CP*M^1B^1*R*, ioannis *Ven.*, per *compend. D* 11 genitrix *L* 12 lumine *L* *subscr.* v. XII *ACMD*

XXIII (xxiv *L*, xix *G*) *om. Ven.* 2 noscit B^1, *corr.* B^1 3—5 *om. P* 3 conuers** M^1, conuersos G^1 *post 5 in C vacua est reliqua pag. 60*^{r} (*restant 22 vv.*), *vacua item pag. 60*^{v}, *nisi quod in initio eius exaratus est v. 24, 1* (non hic nostra diu est fugiendi tempore u *sic*). *p. 61*^{r} *sequitur v. 6 sq.* 6 *post v. 9 P* sequetur P^1 7 solicitus *P*, sollicitos G^1 orbe *ACP* 8 exsul *B* 10 *om. P* (*v. ad v. 6*) 13—18 *om. P* 13 sensum *G* aluum *F* 15 iohannes *GBL*M^2] iohannis *AC*M^1*RF*, *per compend. D* 17 uiuos *A* parenti] parentum M^1 *ut vid.*, tonanti *L* 18 sepulcra *R* *subscr.* v. XVIII *CMD*A^2

XXIV

Epitaphium Orienti

Non hic nostra diu est fugienti tempore vita,
quae sub fine brevi, vix venit, inde redit.
ecce caduca volant praesentia saecula mundi,
sola fides meriti nescit honore mori.
clauditur hic pollens Orientius ille sepultus,
cui palatina prius mansit aperta domus.
consiliis habilis regalique intimus aulae
obtinuit celsum dignus in arce locum.
vir sapiens iustus moderatus honestus amatus
hoc rapuit mundo quod bene gessit homo,
sexaginta annis vix implens tempora lucis,
coniuge Nicasia, qua tumulante cubat.
cuius castus amor colit ipsa sepulchra mariti,
nec placitura homini se dedit esse dei.

XXV

Epitaphium Theudechildae reginae

Quamvis aetatis senio iam flecteret annos,
multorumque tamen spes cito rapta fuit.
si precibus possent naturae debita flecti,
plebs ageret lacrimis hanc superesse sibi.
gaudia quanta inopum tumulo sunt clausa sub isto
votaque quot populis abstulit una dies!
inclita nobilitas genitali luce coruscans,
hic properante die Theodechilde iacet.
cui frater, genitor, coniunx, avus atque priores
culmine succiduo regius ordo fuit.
orfanus exul egens, viduae nudaeque iacentes
matrem escam tegmen hic sepelisse dolent.
unica res placuit cumulo mercedis opimae:
antea cuncta dedit quam peteretur opem,
occultans sua dona suis neu forte vetarent;
sed quae clausa dedit, iudice teste docet:

XXIV (xxv *L*, xxiii *G*) ORIENTI *ACPMD*] ORIENTII *GBLF*, morienti *R* 1 diu **est *P* fugiendi *C f. 60ʳ (cf. ad 23, 5) L*, fugiente *R* 2 uuenit P^1 *ut vid.* 3 ecce] ec A^1 5 orentius *F*, orientis A^1 (*corr.* A^1?) 7 consiliisque *L* 10 mundo] ***lo A^1 11 implens uix *L* 12 coniugeni casta *C* 13 sepulcra *MR* 14 se *G*] sed *rell.* *subscr.* v. xiv *ACMG*, xiii *D*

XXV (xxvi *L*, xxiv *G*) THEVDECHILDAE *ACPMD^1R*] TEVDECHILDAE *L*, THEODECHILDAE *GBD^2*, THEDECHILDAE *F* 1 senio *ACPM^1DG*] senium *BLRFM^2* 3 possent *L*] possint *ACPMDBRF*, possit *G* 5 clauso M^1 6 quod *DR* abst**** C^1, abstullis *P* 7 inclyta *PL* 8 properande P^1 theodechilde *G*] theudechilde *ACPMDBF*, teudechilde *L*, theuchilde *R* 9 coniunx *GBL*] coniux *rell.* 10 succiduo *i. e.* succedaneo 11 orphanus *L* exsul *MG* 12 tecmen M^1 dolent *i. ras. 2 m. M* 14 ante *C* 15 neu] ne G^1 *Ven.* 16 docet] *fort.* dedit

templorum domini cultrix, pia munera praebens,
hoc proprium reputans quidquid habebat inops.
una mori sors est et terrae reddere terram:
felix cui meritis stat sine fine dies!
actibus his instans, aeterna in luce relata,
ter quino lustro vixit in orbe decus.

XXVI

Epitaphium Vilithutae

Omne bonum velox fugitivaque gaudia mundi:
monstrantur terris et cito lapsa ruunt.
ut dolor adquirat vires cum perdit amantem,
ante placere facit, durius inde premit.
heu lacrimae rerum, heu sors inimica virorum!
cur placitura facis quae dolitura rapis?
Vilithute decens, Dagaulfi cara iugalis,
coniugis amplexu dissociata iacet.
corpore iuncta toro, plus pectore nexa marito:
lucis in occasu vincula rupit amor.
tempora cui poterant adhuc in flore manere,
principium vitae finis acerbus habet.
sanguine nobilium generata Parisius urbe
Romana studio, barbara prole fuit.
ingenium mitem torva de gente trahebat:
vincere naturam gloria maior erat.
numquam maesta manens, vultu nova gaudia portans,
nubila fronte fugans corde serena fuit.
fudit ab ore iubar species redimita decore,
protulit et radios forma venusta suos.
stirpe sua reliquas superavit pulchra puellas
et rosea facie lactea colla tulit.
splendida conspectu meliori pectore fulsit,
digna micans animo nec pietate minor.
cui quamvis nullus hac in regione propinquus,
obsequio facta est omnibus una parens,

---

17 cultrex CPM^1 18 proprium] primum *F* quidquid *AC*] quicquid *rell.* hauebat G^1 *ut vid.*, abebat *R* 19 sors] mors *G* terrae] rre *i. ras. 1 m. P*, terram L^1, *corr.* L^1 21 instans] stans P^1 aeterna *CP*] terrena *AMDGBLRF* renata *R* 22 urbe *AM* *subscr.* v. XXII MDA^2

XXVI (XVI *D*, XXVII *M*) *extat in cod. Veneto VII, 135 chart. 4°. a. 1465 (non 1466) fol. 201ʳ post c. 27. in quo quae emendata sunt signo H notabo* VILITVTE *MRF*, VVILITHVTAE *A* 2 lapso M^1 3 aquirat *P* **ires B^1, *corr.* B^1 perdit $ACPLM^2$] perdet M^1DG, perdat *BRF* 4 places* B^1, *corr.* B^1 5 s. i.] sornimica *P* inimica** uirorum (*eras.* tu?) *A* 6 *om.* F^1 cur] c *i. ras. M*, quur *A* 7. 8 *om.* G^1 *Ven.* 7 uilithuthe G^2, uilithuta *L* (-tae *CPM*) ducens *P* tagaulfi G^2, dagulfi *B* 9 thoro *G* 12 principium G^1BLRF] principio $ACPMDG^2$ f. a. h. *om. P* 13 generata] generata fuit *D* 14 romano *RF* 15 mitem A^1CPM^1DG] mite $BLRFA^2M^2$ corua A^1 18 corda *M* 19 redemita *A*, redimita* (*ras. sup.* a) *M* 20 protullit P^1 radio M^1R suus G^1 21 reliqua CPM^1F pulcra *R* 22 rosea *ACP*] rocea M^1F^1 (*corr. in* rosea F^1), crocea $DGBLRM^2$ faciem *A*, faue *R* collo *vel* colle M^1, collo* F^1, *corr.* F^1 fuit *B* 23 fulsit: lsi *i. ras. 1 m. P* 25 in hac *A* propinquos M^1F

divinis intenta bonis, alimenta ministrans,
    qua mercede magis se satiasse videt.
haec data post obitum faciunt quoque vivere functam:
    forma perit hominum, nam benefacta manent.
corpora pulvis erunt et mens pia floret in aevo:
    omnia praetereunt praeter amare deum.
orfana tunc aviae studiis adolevit opimae
    inque loco natae neptis adulta fuit.
tertius a decimo ut hanc primum acceperat annus,
    traditur optato consociata viro,
nobilitas in gente sua cui celsa refulsit,
    atque suis meritis additur alter honor.
dulcis, ovans, alacris, studiis ornata iuventus:
    quod natura nequit, littera prompta dedit.
tres meruere tamen iuncti superesse per annos
    coniugioque suo corde ligante frui.
ambo pares animo voto spe moribus actu
    certantesque sibi mente decore fide.
tempore iam certo est enixa puerpera prolem,
    damno feta suo, quae pariendo perit.
abripuit teneram subito mors invida formam,
    annos quippe duos, lustra gerendo tria.
sic animam generans anima spoliatur et ipsa,
    spem peperit luci luce negante sibi.
exemplum sed triste dedit fetura parenti:
    unde redire solet, deficit inde genus.
tertius esse pater cupiens, heu, solus habetur:
    crescere quo numerus debuit, ecce cadit.
nam partus cum matre perit, nascendo sepultus,
    nil vitale trahens, natus in ore necis.
plus fuerant soli, si tunc sine prole fuissent:
    addita posteritas abstulit id quod erat.
infaustis votis genitus de funere matris
    et genetrix nato mortis origo fuit.
alter in alterius letali sorte pependit,
    inque vicem sibi mox ambo dedere necem.
sed sensit graviora dolens pater atque maritus,
    qui gemit uno obitu se sepelisse duos.
pro vixdum genito lacrimas iam soluit humato,
    vidit quod fleret, non quod haberet amor.

---

27 diuinis: ui *i. ras. 1 m.* *P* 28 uide*t *A* 29 functam] a *i. ras. 1 m.* *P*, functa *F*, funus *H* 31 aeuum *FH* 33 orphana *L* aui a*studiis *C*, auia a*t studiis *vel* auia at studiis G^1 35 terrius *P* hac *R* annos *P* 36 obtato *P* 37 celsa] certa *H* 38 additus altus honor *H* 39 alacris] lacris *P* iuuenta *H* 40 nequid *R* prompta *GL(F)*A^2] prumpta *CBR*M^2, prumta *P*M^1, p**ompta A^1 41—98 *om. H* 41. 42 *om. P* 42 ligante *DBL*M^2] legante *AC*M^1*GF*, lętante *R* 45. 46 *om. P* 45 iam] ia *D* enexa *ACM* 49 ipso, *sed* o *i. ras. 1 m.* *P* 50 spem: p *i. ras. 1 m.* *P* perit *P* 51 futura *P* 52 defecit P^1*M* inde] unde G^1 53 patre *A* eu *P* 54 ecce *CP*] esse *rell.* 55 nescendo *CP*M^1 56 ne*cis M^1, nescis P^1 57 tunc] tam *BL* fuissint *C* (*sed altera* i *i. ras. 1 m.*) *P* 58 abstullit P^1 (*sed ultima litt. i. ras. 1 m.*) 60 genitrix *L* 63—68 *om. P*

tristitiae cumulum tribuit cui rapta iugalis,
dans longas lacrimas tempore nupta brevi.
consultum tamen illud habet de coniuge coniux,
huic quia mercedis non vacuatur opus.
nam quod ad ornatum potuit muliebre videri,
ecclesiis prompte pauperibusque dedit.
hic nulla ex illis rebus peritura reliquit,
ut modo praemissas dives haberet opes.
quam bene distribuens sine se sua noluit esse!
nam quae larga dedit, haec modo plena metit.
condidit ergo sibi quidquid porrexit egenti,
et quos sumpsit inops hos habet illa cibos.
felices quos nulla gravant de morte secunda
nec faciunt poenis subdita membra feris!
dulcibus inlecebris qui non sibi condit amarum
nec per carnem animam vult sepelire suam,
sed casta pietate manens sine crimine vitae,
illius in luce hac praemia lucis emit.
tempore quam parvo lacrimas aut colligit amplas
aut, cui vita nitet, gaudia longa capit!
hac de morte levis dolor est; nam durius illud,
hic quem viventem Tartara nigra tenent.
infelix quisquis maculosis actibus usus
ante redemptorem se laqueasse videt,
nubibus invectus cum venerit arbiter orbis
et tuba terribilis commovet arma polis!
his venit Helias, illis in curribus Enoch,
anteviando suos hinc Petrus, hinc Stephanus;
flore puellarum rosea stipante corona
inter virgineos prima Maria choros:
hinc mater, hinc sponsa Agnes, Tecla dulcis, Agathe
et quaecumque deo virginitate placet.
tunc ibi quis terror caeli adsistente senatu!
quid dicturae animae iudicis in facie?
mox aut poena manet miseros aut palma beatos:
quisque suae vitae semina iacta metit.
sunt dicturi alii: 'cade mons et conprime corpus',
sed iussi colles ferre sepulchra negant.

---

68 das *A* langas G^1 69 habet *i. ras. G* coniunx *GBLR* 70 hinc *F* 72 eclesiis *C*, ecclesiae *F* prumpte *CP* (*sed* u *i. ras. 1 m.*) *MR* 75 *om.* F^1 sua *om.* G^1 76 larga] lingua *B* p. m.] plenadmetit *G*, plena medit *R*, p. dedit B^1 *corr.* B^1 77 quidquid *A*] quicquid *CPMGBLR* egeno G^1 78 sumsit *P* hos *om. D* illa] *fort.* ipsa cybos *MG* *post* 78 *ut post* 106 *et* 134 *spatium vacuum unius versus P* 80 faciunt *i. ras. 2 m. C*, faci* (*eras.* t?) G^1, *fort.* cruciant membra feris: a feris *i. ras. 2 m. G* 81 am**rum M^1 83 castra P^1 84 hac] c *i. ras. G*, haec *F Ven.* lucis: s *i. ras. 1 m. P* 85 haut M^2 colligat C^1 86 nitet] tenet *BF* 88 tartare *P* 90 redemtorem *M* laqueasset M^1R uidit *P* 91 ueneris C^1 *ut vid.* 93 hic *P* 94 stefanus *B* 95 corona] caterua *F* 97 agne *P* agatha *F Ven.*, agathes *G* 99 sanatu M^1DR 100 quod *A* diciturae C^1 (*corr. per ras.*) 102 quisquis MG^1RF quisquis uitae s F^1 *versu reliquo omisso* semita *R* metet G^2 103 (conprime *ACPR*) 104 iussit *P* sepulcra *M*, sepulcha *P*

cogentur minimi quadrantem solvere nummi;
nemo pedem removet quo sua culpa trahit.
spe vacui paleae similes mittentur in ignes,
pascendis flammis fit caro nostra cibus.
vivunt ad poenas aeterno ardente camino;
ut cruciet gravius, mors mala non moritur.
ne fessi recreent animas longo igne crematas,
porrigit, heu, nullas flammiger amnis aquas.
parte alia, meritis felicibus alta tenentes,
fulgebunt iusti sol velut arce poli.
digni lumen habent, damnati incendia deflent,
illos splendor alit, hos vapor igne coquit.
res est una quidem, duplici sed finditur actu:
nam cremat indignos quo probat igne pios.
aeterna radiant paradisi in luce beati
cum facie Christi regna tenendo sui.
gratia quanta manet, vultus qui aspexerit illos!
quantus honor hominum, posse videre deum!
si nimis erigitur fragilem qui cernit amicum,
qualiter exultet qui videt ora dei!
lilia narcissus violae rosa nardus amomus,
quidquid odorifero germine mittit Arabs
iudicis in vultu, florentia lumina, vernant:
sed super haec domini suavior efflat odor.
nam quantum obsceno melior lux aurea plumbo,
tantum tura deo cedit et omnis odor;
quantum nocte dies distat, sol lampade lunae,
factori cedunt sic sua facta suo.
cum vero iusti tanto splendore fruantur,
congaudent nimium se caruisse mori.
de tenebris migrasse favent in luce perenni,
et magis ad bona tot tardius isse dolent.
tu quoque ne lacrimis uras pia fata iugalis,
cui modo creduntur huc meliora dari.
nam si deplores meritis quae vivit opimis,
coniugis ipse bonis invidiosus eris,
praesertim quam sensu animo tibi corpore iunctam
cum Christo semper corde fuisse refers.

---

106 quos *AD* 107 spes M^1 *ut vid.* palleae *A* 108 *i. ras. 1 m. L* pascen*** C^1 109 uiunt *G* 110 cruciat *M* 111 crema*** G^1, chrematus *R*, creattatas *sic F* 112 porriget (*MF*) 113 al****eretis C^1, alia mentis *R* 116 alet *H* coquit *vulg.*] quoquet D^1R, coquet *rell.* 117 funditur P^1 (*corr.* P^1?) 118 cremat — pios *om.* F^1 gremat *P*, cremati *C*, cremanti M^1R 119 aaterna *G* radi*ant *P* paradisi *ALR*(*DF*)] paradysi *PMGB*, paradyssi *C* 120 christus *ACP* tenenda G^1 suis A^1 122 honor *om. L* honos homini *H* 123 nemis *C* ingeritur *F* flagilem G^1F 124 uidit *R* 125 narcisus *BLR* amomum *GB* 126 quidquid *AM*] quicquid *CPGBLR* odorifero] *om. R*, odoriferos *A*, odorifero cum *D* 127 florenda *R* 128 suaui ior *C*, suauio *R* 129 lumbo *L* 130 odor] honor *H* 132 factore MG^1 133 fruatur *C* 136 isse] ipse *B*, ire *H* 137—146 *om. P* 137 ne* M^1, nec *FH* uras] *fort.* urgas (*i. e.* urgeas) fata *H*] facta *rell.* iucalis M^1 138 hunc *D*, hinc G^1, haec *Ven.* (huc *posuit pro* illic) 141 quae *RH*, qua *D* iuncta *D* 142 refert C^1

post [illegible]nini vultus ad te si iussa rediret,
    fleret in hunc mundum se revocare gradum.
carius illa diem retinet quem perdere nescit,
    quam hunc quem timuit fine sequente sibi.
nec grave funus agas cunctis natura quod offert,
    quod cum principibus participatur inops.
nullum paupertas, non eripit ampla facultas,
    hoc commune simul dives, egenus habet.
nam puer atque senes, niger albus, turpis honestus,
    debilis et fortis, mitis et asper obit.
huc sapiens stolidus, probus inprobus, * omnis
    plenior exiguus, parvus et altus adit.
tardius aut citius currit sors ista per omnes,
    dissimili merito mors trahit una viros.
non decet ergo graves pro coniuge fundere fletus,
    de cuius meritis te dubitare negas.
felices nimium hic qui sine crimine praesunt,
    qui melius discunt vivere post obitum!

XXVII.

Epitaphium Eufrasiae

Si pietatis opus numquam morietur in aevo,
    vivis pro merito, femina sancta, tuo,
inclita sidereo radians, Eufrasia, regno:
    nec mihi flenda manes, cum tibi laeta places.
terrae terra redit, sed spiritus astra recepit:
    pars iacet haec tumulo, pars tenet illa polum.
corpore deposito, leviori vecta volatu,
    stas melior caelo, quam prius esses humo.
carnis iniqua domans, de te tibi, sancta, triumphans,
    ad patriae sedes civis opima redis.
ardua nobilitas proavorum luce coruscans
    plus tamen es meritis glorificanda tuis.
vir cui Namatius datus inde Vienna sacerdos,
    coniuge defuncto consociata deo.

---

143 si] se *D*   144 reparare *H*   146 quam] quem *A*   147 nec *A*] ne *rell.*   f**nus G^1, foenus *Ven.*   148 inobs M^1 149 eripit *praeter* er *i. ras. 2 m. P*   150 conmune *PM*   151 senes *ACPDRFG*^{2}] senex *MG*^{1}*BL*   152 furtis M^1 mittis *D*   153 hunc D^1 inprobus *ACPMDR*] improbus *GBL*   omnis] omnes *L*, atque superbus *H*   huc et *ante* probus *inserit Browerus, desideramus par epithetorum ut e. g.* acer amoenus, *cf. Dracont. 7, 12 sq. Duhn.* stolidus, [quiuis] probus inprobus omnis *Mommsenus*   154 obit (*vulg. v. l.*) *B et L*   155 ista] sta *P*   omnis *R*   156 sors A^1 *ut vid.*, mors**** *G*   157 ergo] er P^1 flutus *P*   159 felicis M^1 praesunt] *fort.* perstant   *subscr.* v. CLX *ACMDG*   *c. 27. 28 om. ĠV Ven.; in marg.* G^2: quae hic desunt inuenire non potui, scilicet epitaphia eufrasiae et eusebiae

XXVII *extat in H ante XXVI*   1 aeuum *F*   3 inclyta *L*   siderio *A*   radiens M^1 *ut vid.* eufrasie *R*   5 terram terra *F*   redit *PH*] edit *ACMDF*, heret *R*, haeret *BL*   7 leuiore C^1M^1, *corr.* C^1M^1 uecta] ***ta D^1 *fort.* leuiore euecta   8 que *R*   essis CM^1 9 *om.* F^1 te *om. D*   sancta *H*] facta *rell.* (*fort.* facta triumphus)   10 sedis *P*   opime *M*   redes *PMDF*   11 nubilitas *A*   loce CPM^1D 13. 14 *om. P*   13 namacius *M*   *fort.* Namatius, tuus inde, Vienna, sacerdos

exulibus viduis captivis omnia fundens
paupertate pia dives ad astra subis.
aeternum mercata diem sub tempore parvo
misisti ad caelos quas sequereris opes.
sed rogo per regem paradisi gaudia dantem:
pro Fortunato supplice funde precem.
obtineas votis, haec qui tibi carmina misi
ut merear claudi quandoque clave Petri.

XXVIII

Epitaphium Eusebiae

Scribere per lacrimas si possent dura parentes,
hic pro pictura littera fletus erat.
sed quia lumen aquis non signat nomen amantis,
tracta manus sequitur qua iubet ire dolor.
nobilis Eusebiae furibundi sorte sepulchri
hic, obscure lapis, fulgida membra tegis.
cuius in ingenio seu formae corpore pulchro
arte Minerva fuit, victa decore Venus.
docta tenens calamos, apices quoque figere filo,
quod tibi charta valet hoc sibi tela fuit.
dulcis in Eusebii iam desponsata cubile,
vivere sed tenerae vix duo lustra licet.
ut stupeas iuvenem, sensum superabat anilem;
se quoque vincebat non habitura diu.
conteriturque socer cui nata generque recedit:
haec letalis obit, ille superstes abit.
sit tamen auxilium, quia non es mortua Christo:
vives post tumulum virgo recepta deo.

---

15 exulibus *AL*] exsnlibus BM^2, exolibus *P*, exsolibus CM^1R 18 sequeretis *P* 19 paradysi *CPMB* dante *C* 20 fortnnatu *PR* subplice *R* prece *A* 21. 22 *extant in Σ post IV, 6* 21 obteneas *C* 22 mereas clausi *Σ* que *om. P* clauem *C* *subscr.* v. XXII *ACM* EXPLICIT VERSVS *Σ* (*sequitur* Triste sub hoc tumulo, *cf. append.*)

XXVIII EPITAPHION *B* 1 possent] possint *codd.* 2 littura *D* 3 amantes C^1 (*corr.* C^1?) 6 obscu**re *M* 7 ingenio *Browerus*] ingenium *codd.* pulcro *R* 8 forit C^1, *corr.* C^1 decora *M* 10 quod *ACP*] quo *MDBLRF* carta *LR*, chirta *P* sibi] tibi *F* 11 eusibii *P* disponsata *AP* 16 hae *L* obus D^1, obis D^2 superstes *BL*] superstis *ACPMDRF* habet *R* 17 sit] si *CBLR* *subscr.* v. XVIII *ACMD*

HABET VERSVS DCLXXIIII. EXPLICIT LIBER IIII INCIPIT LIBER V *AM*, HABET VERSVS DCLXXIII (DCLXXIIII D^2). EXPLICIT LIBER IIII *D*, EXPLICIT LIBER IIII HABENS VERSVS DCLXXIIII INCIPIT LIBER V *B*, EXPLICIT LIBER IIII INCIPIT LIBER V *CGR*, EXPLICIT LIBER IIII CAPITVLA LIBRI V *et post capitula:* FORTVNATI PRESBYTERI LIBER V INCIPIT *L*, INCIPIT LIBER V *F* (*sed in F erasum est epistulae V, 1 initium et in rasura scriptum vitae Martini initium*). *in P hic finis est eclogarum Venantianarum. sequitur post duo versus vacuos carmen de Macchabaeis.*

LIBER QVINTVS

I

Ad Martinum episcopum Galliciae

Domino sancto atqve apostolico et in Christi regis exercitv post dvcem Pavlvm primipilo Martino episcopo Fortvnatvs. Felici propulsa flatu recreabilis opinionis vestrae nostras aures aura demulsit et molli blandita lapsu, sibilo crepitante paradisiaci horti odoramenta saburrans, suavium florum nuntia nares ipsas aromate respirante suffivit, admodulanter indicans, sicut ad orientem Eden a principio, ita decurso saeculo alterum ad occasum deus plantasset Elysium, in quo fortior Adam, id est Martius Martinus, inexpugnabilis accola, Christi fide ditior viveret perpetuo servante mandato; quem non tam ad auram dominus revisendum post meridiem pergeret, quam ipse vir factus paradisus inter perspicui cordis zmaragdinas plateas et vernantis operis inumbrantes corymbos (non quod ficus tegeret, sed fructus ornaret) inambulantis in se beati redemptoris adhaesura vestigia coherceret fide figente: unde nec ad momentum pii conditoris laberetur praesentia quia nec in atomo plasma notaretur in culpa, sed per illas beatitudines velut odori nemoris inlectus deliciis et vernulam dominus et verna dominum possideret; utpote cum, alternante sibi concatenati dulcedine, nec iste fugaretur admissu nec ille fraudaretur amplexu. (2) Hinc inhiantibus animis, medullis aestuantibus, oculis suspectis, palmis extensis, fervens magis quam sitiens praestolabar epistolae vestrae magna, si vel parva nubecula madidanti vellere bibulus umectarer, desiderii conscius, vota voto praeveniens, si

I *epistula adfectatissima, destinata nimirum viro doctrinae fama celebri* (*cf. Greg. Tur. hist. Fr. V, 38*) *om. GV praeter versiculos in fine epistulae* *§ 1—8 in M* (*f. 19^r ext. et 19^v*) *manu diversa, litteris paulo maioribus scripta* GALLIAE *G ad p. 103, 29,* GALLITIAE *M* 1 aposthbolico *C* 4 paradysiaci *B*, paradissiaci *M* orti *M* s***rans *A*^{1}, saburans *R* nares *praeter s i. ras. 1 m. A* aromata *R* 5 sufluit *M* atmodulanter *M*^{2}, atmodolanter *A* 6 decursu *R* plantasit *M*^{2} elysium *vulg.*] elisium *CMDBL*, heliseum *AR* 7 marcius *BR* 8 *Genes. 3, 8* meridiem *BLRM*^{2}] meridie *ACM*^{1}*D* 9 paradysus *B*, paradyssus *C* perspicui *ALRM*^{2}*B*^{2} (*B*^{1} *corr.?*)] praespicui *CB*^{1}, prespicui (pi *sup. vers.*) *D*, ***spicui *M*^{1} zmaragdinas *B*] zmaragdenas *AC*, smaragdinas *L*, smaragdenas *M*, maragdinas *R* 10 uernentis *M* corymbos *vulg.*] chorymbos *C*, chorimbos *BLM*^{2}, chorumbos *R*, chorimbus *AD*, chorimb** *M*^{1} figus *C*^{1} *corr. C*^{1} frunctus *M*^{1} 11 inambulantes *C* adhes**ra *C*^{1}, adesura *LR* coerceret *M*, choerceret *R* fide figiente *A*, figente fide *C* 12 momento *A*, monumentum *L*^{1} praesentiae *A* atomo *vulg.*] athomo *codd.* 14 possederet *CM* utpute *A* concatenate *B*^{1} (*corr. B*^{1}) *R* 15 dulcidine *CM*^{1} admissu *vulg.*] admisso *codd.* frudaretur *CD*, frauderetur *R* hinc] hic *LR* inhientibus *M*^{1} 16 suspectis *pro* suspicientibus, *fort.* suspensis 17 praestolabar *BL*] praestulabar *ACMDR* epistulae *R* *fort.* uestrae, magnae (*i. e.* magnae futurae), *nisi interciderunt quaedam* nubecula *BL*] nubicula *ACMDR* 18 uelre *A* humectarer *BL* consocius *R*

quid de vobis certissime vel per undas mobiles fixa mihi littera nuntiaret, ita ut ariditatem meam conloquii vestri temperaturus imber sic inrigaret, paginam ne deleret. (3) Quo tamen providentiae divinae consulto per filium vestrum, venerandum mihi Domitium, sancta caritate refertam suscepi crescens epistolam quae, ut vos nostis arte conpacta, ut ego sensi flore confecta, bibentem se potius quam legentem fere per singulos apices pigmentato affamine inebriatura dives pauperem propinavit et, ut ita dixerim, quasi Falerni nobilis ipso me prius odore pincernante supplevit, gemina dicendi fruge congesta, condita sale, melle perfusa, permixta blanditie cum vigore, me[que] peregrini poculi quantum desuetum plus avidum dum pars inlicet, pars deterret (in ancipiti posito conviva rusticulo nec sustinente magna bibente) consentio dulcedini qui cedo virtuti. (4) Hoc igitur fluente dono venit ad me, fateor, per cana ponti fons poculi, venit, pater optime, per salsum mare quod sitim restingueret, venit Oceanitide miscente [e] fluctu mera dulcedo, cuius liquor non fauce tenus saperet, sed arcana mulceret: quippe quod non carnem foveris tali potu, sed spiritum; unde, ut vere prosequar, huius uva palmitis nobis sitim prorogat, dum propinat. (5) Hac inopina fruge delapsa per gurgitem primus iste mihimet venit fructus e fluctibus: detulit puppis illa reliquis forsan alumen, mihi vestri conloquii certe lumen, commercio tali discrepante mercatu, quod aliis illud ad pretium, hoc nobis inemptum: illinc restinguitur, hinc purgatur; illud inficit, hinc nivescit. (6) Quid loquar de perihodis epichirematibus enthymemis syllogismisque perplexis? quo laborat quadrus Maro, quo rotundus Cicero., quod apud illos est profundum, hic profluum, quod illic difficillimum, hic in promptu: comperi paucis punctis quoniam quo volueris colae pampinosae diffundis propagines, quod vero libuerit acuti commatis falce succidis, ut cauti vinitoris studio moderante nec in hoc luxurians germinet umbra fastidium et illuc tensa placeat propago cum fructu. (7) Nam quod refertis, in litteris post Stoicam Peripateticamque censuram me theologiae ac theoriae tirocinio mancipatum, agnosco quid amor faciat, cum et non merentes exornat. cur tamen, bone pater, in me reflectis quod tuum est ac de me publice profers quod tibi privatum est? cum prima sint vobis nota et secunda domestica: nam Plato Aristoteles Chrysippus vel Pittacus cum mihi vix opinione noti sint nec legenti Hilarius Gregorius Ambrosius Augustinusque

---

1 certissime] certis *B* (*in fine versus*) 2 areditatem *M* (conloquii *LR*) ne] nec *R* 3 tamen] *fort.* tandem prouidentiae diuinae] prouidentia diuina *codd.* 4 domitium *BLR*M^{2}] domicium *AC*, dominum *D*, *erasae 5—6 litt.* M^{1} sancta caritate refertam] sanctam caritatem refectam *codd.* suscepi *BL*$A^{2}M^{2}$] suscipi $A^{1}CM^{1}DR$ criscens M^{1} 5 ego *vulg.*] eo *CMBLR*, eos *AD* conferta (*M*) fere *C*] ferre *AMDBLR* 6 pigmentato *B*M^{2}] picmentato *L*, pimmentato *R*, pimentato $ACM^{1}D$ 9 meque] me *codd.* (*possis* et me, inde me *all.*) dum *om. L* inlicit *B* 10 sustenente CM^{1}, sustinentem *A* 11 qui] que (q:) *C* ceto *D*, cer*o M^{1}, certo M^{2} 13 e] *om. codd.* fluctum *R* mera] mare *R* dulcido CM^{1} licor *C* 14 arcana *CM*] archana *ABLR* 15 uuam *BL* 16 iste *om. D* 17 r. f.] forsan reliquis *L* alumen] lumen *BLR* mihi *om. BL* (conloquii *L*) commercio] commercium (*DB*), conmercium *C*, commertium *AL*, conmertium *MR* 18 [a] mercatu *Mommsenus* inemptum *BLR*] ineptum *ACMD* 19 restinguitur, purgatur *scil.* sanguis. *contra Mommsenus confert Plin. hist. nat. 33, 3, 65* perihodis *CMB*] perhiodis *AD*, periodis *LR* 20 epicherematibus *L* enthymemis] inthymemis *ACD*, inthimemis *MR*, intimemis *BL* syllogismisque *AB*] sillogismisque *L*, fillogismisque *CMDR* quo laborat — Cicero] *haec octonarium habere vetamur non tam nominum propriorum mensura quam spondeo tertio* quod laborat *D* 21 illic *R*] illinc *rell.* 22 promptu *AL*M^{2}] prumptu *C*, promtu *B*, prumtu $M^{1}R$ quoniam quo] quomodo *R* cola *L*, *cf. praef. 1* 23 propaginis *DLR* uero] ui *R* 24 luxorians *L*M^{2} 25 fluctu *L* post stoicam *vulg.*] post sthoicam *C*, potesthoicam *AMR*D^{2}, potest hoc iam $D^{1}BL$ 26 peripateticamque *L*] peripatheticamque *rell.* me th.] me thologiae *L*, ineologiam *R* ac th.] hac theoriae $M^{1}L$, aetheriae *R* tyrocinio mancipatum *AL*, tirocinium ancipatum *C* 27 facit *R* exornet *BL* 28 flectis *A* 29 plato aristoteles *vulg.*] plateristothelis *C*, plato aristotiles *BL*, p. aristotelis *M*, p. aristhotilis *R*, p. aristothelis *AD* chrysippus *R*] crysippus *CDB*, chryssippus *M*, crisippus *AL* pitacus *LR* 30 opinione *BL*] opinioni *ACMDR* nec legenti *vulg.*] nec ligenti $CM^{1}D$, negligenti *ABLR*M^{2} augustinusque *Mommsenus*] augustinus (agustinus *AL*) quo *codd.*

vel, si visione noti fierent, dormitanti: et ego vere senserim (eo quod copiae artium apud vos velut in commune diversorium convenerunt) ipsa vobis tenacius quae sunt caelo propinquius, quia non oblectamini tam pompa dogmatum quam norma virtutum. unde procul dubio caelestium clientela factus es Cleantharum. (8) Sed quid ego haec autumo, dulcissime pater et vere Christi discipule, qui, ad instar Samaritani vinum miscens et oleum aegroto decubanti, blandum mihi malagma porrexisti, mercedem pii operis relaturus cum venerit qui se stabulario aera pensare debiti repromisit, custodiens in vobis, pontifex summe, quod contulit, sciens suis oculis hoc placere dignissime, quod ipsam apud te vincit dignatio dignitatem. (9) Quapropter sacratissimae, sincerissimae atque clementissimae apostolicae coronae vestrae plantas supra meum pectus stratus inponens et ultimus ego membra subdita vel pedum vestrorum recubatorium faciens ita vestrae pietati avido desiderio me commendans deposco in domino, ut inter peccatorem et redemptorem mundi alter quodammodo mediator accedens levigato delicto, probe pater, reprobum reconcilies post reatum. (10) Et quia vestris litteris fiduciae pignus accepi, pietati vestrae filias et famulas Agnem et Radegundem una mecum devote earum desiderio mandato commendo, communiter supplicantes, ut apud domnum Martinum pro nobis verba faciens tam fidus intercessor accedas qualis apud dominum ipse tunc promptus extitit, cum cadaver exanimum non prius dimitteret quam mors mortuum dimisisset (est enim ratio consequens, ut per vos illinc nobis redeat spes patrocinii, quia ad vos hinc prodiit pars patroni): coram domino supplicans, pie pater, ut in gratia vestra receptus vel apud eos, qui vestri sunt, commendatus sentiam tam oratione quam carmine te doctore regi, genitore diligi, duce progredi, tutore muniri. (11) Praesentium vero portitorem famulum vestrum vere mihi bonum Bonosum pietati vestrae supplex accedens nec prius relaxans pedes, quam dulcis pater promiseris, qua valeo prece supplex commendo: qui interventu sanctorum cum vobis sospes occurrerit absentis vota praesens exsolvens, illud prius obtineam, ut quis quam primum huc commeat, me celebris verbi vestri gaudia festiva respergant.

Martini meritis cum nomine nobilis heres,
pro Fortunato, quaeso, precare deum.

---

1 uisione *CM*[2]] uissione *M*[1], uisioni *ADB* (*1 m. i. ras. 6 litt.*) *LR* noti] ti *i. ras. M*, non *BL* uero *BL* sensirim *C* 2 uos] nos *BR* conmune *M* ipsa] *vel* capi a *scribendum vel verbum ut* teneri *supplendum coniecit Mommsenus* 3 nurma *CM*[1] 4 es] *i. ras. 2 m. M*, *om. R* cleantharum] cleantarum *C*, cleentarum *R*, clientarum *ADBLM*[2], clentarum *M*[1] (*cf. VII, 12, 26*) 5 autumo] autem o *codd.* (ad te o *vulg.*) ad *om. B* 6 perrexisti *B*[1] 7 aere *D* debiti repromisit *M* (*sed* iti *i. ras. 1 m.*) *BLA*[2]] debet ire promisit *CDR*, deb** repromisit *A*[1] 10 clementissimae *ACBL*] clamantissimae *DR*, amantissimae (*M*) aposthولicae *C* 11 (inponens *ACMR*) 13 et redemptorem *om. A* a. q. m.] quodammodo mediator alter *L* 14 delicto] ****lecto *A*[1], delecto *M*[2] 15 uestris litteris *AC*] uestris *MD*, uestrae *B*(*L*)*R* accepi pietati uestrae *AC*] accepi pietati uestrae et *R*, accipi pietati uestrae *D*, accipipiaettatiuestrae (*alterum* pi *sup. vers. 1 m.*) *M*, ac pietati uestrae *L*, ac pieti uestrae *B* 16 mecum] maequum *M* earum] carum *D* conmuniter *C* 17 dominum (*AR*) 18 prumptus *C*, promtus *M*, proptus *R* 19 per] par *D* 20 illinc nobis] hinc uobis *R* patrociniorum *L* 21 *in C post* receptus *reliquum f. 68*[r] (*cui certum verborum ambitum destinatum fuisse ex scribendi ratione apparet*) *vacuum. f. 69*[r] *sequitur* uel apud *sq.* 22 commendatus] commendati *codd.* regi] rei *C*, *om. B* 23 tutore] ductore *L* portatorem *D* 24 mihi] mi *R* *in* accedens *finit f. 21 in A; inter f. 21 et 22 unum folium intercidit. f. 22*[r] *incipit in media epistula carmini quinto praemissa, ubi vide* 25 supplex *delendum* 26 sospes *BL*] sospis *CMDR* 28 respargant *D* *disticho* (*quod extat in GV*) *inscriptum* ITEM *L* 29 *fort.* meriti nomine *om. R* nobilis] no* *M*[1] *corr. M*[1], nobis *V* *subscr.* V. II *CM*

II

Item ad eundem

Lumen apostolicum cum spargeret una triades
exciperetque novum mundus honore diem,
ut tenebras animae lux sementiva fugaret
et claram hauriret mens oculata fidem,
redditur avulsis spinis urbs Romula princeps,
principis egregii vomere culta Petri;
Paulus ad Illyricos Scythicas penetrando pruinas
dogmate ferventi frigora solvit humi;
Mattheus Aethiopos adtemperat ore vapores
vivaque in exusto flumina fundit agro;
bellica Persidis Thomae subiecta vigori
fortior efficitur victa tiara deo;
lurida perspicuo datur India Bartholomaeo;
Andreae monitis extat Achaia seges.
ne morer adcelerans, Martini Gallia prisci
excellente fide luminis arma capit.
Martino servata novo, Gallicia, plaude:
sortis apostolicae vir tuus iste fuit.
qui virtute Petrum praebet tibi, dogmate Paulum,
hinc Iacobi tribuens, inde Iohannis opem.
Pannoniae, ut perhibent, veniens e parte Quiritis
est magis effectus Gallisueba salus.
in sulcum sterilem vitae plantaria sevit,
quo matura seges fertilitate placet.
Heliae meritis alter redit imber aristis,
munera roris habens, ne premat arva sitis:
neu iaceant stupidis arentia iugera sulcis,
influit inriguae fonte perennis aquae.
in ramis heresis fidei pia germina fixit,
quodque oleaster erat pinguis oliva viret.
quae stetit exilis viduatis frondibus arbor
iam paritura cibum floret honore novo.

II *inde a v. 5 extat in P f. 56v, omissis v. 29—44 et 62 sq.* item] *om. B,* ITEM EIVSDEM *G* EPISCOPVM *add. B* 2 *ante* exciperetque *ras. 4 litt.* (a**s *ut vid.*) *M* 4 auriret *CDV* 5. 6 *extant in P* (*v. s.*), *deinde I, 2, 7—14, tum v. 7 sq.* 7 illyricos *CP*] illiricos *MGVBLR*, dyllyricos *D* scythicas *CPLM*^{2}] scythica M^1, sthyticas *R*, schithicas *GV*, schiticas *B* 8 docmate M^1, dogmata *D* 9 mattheus *CPGR*] matheus *MDVBL* aethiopos *CPDBLM*^{2}] aethiopus M^1, aethiopes G^1VR adtemperat *CPDGR*] attemperat *MBL* 10 ui*a*que M^1 *corr.* M^1 exhusto C^1P, exhausto G^1 (*corr.* G^2) *et in mg.* al. inexhausto 10 fundit] fudit *codd.* 11 tomae *CR* subiect* M^1 12 uicta tiara] uictara *R*, uictima et ara *G* (*corr. v. l.*), iuncta tiara *Ven.* 13 bertolomaeo M^1 14 monitis: ti *i. ras. 1 m. C* exstat *P* 15 adcelerans *CPMLR*] accelerans *GB* 16 excelente *M* 17. 18 *om. B* (*cf. 43. 44*) 17 sernato G^1 gallitia *M* laude M^1G^1V 19 dogmate paulum] docmatum *P* 20 hinc] hin *L* 21 panoniae *P* *eniens M^1, ueni*ns P^1 (*corr.* M^1P^1) quiritur *P* (quiritis *nominat., cf. Prisc. I p. 134, 2 H., Petron. p. 213 Buech.*) 22 gallisueba MG^1] gallisuęba *D*, galisueba *P*, gallisuerba *C*, gallisuera RG^2, gallicauera *BL* 25 reddit C^1P^1 27 iacent *P* fulcis *P* 28 infuit *D* *fort.* inrigua e f. p. aqua (inrigno e *vix ferendum*) 29—44 *om. P* 31 exilis] ex illis *L* frontibus G^1V 32 cybum *M* froret *C*

inponenda focis sine spe ficulnea tristis
praeparat ad fructum stercore culta sinum.
palmitis uva tumens, avium laceranda rapinis,
hoc custode bono non perit una lacu.
rebus apostolicis direxit vinitor antes,
arva ligone movens, falce flagella premens.
ex agro domini labruscam excidit inertem
atque racemus adest quo fuit ante frutex.
de satione dei zezania vulsit amara,
surgit et aequalis laetificata seges.
Martino servata novo, Gallicia, plaude:
sortis apostolicae vir tuus iste fuit.
pastoris studio circum sua saepta recurrens,
ne lupus intret oves, servat amore greges;
subportante manu trahit ipse ad pabula Christi,
montibus instabilem ne voret error, ovem.
cuius vox refluens plebi de fonte salubri
ut bibat aure fidem, porrigit ore salem.
hosti damna quidem, domino pia vota paravit
et commissa sibi dupla talenta refert,
vocem euangelicam expectans operarius almus,
ut sibi dicatur: 'servule perge bone:
quando fidelis enim mihi supra pauca fuisti,
supra multa nimis constituendus eris.
ecce tui domini modo gaudia laetior intra
proque labore brevi magna parata tibi'.
auditurus eris vocem, Martine, beatam,
sed Fortunati sis memor ipse tui.
quaeso precare, pater, videam tua gaudia tecum:
sic placeas regi poste patente Petri.
cum Radegunde humili supplex, pie, postulat Agnes,
ut commendatae sint tibi, sancte pater:
et crescente choro per carmina sancta sororum
conplaceant domino, te duce mite, suo;
atque adscita sibi servetur ab urbe Genesi
regula Caesarii praesulis alma pii,
qui fuit antistes Arelas de sorte Lerini,
et mansit monachus pontificale decus.

---

33 inponenda *CMLR*] imponenda *G* sine spe ficulnea] sine fruge ficulnea *G* (*corr. v. l.*), sine pecculnea *V* (sine ficulnea *Ven.*) 36 perit una *CMD*] perat una *R*, peritura *GVBL* (perit uua *vulg.*) lacu *dativ.* 37 apostholicis *CR* direxit uinitor antes *om.* G^1, direxit *om.* *V* (reb. ap. iuuit orantes . . . *Ven.*) 39 labruscam $CBLM^2$] lambruscam M^1DRG^2, lambrus G^1V (lambros excindit inertes *Ven.*) 41 dei] domini (dñi) *C* zezania $CMDV^2$] zezinia *ut vid.* V^1, zizania *GBLR* 43. 44 *om.* *R* *distichon inter agricolae et pastoris descriptionem intercedens non videtur ab interpolatore repetitum esse* (*cf.* 17. 18) 43 gallitia *M* 44 aposthólicae *C* 47 subportante *CPGR*] supportante *M* (s *i. ras. 1 m.*) *L* 48 ne uoret] deuoret D^1 *corr.* D^1 52 comissa *C* 53 euangelicam] ua *i. ras. 1 m.* *P*, eu*angelicam *M*, euuangelicam *R* expectans *CDGBL*] exspectans *PMR* 55 super *GV* 62 *ad finem om. P, sequitur X, 7, 55 sq.* post* M^1 patente] pante G^1V, pantente G^2 (post praeparante Petro *Ven.*) 63 agne* M^1 64 ut] et *D* sunt B^1R 65 criscente *C*, crenscente M^1 (*corr.* M^1?) 66 conplaceant *CMR*] complaceant *G* mitte CM^1 69 antistes *GBL*] antistis *D*, antestis *CMRV*

sedulitate patris proprias tuearis alumnas,
ut tibi proficiat hae bona si qua gerant:
unde inlustre caput cingas diademate pulchro
et grates dignas pro grege pastor agas.

III

Ad cives Turonicos de Gregorio episcopo

Plaudite, felices populi, nova vota tenentes,
praesulis adventu reddite vota deo.
hoc puer exertus celebret, hoc curva senectus,
hoc commune bonum praedicet omnis homo.
spes gregis ecce venit, plebis pater, urbis amator:
munere pastoris laetificentur oves.
sollicitis oculis quem prospera vota petebant
venisse aspiciant, gaudia festa colant.
iura sacerdoti merito reverenter adeptus
nomine Gregorius, pastor in urbe gregis.
Martino proprium mittit Iulianus alumnum
et fratri praebet quod sibi dulce fuit.
quem patris Aegidii domino manus alma sacravit,
ut populum recreet, quem Radegundis amet.
huic Sigiberchthus ovans favet et Brunichildis honori:
iudicio regis nobile culmen adest.
quo pascente greges per pascua sancta regantur
et Paradisiaco germine dona metant,
inmaculata pii qui servet ovilia Christi,
ne pateant rabidis dilaceranda lupis.
pervigili cura stabulum sine labe gubernet
commissumque gregem nulla rapina gravet.
muniat inclusos pretiosi velleris agnos
atque soporantes protegat ipse vigil.
florea divino pinguescat vinea cultu
et matura suo sit speciosa botro,

---

71 p. t.] proprias tuaris *D*, propria studearis *C* 72 hae *C*] haec *rell.* gerent *R* *subscr.* V. LXXIV *CMDV*

III *extat in P f. 76ᵛ post III, 29 sine titulo* *in R* (*f. 50ʳ, quat. VI in.*) *nova manus incipit. in Odonis abbatis vita Gregorii* (*Migne LXXI p. 121*) *adferuntur v. 1—4 et 11—15 passim interpolati* ad] VERSVS AD *B* TVRONICVS *M*, TORONICVS *R* 1 felicis *P* 2 uota *om. R* 3 exertus *MDGRC*^{2}] exestus *PBL*^{1} (*corr. L*^{1}), exercitus *C*^{1} (*corr. C*^{1}?), *cf. VII, 17, 11* 5 plebis *om. G* 6 mune** *P*^{1}, munenere *M* 7 quem] *i. ras. 1 m. V*, quae *G* 8 adspiciant (*M*) 9 sacerdoti *BL*] sacerdotii *CPMGR*, sacerdocii *D* 11—16 *om. P* 11 *cf. Greg. Tur. vit. S. Iuliani mart. c. 2 p. 803*^{a} *Migne. in G hoc scholion:* quia ipse Gregorius in monasterio sancti Iuliani (*cf. l. s. cap. 34 p. 820*^{c} *M.*) nuĩrcius (*debuit* nouicius) fuit et monachus 13 aegidii *vulg.*] egidii *codd.* 14 recreat *M*^{1} quam *D* radegundis *M*^{1}] radegundes *rell.* 15 sigiberethus *V*] sigiberotus *M* (c *sup. vers.*), sigiberchus *R*, sigiberthus *DGB*, sigibertus *CL* brunichildis *MGVR*] brunchildis *B*, brunchildes *C*, brunehildis *DL* honori] ori *i. ras. 1 m. V*, honore *D*^{1}*B*^{1}, honorat *Odon. vit. Greg.* 16 nubile *M*^{1} 17 gregis *R* 18 paradisiaco *M*^{1}*LR*] paradysiaco *CPGB*, paradissiaco *M*^{2} 20 rapidis *GVR* dilaceranda *G*^{1}*BL*] delaceranda *CPMDVRG*^{2} 21 guuernet *CPM*^{1} 23 muneat *M*^{1} 24 soporantes] sopores *G*^{1}, sapores *V* (fauore suo *Ven.*) 25 *om. D*^{1}, *suppl. in ora infima D*^{1} piguescat *G*, pinguiscat *CPM*^{1} 26 butro *CPM*^{1}

fructibus aeternis ut compleat horrea caeli,
 unde animae vivo fonte fluenta bibant,
ne sitis excruciet: digito quam Lazarus udo
 ignem ut leniret, tunc petebatur opem.
sed magis in gremio Abrahae vernante locandas
 pastor oves placido ducat ad astra sinu.
ut bene commisso sese duplicante talento
 introeat domini gaudia vera sui.
laetus agat sub clave Petri, per dogmata Pauli
 inter sidereos luce micante choros,
fortis Athanasius, qua clarus Hilarius adstant,
 dives Martinus, suavis et Ambrosius,
Gregorius radiat, sacer Augustinus inundat,
 Basilius rutilat Caesariusque micat.
quorum gesta sequens et dicta fideliter implens
 perpetuae vitae participatus ovet,
atque coronatus digna mercede laborum
 obtineat miles regis in arce locum.

IV

Item versus in natalicio Gregori episcopi, cum antiphona dicere rogaretur, in mensa dictum

Martini meritis per tempora longa, Gregori,
 Turonicum foveas pastor in urbe gregem.
conciliis sacris sis norma et vita piorum
 exemploque tuo crescat adeptus honor.
lumen apostolicum populis tua lingua ministret
 et caeli donum te radiante micet.

V

Item ad eundem de Iudaeis conversis per Avitum episcopum Arvernum

DOMINO SANCTO ET MERITIS APOSTOLICIS PRAECONANDO DOMNO ET IN CHRISTO PATRI GREGORIO PAPAE FORTVNATVS. Instigas, pater optime, seria curiositate, sincera tamen dulcedine, carmine elinguem proloqui et currere pigrum versu pedestri atque

---

27 fluctibus *D* 29 ne s*itis *G*, nescitis *DV* excruciet *GBLR*] excruet *CPMDV* d. q. l. u.] l. u. d. q. *L*[1] *corr.* *L*[1] quam] que *R* 30 liniret *ex* leniret *M*[1], lenieret *P* 31 uernante *CP* (nan *i. ras. 1 m.*) *BLR*] uenerante *MDV*, ueniante *G* 34 introeant *GV* 35 docmata *M* 37 anathasius *L* inlarius *P* adstant *CPML*] asstant *G*, astant *BR* 39 augustinus *MDGB*] agustinus *CPLR* 41 fideliter] feliciter *G* *subscr.* v. XLIV *CMD*, LIV *GV* *in P post 1 versum vacuum sequitur c. IV*

IV *sine titulo P* AD GREGORIVM EPISCOPVM *omissis reliquis L* item uersus *om. B* natalicio] natalicium *CM*, *per compend. rell.* GREGORI *CM*] GREGORII *DGBR* ANTIPHONA *D*] ANTIPHONAM *G*, ANTIFONA *B*, ANTIPONA *V*, ANTE FANA *CMR* MENSA *CMDB*] MS̄A (*i. e.* mensa) *G*, MESSA *R*, MISSA *V* (*inde vulg.*) 1 meritis] me meritis *C* 2 turonicum *L*] toronicum *CPMDBG*[2], tornicum *G*[1]*V* pator (p *i. ras. 1 m.*) *P* 3 piorum *Ven.*] priorum *codd.* 5 apostholicum *CP* 6 radiente *D* *subscr.* v. VI *CMDG* *in P sine spatio et titulo sequitur c. V*

V *epistulam om. P* ad eundem *om. L* ARVERNVM *CMDR*] ARVERNIS *GV*, ARVERN̄ (ERN̄ *i. ras. 1 m.*) *B*, *om. L* (*cf. v. 17*) 1 apostholicis *C*, apostoli *R* praeconendo *D* domino *GV* 2 opitime *M*[1] 3 dulcidine *M*[1]

de laude laudabilis et apostolici viri domni Aviti pontificis ex eventu occasionis inlatae etsi non aliqua compte, saltim comiter praelibare; cum in me non inveneris quod dictionis luculentia diligeres, sed deleres et, ut ipse mei sum conscius, habeas apud nos non quod tam probes quam reprobes: praesertim cum instans portitor per verba singillatim hianti fauce cadentia quasi gravis exactor non me tam fenora solvere cogeret quam pensaret. (2) Sub quo, licet illum praeceps iter inpingeret, mihi interanhelanti vix licuerit respirare, tamen praeceptis vestris, licet inpliciter expeditis, paremus devoti potius quam placemus, vobis reputaturi nescio magis an tempori, quod illi hoc iniungitur qui non habebat apud se nec modum nec spatium. sed obsequella morigeri, servitute devoti, quod a vobis in laude praedicti pontificis amore praecipitur, honore cantetur.

In venerabilibus famulis operator opime.
 condecet ut semper laus tua, Christe, sonet:
inspirans animum, votum effectumque ministrans,
 et sine quo nullum praevalet esse bonum,
lumine perspicuo fecundans pectora vatum,
 ut populis generent viscera sancta fidem,
supra candelabrum positi, quorum ore corusco
 dogmatis igne micans luceat alma domus,
et velut est oculus capitis qui dirigit artus,
 sic pia pastoris cura gubernet oves;
pectora pontificum ditans virtute superna,
 tu deus omnipotens, summe, perennis apex,
spiritus alme, sacri labiis infusus Aviti,
 per famulum loqueris, crescat ut ordo gregis.
qui non contentus numero quem accepit ab illo
 vilicus hic domini dupla talenta refert.
plebs Arverna etenim, bifido discissa tumultu,
 urbe manens una non erat una fide.
Christicolis Iudaeus odor resilibat amarus
 obstabatque piis impia turba sacris.
extollens cervix domini iuga ferre recusans,
 sic tumidis animis turget inane cutis.

---

1 apostholici *CR* 2 saltim *CBLR*] psaltim *M*, saltem G^2, *om.* DG^1 cum] eum *D* 3 luculenta *BL* diligeres BLM^2G^2] diligeris CM^1DG^1R deleres $BLRM^2$] deleris M^1DG, delegis (g *ex* r *1 m. ut vid.*) *C* quod dictionem luculentam diligeres quam [lutulentam] deleres *proposuit Mommsenus* ipsi *D* 4 nos: s *i. ras. 1 m. C* quod tam] tam quod *L* quam reprobes *om. R* 5 sigillatim *M*, silgillatim *R*, singilatim *L* exactor] *in* tor *rursus incipit A* (*f.* 22ʳ, *cf. ad 1, 12*) me $ACMRG^2$] in me DG^1BL 6 pensaret $ACMBLRG^2$] inpensaret *DV*, impensaret G^1, *fort.* pensa reddere fenore soluere cogeret quam pensare *Mommsenus* 7 interanelanti *DV* inpliciter *A*] impliciter CLG^2, simpliciter G^1 *ut vid.*, *idem v. l. in marg.* 8 deuoti] deo uoti (dōuoti) *A* reputatur* M^1, reputeturi *R*, reputetur G^2 nestio *C* 9 obsequella *Ven.*] obsequela BLG^2, obsequilla $ACMDG^1R$ 10 laudem *D* 11 cantetur] *fort.* cantemus *inscr.* ITEM *L*

1 operatur CM^1G^1V 2 concedet C^1P *post* ut *leniter interpungit Mommsenus* laus] lux G^1 *corr.* G^1 5 lumene P^1 7 sup** G^1, super *PV* quorum ore] quore *C* 8 docmatis M^1 9 uelud *C* oculos CM^1 10 guuernet *CP* *post* 12 *in P sequitur v. 137* 13—34 *om. P* 14 ordo *i. ras. G*, odor M^1V gregis *AC*] gregi *rell.* 15 numerum *A* accipit G^1V 16 hic] in *R* *fort.* domino 17 aruenna *AR* 19 resilibat $DBLG^2$] resilebat *A* (s *i. ras. 1 m.*) CMG^1V, resillebat *R* 21 recusat A^1 *corr.* A^1

quos in amore dei monitabat saepe sacerdos,
    ut de conversis iret ad astra seges.
sed caligosi recubans velaminis umbra
    pectora taetra premens cernere clara vetat.
venerat ergo dies, dominus qua est redditus astris
    ac homo sidereum pendulus iit iter:
plebs armante fide Iudaica templa revellit
    et campus patuit quo synagoga fuit.
tempore quo Christi repedavit ad alta potestas,
    ille quod ascendit, res inimica ruit.
hic tamen antistes Moysei lege rebelles
    adloquitur blande, quos dabat ira truces:
'quid facis, o Iudaea cohors nec docta vetustas?
    ut vitam renoves, credere disce senes.
lactea canities sapiat maiora iuventae:
    sensum pone gravem quo puerile fuit.
non pudeat meliora sequi vel tarda veternos:
    corpore deficiens crescat honore senes.
est deus, alta fides, unus trinus et trinus unus:
    personis propriis stat tribus unus apex.
nam pater et genitus, quoque sanctus spiritus idem:
    sic tribus est unum ius opus ordo thronus.
legifer hoc reboat, patriarcha hoc credit Abraham:
    hinc pater est nobis, est quia nostra fides.
tres videt aequales, unum veneratus adorat;
    unum voce rogat, tres quoque pelve lavat.
sic patruo similis Loth suscipit hospes euntes;
    quos cibat in Sodomis, hi rapuere Segor,
cum a domino dominus pluit igni triste Gomorrae:
    filius et pater est, a domino dominus.
qui tuus, ipse meus stat conditor atque creator:
    huius plasma sumus, qui est trinitate deus.
unius estis oves, heu, cur non uniter itis?
    sit rogo grex unus, pastor ut unus adest.

---

25 caligasi B^1L *cf. Greg. Tur. H. F. V, 11* relicto uelamine legis Mosaicae *etc. infra v. 91* (*2. Cor. 3, 13 sq.*) 28 ac] hac (h *i. ras. 1 m.*) *M* siderium *A* iit *CMDVRG²*] iuit *AG¹BL* 29 iudica *CM¹* 30 quo] qua *G¹*, quod *C* sinagoga *MB* *cf. Greg. l. s.* irruit super synagogam Iudaeorum multitudo tota sequentium destructamque a fundamentis campi planitiei assimilat 33 hic: i *i. ras. A* antistes *BLRG²*] antistis *D*, antestis *ACMG¹V* rebellis *G¹V* 34 adloquitur *AMB*] alloquitur *CGLR* dabit *C*, clamabat *R* 35—40 *extant in P post v. 62* 35 cohors *APDGL*] choors *B*, cohrs *R*, chros *C*, chors *M¹*, chorus *M²* 36 senes *ACPMDLRG²*] senis *G¹*, sens *V*, senex *B* 37 iuuentae *CMGVBL*] iuuente *APD*, iuuenta *vulg.* 38 sensuum *P* puer ille *M¹B* 39 ueternos] ueternus *CDGB* (*i. ras.*, *ex* uetustas *vel* uetustus?) *LA²*, ueturnus *P*, ueti*rnus *A¹*, ueternis *M²*, ueteranis *M¹* 40 senex *BL*, senis *G¹* *in P post 1 vers. vac. sequitur V, 8* 41—62 *extant in P post v. 140* 43 sancti *L* 44 sic: ic *i. ras. P* tronus *M*, thranus *G¹V* 45 credit] reddit *DG¹* 46 *fort.* et nobis est 47 aequales *PGBLR*] aequalis *ACMDV* 49 patruo *ACPDBLM²G²*] patruus *M¹G¹VR* suscipit *GL*] suscepit *ACPMDVBR* 50 hii *A* 51 *cf. Gen. 19, 24* igne *D¹*, ignem *D²* (*fort. D¹*) gomurrae *R* 53 corditor *P¹ corr. P¹* 54 dei *A* 55 uunius *M* quur *A* uniterites *CM¹*, unum iter itis *B²* 56 ut *ACPDG²*] et *MG¹VBL*, a.et *sic R* *Iohann. 10, 16 item adfert Greg. l. s.*

rennuis? an recolis quod canna Davitica pangit
    quodque prophetali virgine fetus agit?
in cruce transfixus palmis pedibusque pependit,
    sed corrupta caro non fuit ex tumulo;
post triduum remeans sanat nos vulnere longo:
    quod rediit caelis, testis et ista dies.
crede meis aut crede tuis, convicta senectus;
    si fugis ac trepidas, nec legis ista legens.
protrahimus verbum brevitatis tempore longum:
    aut admitte preces aut, rogo, cede loco.
vis hic nulla premit, quo vis te collige liber:
    aut meus esto sequax aut tuus ito fugax.
redde, colone, locum, tua duc contagia tecum:
    aut ea sit sedes, si tenet una fides'.
haec pia verba viris miti dedit ore sacerdos,
    ut sibi quo libeat semita cordis eat.
ast Iudaea manus, stimulante furore rebellis,
    colligitur, rapitur, conditur inde domo.
Christicolae ut cernunt tunc agmina Manzara iungi,
    protinus insiliunt qua latet ille dolus.
si fremerent, gladiis sentirent iusta cadentes:
    vivere quo possint aut daret arma fides,
legati occurrunt vati mandata ferentes:
    'nos Iudaea manus iam tua caula sumus.
ne pereant, adquire deo qui vivere possunt;
    si mora fit, morimur et tua lucra cadunt.
tende celer gressum: properes nisi praepete cursu,
    funera natorum sunt tibi flenda, pater'.
fletibus his victus rapitur miserando sacerdos,
    ut ferat adflictis rite salutis opem.
perveniunt quo clausa loco fera turba latebat,
    quae occurrens lacrimis ingerit ore preces:
'mens est tarda boni Iudaica iura tenenti,
    lucem sero videt praetereunte die.
sic oculis cordis velum est ab origine tensum,
    caecus ut ignoret quo via recta vocet.
sed tandem sequimur, pastor, quo saepe monebas,
    qui sale tam dulci currere cogis oves.

57 kanna dauicica *M* 58 quoque prohetali *C* *fort.* ait 60 caro *i. ras. 1 m. M* ruit G^1V 61 remeat *L* 62 caeli G^1 *post* 62 *in P sequitur v. 35* 63 aut] ac *R* 64 trepidas *GBL*] trepides *ACMDVR* nec legis CM^1DR] neglegis $AGVBM^2$, negligis *L* 65 protram*** G^1, protramius *V* longo *Mommsenus* 67 colliger C^1 *corr.* C^1 liber] loco *L* 68 fogax *C*, fucax *A* *cf. Greg. l. s.* ideoque si uultis credere ut ego, estote unus grex, custode me posito; sin uero aliud, abscedite a loco 73 *inter* ast *et* iudaea *spat. vac. 5 litt. M* 75 acmina M^1 manza G^1V *fort. scripsit* manzera (*cf. interpr. ad Sedul. carm. pasch. V, 256*) 76 protenus ACM^1R 77 freme** (fremens?) G^1, fremerens *V* (?) gladii M^1 78 u. q. possent aut d. alma fides. *Mommsenus* 79 occurunt *M* 81 atquire *R* 82 fit] sit *BL* 83 praepite CRG^2 85 hi* G^1, hic *V* uict*s *A*, uictis B^1 *corr.* B^1 86 adflictis *AMGBR*] afflictis *CL* 87 quod *R* loca G^1V 89 iud*aica iura*tenendi *C* 90 lucem] ducem *A* 91 si M^1 origene *CM* 92 uocet] mouet *G* (*vulg. v. l.*), uouet (*prior* u *i. ras. 1 m.*) *V*, ducet *R*

credentes iam crede tuos nec fallere falsis:
nos lavacrum petimus, sit tibi praesto lacus.
sensimus effectu quod agebas rite precando,
quod per te hominem nos deus ipse monet.
hinc trahit ad lucem quos texerat umbra negantes
militiaeque novae rex aperibat iter.
agmina conveniunt quondam diversa sub unum,
partibus et geminis fit deus unus amor.
hinc oleare ovium perfunditur unguine vellus
aspersuque sacro fit gregis alter odor.
ecce dies aderat qua spiritus almus ab alto
missus apostolicis fluxit in ora viris.
res sacra ruricolas, urbanos excitat omnes
certatimque aditus ad pia festa terunt.
abluitur Iudaeus odor baptismate divo
et nova progenies reddita surgit aquis.
vincens ambrosios suavi spiramine rores
vertice perfuso chrismatis efflat odor.
ingenti numero celebratur pascha novellum
ac de stirpe lupi progenerantur oves.
excepit populus populum, plebs altera plebem:
germine qui non est, fit sibi fonte parens.
undique rapta manu lux cerea provocat astra,
credas ut stellas ire trahendo comas.
lacteus hinc vestis color est, hinc lampade fulgor
ducitur et vario lumine picta dies,
nec festiva minus quam tunc fuit illa coruscans,
diversis linguis quae dedit una loqui.
quis, rogo, pontificis fuit illic sensus Aviti?
quam validus fervor, cum daret ista deo?
inter candelabros radiabat et ipse sacerdos,
diffuso interius spiritus igne micans.
tum sibi qualis erat, tam vera holocausta ferendo,
cum libeat vivo hostia viva deo?
si patriarcha placet, quoniam natum obtulit unum,
qui tantos offert quam placiturus erit?
Moyses non valuit fidei quos subdere nostrae
qui Christo adquirit, quod sibi munus erit?

95 nec] ne C 99 texerat: xera i. ras. 1 m. C 100 que om. DG aperiebat G^1 ut vid. 103 oleare V] oleari rell. (facilius coalescit forma correpta) hunguine M^1 ut vid. 106 apostholicis CR 107 ruriculas A omes G 108 que om. G^1 aditus ABL] aditos CMDGR ferunt A 109 iudaeos A 111 ambrosius AR suaui] siuani D, suisaui V^1, suiaui V^2 sparamine D^1 112 crhismatis C 113 ingente D, ingeniti R pascua D, pasca G 114 ac] ha*c A 117 cf. Gregor. l. s. flagrabant cerei, lampades refulgebant, albicabat tota ciuitas de grege candido, nec minus fuit urbi gaudium, quam quondam spiritu sancto descendente super apostolos Ierusalem uidere promeruit 117 manu] *anu M^1 118 cred*s M^1 stelas CM^1 iret M^1 cumas M^1 120 uario: o i. ras. M 121 n. f. m.] nec fuit illa manus L tunc] tam BL 124 quae R feruor om. B 126 diffusio L 127 dum G q. e.] quam liserat C olocausta C 128 uiuo BLR (ex uouo 1 m.) M^2] uiuum ACM^1DG^2 Ven., uinum G^1 deo $CBLG^1$] deum $AMDRG^2$ Ven. 130 qui: q i. ras. 1 m. C

fudit aromaticum domini libamen ad aram
    incensumque novum misit ad astra deo.
obtinuit votum, quia iunxit ovile sub uno,
    et grege de niveo gaudia pastor habet. —
Haec inculta tibi reputa, pater alme Gregori,
    qui Fortunato non valitura iubes;
adde quod exiguum me portitor inpulit instans
    et datur in spatiis vix geminata dies.
novimus, affectu potius quo diligis illum
    hinc quem corde vides semper et ore tenes.
hoc tibi nec satis est, huius quod es ipse relator:
    conpellis reliquos plaudere voce sibi.
non fuit in vacuum, quod te provexit alumnum:
    sic cui mente fidem, reddis amore vicem.
annuat omnipotens, longo memoraliter aevo
    ut tu laus illi, laus sit et ille tibi.
me quoque vos humilem pariter memoretis utrique
    et pro spe veniae voce feratis opem.

VI

Ad Syagrium episcopum Augustidunensem

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICA SEDE DIGNISSIMO DOMNO SYAGRIO PAPAE FORTVNATVS. Torpore vecordis otii, quo mens ebria desipit diutina tabe morbescente brutiscens, et velut ignavi soporis hebetante marcore suffectus, negotii indulti nulla mordente cura dormitans, cum videretur scilicet tam lectio neglegi quam usus abuti, neque nancisceretur quicquam occasionis ex themate quod digereretur in poesi, et, ut ita dictum sit, nihil velleretur ex vellere quod carminaretur in carmine, intra me quodammodo me ipsum silentio sarcofagante sepeliens, et, cum nulla canerem, obsoleto linguae plectro aeruginavissem, tandem nec opinato concaptivo meo, sed tamen ut arbitror vestrae felicitatis ad me sorte delato, quis, unde, quidve deferat dum percontor, de fili calamitate suae necessitatis, meae conpassionis, vestrae mercedis causas,

---

135 ouile *accus.* 137—140 *extant in P post v. 12* 137 inculpa *G* (*vulg. v. l.*) tibi] tibili *P* reputat *L* alma *C* 139 inpulit *ACPMR*] impulit *GL* 141—150 *om. P* 141 quo *ACMLR*] quod *DGB* 142 hunc *DG* uidis *C* et] it *A* 144 conpellis *ACMR*] compellis *GL* 146 sic] si *MR* fidem ACM^1G *Ven.*] fide $DBLRM^2$ 147 an*nuat (*eras.* a) *C* 149 memoretes CM^1 utrumque D^1, utrimque D^2 150 et] ut *G Ven.* uoci *A* *subscr.* v. CL *ACMD*

VI *om. V* SVAGRIVM *DBL*, SIAGRIVM *A* AVGVSTIDVNENSEM *GB*] AVGVSTIDINENSEM *M*, AVGVSTIDONENSEM *D*, AGVSTIDONENSEM *R*, AVGVSTIDVNENSIVM *A*, AVTIDVNENSEM *C*, *om. L* 1 apostholica *CMR* domno *om. G* syagrio *CM*] syagro *R*, suagrio *DBL*, siagrio *AG* papa *D* 2 uecordios *C* dissipit *R* brutescens G^2 3 soperis *A*, sopora *D* hebetante LG^2B^2] hebitante CMG^1B^1, habitante *DR*, habitantem *A* marcurae *D* suffectus] *fort.* suffitus indulti *AC*] indulgenti *MDGBLR* 4 u**eretur A^1 neglegi *ACGR*] nec legi *M*, negligi *BL* 5 occasiones G^1, occassionis *CM* temate *G*, timate *R*, tamate *C*, sthemate *B* quod *i. ras. 1 m. C* noesi *G* 6 nil *L* in] ** A^1 7 sarcophagante *M*, sarcofagente *G*, sarcofagant *R* sępiliens *C* et cum nulla] et eno inulla *D* canerem] *om. et in mg. add. 1 m. M*, caneram *R* obsoleto *CM*] obsoloeto *R*, obsolito *DBL*, obsuluto G^1, absoluto AG^2 8 eruginauissim *CMD*, *etruginauissim G^1 necopinat concaptiuo (con *i. ras.*) *M*, necopinato cumcaptiuo *R*, necopinatomn captiuo *sic D*, *fort.* n. o. conciui (*cf.* § *4*) 9 dilato *A* referat *D* percunctor *DBL*, perconcor *R* 10 fili *ACMD*] filii *GBLR* (conp. *ACMGR*)

indice singultu vix laxante, prorupit: quo voce intercepta tam viscerum maerore quam luminum flumine dum loqui non permittitur, ipso silentio patrem lacrimae fatebantur: quia, dum anxius in verbo genitor pendet nec exprimit, tacente faucis organo pupilla fletibus loquebatur. tantum est in caritate natura quod praevalet, ut parens ante se prodat affectu quam labio. (2) Fluebant igitur lumina suggestionem suam blandito ploratu conpunctam, ut etiam quamvis crudelem redderent lamenta clementem: inrigabant lacrimae tam semen miseriae quam frugem misericordiae: uno fonte manabant res maeroris et muneris, uno luctus et merces, ut unus rigans oculis alter bibens auribus quod iste torcularet in fletu ille apothecaret in fructu. (3) Itaque signo singulti fecit se intellegi mens captivi, et quasi specularitcr traxit maeror in facie qui videbatur angor in corde. unde inter tacentes causa rerum cognita, dum apud me valuit hoc fari quod flere, videbatur affectus mire sine lingua sic loqui. (4) Igitur cum me moveret lamentabilis concivis tam iactura quam patria, cum cernerentur vultus patris pietatis imbre perfundi, ut paene totus et ipse in alieno affectu migrarem, lacrimantes oculi querellas mihi fixerunt ad vicem incausti et admirabili modo aqua, quae delere solet, per fletus scripsit. quis enim flenti non crederet quem lapis non genuit? quem non humanitas flecteret quem partus tigridis non effudit? cum lentiscat blanditiis cursus pardi, virtus apri, dens leonis et moles elephanti. (5) Qui tandem sedato querellarum strepitu doloris sui prosperum te designat antidotum: scilicet dum aeger mente sibi poscit medellam, si se dignanter inpendat vestra lingua sit malagma. quo loquente media per verba me miscens, mihi de vobis credulus fidem feci homini, ex hoc per me te consuli, se non flere. (6) Restabat tamen conici, utrumne pro redemptione dirigerem: quod suboles valeret? an quod vobis proficeret? de conpendio cogitans, ne vilitate pretii depretiaretur tibi merces captivi; illud certe metuens, si caperetur in nummo, res periret in talento: praesertim cum desiderem, thesauros ex aequo te tuo frui cum martyre. (7) Quid vero pro munere modicitas proferret? cum in electione cunctarer, venit in mentem letargico dictum Flacci Pindarici:

pictoribus atque poetis
quaelibet audendi semper fuit aequa potestas.

considerans versiculum, si quae vult artifex permiscet uterque, cur [non], etsi non ab artifice, misceantur utraque, ut ordiretur una tela simul poesis et pictura? (8) Dehinc

1 singulti *1 m.*, singulto *2 m.* D proripit D quam] qua D, que R 2 patram G^1, patriam G^2 3 pendet *vulg.*] pendit *codd.* exprimit ABL] expremit MDG, expraemit C, premit R 5 fluebant *cf. X, 9, 30* saxaque uina fluunt al. fluat G *in mg.* sugestione (sugestionem G^1) sua bl. pl. erant conpuncta G^2 6 (conp. CGL) 8 memoris R uno] unde *codd.* 9 apotecaret C 10 singultu R, singultus BL intelligi L captiua G speculariter trahit R, peculiariter traxit B, pecualiariter (*om.* tr.) L speculariter eluxit maerori, in — uidebatur, angor i. c. *Mommsenus*, speculari pertraxit maeror, in — uidebatur, angorem i. c. *conieci* 11 me] rerum C^1 *corr.* C^1 12 flere] fleri ACBLR, fleri MDG 13 quam] quam et G 14 profundi R ipse] in se G 15 lacrimantes] quod lacr. G querelas L, quaerelas B, querella D^1 incausti $ACBLRM^2$] incauti DG^2, incautis G^1, inc***** M^1 et] *et C (*eras.* u *vel* a) a**mirabili C^1 *corr.* C^1 modo] pater modo R 16 deleri A 17 laentiscat G^1, laentescat G^2 18 blanditus A^1 moles M^1, malis R elephanti ACDL] ęliphanti R, elefhanti M, elefanti GB 19 querelarum (BL) 20 medelam (B)L impendat L malacma M^1 21 credulis (M) fici M^1DG^1 22 se] sed R coniici A utrumne] turumne M^2 *i. ras.* 23 redemtione R suboles CM^1DBLR^1] soboles AGM^2R^2 (conpendio G) 24 deprobaretur G certe *in C finit quat. VIIII f. 76ᵛ spatio 18 vv. vacuo relicto; f. 77ʳ incipit in* metuens (*cf. s. ad p. 103, 21*) 25 res periret] respiraret R thesauros] quo thesaurus G^1, quo thesauros G^2 26 aequo te tuo] aeque tua R martire R cum] et cum (M) 27 cunctaret (M), cunctaber R mente D letargico *vulg.*] litargico *codd. praeter* litargicum C 28. 29 *Hor. A. P. 9. 10* 29 quaelibet] quidlibet *Horatius* audendi semper] audendus est R fuit] fut M, profuit R 30 permiscet MB] permixcet L, permiscit ACDGR quur G [non] *om. codd.* 31 permisceantur L simul *om.* L et] sed LR

cum pro captivo velim versu suggerere, adtendens quae fuerint tempora redemptoris, quoto nos suae aetatis anno Christus absolverit, totidemque versiculis texerem carmen quot litteris, hac protenus operis difficultate repulsus aut magis difficulter inclusus tam metri necessitate quam litterarum epitome quid facerem, quo prodirem? nova calculatione angustus mihi numerus angustias dilatavit, quia praefixo termino non erat nec ubi se prolixitas excuteret aut brevitas angularet, nec evagari propter descendentes versus frenante repagulo orditura permisit. in quo quippe exordio supercrescente apice non licuit vel solvere vel fila laxare, ne numerum transiliens erratica se tela turbaret. (9) Hinc cura commoveor, ut duo per capita, duo ex obliquo, unus vero per medium descendentes integri versiculi legerentur. altera pars restiterat, quam inter omnes litteram meditullio conlocarem, quae sic reciperet omnem ut offenderet neminem. (10) Igitur huius telae cum licia numero collegissem, ut texere coeperam, et se et me fila rumpebant; incipiens ego opere propter absoluturo ligari, atque mutata vice, dum captivi solvere lora cupio, me catena constringo. nam huius opusculi quae sit hinc conicitur difficultas: ubicumque volueris, si addis, crescit linea; subtrahis, perit gratia; mutas, non consonant capita: figis nec fugis litteram. (11) Itaque cum penderet haec tela versibus laqueata, ut si duo transirem, adhuc tria non fugerem, ego incautus passer quasi mentita per nubila incurri pantheram, quia quod cavere volebam huc pinna ligabar, aut magis, ut dictum sit, velut plumis inlitis quinquifida viscatura tendebar; inter haec illud me commovens, quod tale non solum feceram, sed nec exemplo simili trahente ducebar. (12) His incertus et trepidus, ipsa novitate suspensus utrumne temptarem quae numquam adgressus sim, an cautius respuerem quam incaute proferrem, tamen, licet invitus, loquor paene quae nescio; et tu me vincis amore, ne vincar ab opere. ecce exigis a me et quod in me vix invenis; violentiam facis qui tuus, non rebellis est: extorques nec repelleris; amor blandus tyrannus est. (13) Vt hoc pararem conmercii, per incertum pelagi rudis nauta vela suspendi: affectu raptus deferor per fluctus et scopulos. urgues me praecipitem per ignota transire: quid est quod non obtineas? sicut amas, sic imperas. (14) Habes igitur opus sic uno textu quadratum, ut sit legendo quinquifidum; et cum sint triginta tres tam versus quam litterae, ad similitudinem Christi carnalis aetatis, qua nos absolvit unus resurgens, adhuc duo per capita, duo ex obliquo, unus quoque per medium legitur in

---

1 uelim: lim *i. ras.* *G* uersus (*AM*) (adtendens *ACR*) 2 absolueret *A* 3 quod *MDRG*^{1}, *corr.* *G*^{1} hac] ac *AM* protinus *M*^{2}*G*^{2} difficulter *AC*] difficultate *MDGBLR* 4 litterum *G*^{1}*R* epithoma *G*^{2} facerem] faceret*i *M*^{1} (*corr.* *M*^{1}?) quod *G* prodirem *AC*] proditorem *MDGB*, proditore *LR* 5 non erat] nouerat *G*^{1} 6 euagri *C*, euacari *A* discendentes *A*, discedentes *BL* 8 fila] frena *L* erratica] eradicas *AG*^{1}, eradicans *G*^{2}, erraticas *R* 9 oblico *AR* 10 descendentes *DLR*] discendentes *ACMGB* 11 litteras *A*^{1} *corr.* *A*^{1} medituilio *C* collocarem *AL* 12 c. l.] cum licea *A*, licia cum *L* collegissim *CM*^{1}*R* 13 opere *vulg.*] operi *codd.* propter] *fort.* prope (*ad* ligari) *vel* prope alterum absoluturo *ACDG*^{1}*M*^{2}] absolituro *M*^{1}*BL*, absoluturum *G*^{2}, absolitum *R* raeligari *R* 14 captiuis *M* nam] nam cum *BL* 15 hinc] haec *D*^{1} *corr.* *D*^{1} ubicumque] ubi cum *codd.* *praeter* ubi con *D* addes *R* subtrahis] si subtrahis *L* 16 figis] fingis *BL*, findis (*sed* ndis *i. ras.*) *G* literam *D* 17 tria *AGBL*] trea *CMDR* fugirem *A* 18 passar *D* mentita] menicia *G* pantheram *A*] panteram *CMDGBL*, panternam *R* quod] *fort.* quo 19 penna *BLG*^{2} ligabar *ADG*] legabar *CM*, legebar *BLR* plummis *A* 20 uiscatura tendebar] uescatur tendebar *C*, uescant itendebar *R*, uescata tendebar *D*, uescata tendebat *G*, uescat.atendebar *M*, uiscata tendebar *ABL* feceram] *corr. ex* felleram *ut vid. 1 m.* *M*, faceram *R*, *fort.* nondum feceram 22 quae] ne *G* 23 incautem *D* 24 uincis] uincens *C*^{1} inuenisti *G* 26 ut hoc *ACMDR*] in hoc *G*, ut in hoc *BL* conmercii *C*] conmertii *MR*, commercii *GL*, commertii *AB* suspe** *C*^{1} 27 deferor] deferror *A*, uae feror *G*^{1}, feror *G*^{2} scopulos *GL*] *1 m. ex* scopulus *C*, scopulus *DBR*, scopolos *A*, scopolus *M* urgues *B*^{1}] urges *LB*^{2} (*vel potius corr.* *B*^{1}), urguis *ACMDGR* 28 quid est] quidem *CR* optineas *L* 30 uersas *M* literae *G* 31 adhoc *G*^{2} oblico *A*

descensu: unde fit ut se finito versu littera non finiret, quia etsi indirecto pervenit ad terminum, tamen cursus illi superest in descensu, quia adhuc coniungitur in finali versiculo. (15) In meditullio autem parvi huius opusculi illam fiximus litteram quae inter viginti tres numeratur permedia ac tantas ante se respicit quantas et post se transilit, quia concurrentibus versibus et dividitur tota et manet integra res divisa. littera vero quae tinguitur in descendenti versiculo, et tenetur in uno et currit in altero et, ut ita dicatur, et stat pro stamine et pro trama currit in tramite, ut esse potest in pagina: licia litterata. (16) Ne tamen causa nos oneret, quod velut aragnaea arte videmur picta fila miscere: quod vobis conpertum est in Moysi prophetae libris, polymitarius artifex vestes texuit sacerdotis. unde, cum desit hic coccinum, res est texta de minio. versus autem ex obliquo descendentes ab angulis ratione stant, etsi positione succlinant. qualiter autem conexi sint singulive quid continent satis est prudentiae sine indice rem probare. (17) In summa, commendato me piae beatitati et exuberanti vestrae dulcedini, tribuentes petita confidenti vicarietate servitii, si placet, hoc opere parieti conscripto pro me ostiario pictura servet vestibulum. ora pro me.

---

1 descensu G^2] discensu *ACMDG*¹*BL*, discessu *R* se finito uersu] definito uersu *B*, se finito uersu de *R* litera *G* etsi indirecto] et sinu directo *BLR* 2 descensu *vulg.*] discensu *codd.* adhuc] adhuc non *C* 3 ophusculi *C* literam *G* 4 intra (*M*) per media *codd.* 5 uersibus *om. C* 6 quae tinguitur] quae et iungitur *BL* descendenti *BLR*] discendenti *ACMDG* 7 ut] *add. sup. vers. C*, *om. A* stramine *C* ut] ** ut *M* (*eras.* et) 8 potest] possit G^2 pagina per licia *Mommsenus* literata *D* ne *MGBL*] nec *ACDR* h*neret M^1, honeret M^2 quot G^1 uelud *G* 9 aragnaea] aragnea *A*, aragne *CMGLR*, aragnae *B*, araneae *G v. l.* (conpertum *ACMGR*) in] ut in *R* 10 polymitarius *vulg.*] polimitarius *C*, polymetarius *AMDB*, polimetarius *GLR* (*Exod. 35, 35*) uestis *A* texuerit G^2 sacerdotes *MDR* coccinum] coctina *G* 11 oblico AD^2 descendentes *CBLR*] discendentes *AMDG* 12 succlinant] sualinant *BLR* qualiter] qua littera *G* connexi *AB* singuliue *AC*] singuli uel *MDGBLR* continent *sic codd.* 13 summam G^1 conmendato *R*, commandato *L* me *om. A* piae] prae *MG* 14 dulcedine *ACR*, dulcidini *M* confidente R^1 15 opere] capere *G* usteario *CM*¹*R*, osteario *G* ora pro me *om. AR* *carmen hic descriptum extat in CMDG, spatium relictum est in R, adnotatum est in B:* deest illud opus insigne (*item ed. patr. Paris.*), *om. sine nota AL*

AVGVSTIDVNENSISOPVSTIBISOLVOSYAGRI

DIVSAPEXADAMVTFECITDATSOMNIADONEC
AVVLSACOSTAPLASMATAESTEVANECINPAR
FELICESPARITERDIPLOIDELVCISOPERTI
ORECORVSCANTESINTERPIARVRAIVGALES
RIPAEIVCVNDAENARIGRATAAVRAREDIBAT
TVRISDELICIAESATVRABANTVBEREFLATV
VNAFOVENSAMBOSFLOROSASEDEVOLVPTAS
NOTABONISREGIOPASCEBATTEMPEBEATOS
ATCVMTAMMAGNOPOLLERENTMAIVSHONORE
TOTAHOMINVMMIREPAREBATTERRADVORVM
OCCVLTVSMENDAXMOXEXERITARMAVENENI
SERPENSELATVSZELATORLARVEVSHOSTIS
ATROXINNOCVOSEVINCENSFELLENOCENTI
CONLISITSVASVQVOSGRATIADIVABEARAT
ETHOMODETERRATVMDENVODECIDITILLVC
REPTANTISQ:DOLOEOOISEXCLVDITVRORTV
HACNATIMORIMVRDAMNATILEGEPARENTVM
ATDEVSEXCELLENSAIEETDELVMINELVMEN
ECAELISOLIODVMMVNERAPROVIDETVLTRO
CASTAECARNERVDIVIVAXINTROIITAGNVS
PRODIITINDESALVSMATVTINIVELVCERNA
INTACTAEPARTVLVXERVITEXCITAMVNDVM
APATREIVREDS̄HOMODEHINCCARNEVSALVO
VTNOSERIPERETVILISEDETRAHITAVCTOR
OREGISVENALECAPVTQVODDECRVCEFIXIT
TELOVOCEMANVMALFACTVSVERBEREFELLE
ACTVHACSOLVISCAPTIVOSSORTECREATOR
SEROVERADATAESTVITALISEMPTIOMORTE
YMNOSVNDEDEOLOQVORABSOLVENTEREATV
ATVOSAETERNAESVFFVLTILAVDECORONAE
GALLORVMRADIIVOBISQVOFVLGEATETNOX
RVMPITELORAIVGISETSVMITISARMADIEI
IPSAVELIBERTASVOSLIBERATATQ:BEABIT

---

extat in CMDG, pictum ut II, 4; crux inter v. 1 et 2 rubra

1 OPVS *GM²*] OPOS *CM¹D* 2 FECIT: CI *i. ras. M* DON*EC *M* 3 INPAR *CD*] A *i. ras. M*, IMPAR *G* 4 DIPLOIDE] DYPLOIDE *G*, DYPLVIDE *CMD* 5 CORVSCA*TES *M* 6 IVCVNDAE] IOCVNDAE *codd.* 7 TYRIS *C* 8 AMBOS] MMBOS *D* VOLVPTAS: PTA *i. ras. M* 9 BONISREGIO: SRE *i. ras. 1 m. D* TEMPE *CMD*] NEMPE *G* BEATOS: AT *i. ras. M* 12 EXERIT] EX ERT *1 m.*, EXPERIT *2 m. D* 15 GRATIA: IA *i. ras. 1 m. D* BEARAT: B *i. ras. 1 m. D* 17 Q: *MDG*] QVE *C* OBTV *C¹ corr. C¹* *coactus insana scripsit et hic et v. 19* (*debuit* reptantisque dolo Eoo excluditur horto) 18 *totus minio pictus G* DAMNATI *Browerus*] DAMNATA *codd.* 19 AIE *pro* del? (*Mommsenus*) 20 SOLIO DVM MV *i. ras. 1 m. D* 21 CARNERVDI: NERV *i. ras. M* 24 DS̄ *MDG*] DEVS *C* 25 DETRAHTT *D* 27 MALFACTVS *CMD*] SOLFACTVS *G* 28 SORTE *C* CREATVR *M¹D* 29 VEPA *M¹* *ut v. 26* ueniale, *hic scribendum fuerat* uitali exemptio 30 APSOLVENTE *D* *subscr.* V. XXXIIII *M*

Augustidunensis opus tibi solvo, Syagri.

Dius apex Adam ut fecit, dat somnia, donec
avulsa costa plasmata est Eva nec inpar:
felices pariter, diploide lucis operti,
ore coruscantes inter pia rura iugales;
ripae iucundae nari grata aura redibat,
turis deliciae saturabant ubere flatu,
una fovens ambos florosa sede voluptas,
nota bonis regio pascebat Tempe beatos.
at cum tam magno pollerent maius honore,
tota hominum mire parebat terra duorum,
occultus mendax mox exerit arma veneni:
serpens elatus, zelator, larveus hostis,
atrox innocuos evincens felle nocenti
conlisit suasu quos gratia diva bearat.
et homo de terra tum denuo decidit illuc
reptantisque dolo Eoois excluditur ortu.
hac nati morimur damnati lege parentum.
at deus excellens aie et de lumine lumen
e caeli solio dum munera providet ultro,
castae carne rudi vivax introiit agnus.
prodiit inde salus matutinive lucerna
intactae partu lux eruit excita mundum:
a patre iure deus, homo dehinc carneus alvo,
ut nos eriperet, vili se detrahit auctor.
o regis venale caput, quod de cruce fixit,
telo voce manu malfactus verbere felle,
ac tu hac solvis captivos sorte, creator:
sero vera data est vitalis emptio morte;
ymnos unde deo loquor absolvente reatu.
at vos, aeternae suffulti laude coronae,
Gallorum radii, vobis quo fulgeat et nox,
rumpite lora iugis et sumitis arma diei:
ipsave libertas vos liberat atque beabit.

Da Fortunato sacer haec pia vota Syagri.

Captivos laxans domini meditatio fies.

Cristus se misit cum nos a morte revexit.

Dulce dei munus quo merx te care coronet.

Cara deo pietas animam dat de nece solvi.

VII

Item ad Felicem episcopum Namneticum

Sentio, summe pater, lumen venerabile cunctis,
urbis dulce caput, mihi nomen amabile, Felix.
amplectens quem corde gero pietatis in ulnis,
pondus suave meum (nec onus gravat istud amantem),
cur humilem me, summe, vocas loca visere blanda
quae te, care, tenent? tecum modularer in illis,
qua tua rura lavat vitrea Liger algidus unda.
Cariaci speciosus ager devexus in amnem,
hinc ubi flumen aquis recreat, hinc pampinus umbris
et crepitans Boreas pineta comata flagellat:
uber nempe solum, piscoso litore pulchrum,
sed Fortunato facies tua reddit amoenum.

VIII

Ad Gregorium episcopum post itiner

Culmen honoratum, decus almum, lumen opimum,
pastor apostolicae sedis amore placens,
amplectende mihi semper, sacer arce Gregori,
nec divulse animo, vir venerande, meo:
gaudeo quod rediit Turonis antistes honore
laetificorque mihi te remeasse patrem.
plaudimus instanter communia vota tenere,
civibus et patriae te revocasse diem.
praesentem famulum mecum commendo, sacerdos,
optantes longe vos moderare gregem.

a Ad eundem

Officiis generose piis, pater alme Gregori,
mente salutifera qui petis astra palam,
et quicumque tuis monitis animatur inermis,
militiae sacrae victor habebit opem;

VII item *om. GBL* NAMNON (*i. e.* NAMN̄: *sic ACM*) *DG* 1 sentio *vix sanum* summe* *C* (s *i. ras.*) lumen* (*eras.* et?) *C* 2 urbis] orbis *codd.* nomen amabile] nominabile *A* 3 pietatis] peccatis *D* 4 amante *C*, amente *A* 5 cor *A* uisire *AM*[1]*DG*[1] 6 te caro tenent] teacerent *A* modularer *BL*] modolarer *ACMGR*, modolareri *D cf. Claudian. 31, 47 Ieep.* (tecum modularis in aestu) 7 quae *D* uitrea] *i. ras. G*, uitre *V*, ustrea *C* 9 umbris *A*[1]*BL*] imbris *CMDGRA*[2] 10 pineta] picta *codd.* (tot picta *vulg. post ed. Par.*) 11 pisquoso *M* pulcrum *C* 12 fortunato] fortunatum *codd.* *subscr.* v. XII *AMDG*

VIII VIII—XIX *excepto c. XIV extant in P f. 77ᵛ sq. post 5, 40 sine titulis* itiner] ITINERE *ACMDG*[1]*R*, ITER *BLG*[2] (*fort. recte*) 3 arche *P* 4 deuulsae *A* 5 gaudio *M*[1]*GV* reddit *R* turonis *ed. Par.*] toronis *codd.* antestis *A* 9. 10 *om. P*, *sequitur f. 78ʳ carm. seq.* 9 pre*sentem *C* 10 optantes *ACDLG*[2]] obtantes *MBRV*, o**antes *G*[1] *subscr.* v. X *MDV*

VIII[a] (*sine numero codd.*) *titulum et v. 1—6 om. A* 3 inermis, *G*[1]*BL*] inermes *CPMDRVG*[2] 4 militia *CR* habibit *M*, bibit *C*

commendans humilem famulum me solvo salutem
semper amore pio, vir benedicte deo.
pagina si brevis est, non est brevis ardor amantis,
nam plus corda colunt quam mea verba canunt.

b Ad eundem pro libro praestito

Carmina diva legens proprioque e pectore condens,
participans aliis fit tibi palma, parens.
haec quoque, quae pridem tribuisti pastor ovili,
grates persolvens debite laudo libens.
vos tamen hinc maneant donaria celsa tonantis,
qui sacras inopi distribuistis opes.
quae cum percontare queam, pro munere tanto
tunc magis ore meo gratia vestra sonet. —
praesentem famulum Prodomerem, summe sacerdos,
commendo supplex, dulcis amore pater.
cui sua concedens iustae moderamine librae
crescat honore dei palma futura tibi.

IX

Ad eundem pro invitatione

Invitas pietate patris sacer ire Gregori
qua domini Turonis pascis amore greges.
quo sacer antistes meritis Martinus opimis
quas prius obtinuit, has tibi cessit oves.
nunc quoque per caulas et florea pascua Christi
rite gubernantes ducitis ambo greges.
sed mihi vim faciens vester modo frater honore,
ad vos ne properem nempe, retorsit iter,
saepe rogans voto, mandato et missile verbo;
et coniuratus sum sibi pollicitus.
vir bonitate placens et pastor pacis amator:
foederis ob studium sit veniale, precor.
vos quoque sed genitae propriae, venerande, salutant,
ast ego commender, quaeso, beate pater.

---

6 amare G^1V 8 quam] quem *D*, quae *R* *subscr.* v. VIII *MDV*

VIII^b (VIIII *AL*, *sine num. rell.*) PAESTITO C^1, PISTITO M^1 1 legis P^1 *corr.* P^1 e] in *BL*, in e *D* 2 parans *P* 3 quae] qui G^2, *om.* *L* 4 debito *C* 6 distribuistis: dis *ex* deus *ut vid.* 2 *m.* *P* 7 percontare A^1CPMR] percunctare $DBLA^2G^2$, percuncta** G^1, percuntase *V* (quae per cunctas nequeam pro munere canto *Ven.*) 9 praentem *P* prodomorem D^1 *corr.* D^1, prodememrem *R* 11 cui*sua (*eras.* u) *C* modoramine *B* 12 tibi] dei *LR* *subscr.* v. XII *MDG*

IX (*sic AMDG*, *sine num. CBLR*) ad] ITEM AD *B* 1 inuitas *Ven.*] inuitans *codd.* ire] iroe *P*, ipse *R* 2 quam D^1 (*corr.* D^1?) turonis *Ven.*] toronis *codd.* gregis *ACP* 3 antestis *A* 4 quas**prius (*eras.* ub) *C* 6 gubernantis *A*, guuernantis *C*, guuernanantes *P* gregis *A* 7—10 *om.* *P* 7 sed**mihi *C* uest** G^1, uesteri *V* (ueteri *Ven.*) 8 retrorsit *A* 9 misile *CR* 10 sibi *Ven.*] siue *codd.* 11 pascis *D* 12 neniale] uenerale *DV*, uenerande *G* (*vulg. v. l.*) 13. 14 *om.* *P* *subscr.* v. XIIII *MD*

X

Ad eundem pro commendatione mulieris

Summe pater patriae, specimen pietatis opimae,
dulce caput Turonis, religionis apex,
iugiter alta sequens, clementi corde Gregori,
unde animae decus est huc ratione petens:
quam commendasti venientem, celse sacerdos,
hanc redeuntem ad te suscipe more patris.
sis quoque longaevus cunctorum, care, recursus,
et mihi vel reliquis sit tua vita seges.

XI

Ad eundem de itinere suo

Iugiter opto libens, sacer amplectende Gregori,
cernere vos oculis, quaerere litterulis.
dulce videre mihi, at si desit copia cerni,
spes erit oranti vel dare verba patri.
nuper ab aspectu decedens concite vestro
per glaciem vitreas me loquor isse vias.
sed crucis auxilio, Martino operante patrono,
perveni ad matres salvus, opime pater.
quae vos multiplici veneranter honore salutant:
ast ego pro reditu vota salutis ago.

XII

Ad eundem salutatoria

Summe sacerdotum, bonitatis opima facultas,
culmen honore tuo, lumen amore meo,
officiis venerande sacris, pietatis alumne,
pignore amicitiae corde tenende meae,
florens in studiis et sacra in lege fidelis,
semper agens animae dona futura tuae:
te, pater, ergo precans terram freta sidera testor,
ut velis ore sacro me memor esse tuum.

X (*sic AMGL, sine num. CDBR*) COMMENDATIONEM *M* MVLIERVM *L* 1 opimae *AGBR*] opime *CPMD* 2 turonis M^1LG^2] toronis *rell.* rellegionis LB^2 3 clementi] t *ex* s *1 m. P*, clementer *C* corde] mente *G* (*vulg. v. l.*) 4 hunc *A* 5—8 *om. P* 5 quem D^1 (*corr.* D^1?) ueniente *CD* 6 mori *C* 7 sis quoque] sisque *D* 8 sege* C^1 *corr.* C^1 *subscr.* v. VIII *MD*

XI (*sic ADGBL, eras. C, om. MR*) 1 iugitor *L* amplectendo *D*, amplentende *C*, amplectens P^1 *corr.* P^1 2 oculos *D* 3 at si *ACP*] at*si (*eras.* l) *M*, at sit *R*, ac si *GVBL*, ac se *D* cernit *L* 8. 9 *om. P* 8 perueni: er *i. ras. 1 m. C* saluus $CBLG^2$] salus $AMDG^1R$ 9 uenerantur G^1VB *subscr.* v. X *MDG*

XII SALVTATVRIA *MR*, SALVTATORIO *C* 1 opime *M* 4 pignus *A* amicitiam *P* tenente G^1V *fort.* meo 6 futura* *G*, future *V* 8 me memor esse *AGV*] me me******* M^1, memor esse *C*, me meminisse *BLG v. l.*, me memenisse M^2, me memorare *P*, meminisse *DR*, *cf. IX, 8*, 8 *subscr.* v. VIII *MG*, VIIII *D*

XIII

Ad eundem pro pomis et grafiolis

Officiis generose piis, sacer arce Gregori,
absens fis praesens munere, summe pater:
qui mihi transmittis propria cum prole parentes,
insita cum fructu: surcula, poma simul.
det deus omnipotens, meritorum fruge repletus
mala legas avide quae paradisus habet.

XIV

Ad eundem de commendatione puellae

Cum graderer festinus iter, pater alme Gregori,
qua praecessoris sunt pia signa tui,
quod fertur convulsa iacens radicitus arbor
Martini ante preces exiluisse comis,
quae fidei merito nunc stat spargendo medellas,
corpora multa medens, cortice nuda manens:
fletibus huc genitor genetrixque puella,
voce inplendo auras et lacrimando genas.
figo pedem, suspendo aurem: mihi panditur ore
vix per singultus vendita nata suos.
quaero adhuc: questus perhibet nullo indice furto
furti ex obiectu hanc pater ire iugo;
se voluisse dare et iurantes ordine testes
nomine quemque tenens, nec potuisset egens.
non aderat iudex, erat accusator adurguens:
hic ego quid facerem, posse vetante, sacer?
'si pius hic', dixi, 'praesens Martinus adesset,
nil permisisset perdere pastor ovem'.
sed tamen invalui recolens te, summe sacerdos,
spem praecessoris qui pietate refers.
discute, distringe ac, si sit secus, eripe dulcis
et pater adde gregi: hanc quoque redde patri.
me simul officio famulum tibi, care, subactum
protege perfugio, pastor opime, pio.

XIII AD EVNDEM *in fine tituli* L GRAFFIOLIS *AGV* 1 generose] *prior* e *et* ro *i. ras.* C, generos*e L 3 parentis A 6 m*la M^1 paradisus ALC^2] paradysus C^1PMGBR *subscr.* v. VI *MDG*

XIV *om.* P (*cf. ad c. VIII*) *titulos huius libri reliquos om.* C ad eundem] ITEM AD EVNDEM B, ITEM L de] PRO L 3 quo G^2B^2 5 parcendo M^1 medelas *BL* 7 huc $ACMG^1V$] adfuit huc *DBLR*, affuit huc G^2 genitrixque L puella *ACDGBL*] puellae (*MR*) *Browerus, recte si probabile codicum supplementum accipias. alia cogitari possunt, ut* genitor [clamat] genetrixque puellam 8 inplendo *ACM*] implendo *GL* 10 singultos G uindita *AC* 11 quaero] quae uero L 12 obiectu $CBLG^2$] obiecto A, obiecti R, abiectu D, obitu G^1V, subiecto M^1 *corr.* M^1 iugo] iubet R 13 ordine] in ordine D testis A 14 potuissit CM^1 15 adurgues D, adurgens LB^2 (B^1 *corr.*?) 16 fecerim M^1 17 si pius] sepius D 18 permisisssit M^1 21 destringe C 22 patri: ri *i. ras.* G *subscr.* v. XXVI *sic* D

XV

Item ad eundem de commendatione peregrini

Vir bone, pro meritis adipiscens culmen honoris,
nobile praesidium, pontificale caput,
quem gradus et genium fructu pietatis opimo
dignius adtollunt amplificante deo:
ut tibi sit famulans memoratus amore benigno,
Fortunati humilis te, pater, orat apex.
hic peregrinus item laetetur, summe sacerdos,
pastorem et patriam te meruisse suam.

XVI

Ad eundem salutatoria

Pastor honoris apex, venerabilis arce sacerdos
et decus alme patrum, religionis amor,
gloria pontificum, meriti pia palma, Gregori,
adsurgente gradu nobile iure caput:
Fortunatus, opem tribui qui poscit Olympi,
per te, care pater, quo mereatur age.

XVII

Item ad eundem salutatoria

Visitat a vobis dignanter epistula currens
me, sacer antistes, vir pietate pater.
hanc avidus capiens oculis animoque recurro,
sospite te gaudens, quod referebat apex.
longius huc vestro sub nomine, papa Gregori,
pagina me recreet missa salutis ope.

XVIII

Dominis sanctis atque apostolicis in Christo patribus ecclesiae pontificibus Fortunatus

Gloria pontificum, veneratio Christicolarum,
norma sacerdotum, culmen et orbis honor,
qui loca perspicitis propriae mercedis amore,
succurrendo viris vester ut extet apex:

XV *titulum om. R* de] PRO *AL* 4 adtollunt *ACPR*] attollunt *MGBL* 5 ut] et *P* *subscr.* v. VIII *AMD*

XVI *titulum om. R* ad] ITEM AD *G* 2 religionis *ACGBP*^{2}] relligionis *B*, relegionis *P*^{1}*M*, rellegionis *L* 5 tribuit *C* olymphi *A*, olimpi *GBL* *subscr.* v. VI *AMDG*

XVII ad eundem *om. L* 1 uisitat a] uisita** *P*^{1} (uisitata *ut vid.*) dignantur *G*^{1}*V* epistula *AP*] epistola *rell.* 2 sacer: sa *i. ras. 1 m. P* antestis *AD*, antestes *P* 4 sospite: e *i. ras. A* 5 huic *R*, hu* *G*^{1}, hunc *V* gregorii *P* 6 op** (opis?) *A*^{1}, *corr. fort. A*^{1} *subscr.* v. VI *D*

XVIII *cf. X, 13* DOMNIS *R* APOSTHOLICIS *R* PRO COMMENDATIONE PEREGRINI *add. G* *titulus hic in BL:* AD EPISCOPOS PRO COMMENDATIONE PEREGRINI 1 christicolarum *L*] cristicolarum *ACPMR*, χpicolarum *GB* 3 mercedes *PM*^{1}*R* amore] honore *G* (*vulg. v. l.*) *V*

ecce venit praesens Italus, peregrinus et hospes:
  cernens pastores ne, precor, erret ovis.
qualiter ad patriam properet, solacia poscit:
  inveniat munus vos vagus exul inops.
me Fortunatum proprium pietate parentum
  conciliate polo, quaeso, precando deum.

XIX

Ad Aredium abbatem

Opto, benigne pater, verbo tibi ferre salutem,
  si minus hinc oculo cernere te valeo.
est etenim vestri tantus mihi cultus honoris,
  ut pro me occurrat hinc tibi missus apex.
quaeso, beate, tamen per dulcia pabula Christi:
  me quoque commemores, cum dabis ore preces.
munera credo dei tribui mihi, pastor Aredi,
  si Fortunati sis memor, alme, tui.
pro me etiam sanctam genetricem, care, salutans,
  cum redit iste puer, redde loquentis opem.
vos itidem genitae propriae, pater ample, salutant,
  Agnes amore pio cum Radegunde simul.

---

5 ospis P^1, ospes P^2 6 ouis *DGB*] oues *ACPMLB* 8 exsul *MG* 9 parentum] patronum *L* 10 conciliante C^1 (*corr.* C^1?), *cilliate M^1 po*o M^1 *subscr.* v. x *ADG*

XIX *titulum om. B* AREDEVM *B* 1 salutem] *ras. 3—4 litt. P*, salute M^1 2 oculo** (*eras.* te) *C* 3 est enim *A* uestri] mi *L* 4 hinc tibi *omissum addit 1 m. post* apex *L* 6 commemoris CPM^1 dapis C^1 (*corr.* C^1?) 8 tue *P* *in P post 1 v. vacuum sequitur IX, 6* 9 me] me* *M*, mea *A* genitricem *L* 12 redegunde *B* *subscr.* v. XII *AMGV*, XXII *D*

subscr. om. CB EXPLICIT LIBER V INCIPIT LIBER VI *AMDGB*, EXPLICIT LIBER V *et intermissis libri VI capitulis* VENANTI HONORI CLEMENTIANI FORTVNATI PRESB. ITAL. LIBER VI INCIPIT *L*

LIBER SEXTVS

I

De domno Sigiberctho rege et Brunichilde regina

Vere novo, tellus fuerit dum exuta pruinis,
  se picturato gramine vestit ager,
longius extendunt frondosa cacumina montes
  et renovat virides arbor opaca comas:
promittens gravidas ramis genitalibus uvas
  palmite gemmato vitis amoena tumet.
promittens flores gracili blandita susurro
  deliciosa favis mella recondit apes,
progeniem reparans casto fecunda cubili
  artifices natos gignere flore cupit;
nexibus apta suis pro posteritatis amore
  ad fetus properans garrula currit avis.
semine quisque suo senio iuvenescit in ipso,
  omnia dum redeunt gaudia mundus habet.
sic modo cuncta favent, dum prosperitate superna
  regia Caesareo proficit aula iugo.
ordine multiplici felicem in saecula regem
  undique cinxerunt lumina tanta ducum.
culmina tot procerum concurrunt culmen ad unum:
  Mars habet ecce duces, pax habet ecce decus.

I *extat in P f. 88ʳ post VII, 16 hoc titulo:* INCIP̄ VERSVS DE CLOTHARIO REGE   *tit. om. CR*   de] INCIP̄ VERS̄ DE *M*   domno *om. L*   SIGIBERCTHO *MV*] SIGIBERTO *DGB*, SIGEBERTO *AL*   ET BRVNICHILDE *A in indice capitulorum p. 5*] ET BRVNECHILDE *L*, *om. rell. cum A*   regina] *om. codd., cf. Iᵃ titul.*   1 fuerit **l**s dum (*eras.* tellus?) *L*   pruinis *GBLR*] proinis *ACPM*   2 gramine *CR*   uest** M^{1}, uestet CM^{2} ager *i. ras. 2 m. M*   3 montis *A*   4 ut *D*   uirides $PBLM^{2}$] uiridis GA^{2}, uiris A^{1}, uerides *R*, ueredes $M^{1}V$, ueredis *CD*   6 uites $ACP^{1}M^{1}$ 7 promittens C^{1}] praemittens C^{1} *ex corr. et codd. rell., expectes* praelibans *vel* permulcens, *sed in voce ex v. 5 repetita nihil amplius quaerendum*   susurro] *alterum* su *i. ras. 1 m. P*, sururro *G*, surrurro *V*   8 deliciosa *L*] delitiosa *G*, diliciosa *A*, diliciora *R*, dilitiosa *CPB*, sic diliciosa *M*   10 artifices *P*] artificis *rell.*   natos $CBLRM^{2}G^{2}$] natus $APM^{1}DG^{1}$ 11 posteritate *P*   12 ad fetus] ad fetos *CM*, adfectus *D*, adfectos *A* carrula *P*. garrola *AM*   13 semini *A*   iuueniscit *M*   16 profecit $CM^{1}R$ iugo *i. e.* coniugio   17 ordini *A*, ordinem *C*   19 culmen] culmin CM^{1}, culmina DG^{1} 20 pax] pars B^{1} *corr.* B^{1}

cunctorum adventu festiva palatia fervent,
    coniugio regis gens sua vota videt.
vos quorum inrigui fontis meat unda, favete:
    iudicio vestro crescere parva solent.

Felicem, sol, pande diem radiisque serenis
sparge comas, thalamos sincero lumine conplens:
Sigibercthus ovans, ad gaudia nostra creatus,
vota facit, qui nunc alieno liber amore
vincula cara subit, cuius moderante iuventa
conubium mens casta petit lasciva retundens;
ad iuga confugit cui nil sua subripit aetas:
corde pudicus agens, rector tot gentibus unus
et sibi frena dedit; sed quod natura requirit
lege maritali amplexu est contentus in uno.
quo non peccat amor, sed casta cubilia servans
instaurat de prole lares, ubi luserit heres.
    Torsit amoriferas arcu stridente sagittas
forte Cupido volans: terris genus omne perurit,
nec pelagus defendit aquis; mox vilia corda
subdit, vulgus iners: tandem dehinc sensus opimi
regis anhelantem placidis bibit ossibus ignem,
molliter incumbens et inhaesit flamma medullis.
regalis fervebat apex, nec nocte sopora
cordis erat requies, oculis animoque recurrens
ad vultus quos pinxit Amor mentemque fatigans
saepe per amplexum falsa sub imagine lusit.
mox ubi conspexit telo superante Cupido
virginea mitem torreri lampade regem,
laetus ait Veneri: 'mater, mea bella peregi:
pectore flagranti mihi vincitur alter Achilles,

---

22 uidet *BLRM*^{2}] uidit *ACPM*^{1}*DG* *post v. 22 intercidisse videtur distichon componendi epithalamii consilium enuntians* 23 inrigui] irrigui *Ven.*, inriguis *codd.* fontes *M*^{1}*BR*, *om. L* mead *C* unde *DG*^{1} fauente *DL* 24 iudici *C*^{1} *subscr.* v. XXII *MG*, XXV *A* *sequitur epithalamium spatio non intermisso (praeter D) sine titulo (praeter* ITEM *G), sed littera initiali distinctum. carmen quasi elegiacum in C reductis alternatim versibus scriptum* 25 radisque *C* 26 sparge *in prioris versus fine M* sincere *P* (conplens *P*) 27 sigibercthus] sigiberthus *B*, sigyberthus *M*, sigibertus *ADGBL*, chlothacharius *CP* (*interpolatio in codicum C et P archetypum invasisse non potest nisi Chlothario tertio quartove regnante. Bilichildem* (*v. 51. 101*) *hoc tempore tantum novimus Childerici Chlotharii III. fratris uxorem, cf. Fredeg. chron. cont. ad a. 660. 719. 673*) ouas *G*^{1} 30 recondens *C* 32 cordis *G*^{1}, corda *V* 34 legem *M*^{1} amplexu: am *i. ras. 1 m. P* contentum *A*^{1} 35 amors *C* subilia *ACM*^{1} 36 heres *om. C*^{1} 37 amore feras *M*^{1}*G*^{1} arcus *G*^{1} stridentes *D* 38 forte] ***te *M*^{1} perurit *BL*] peruret *ACPMDGR* 39 ne *G*^{1} pelegus *M*^{1} defendit *scil.* genus aquas (*R*) *vulg.* 40 opimus *DGBL* 41 anelantem *PM* bibit *BLR*] bibet *ACPMDG* 42 medulis *G* 45 pinxit *AGBLM*^{2}] pixit *DVR*, pi*xit *M*^{1}, picxit *C*, piexit *P*, finxit *coniecit Browerus, sed cf. Claudian. 10, 6 I.* mens omnis aberrat in uultus quos pinxit Amor (*sic Vatican. s. XI*, finxit *Laurentian. s. XIV*, uulnus quod fixit *Vossianus s. XIII*) menteque *C* 46 lu*sit *B*, luxit *A*, iussit *D* 47 telo] caelo *R* cupido] cubilo *C* 48 torrere *PR* 49 mea *P*] *sup. vers. add. 1 m. L*, hec *G*^{2}, iam *ed. Paris.*, *om. ACMDG*^{1}*VBR* (mea *et P et L ex coniectura scripsisse potest ut scripsit ex coniectura editor Venetus. aptius omnino* quae bella) 50 flagrante *PR* uincit *BL* achilles *BL*] achillis *ACPMDGR*

Sigibercthus amans Brunichildae carpitur igne,
quae placet apta toro, maturis nubilis annis,
virginitas in flore tumens, conplexa marito
primitiis placitura suis, nec damna pudoris
sustinet, unde magis pollens regina vocatur.
hoc quoque virgo cupit, quamvis verecundia sexus
obstet: amata viri dextra leviore repellit
ignoscitque sibi culpas quas intulit ignis.
sed modo laeta veni, quoniam te vota requirunt'.
   Mox Venus ambrosio violas admiscet amomo,
demetit ungue rosas gremioque recondit avaro.
et pariter levibus fregerunt nubila pinnis.
ut venere simul thalamos ornare superbos,
hinc Venus egregiam praeponere coepit alumnam.
inde Cupido virum, nubentibus ambo faventes,
et litem fecere piam; sic deinde Cupido
matri pauca refert: 'tibi quem promisimus hic est,
Sigiberethus, amor populi, lux nata parentum,
qui genus a proavis longo tenet ordine reges
et reges geniturus erit, spes gentis opimae,
quo crevit natale decus generosa propago,
ac melior de stirpe redit famamque priorum
posteritas excelsa fovet: hic nomen avorum
extendit bellante manu, cui de patre virtus
(quam Nablis ecce probat, Toringia victa fatetur,
proficiens unum gemina de gente triumphum)
perditheuberto pietas veniale
reddidit iste duos, pro ambobus sufficit unus.

---

51 sigiberethus] sygiberethus A^1, sygiberthus A^2, sigyberthus *M*, sygibertus *R*, sigibertus *DGBL*, chlothacharius *CP*   brunichildae] brunichilde *G*, brunichildi *A*, brunechildae *BL*, brunechilde *MDR*, biltchildi *CP*   igni *P*   52 thoro *MR*   nubilis RB^2] nobilis $ACPMDGB^1L$ (*cf. Verg. Aen. VII,* 35)   53 conplexa *PR*] complexa *ACG*   maritum *Ven.*   54 platitura *P*   dampna *AM*, dam C^1 55 unde *i. ras. 1 m. C* (*eras.* magis)   uocator *P*   56 haec *B*   quamuis] quiuis *R*, quam *A*   57 uiri dextram *Mommsenus, fort.* uirum dextra   58 ignuscitque *P*, ignoscetque *DG*   59 ueni* *G*   quoniam te] ō. te G^2 *i. ras.*   60 admiscet $BLRM^2$] admiscit CPM^1DG, admisit *A*   61 demetit CG^2] demeti* G^1, demetet *AMDVBLR*, demet *P*   ungue] inde G^1 auaro] auro P^1 *corr.* P^1 62 pinnis *ACPMR*] pennis *DGBL*   63 ut *ACPD*] *t M^1, et $GVBLRM^2$ uenere *GBLR*] uenire *ACPMDV*   thalamos *AGBLR*] talamos M^2, thalamus *CPDV*, talamus M^1 superbus *CDV*   64 praeponire CPM^1DV alumna *C*   65 copido CPM^1 67 promissimus *CR*   hic est *in sequentis versus initio MDV*   68 sigiberethus] sigyberthus *AMR*, sigibertus *GBL*, chlothacharius *CP*   69 reges $APRC^2M^2$] regis C^1M^1DGBL 70 genuturus P^1 spem *L*   opimae] ae *i. ras. M*   72 ac] hac *AB*   styrpe *CP*   73 fouit M^1, fauet *A*   hic] hi C^1 74—88 *om. P*   *post* 74 *in C eras. 9—10 litterae* (quam nablis?), *in R inter* 74 *et* 75 *intercedit v. 82* (*v. i.*)   75 quem nabilis *R*   toringia *G*] torrengia M^1, torengia *rell.*   faetetur *V*, faetetor CM^2, fetetor M^1D (*verbum in M sequentem versum incohat*)   76 per*ficiens *G*, perficiens *Ven. vulg. recte*   triumphum $GBLRA^2M^2$] triumph** C^1, trium*** A^1M^1, trium dñm *DV*, trium dominum C^2 77. 78 *om. DG, ille trium hic unius versus spatio relicto, sed in D* perdit *priori versui adhaeret* (*ut in MV*)   77 perditheuberto] perdit heubertho *C*, perdit | heubertho *MV*, perdit theoberto A^1, perdit theodoberto A^2, dñm (dominum *R*) perdit heuberto (heubertho *B*) *BLR*   ueniale | reddidit iste *BL*] ueniale reddidit iste *A* (*qui versus nusquam distinguit*) *M*, ueniale reddidit | iste *C*, ueniale | reddit iste *R et non distinctis versibus V*   *supra communis archetypi imaginem reddidimus* (per *in versus 77 initio ad corrigendum* proficiens *adscriptum erat*). *versus ita restituendus:* de Theudebercthо pietas ueni[t patrue]li. *cf. VI,* 2, 57 (*Theudebercthum Theuderici filium propter pietatem praedicat Gregorius H. F. III,* 25)   78 pro] p** (per?) C^1

cardinis occidui dominans in flore iuventae
iam gravitate senes tenerosque supervenit annos:
legem naturae meruit praecedere factis:
quamvis parva tamen nulli minor imperat aetas.
qui sensum mature regit generosius hic est
quisquis in angusto fuerit moderatior ·
sic fovet hic populos ipsis intrantibus annis,
ut pater et rex sit, nullum gravet, erigat omnes.
nulla dies sine fruge venit: nisi congrua praestet,
perdere plura putat, si non concesserit ampla.
gaudia diffundit radianti lumine vultus,
nubila nulla gravant populum sub rege sereno;
pectore maturo culpas indulget acerbas:
unde alii peccant, ignoscendo iste triumphat:
doctus enim quoniam prima est in principe virtus
esse pium, quia semper habet qui parcere novit,
corrigit ipse prius quod poscit ut alter emendet:
qui sibi censura est, reliquos bene lege coercet.
in quo digna manent quidquid de rege requiras,
solus amat cunctos et amatur ab omnibus unus'.
 Incipit inde Venus laudes memorare puellae:
'o virgo miranda mihi, placitura iugali,
clarior aetheria, Brunichildis, lampade fulgens,
lumina gemmarum superasti lumine vultus,
altera nata Venus regno dotata decoris,
nullaque Nereidum de gurgite talis Hibero
Oceani sub fonte natat, non ulla Napaea
pulchrior, ipsa suas subdunt tibi flumina nymphas.

---

79 iuuentae | iam Browerus] iuuentae | tam G, iuuentaet | tam V, iuuenta | etiam C, iuuenta | et tam AMR, iuuenta | tam DBL 80 grauitate BL] grauitati ADR, grauitatis CM, grauiter G senes ed. Par.] senos ACDGBLR, senus M tenerusque CG^{1}, tenerasque M, tenoresque D superuenit] praeter nit i. ras. C, superuent G^{1} annus D 81 natrae C^{1} abhinc versus non distinguit R 82 maior R (v. ad v. 74) imperat] impedit BL, inpedit $RM^{2}D^{2}$, inpendit $ACM^{1}D^{1}$, impetit GV 83 qui sensum mature regit A] quis insummatur regit CMDGBLR (insumatur R) generosior Ven. 84 augusto DGB in fine aeuo suppl. ed. Par. conicimus: quis sensum mature regit generosus [ut] hic est? quo quis in angusto fuerit moderatior [ede] cf. 2, 70 85 sic. Fouet A quasi in sic versus desinat populus CDG, populis A ipsis] ipsi si L 86 ut] et DGBL grauet erigat omnes] grauiter egit omnes ACMDG, grauiter regit omnes BLR 87 frugi GVM^{2} praestet BLR] praetestit ACM, praesit DG, versus vix correctus (intercidisse post 87 versum huius sententiae: perdere putat ea quae non soluit coniecit Mommsenus) 88 perdere priori versui addit M, perderi C putat] at i. ras. C, putet R 89—98 in C continentur scheda inter f. 83 et 85 ut f. 84 intermissa sed aliena a quaternione. versus prima manu scripti 89 de P cf. ad v. 74 radianti G] radiente D, radiante rell., fort. radiante [e] 90 serenum C^{1} 91 acerbos M^{1}, acerpas P 92 ignuscendo P 94 quia] quam C^{1} par**re P^{1} post 94 in ora infima erasum donatus enim quoniam prima est (v. 93) C 95 corregit CPMD ipse] ipsa P, in se D quos C^{1} corr. C^{1}, qui L poscet AC emendit CM^{1}, emendat P 96 requos C^{1} coercet PD] coercit CM, cohercet AGBLR 97 quidquid AR] quicquid rell. requires PM, quiras A hic versus et 7 sequentes propriis lineis R 98 cunctus M^{1} ab om. D 100 o uirgo] qui ergo D 101 clarior ad priorem versum trahit M brunichildis G] brunichildi AMR, brunechildi DBL, brunichil V, bilichildi CP post fulgens erasae 6 litterae M 102 lumina] l i. ras. 1 m. M 103 detata M^{1}, datata M^{2} 104 de] di PG^{2}, du G^{1} ibero L, hiberno G 105 ociani C sub] de L non nulla MDG napaea Ven.] naphea ACPBLR, nafea M, anaphea DG 106 pulchrior priore versu M ipse L suas] om. C, suos G^{1} nimphas G, nimfas M

lactea cui facies incocta rubore coruscat,
lilia mixta rosis: aurum si intermicet ostro,
decertata tuis numquam se vultibus aequant.
sapphirus, alba, adamans, crystalla, zmaragdus, iaspis
cedant cuncta: novam genuit Hispania gemmam:
digna fuit species, potuit quae flectere regem.
per hiemes validasque nives Alpenque Pyrenen
perque truces populos vecta est duce rege sereno
externis regina toris. super ardua montis
planum carpis iter: nil obstat amantibus umquam,
quos iungi divina volunt. quis crederet autem
Hispanam tibimet dominam, Germania, nasci,
quae duo regna iugo pretiosa conexuit uno?
non labor humanus potuit tam mira parare:
nam res difficilis divinis utitur armis.
longa retro series regi hoc vix contulit ulli:
difficili nisu peraguntur maxima rerum.
nobilitas excelsa nitet, genus Athanagildi,
longius extremo regnum qui porrigit orbe,
dives opum quas mundus habet populumque gubernat
Hispanum sub iure suo pietate canenda.
cur tamen egregii genitoris regna renarrem,
quando tuis meritis video crevisse parentes?
quantum virgo micans turbas superare videris
femineas, tantum tu, Sigibercthe, maritos.
ite diu iuncti membris et corde iugati,
ambo pares genio, meritis et moribus ambo,
sexum quisque suum pretiosis actibus ornans.
cuius amplexu sint colla conexa sub uno,

---

107 robore CMG^1 109 *praeter* d *in initio et* quans *in fine i. ras. 1 m.* P (numquam CGL) aequant] *in spatio vacuo* M^2 (t *i. ras.*), aequans ACP 110 *in initio 6 litterae erasae* M sapphirus CRM^2] sapphyrus AP, sappherus M^1, saphirus DL, saphyrus GB albo GV crystalla A] cristalla *rell.* zmaragdus ADGBL] zamaracdus CP, samaragdus M, smaracdus R iaspis *sequenti versu* M 111 g. h. g. *proprio versu* M 112—132 *om.* P 112 potuit quae ADBL] potuitque CMGR 113 hiemas A ualidasque BL] ualedas CM^1, ualidas *rell.* niues ABL] neuis CM^{1}DG^1, niuis RM^{2}G^2, *fort.* ualidas, nubes *cf. VI, 5, 209* pyrenen *Ven.*] phyrenen A, phirenen CMDBLRG^2, phirennen G^1 114 p. t. p. *priore versu* M 115 externis] terrenis *codd.* thoris G 116 planum *priore versu* M carpi* A^1 (nil *et* umquam *sic codd.*) 117 crederet autem | hispanam] *eodem versu* M, c. a. | hispaniam L, crederet saxam autem C (*quo comperimus Bilichildem istam Saxonam fuisse*) 118 dominam AGL] domnam *rell.* 119 q. d. r. *priore versu, et sic usque ad v. 137 versus fere ad arbitrium dissecti* M c. u. *om.* C (*118 et 119 uno versu*) connexuit LR 121 dificilis M 122 uix] *om.* DV, uis G 123 dificili M, difficilis A nisu peraguntur A] nisu peragantur CDGBLM^2, ni** ***peragantur M^1, nisi superagantur R, nisu superantur *ed. Par.* 125 regnum] regno *codd.* orbe] orbi *codd.* 126 diuis ACMG^1 guuernat M 127 hispanum *sic* C canendam A 128 r. r.] regna regna renarrem C, regna regnare. Narrem *sic* A 129 uide DV, uideam G^1 130 turbas MGBLR] turbat C, turba ADV uideris BLG^2] uiderit ACMDVR, uidere G^1 *ut vid.* 131 tantum] quantum *codd. praeter* quando R tu] to C^1, tum R sigibercthe] sigyberthe MR, sygeberthe A, sigiberte GBL, chlothachari* (*eras.* u) C maritos BL] maritus ACMDGR 132 diu iuncti] diiu iuncti L, deuincti C iugali G^1 135. 136 *om.* P 135 cuius] cuius in BL cuius *trisyllabum cf. VII, 5, 22. intercidisse versus quibus proles nuntiata fuerit coniecit Mommsenus; fort. v. 135 ponendus post v. 139* amplexus in D, amplexu si* G^1 unum L, una R

et totos placidis peragatis lusibus annos.
hoc velit alterutrum quidquid dilexerit alter:
aequa salus ambobus eat duo pectora servans.
unus amor vivo solidamine iunctus alescat:
auspiciis vestris cunctorum gaudia surgant,
pacem mundus amet, victrix concordia regnet.
sic iterum natis celebretis vota parentes
et de natorum teneatis prole nepotes.

I^{a}

De Sigiberctho rege et Brunichilde regina

Victor, ab occasu quem laus extendit in ortum
    et facit egregium principis esse caput,
quis tibi digna ferat? nam me vel dicere pauca
    non trahit ingenium, sed tuus urguet amor.
si nunc Vergilius, si forsitan esset Homerus,
    nomine de vestro iam legeretur opus. —
Sigiberethe potens, generosis clare triumphis,
    hinc nova te virtus praedicat, inde genus.
cuius rapta semel sumpsit Victoria pinnas
    et tua vulgando prospera facta volat.
Saxone Thoringo resonat, sua damna moventes,
    unius ad laudem tot cecidisse viros.
quod tunc ante aciem pedibus prior omnibus isti,
    hinc modo te reges unde sequantur habes.
prosperitate nova pacem tua bella dederunt
    et peperit gladius gaudia certa tuus.
plus tamen ut placeas, cum sit victoria iactans,
    tu magis unde subis, mitior inde manes.

---

136 peragatis *BLR*] pergatis *ACMDG* 137 uellit *CP* quidquid *A*] quicquid *rell.* 138 eat] a *et in marg. v. l. 1 m.* et *B*, et a *L*, et *D* seruans *CP*] seruiant *A*, seruat *MDGR*, seruet *BL* 139 alescat *GBL*] aliscat *ACPMR* 140 surgant *BL*] surgunt *rell.* 141 amet] ametet *A* regnet *i. ras. 1 m. C* 142 sic *PBLRG*^{2}] et sic *ACMDG*^{1} parentis *ACP*^{1} (*corr. P*^{1}) *M* 143 et] qui *P* teneatis] neatis *D* nepotum *P* *subscr.* explicit *DR*, *reliquum fol. 85*^{r} (*7 vv.*) *vacuum C*, *post 1 v. vacuum sequitur VI, 9 P*

I^{a} (I *A*, *sine numero rell.*) *extat in P f. 84*^{r} *post IX, 1* *tit. om. PR* de] VERSVS DE *ACMD*, ITEM VERSVS DE *GBL* sigiberctho] SYGIBERTHO *M*, SEGEBERTHO *A*, SIGEBERTO *L*, SIGIBERTO *CGB*, SIGIBERTI *D* REGI *CMD* BRVNICHILDE *DG*] BRVNICHILDAE *AC*, BRVNECHILDE *BL*, BRVNECHILDAE *M* REGINAE *ACM* 1 ortum *AMLRG*^{2}] ortu *CPDG*^{1}*B* 4 ingenium *ed. Par.*] iterum *codd. praeter* hinc iterum *A*, *cf. III, 15, 3* tuos *C* urguet *ACGMRB*^{1}] urget *PB*^{2} (*B*^{1} *corr.?*) *L* 5 uergilius *P*] uirgilius *rell.* forsitam *P*, forsan *DBL* esset] esset et *D* (*debuit* et esset) homeros *R* 7 sigiberethe] segiberethe *CP*, sigiberthe *ABR*, sigeberthe *D*, sigyberte *M*, sigiberte *GL* 9 uicta *P*^{1}, uictria *P*^{2} pinnas *ACP*^{1}*M*^{1}] pennas *GBLRP*^{2}*M*^{2} 10 uolant *GM*^{2} 11 saxone thoringo *ACGM*] saxone torinhgo *D*, saxone thorigo *R*, saxon et thoringo *BL*, saxona thoringo *P*, *legendum* Saxo et Thoringus *vel* Saxo Thoringo resonet *R*, sonat *BL* dampna *AP* 12 cecinisse *G* 13 isti *BLG*^{2}] ista *G*^{1}, iste *ACPMDVR* 14 reges *PBLRM*^{2}*G*^{2}] regis *ACM*^{1}*DG*^{1} 15 prosperitati *CP*^{1}*MG*^{1}*R* nouae *ACMG*, noue *P* 16 tuos *CDG*^{1} 17. 18 *om. P* 17 ut] et *D* tum *A*^{1} (*corr. A*^{1}?) sit *BL*(*G*) *Ven.*] sic *ACDR*, **sic *M* actans *G* 18 subis *BL*] subes *rell.*

est tibi summus honor, sed mens praecessit honorem,
    moribus ut vestris debitor extet apex.
iustitiae cultor pietatis amore coruscas:
    quod te plus habeat, certat utrumque bonum.
lingua decus virtus bonitas mens gratia pollent:
    ornarent cunctos singula vestra viros.
cunctorum causas intra tua pectora condis,
    pro populi requie te pia cura tenet.
omnibus una salus datus es, quibus ordine sacro
    tempore praesenti gaudia prisca refers.
catholico cultu decorata est optima coniux,
    ecclesiae crevit te faciente domus.
reginam meritis Brunichildem Christus amore
    tunc sibi coniunxit, hanc tibi quando dedit,
altera vota colens melius quia munere Christi,
    pectore iuncta prius, plus modo lege placet.
rex pie, reginae tanto de lumine gaude:
    adquaesita bis est quae tibi nupta semel,
pulchra modesta decens sollers * grata benigna,
    ingenio vultu nobilitate potens.
sed quamvis tantum meruisset sola decorem,
    ante tamen homini, nunc placet ecce deo.
saecula longa micans cara cum coniuge ducas,
    quam tibi divinus consociavit amor.

---

19 est] et *D* sumus *M* honor* (*eras.* e) *D* mens] men (m̄) *D* honore *R* 20 ut] et *BLR* debitor extet *PG*^{1}] debitor ext**t *M*^{1}, debitor extitit *CD*, debito restat *A*, debitus extet *RM*^{2}*G*^{2}, debitus extat *BL* 21 coruscat *BL* 22 *h. e.* utrum te magis habeat, *cf.* *2, 56* certet *L* (utrumque *CPGBL*) 25 condes *C*^{1}*PD* 26 requie] seque *D* 27 una] uana *P* quibus] qualis *codd.* (quali *Ven. vulg.*). 28 presente *P* refers] feres *C*^{1} *ut vid.* 29 coniunx *GBL* 30 ecclesi* *G*^{1}, ecclesia *G*^{2}, eclisia *C* domos *G* 31 regina *MDGR* brunichildem *G*^{2}] brunechildem *BL*, brunichilde *CG*^{1}, brunichildae *A*, brunechilde *MD*, brunchilde *P*, brunichildi *R* 32 sibi] tibi *G*^{1} (*enotavi:* tibi *G*^{1}, sibi *G*^{2}, *quod fortasse ad* tibi *eiusdem versus pertinet*) coniuncxit *C*, coniunxsit *ex* coniunxis *1 m. P* hanc] hant *P* 33 colens] colis *RM*^{2}, coles *rell.* munera *C* 34 pectora *DBL* 36 adquaesita] adqu**sita *G*^{1}, adquesita *PD*, atquaesita *CR*, atquesita *A*, adquisita *MBL* tibi] *bi *P* nubta *M*^{1} 37 pulcra *D* docens *R* solers *BL* *post* sollers *in BLG*^{2} *recte suppletum* pia *secundum 3, 9.* *cf. 1, 15, 103* (sollers et grata benigna *Ven.*, grata atque benigna *Browerus*) 39 tantum] **antum *M*^{1} meruisse *AC* sola decorem] *praeter* rem *i. ras. 1 m. C*, solam decorem *P* 40 ante] a*te (*eras.* a) *P* 41 *in M* (*f. 24*^{v} *col. 2 med.*) *eadem manus incipit quae f. 19*^{r} *ext. et 19*^{v} *conscripserat*, *cf. ad V, 1 init.* ducas] du *i. ras. 1 m. C*, decas *R*^{1} *corr. R*^{1} 42 diuinis consociaui* (t *eras.*) *P* *subscr.* v. XLII *ACMDG* (XL·IIII *D coniuncto scilicet cum subscriptione sequentis carminis numero*) *in P post 1 versum vacuum sequitur c. II*

II

De Chariberctho rege

Inclita magnarum processit gloria rerum
et de rege pio sparsit ubique decus.
quem gravitate animo sensu, moderamine legum
praedicat occiduus sol oriensque virum;
qui quadripertitis mundi sub partibus amplis
fructificante fide semina laudis habet:
hinc cui barbaries, illinc Romania plaudit:
diversis linguis laus sonat una viri.
dilige regnantem celsa, Parisius, arce,
et cole tutorem qui tibi praebet opem.
hunc modo laeta favens avidis amplectere palmis,
qui iure est dominus, sed pietate pater.
de Childeberctho veteres conpesce dolores:
rex placidus rediit, qui tua vota fovet.
ille fuit mitis sapiens bonus, omnibus aequus:
non cecidit patruus, dum stat in orbe nepos.
dignus erat heres eius sibi sumere regnum,
qui non est illo, laude loquente, minor.
Charibercthus adest, qui publica iura gubernans
tempore praesenti gaudia prisca refert.
in tantum patruo se prodidit esse sequacem,
ut modo sit tutor coniugis iste nepos,
qui Childebercthi retinens dulcedine nomen
eius natarum est frater et ipse pater.
quae bene defensae placido moderamine regis
in consobrino spem genitoris habent.
maxima progenies, generosa luce coruscans,
cuius ab excelsis gloria currit avis:
nam quoscumque velim veterum memorare parentum,
stirpis honorificae regius ordo fluit,

II (III *BL*) *tit. om. PR* DE *GBL*] VERSVS DE *ACMD* chariberctho] CHARIBERCTO *C*, CHARIBERTHO *M*, CHARIBERTO *AGBL*, CH *sic D* REGI *M*, *om. D* 1 inclyta *PLR*, incluuta D^1 (*corr.* D^1?) magnorum p. g. regum *G* 2 pio sparsit] pios pars sit *C*, pio spargit *DG* 3 sense C^1 legum] *i. ras. 1 m. L*, legam *D* 4 occiduu* C^1 (*corr.* C^1?) 5 quadripertitus *P*, quadriper**titis *M*, quadriperditis *R* ampli BLG^2 6 fructificantes *C* habent G^1 8 li*guis P^1 sonat una uiri] sonau*** P^1, sonat uiri P^2 9 regnante $ACPG^1$ 11 hunc* (*eras.* t) *A*, hinc *DG* auidis] audis *P* 13 childeberctho] childebercto *C*, childebertho *M*, childeberto *rell.* conpesce *ACPMR*] compesce *GL* 14 fauet G^1 15—22 *renovavit prior manus M* (*cf. ad* I^a, *41*) 16 orbe] urbe *codd.* 17 sibi sumere *praeter primam litteram i. ras. 1 m. C* 19 charibercthus] chariber*thus (t *eras.*) *P*, chariberctus *CMBR*, chariberthus *A*, charibertus *DGL* bublica *B* guuernans *PM* 21—26 *om. P* 21 patruos C^1 (*corr.* C^1?) 22 *i. ras. 1 m. C* sic *DG* (*in G* c *ex* t) *fort.* ipse 23 childebercthi *MR*] childebercti *C*, childeberti *ADGBL* r. d. n.] retinens retinens dulce non nomen (ñ nom̄) *D*, r. dulcidine n. *M* 24 natarum] natura *D* 25 qui D^1 d. p.] def placido *C spatio 8—9 litterarum relicto* 26 consobrino *G*] consubrino *ACMBLR* 28 curr** P^1 29 quoscumque *CPGLR*] quosquumque *A*, quascunque (*vel* quascũque) *M* memorarem *P* 30 ordo fuit D^1 (*corr.* D^1?), ordus luit P^1, ordo luit P^2

cuius celsa fides eduxit ad astra cacumen,
    atque super gentes intulit illa pedes,
calcavit hostes tumidos, erexit amicos,
    fovit subiectos conteruitque feros.
cur tamen hic repetam praeconia celsa priorum,
    cum potius tua laus ornet honore genus?
illi auxere armis patriam, sed sanguine fuso:
    tu plus adquiris qui sine clade regis.
quos prius infestis lassarunt bella periclis,
    hos modo securos pacis amore foves.
omnia laeta canunt felicia tempora regis,
    cuius in auspiciis floret opima quies,
per quem tranquille terrarum frugis abundat:
    devotis populis est tua vita seges.
cum te nascentem meruerunt saecula regem,
    lumine maiori fulsit in orbe dies;
posteritate nova tandem sua gaudia cernens
    crescere se dixit prolis honore pater.
qui quamvis esset sublimi vertice rector,
    altius erexit te veniente caput;
laetus in heredis gremio sua vota reclinans
    floruit inde magis spe meliore senes.
ante alios fratres regali germine natus,
    ordine qui senior, sic pietate prior.
praedicat hinc bonitas, illinc sapientia plaudit:
    inter utrumque decus te sibi quisque rapit.
de patruo pietas et de patre fulget acumen:
    unius in vultu vivit uterque parens.
quas habuere ambo laudes tu colligis omnes
    et reparas solus lege favente duos.
semita iustitiae, gravitatis norma refulges
    et speculum vitae dat pretiosa fides.
tranquillis animis moderatio fixa tenetur,
    qui portum in proprio pectore semper habes.
tempestas nullo penetrat tua corda tumultu:
    ne sensu titubes, anchora mentis adest.

---

32 peden P^1 33 h. t.] ostes tuos midos P^1, ostes tumidos P^2 34 fouit $BLRA^2M^2G^2$] fouet A^1CPDG^1, uit M^1 c. f.] conteruitque teruitque teruit sic P^1 36 cum priore versu M 37 armis: ar i. ras. 1 m. A patri P 38 tu] te BL atquiris R 39 infestus P^1 periclis] perica M^1 40 *hos M securo C 41 canent P^1 reg** M^1 42 **cuius M auspicii G op*ima (eras. t) M 43 quam C tranquille PDB] tranquillae ACMGL, tranquilla (R) fruges AG^1 (frugis nominativ.) habundant G^1, abun M^1 44 ***deuotis M 45 nascente C 46 maiore ACP urbe A 47 posteritate praeter pos i. ras. (2 m.?) C cernens in sequentis versus initio M^1 49 quamuis esset] quam ***** (eras. esset) P sublimis BL 50 te ueniente] euenite P 51 heredes P clinans sequenti versu M 52 florunt A senes AD] senis rell. (M proprio versu) 53 germane P 55 illic AR plaudit sequenti versu M 56 (utrumque CPGB) 57 fulget $ABLG^2M^2$] fulgit CPM^1DG^1R 59 lauda P 61 refulgens $GBLC^2$, refulgis P 63 tenatur P^1 65 nulla D penitrat C 66 anchora sic codd.

constantes animos non ventilat aura susurrans
nec leviter facili mobilitate trahit.
hinc bene disposito comitatur gloria cursu,
quod se mature mens moderata gerit.
consilium vigilans alta radice retractas
et res clausa aliis est manifesta tibi.
publica cura movens proceres si congreget omnes,
spes est consilii te monitore sequi.
hinc quotiens felix legatio denique pergit,
ingreditur caute quam tua lingua regit.
quod tam mirifico floret patientia cultu,
est tibi Daviticae mansuetudo vitae.
iustitiae rector, venerandi iuris amator,
iudicium sapiens de Salomone trahis,
tu melior fidei merito: nam principis ampli
Traiani ingenium de pietate refers.
quid repetam maturum animum, qui tempore nostro
antiqui Fabii de gravitate places?
si veniant aliquae variato murmure causae,
pondera mox legum regis ab ore fluunt.
quamvis confusas referant certamina voces,
nodosae litis solvere fila potes.
obtinet adveniens fructum cui iusta petuntur:
quem sua causa fovet praemia victor habet.
cuius clara fides valida radice tenetur,
antea mons migrat quam tua verba cadant.
spes promissa stat nullo mutabilis actu:
pollicitata semel perpetuata manent.
illa domus proprio de pondere tuta tenetur,
quae fundamento stat bene fixa suo.
cum sis progenitus clara de gente Sigamber,
floret in eloquio lingua Latina tuo.
qualis es in propria docto sermone loquella,
qui nos Romanos vincis in eloquio?
splendet in ore dies detersa fronte serenus:
sinceros animos nubila nulla premunt.

---

67. 68 *om.* *P* 67 uentulat *A* susurans *M* (rans *in seq. versu*) *R* 70 quod *priore versu M* moderate *P* gerit RG^2] geret *rell.* 71 concilium *D* retracta∗s (u *eras.*) *C* 72 maniffesta *P* 73 proceras P^1 sie congregat *P*, sicuti greget *R*, congreget *D* 76 qua *P*, qui *R* reget *C* 78 dauidicae (*M*) uitae *sic codd.*, uiae *Ven.*, lyrae *Browerus*, *fort.* fidae (*cf. Hesych.* σφίδες *et* σφίδη) 79 uenerande G^1R^1 (*corr.* R^1) 80 salamone $CMDG^1$ 81 merit∗ P^1 p. a.] principesampu *P*, principis am∗∗∗ C^1 82 ingenium] geiunium C^1 referet P^1, rofert P^2 83 maturam P^1 84 fabii B^2] fauii $ACPDB^1LM^2$, faui∗ M^1, faui *R*, fauuii *G*, *fortasse scripsit* fauii, *cf. Martyrius in Keilii gramm. lat. VII p. 181, 4* 88 nodosae] osae *i. ras.* *G*, nodose P^2 potis CPM^1 89 cui] i *sup. vers.* *B*, cum *M* iussa L^1 *corr.* L^1 90 quae D^1, quam G^1 92 cadunt *A* 93 promisso *Mommsenus*, *expectamus* stat promissa fides stat] stabit *G* 94 manet P^1 95 proprio de pondere] propriore pondere $ACMDRP^2$, propriare pondere P^1, propriore ponde G^1, propriori pondere BLG^2, proprio se pondere *Ven.* 97 genta *P* sigamber] sicamber *A*, pronatus *G* (*vulg. v. l.*), spronatus sigamber *M* (*dittographia ad* progenitus *versui inserta*) 98 tuo] o *i. ras. 1 m.* *M*, suo *C* 99 loquella *MG*] loquela *BL*, loquilla *ACPR* 100 romanis *P* 101 deterra *A* 102 animus *C*

blanda serenatum circumdat gratia vultum,
    laetitiam populus regis ab ore capit.
muneribus largis replet tua gratia cunctos:
    ut mea dicta probes, plebs mihi testis adest.
o bonitas inmensa dei, quae divite censu
    quod famulis tribuit, hoc putat esse suum!
erigis abiectos, erectos lege tueris,
    omnibus in totum factus es omne bonum.
protegat omnipotens pietatis munere regem
    et dominum servet quem dedit esse patrem.
cives te cupiant, tu gaudia civibus addas:
    plebs placeat famulans, rex pietate regat.

III

De Theudechilde regina

Inclita progenies, regali stirpe coruscans,
    cui celsum a proavis nomen origo dedit:
currit in orbe volans generis nova gloria vestri
    et simul hinc frater personat, inde pater.
sed quamvis niteat generosa propago parentum,
    moribus ex vestris multiplicatur honor.
cernimus in vobis quidquid laudatur in illis:
    ornasti antiquum, Theodechilde, genus.
mens veneranda decens sollers pia cara benigna;
    cum sis prole potens, gratia maior adest.
evitans odii causas micat ampla potestas:
    quae terrore minus, plus in amore venis.
mitis ab ore sonus suavissima dicta resultat
    verbaque conloquii sunt quasi mella favi.
femineum sexum quantum praecedis honore,
    tantum alias superas et pietatis ope.
si novus adveniat, recipis sic mente benigna,
    ac si servitiis iam placuisset avis.
pauperibus fessis tua dextera seminat escas,
    ut segetes fructu fertiliore metas.

---

104 laetiam *P* caput P^1 105 cunct** P^1, cunctus M^1 106 *fort.* ades 107 inmensa *ACPMGR*] immensa *BL* dei] *fort.* ducis (*vix poterit* dei *ad* famulis *trahi*) 108 famulus *P* 109 eregis *P*, eriges *M*, ereges *C* erector *P* 111 munera *A* regem *sequenti versu M* 112 domnum *R* 113 cupient *P* tu] tua *P*, te *BL* *subscr.* v. CXIV *MD* *in P post 1 versum vacuum sequitur c. III*

III *tit. om. PR* DE *CBL*] AD *AMDG* THEVDECHILDE *ACMD*] TEVDECHILDE *B*, TEVCHILDE *L*, THEVDECHILDAM G^1, THEODECHILDAM G^2 REGINAM *G* 1 inclyta *PLR*, i***ta *D* 3 orbe *PMR*] urbe *ACDGBL* uestri] *sequenti versu M*, nostri G^1 7 c. ex uobis *L* (quidquid *AM*) 8 ornati DG^1 antiquum] cum *D* theodechilde MG^2] theudechilde $ACPG^1B$, teudechilde *D*, teuchilde *L* 9 solers *PR*, soler C^1 kara *CPM* 10 grati *P* 11 euitans] et uitans P^1DR odi *P* causans *D* ampla] alma *G* (*vulg. v. l.*) 12 quae] qae P^1 terre *P* uenis] *fort.* uales 13 sonos M^2 resultat ACM^1DG^1] resultant $PBLRM^2G^2$ 14 conloquii *L*] colloquiis *M*, colloquii *rell.* 15 praecedes P^1 honore* (*eras.* m) *C* 16 op** A^1 20 ut] et *D* segetes *GBLR*] segites *ACPMD* fertiliare *P*

unde foves inopes, semper satiata manebis,
    et quem sumit egens, fit tuus ille cibus.
pervenit ad Christum quidquid largiris egeno:
    etsi nemo videt, non peritura manent.
cum venit extremus finis concludere mundum,
    omnia dum pereunt, tu meliora petis.
ecclesiae sacrae te dispensante novantur:
    ipsa domum Christi condis, et ille tuam.
tu fabricas illi terris, dabit ille supernis:
    conmutas melius sic habitura polos.
stat sine fraude tuum quod mittis ad astra talentum:
    quas bene dispergis has tibi condis opes.
quae domino vivis summos non perdis honores:
    regna tenes terris, regna tenenda polis.
sit modo longa salus pro munere plebis in orbe,
    felix quae meritis, luce perennis eris.

IV
De Berthichilde

Mens devota deo, Bertchilde corde coruscans,
    pectore sub cuius Christus amore manet,
despiciens mortale malum, vitalia servans
    unde fugis terras, hinc petis astra magis.
inmaculata micans nescis contagia mundi,
    sordibus humanis libera membra geris.
digna pudicitiae debentur praemia sacrae,
    virgo dicata deo, hinc rapienda polo.
ille tenet caelos cui tu conplexa videris:
    quo tuus est sponsus huc eris ipsa simul.
non cupis auro humeros nec collum pingere gemmis,
    sed melius casto pectore pura micas.
mutasti vestem, mutasti gentis honorem,
    cum thalamis domini sponsa iuganda venis.
quam meliore via meruisti vota tenere,
    quando creatori forma creata places!
pauperibus largas das esurientibus escas,
    nescit habere famem qui tua tecta petit.

---

21 foues *praeter* f *i. ras. 2 m.* *P* 22 tuos *D* cybus *M* 23 (quidquid *AMR*) 24 manet P^1 25 fines *A* 28 condis et] condisset *P* tuum G^1 29 terras M^1 *corr.* M^1 ile *P* 30 conmutas *CPMR*] commutas *GL* polus *A* 31 ta *hoc*, lentum *sequenti versu* *M* 32 dispergis] disperg *i. ras. 1 m.* *C* condes CDM^2 33 summus *A* perdes DG^1R 34 tenis CM^1 tenendo *Ven.* 35 sit] it *D* plebem *D* orbe $ACPR^1$] urbe $MDGBLR^1$ *corr.* *subscr.* v. XXXVI *ACMD* *in P sequitur c. IV*

IV *tit. om.* *R* BERTHICHILDE *ACPML*] BERTHECHILDE G^2, BERTECHILDE *DB*, BERTHECHILDA G^1 1 bertchilde LG^2] berchilde *P*, berthechilde DG^1, bertęchildę *B*, berthichilde *ACMR* coruscans] cans *sequenti versu, et similia saepe in sqq.* *M* 3 dispiciens *AB* ma*um P^1 4 fugi** P^1 5 (inmaculata *ACPMDGR*) 6 hominis *P* menbra *G* geres *AC* 7 sacra *A*, uitae *L* 8 hin *A* 9 conplexa *MR*] complexa *PGL* uideris] teneris *L* 10 huc] h *ex* e *1 m.* *P* 11 humeros *sic codd.* gemmis] membris *DG* (*vulg. v. l.*) 13 m. u. mutastis *CD* 15 meliore $ACPMG^2$] meliora DG^1BLR 17 largus *D*

qui sine veste iacet, tegmen pietate ministras:
    unde calet nudus, frigora nulla times.
te redimente pia captivi vincula laxant:
    quae solvis vinctos, libera semper eris.
distribuis censum nulli sua vota negando
    divitiasque tuas omnibus esse facis.
colligis in caelis quidquid dispergis in arvis:
    semina nunc fundens post meliora metes.
quidquid habet mundus fugitivo tramite transit:
    tempore tu modico semper habenda facis.
hic tibi longaevis sit vita superstes in annis,
    rursus in aeternum sit tibi vera salus.

V

De Gelesuintha

Casibus incertis rerum fortuna rotatur
    nec figit stabilem pendula vita pedem.
semper in ambiguo saeclum rota lubrica volvit
    et fragili glacie lapsibus itur iter.
nulli certa dies, nulli est sua certior hora:
    sic sumus in statu debiliore vitro.
dum gressu ancipiti trahit ignorantia fallens,
    huc latet ars foveae quo putat esse viae.
nescia mens hominum, quid sit, necis atque salutis:
    lucifer an vitae mors sibi vesper erit.
his premimur tenebris ignari sorte futuri,
    et vaga tam fragile haec tempora tempus habent. —
Toletus geminas misit tibi, Gallia, turres:
    prima stante quidem fracta secunda iacet.
alta super colles, speciosa cacumine pulchro,
    flatibus infestis culmine lapsa ruit.
sedibus in patriae sua fundamenta relinquens,
    cardine mota suo non stetit una diu;
de proprio migrata solo (nova mersit harena)
    exul et his terris, heu, peregrina iacet.

---

19 tecmen M^1 20 times] timens *codd.* 22 uinetos *D* heris *D* 23 sui *P* 25 quidquid] quicquid *codd.* aruis] astris aruis *D* 26 fundes *R* metes *BLRM*^{2}] metis *ACPM*^{1}*DG* 27 quidquid *AM*] quicquid *rell.* 29 longeuus *D* superstes *GBL*] superstis *CPRM*^{2}, s**perstis (*eras.* um?) M^1, suprestis *A*, superestis *D* 30 uer*a (*eras.* s) *C* *subscr.* v. xxx *ACMD* *in P sequitur VIII, 5*

V *tit. om. R* GELESVINTHA *G*] GHELESVINTHA *AM*, GELESVINTA *CDB*, GELEVSINTA *L* 2 ne G^1 pandula *D* 3 saeclum *AM*] seclum *B*, secum G^1, seculum *DRG*^{2}, saeculum *CL* 4 fragile *A* itur] i*** M^1 5 c. h.] cercior* hora *M*, centior hora *D*, certiorund *sic L* 6 debelliore M^1, debeliore *corr.* M^1 uite *D* 8 huc] hic (*M*) uia *D*, uiam *Browerus* *cf. Greg. H. F. III, 7* 9 necis *MGBLC*^{2}] nescis *AC*^{1}*D Ven. R* 10 an uitae] an *uitae *M*, amite *D*, an uita est *ed. Par.* sibi] ibi *M* *fort.* lucifer an uita est? mors sibi uesper erit? 11 forte *R*, *cf. Verg. Aen. X, 501* nescia mens hominum fati sortisque futurae (*cf. v. 9*) 12 fragile haec *RC*^{2}*G*^{2}] *sic, sed prior* e *i. ras. 1 m. M*, fragilem haec *AC*^{1}*DG*^{1}, fragile *BL* 13 tolletus M^1*R* tures D^1 14 iacit *C* 15 alia M^1 specioso *DB* pulcro *G* 18 una] **na M^1, *in G glossa:* scil. una ex illis 20 exsul et *DG*, exultet *MR*

quis valet ordiri tanti praesagia luctus?
stamine quo coepit texere flenda dolor? —
Cum primum algentes iungi peteretur ad Arctos
regia regali Gelesuintha toro
(fixa Cupidineis cuperet huc frigora flammis
viveret et gelida sub regione calens),
hoc ubi virgo metu audituque exterrita sensit,
currit ad amplexus, Goisuintha, tuos;
tum matris collecta sinu male sana reclinans,
ne divellatur se tenet ungue, manu.
bracchia constringens nectit sine fune catenam
et matrem amplexu per sua membra ligat,
illis visceribus retineri filia poscens,
ex quibus ante sibi lucis origo fuit;
committens secura eius se fasce levari,
cuius clausa uteri pignore tuta fuit.
tum gemitu fit maesta domus, strepit aula tumultu,
reginae fletu plorat et omnis honor.
in populi facie lacrimarum flumina sordent,
infans, qui affectum nescit, et ipse gemit.
instant legati Germanica regna requiri
narrantes longae tempora tarda viae.
sed matris moti gemitu sua viscera solvunt,
et qui conpellunt dissimulare volunt.
dum natae amplexu genetrix nodata tenetur,
praetereunt duplices, tertia quarta dies.
instant legati nota regione reverti;
quos his alloquitur Goisuintha gemens:
'si feritate trucis premerer captiva Geloni,
forsan ad has lacrimas et pius hostis eras;
si nec corde pius, cupidus mihi cederet hostis,
ut natam ad pretium barbara praeda daret;
si neque sic animum velit inclinare cruentum,
matri praestaret quo simul iret iter.
nunc mora nulla datur pretio neque flectimus ullo:
qui nihil indulget, saevius hoste nocet.
post uteri gemitus, post multa pericula partus
postque laboris onus quod grave feta tuli,
quae genui, natae matrem me non licet esse
ipsaque naturae lex mihi tota perit?

---

23 algentes *BLR*] algentis *ACMDG* 24 gelesuintha] ghelesuintha *ACDGB*, ghelesuinta *MR*, gelesuinta *L* thoro (*M*)*G* 26 *cf. VI, 10, 40* 28 goisuinta *DBL*, goissuintha *R* 31 bracchia *A*] brachia *CMGBLR* fune *ACBL*] fine *MDGR*, *cf. VII, 12, 3* 32 legat G^1 33 reteneri *C* 36 pignora *D* 38 plora M^1, ploret *A* omnes CM^1 41 instat *A* 43 moto A^1 *corr.* A^1, motu *D Ven.* uiscere *D* 44 conpellunt *ACMR*] compellunt *GL* dissimulate D^1 45 genetrix $AGBRC^2$] genetrex C^1M, genitrix *L* 48 quo *D* goisuintha *CR*] goysuintha *A*, ghoisuintha *DB*, goisuinta *MGL* 49 primerer A^1, premere *D* geloni] leoni *D* 50 erat *ed. Par., vulg.* 51 si nec] sine *D*, nec sine *A* 52 ut natam] unata *D* 53 sic *om. C* 54 iret iter] iretinet *D* 55 flectimus *ACDLR*] flectimur (*M*)*GB* 56 indulget] in***get M^1 57 post tuteri *R*, post humeri *D* 58 quod] quae *L* grana *D* tulit *M*

affectu ieiuna meo lacrimosa repellor,
 nec pietas aditum nec dat origo locum?
quid rapitis? differte dies, dum disco dolores,
 solamenque mali sit mora sola mei.
quando iterum videam, quando haec mihi lumina ludant,
 quando iterum natae per pia colla cadam?
unde, precor, tenerae gressum spectabo puellae
 oblectetque animos matris et ipse iocus?
post causas, quas regna gerunt, ubi maesta reclinem?
 quis colat affectu, lambiat ore caput?
extensis palmis quis currat ad oscula vel quae
 cervici insiliant pendula membra meae?
quem teneam gremio, blando sub fasce laborans,
 aut leviore manu verberer ipsa ioco?
nec te ferre sinu, quamquam sis adulta, gravarer,
 quae mihi dulce nimis et leve pondus eras.
cur nova rura petas illic ubi non ero mater?
 an regio forsan non capit una duas?
quae genuere ergo, lacerentur viscera luctu:
 gaudia cui pereunt, tempora fletus erunt.
plorans perdam oculos, duc et mea lumina tecum:
 si tota ire vetor, pars mea te sequitur'.
tum proceres famuli domus urbs, rex ipse remugit,
 quaque petisses iter, vox gravis una gemit.
progrediere fores tandem, sed turba morosa,
 solvere dum properat, se properando ligat.
hinc tenet affectus, rapit inde tumultus euntes:
 sic per utrasque vices flebile fervet opus.
alter abire monet, rogat alter amore redire:
 sic variante fide hic trahit, ille tenet.
dividitur populus per regna novella vetustus:
 stat pater, it genitus; stat socer itque gener.
qui vidit strepitum, patriam migrare putaret
 et quasi captivum crederet ire solum.
procedunt portis; serraco in ponte retento
 protulit hoc fletu Gelesuintha caput:
'sic gremio, Tolete, tuo nutribas, ut aegra
 excludar portis tristis alumna tuis?
quoque magis crucier, prodens mea vulnera luctu:
 stas felix regio, cur ego praeda trahor?

---

62 locim *D* 63 dum *CDGBL*] cum *AMR* 64 malo *D* sit mora] s*t *ora M^1 65 quando haec] qm̄ *D*, quoniam (*idem quod D*) *Ven.*, quomodo *G* laudant *DLR* 69 causas] *fort.* curas (*cf. IX, 1, 123*) regina *ACD* recline *A* 71 extentis *R* 72 membrae *D* 73 teneant *G* sub *om.* DG^1 (te *Ven.*) 74 *non scripsit* ut leuiore 75 sinu] man *sic L* quanquam *GL* 79 lacerantur D^1 *corr.* D^1 80 tempus G^1 *corr.* G^1 81 duc et] ducet *codd.* (*glossa in G:* ille portitor), ducent *Ven.*, *vulg.*, duces *Par.* (*cf. v. 148*) 84 quaeque (*M*), quamque G^1 petissis CM^1 85 foras (*M*) 86 se] sed *D* 88 sic super utrasque u. f. seruet o. *D* 91 per regna nouella *scil. Gelesuintha et ipsa regnare videtur* uetustas DG^1 92 id — idque ACM^1D 93 putaret] poterat D^1 95 serraquo *A*, serrago *MR* 96 gelesuintha *ACDGB*] ghelesuintha *R*, gelesuinta *M*, geleusinta *L* caput] ca*** M^1 97 tollete M^1R **tuo *M* 98 alum*na (*eras.* i) *C* 99 quoque RM^2] quodque ACM^1DGBL luctus *A*

antea clausa fui, modo te considero totam:
nunc mihi nota prius, quando recedo, ferox.
hinc te dinumero currens per culmina visu;
en ego de numero non ero sola tuo.
crudeles portae, quae me laxastis euntem
clavibus oppositis nec vetuistis iter!
antea vos geminas adamans petra una ligasset,
quam daret huc ullam ianua pansa viam.
urbs, pia plus fueras, si murus tota fuisses,
me ire aut ne sineres, cingeret alta silex.
pergo ignota locis, trepidans quidnam antea discam:
gentem, animos, mores, oppida, rura, nemus?
quem, precor, inveniam peregrinis advena terris,
quo mihi nemo venis civis, amice, parens?
dic, si blanda potest nutrix aliena placere,
quae lavet ora manu vel caput ornet acu?
nulla puella choro neque collactanea ludat:
hic mea blandities, hic mea cura iaces.
si me non aliter, vel nuda sepulchra tenerent:
non licet hic vivi? hic mihi dulce mori.
non fruor amplexu, neque visu plena recedo:
quae me dimittis, dura Tolete, vale'.
sic accensi animi lacrimarum flumina rumpunt,
fixus et inriguas parturit ignis aquas.
hinc iter arripiunt genetrix, nata, agmina flentum,
nec piget obsequii mater anhela sequi.
deducit dulcem per amara viatica natam,
inplentur valles fletibus, alta tremunt,
frangitur et densus vacuis ululatibus aer,
ipsa repercusso murmure silva gemit.
dat causas spatii genetrix, ut longius iret,
sed fuit optanti tempus iterque breve.
pervenit quo mater ait sese inde reverti;
sed quod velle prius, postea nolle fuit.
rursus adire cupit, via qua fert invia matrem;
quam proceres retinent, ne teneretur iter.

---

101 ante clausa *R*, ante***ausa G^1 102 prius] p**us M^1 prius *i. e.* primum, *cf. III, 24, 3* ferox *cf. 122* (*glossa in G:* ferox sc. quia me dimittis) 104 de] di *M* 105 laxastis] st *i. ras. G*, laxatis *C* 107 ligassit CM^1 108 ullam] unam LG^2, una DG^1 109 fuissis CM^1 110 me ire aut ne] meiretutne *M*, meirecatne *A*, meireca*tne (*eras.* u *vel* n) *C*, me ire at ne *BLR*, me ire ne *DG* (me ire ac ne *ed. Par.*, me ire ut ne *Browerus*) a*ta M^1 silix *M* 111 dicam *L* 112 gentem animos mores *Browerus*] gentem mores animos *ACMR*, gente mores *DG*, gentem an morem animos *BL* (mores gentem animos *Ven.*) 114 ciuis *GBL*] ciues *ACMDR* amici *C* 115 dic si] di**i *M*, dic sibi *R*, dic *D* nutrex C^1 116 ore AG^1 117 coro *M* neque] quae *vel* est quae *Mommsenus* conlactanea G^1 laudat *L* 119 me] mea G^1 sepulchra] pulchra *D* 120 uiuere *R* duce M^1 122 demittis *A* tulete ACM^1R 124 fixus] fixit *BL* partorit M^1 125 hic *D* genitrix *L*, genetrex C^1M 126 obsequi *A*, obsequio G^2 *v. l. fort. recte* (*pro* nec recusat), *fort.* ob senium 128 (inplentur *MG*) uelles G^1 129 ululantibus M^2 acer *D* 130 murmore *M* 131 spatiis *D*, statiis *Ven.* genitrix *L*, genetrex C^1M 132 obtanti *GBL* 133 preuenit *D*, *expectes* perueniunt, *sed cf. 235* reuerti] ru M^1, ruenti M^2 134 *om. D* 135 que *R* matre *C* 136 ne] nec *A* teneretur] ne *i. ras. 3 litt. 1 m. G*, peteretur (*M*)

haerebant in se amplexae pariterque reflexae;
 incipit hic gemitu Goisuintha fero:
'civibus ampla tuis, angusta Hispania matri
 et regio soli tam cito clausa mihi!
quae licet a Zephyro calidum percurris in Eurum,
 et de Tyrrheno tendis ad Oceanum,
sufficiens populis quamvis regionibus amplis:
 quo est mea nata absens, terra mihi brevis es.
nec minus hic sine te errans et peregrina videbor
 inque loco proprio civis et exul ero.
quaeso quid inspiciant oculi, quem, nata, requirant?
 quae mea nunc tecum lumina ducis, amor,
tu dolor unus eris; quisquis mihi luserit infans,
 amplexu alterius tu mihi pondus eris.
currat, stet, sedeat, fleat, intret et exeat alter,
 sola meis oculis dulcis imago redis.
te fugiente errans aliena per oscula curram
 et super ora gemens ubera sicca premam.
de facie infantum plorantia lumina lambam
 et teneras lacrimas insatiata bibam.
tali potu utinam vel parte refrigerer ulla,
 aut plorata avide mitiget unda sitim!
quidquid erit, crucior; nulla hic medicamina prosunt,
 vulnere distillo, Gelesuintha, tuo.
qua, rogo, nata manu cara haec coma pexa nitebit?
 quis sine me placidas lambiat ore genas?
quis gremio foveat, genibus vehat, ambiat ulna?
 sed tibi praeter me non ibi mater erit.
quod superest, timibundus amor hoc mandat eunti:
 sis precor o felix, sed cave — vade, vale.
mitte avidae matri vel per vaga flabra salutem:
 si venit, ipsa mihi nuntiet aura boni'.
filia tum validis genetricis onusta querellis,
 tristis, inops animi nec valitura loqui,
clausa voce diu, vix fauce solubile fandi,
 pauca refert (cordis vulnere lingua gravis):

---

137 reflexae] re*lexae G^1, replexe *D*, replexae *Ven.* 138 goisuinta *L*, gosuintha *D*, goinsuintha *C* 140 soli] sol* G^1, solis BLG^2 tam *i. ras. G* clausa* *M*, clausae *C*, **clausa *G* 141 zephyro *L*] zephiro G^2, zyphyro *C*, zyphiro $AMDG^1BR$ eorum M^1, ęuum *D* 142 tyrrheno tendis *AR*] tyrreno tendis $CMBLG^2$, ty *et erasae 10—12 litterae* G^1, tyrpe notentendis *D* (et de stirpe Nothi tendis a. O. *Ven.*) 144 quod est *CD* 145 arrans *D* *debuit* errans sine te 146 inquem *C* ciuis *BL*] ciues *ACMDGR* 149 lu*erit M^1, luseris *BL* 151 fleat] pleat M^1 152 sola meis *praeter* sol *i. ras. 2 m. M* oculi *C* 153 te** fugiente *C* errans aliena *i. ras. 13—14 litterarum 2 m. M* curam C^1DR 154 p*remam (*eras.* a) *C* 156 insatiatta *C*, insatiatia *D* 158 auidae mitiget *MR*, auida emitiget *C* 159 quidquid] quicquid *codd.* nula C^1 160 distello *AC* gelesuintha *ACMGR*] gelesuinta *DB*, geleusinta *L* gel. tuo *bis D* 162 bambiat ore gemes *D* 163 foueant *D* 165 quo* G^1 timibundus ACM^2] timebundus *DGBLR*, ***mibundus (*eras.* tre?) M^1 amor *om. D* 166 uade *i. ras. 2 m. M* 167 fabra M^1G^1, flaira *R* 168 *glossa in G:* boni] aliquid scil. de te. *cf. in appendice Σ f. 46ᵛ ad Sigismundum v. 6* sollicitis oculis uolitantia flabra recurro, quando uel unde tui nuntiet aura boni 169 genitricis *L* querelis *L* 170 tristis *GBL*] tristes *ACMR* 171 solubili *C* 172 **refert (*eras.* rc) *C*

'maiestas si celsa dei mihi tempora vellet
nunc dare plus vitae, non daret ista viae.
ultima sed quoniam sors inrevocabilis instat,
si iam nemo vetat, qua trahit ira sequar.
haec extrema tamen loquar et memoranda dolori:
hinc tua non tua sunt. Goisuintha, vale'.
oscula sic rumpunt et fixa ori ora repellunt;
dum se non possunt, aera lambit amor.
hinc pilente petens loca Gallica Gelesuintha
stabat fixa oculis tristis eunte rota.
e contra genetrix post natam lumina tendens,
uno stante loco, pergit et ipsa simul.
tota tremens, agiles raperet ne mula quadrigas,
aut equus inpatiens verteret axe rotas,
sollicitis oculis circumvolitabat amantem,
illuc mente sequens qua via flectit iter.
saepe loquebatur quasi secum nata sederet,
absentemque manu visa tenere sinu.
prendere se credens in ventos brachia iactat,
nec natam recipit, sed vaga flàbra ferit.
inter tot comites unam spectabat euntem,
sola videbat iter qua suus ibat amor.
plus genetrix suspensa animo quam filia curru:
haec titubans votis ibat et illa rotis.
donec longe oculo spatioque evanuit amplo
nec visum adtingit, dum tegit umbra diem,
ipsa putat dubios natae se cernere vultus,
et cum forma fugit, dulcis imago redit.
o nomen pietate calens, o cura fidelis,
quamvis absenti quid nisi mater eras?
fletibus ora rigans, lamentis sidera pulsans,
singula commemorans dulcia dura pia,
mobilis inpatiens metuens flèns anxia mater,
quid sequeris lacrimis? augurat altus amor?
illa tamen pergit qua trita viam orbita sulcat;
quisque suis vacuos fletibus implet agros.

---

173 magestas *G* si CLM^2G^2] sic AM^1DG^1BR celsa] calla D^1, calsa D^2 tempore *A*, temporea *R* uellet BLG^2] uellit $ACMDG^1$, uelit *R* 176 ira] ire *Ven.*, *expectes* illa, *sed cf. Ovid. her. 12, 209* quo feret ira sequar, *Sen. Med. 953* ira qua ducis sequor 177 extrema haec tamen DG^1 (e. h. tandem *Ven.*) 178 hic *D* ghoisuintha *GB*, goisuinta *L* 179 ora *om. D* 181 gallica *Ven.*] galliarum *codd.* ghelesuintha *GB*, gelesuinta (s *ex* u) *L* 183 e] *** M^1 *corr.* M^1, est *D* genitrix *L*, genetrex C^1M 184 uno stante] un*s tante C^1 loco *om.* M^1 et ipsa] e***sa M^1 *mater et filia pergunt, tantum locus stat* 185 tremeos *D* mala A^1 *corr.* A^1 186 aut*equus *A*, aut aequs *M* inpatiens *AMR*] inpaciens *CG*, impaciens *L* 187 circum *om.* M^1 189 nata] n*ta A^1 190 absenteque C^1, absentenque C^2 191 se] s** M^1 (se *pro* eam) uen*tos M^1 192 recepit *M* fabra *A* 193 expectabat *C* 194 uidebat iter] uidebatur *codd.* 195 genitrix *L*, genetrex C^1M, genetris *R* 197. 198 *om.* C^1, *supplet in ora inferiore* C^1 198 nec uisum adtingit *ACMR*] n. u. attingit *G Ven. BL*, nec tu sumat tangit *D* tetigit *D* 201 o cura] cura *D* 203 sydera *M* 205 inpatiens *AG*] inpaciens *CMR*, impatiens *L* 206—209 *i. ras. 1 m. C* 206 lacrimas *L* 207 urbita ACM^1D 208 uacuas *C*

inde Pyrenaeas per nubes transilit Alpes
quaque pruinosis Iulius alget aquis,
qua nive canentes fugiunt ad sidera montes
atque super pluvias exit acutus apex.
excipit hinc Narbo, qua litora plana remordens
mitis Atax Rhodanas molliter intrat aquas.
post aliquas urbes Pictavas attigit arces,
regali pompa praetereundo viam,
inclitus ille quibus vere amplus Hilarius oris
et satus et situs est ore tonante loquax.
Thrax Italus Scytha Persa Indus Geta Daca Britannus
huius in eloquio spem bibit, arma capit.
sol radio, hic verbo generalia lumina fundunt,
montibus ille diem, mentibus iste fidem.
hanc ego nempe novus conspexi praetereuntem
molliter argenti turre rotante vehi.
materno voluit pia quam Radegundis amore
cernere ferventer, si daret ullus opem.
saepe tamen missis dulci sibi dulcis adhaesit
et placide coluit; quod modo triste dolet.
Toronicas terras Martini ad sidera noti
inde petit lento continuante gradu.
Vingennae volucer transmittitur alveus alno:
turba comes rapidis alacris exit aquis.
excipit inde repens vitrea Liger algidus unda,
quo neque vel piscem levis harena tegit.
pervenit qua se piscoso Sequana fluctu
in mare fert, iuncto Rotomagense sinu.
iungitur ergo toro regali culmine virgo
et magno meruit plebis amore coli,
hos quoque muneribus permulcens, vocibus illos,
et licet ignotos sic facit esse suos.
utque fidelis ei sit gens armata, per arma
iurat iure suo, se quoque lege ligat.

209. 210 *om.* M^1, *supplet in ora inferiore manus quae incipit f.* 29^r (*cf. ad c. IX*) 209 pyrenaeas] pyreneas *L*, pyrheneas *C*, pyrrheneas *M*, pyrrhineas *R*, phyrheneas *ADGB* transilit *MBLD*² *Ven.*] transsilit, *sed* silit *i. ras. 1 m. G*, transibit *ACR*, transib** D^1 alpis *CMD* 210 quacumque *D* 211 qua niue] quamue *D* candentes *A* figiunt *D* 212 fluuias *C* 213 plena *L* 214 adax C^1, adarx *A* rhodanas G^2] rhodanus AMG^1BR, hrodanus *L*, rodanus *CD* (*sic* Oceanas aquas *dixit*) intret *MR* 215 attingit *C* 217 inclitus *AGB*] inclytus *CMLR* uera ampl*us (*eras.* i?) *M* 218 et satus] ***atus M^1, it satus M^2 e situs G^1 o. t. l.] oro tonante loquax horis *D* 219 thrax italus] trax italus *ACMBL*, traxit alus *DG* scytha] scitha *BL*, schitha *G i. ras.*, sestha *ACM* (*expunctum in M*), restha *D*, *om. R* (traxit recta aliis *Ven.*) daca *ABLR*] deca *M*, daga *C*, taga *G* (*glossae in G:* traxit] dacii gens *et* taga] taci gens), ca *D* britannus *DGBL*] britanus *MR*, brittanus *AC* 223 nouos A^1 (*corr.* A^1) *R* 224 argento C^1 *corr.* C^1 225 mater noluit *D* radagundis *C* 226 feruentem (*M*), ****enter G^1 d*ret *llus A^1 227 dulci sibi *om. R* 228 quo *MD* 229 turonicas (*M*) sydera (*M*)*BL* no*ti (*eras.* c) *G* 230 contineante M^1 231 uingennae $ACMG^1R$] uincennae *BL*, uigennae G^2, uigenne *D* 232 comes] comis *codd.* 234 harena *MGBLD*²] arena ACD^1R 236 i. m. f. i.] in mar* uncto C^1 *corr.* C^1 rotomagense *A*] rotomaginse *rell.* 237 thoro *G* uirgo] turgo *D* 239 permulgens *C* 241 arma] arma* (*eras.* t?) *C* 242 legat A^1

regnabat placido conponens tramite vitam,
pauperibus tribuens advena mater erat.
quaque magis possit regno superesse perenni,
catholicae fidei conciliata placet. —
O dolor insignis, quid differs tempora fletus
lugubresque vices plura loquendo taces?
inproba sors hominum, quae inproviso abdita lapsu
tot bona tam subito morte volante voras!
nam breve tempus habens consortia nexa iugalis
principio vitae funere rapta fuit.
praecipiti casu volucri praeventa sub ictu
deficit, et verso lumine lumen obit. —
Infelix nutrix audito funere alumnae
exanimum ad corpus vix animata volat.
ipsa inter famulas incumbens prima fideles
haec tandem potuit clausa dolore loqui:
'sic placidae matri promisi pessima nutrix,
te longe incolumem, Gelesuintha, fore?
sic extincta meum mea cernunt lumina lumen?
pallida sic facies, qua rubor ante fuit?
dic aliquid miserans, miserae mihi redde loquellas!
quid referam ad matrem, si remeare licet?
hoc sum per tantos peregrina secuta labores?
pro vice tale mihi munus, alumna, refers?
optabas pariter nobis vitam atque sepulchra:
quae tecum vixi, me sine passa mori [es]?
ordo utinam vitae iuvenique senique fuisset:
te stante incolumi me prius ire neci'!
vix planctus profert, vocem rapit alter ab ore,
nec valet una loqui quod videt aula gemi.
interea vehitur tristi lacrimata feretro,
soluit et exequias obsequialis amor.
ducitur, ornatur, deponitur, undique fletur,
conditur et tumulo sic peregrina suo.

---

243 conponens *AMGB*] componens *CL* uiam *A*^{1} 245 regno possit *L* perenim *M*^{1} *ut vid.* 246 catolicae *C* 247 insignis *BLRG*^{2}] insignes *ACMDG*^{1} difers *D*, differt *R* insignes q. d. tempore fletus *Ven.* 248 lucubresque *AM*^{1}*DR* pura *D* tacet *R* 249 inproba *AMG*] improba *CL* inprouiso *AMGB*] improuiso *CL* abdita] b *i. ras.* (*ex* d?) *M* *similiter Octaviae praetextatae codices v. 35* latentis fortunae impetu lapso *M*^{1} 250 morte] sorte *codd.* 253 casuolucri *C*, casu uolucrum *D* peruenta *BL* 254 defecit *MG*^{1} uerso] euerso *A* *glossa in G:* lumen] uitae illius, *cf. potius v. 261. 323* *Greg. H. F. IV*, 28 ad extremum (Chilpericus) eam suggillari iussit a puero mortuamque repperit in strato 255 nutrex *C*^{1}*M* alumine *C*^{1} 257 ipse *G* prima] prona *D* fideles] fidelis *codd. praeter* fedelis *C*^{1} 259 promisi *CLR*] promissi (*AMGB*)*D* perima *D* nutrex *C*^{1}*M* 260 incolumem *Ven.*] incolomem *CMGBL*, incolomen *AR* gelesuintha *AMR*] gelesintha *C*, ghelesuintha *DGB*, geleusinta *L* 261 meum] mecum *D* 262 palida *C* robor *M*^{1} 263 miserae] miserere *DR* rodde *D* loquellas *DG*] loquelas *BL*, loquillas *ACMR* 264 meare *L* 265 sum per] super *DG*^{1} 266 minus *M*^{1} refert *G*^{1} *ut vid.* 267 *i. ras. 1 m. C* uita *D* sepulcra *C* 268 uixi] uix *C*^{1} es *om. codd.* 269 iuueneque *G*^{1} fuissit *CM* 270 incolumi *L*] incolomi *ACMGBR*, incolome *D* me *om. D* 271 planctus] paucus *CMG*^{1}, paucos *ADBLRG*^{2}, paucis *Ven.* 273 intere* *M*^{1}, intera *C*^{1} tristicia *C*^{1} (*corr. C*^{1}?)

nascitur hic subito rerum mirabile signum:
    dum pendens lychnus lucet ad obsequium,
decidit in lapidem nec vergit et integer arsit,
    nec vitrum saxis nec perit ignis aquis. —
Fama recens residis germanae perculit aures,
    affectuque pio sic movet ora soror:
'hanc, rogo, germanae mandasti, cara, salutem?
    scripta tuis digitis hoc mihi charta refert?
sollicitis oculis expectabam unde venires:
    quale precata fui, non agis illud iter.
optavi Gallis te ut huc Hispania ferret:
    non te hic cara soror, non ibi mater habet.
extremo obsequio non huc Brunichildis adivi;
    si tibi nil vivae, mortis honora darem.
cur peregrina tuos non clausi dulcis ocellos
    auribus aut avidis ultima verba bibi?
officio tristi nihil inpendi ipsa sorori,
    membra manus faciem nec manus ista tegit.
non licuit fundi lacrimas nec ab ore resorbi,
    frigida nec tepido viscera fonte lavo.
nutritas pariter, iunctas regionibus isdem,
    cur ad mortis iter dividis, alte dolor'?
sicque relicta soror casu laceratur ademptae;
    haec vocat, illa iacet nec repetita redit.
germanae validos audit Germania fletus,
    quaque recurrit iter, questibus astra ferit.
nomine saepe vocans te, Gelesuintha, sororem,
    hoc fontes silvae flumina rura sonant.
Gelesuintha, taces? responde, ut muta sorori
    respondent: lapides mons nemus unda polus.
anxia sollicitans ipsas interrogat auras:
    sed de germanae cuncta salute silent.

---

post 277 *in V et item in Ven. continuo sequitur VII, 5, 38* (et repletus abit qui tua tecta petit) *ad finem carminis illius; in V deinde VII, 6, in Ven. VI, 6*   277 subidto *C*   278 lychnus] lichnus *ACMBLG*², lichinus *DG*¹*R*   ad *om. D*   opsequium *L*   279 uergit] *fort.* fregit, *cf. v. 366*   et *om. D*   *scholion in G:* hic intellegitur quia quidam emulus percussit eum et ideo cecidit. deinde missus in aquam ignis contra naturam arsit   *Greg. l. s.* post cuius obitum deus uirtutem magnam ostendit. lychnus enim ille, qui fune suspensus coram sepulcro eius ardebat, nullo tangente fune disrupto in pauimentum corruit, et fugiente ante eum duritia pauimenti tamquam in aliquod molle elementum descendit atque medius est suffossus nec omnino contritus: quod non sine grandi miraculo uidentibus fuit   281 recens *bis G*¹   residis] resides *codd.* (*glossa in G:* securas)   percullit *C*   282 a. p.] affectu pioque *D*   mouet *BL*] mouit *ACMDGR*   283 hac *D*   germano *C*¹ *corr. C*¹   284 scriptis *C*   tuis] ti *D*   charta *ACM*] carta *DGBLR*   285 expectabam *L*] sic exspectabam *vel* sic expectabam *AC* (sic *sup. vers. 1 m.*) *MBR*, sic expecto *G*, spectabam *D*   286 fui* (*eras.* s?) *C*   illud *** (*eras.* ire) *C*   287 *f. 27*ʳ *incipit rursus eadem manus quae f. 24*ᵛ *desierat* (*v. ad 1ª v. 41*) *M*   obtaui *GB*   hispania] pania *A*   ferret] ferret iter *C*²   288 non ibi] no*****bus *C*¹   289 obsequium *C*   hic *D*   brunihildis *G*¹   290 sit tibi *C*   nihil *G*¹*C*², n*** *C*¹   292 aut auidis] *i. ras., deinde eras.* duus *ut vid. C*, aut audis *D*   293 officio] officium *codd.*   inpendi *ACMGR*] impendi *L*   295 licua *D*   ab ore] a*bore (*eras.* r?) *C*   sorbi *D*   296 nec tepido] nocte pio *D*   297 hisdem *DGBR*   298 diuidas *G*¹   301 *om. B*¹, *suppl. B*¹   ualidus *D*   303 ghelesuinta *B*, ghelesuintha *G*, geleusinta *L*   304 syluae (*AR*)   rora *A*¹ *corr. A*¹   305 ghelesuinta *B*, geleusinta *L*   306 respondeant *C*   lapides] siluae *L*   polus] plus *M*¹   307 solitans *C*   intarrogat *D*   aures *A*   308 sed de] redde *ACD*

nuntius hic subito fluvios transcendit et Alpes
    maerorisque gravis tam cito pinna volat.
optandum fuerat, postquam loca cuncta replesset,
    tardius ad matrem hic dolor iret iter.
sed quod fama refert, qui plus amat, et prius audit,
    ac dubium credit dante timore fidem.
mox igitur matris iaculans dolor adtigit aures,
    anxia succiso poplite lapsa ruit.
audita de morte una mors altera pulsat,
    et paene incolumi corpore funus erat.
pallida suffuso tum Goisuintha rubore
    molliter haec anima vix redeunte refert:
'siccine me tenero natae solabar amore,
    ut mea nunc gravius viscera vulnus aret?
si nostrum iam lumen obit, si nata recessit,
    quid me ad has lacrimas, invida vita, tenes?
errasti, mors dura, nimis: cum tollere matrem
    funere debueris, sors tibi nata fuit.
o utinam mersis crevissent flumina ripis,
    naufraga ceu fusis terra natasset aquis,
alta Pyrenaei tetigissent sidera montes
    aut vitrea glacie se solidasset iter,
quando relaxavi te, Gelesuintha, sub Arctum,
    ut nec raeda rotis, non equus isset aquis!
hoc ergo illud erat, quod mens praesaga timebat?
    non posse amplexu vellere, nata, meo.
paruimus votis alienis, iussa sequentes;
    promissa existi non reditura mihi.
hoc erat altus amor, placida dulcedine natae
    quod teneris labiis ubera pressa dedi?
cur hinc lactis opem produxit vena mamillae?
    cur alimenta dedi nec habitura fui?
saepe soporantem furtiva per oscula suxi,
    ut leve dormires viscera subposui.
optasse extremum de te quid profuit illud,
    luderet ut gremiis parvula neptis avis?

---

309 fluios M^1, fluuius AC^1, montes *L* trancendit G^1 310 memoresque grau**tis (*eras.* at) *C* penna BLM^2G^2 311 replessit ACM^1G^1 315 dolor] mox *D* adtigit *AMR*] adtingit *C*, attigit *GBL* 316 anxi C^1 succisso *C* ruit *R*] fuit *rell.* 318 incolumi] incolomi *codd.* 319 suffoso M^1 tunc *A* goisuintha *AMR*] ghoisuinta *DB*, ghoisuintha *G*, goisuinta *L*, goisuiinta *C* rubore BLG^2] robore $ACMDG^1R$ 321 siccine *codd.* (succine B^1 *corr.* B^1) nata *A* solabor G^1 323 si — obit *i. ras. 1 m. C* si nata] sa naa *D* **recessit (*eras.* *e) *C* 324 inuida] inuita *D* 325 e. m.] erras timor G^1 326 debueras *BLR*, deuberis *C* 327 creuissint CM^1 328 naufragra caeusisterra *D* natassit CM^1 329 pyrenaei] pyrenei *L*, phyrenei *CM*, phyrinaei *D*, phyrinei *AGB*, phynerei *R* tetigissint CM^1 sydera *M* montis *D* 330 solidassit C^1M^1, solidasit C^2 331 gelesuintha *ACMR*] ghelesuintha *DGB*, geleusinta *L* arctum] arcto *codd.* 332 raeda] reda *BR*, rheda *rell.* non equus] *expectamus* nec ratis isсit CM^1, is*sit A^1 333 illut *C* *inter* 333 *et* 334 *pentameter cum hexametro intercidisse videtur* (*huius fere sententiae:* cum tibi discedens ultima uota dedi | cumque uidebatur fati te dira potestas) 337 *amor (*eras.* h?) *A* placidae *B* dulcidine *M* 341 soporantem BLM^2G^2] suporantem M^1G^1, suborantem *C*, superantem *ADR*, *fort.* soporatam suxti *Mommsenus* 342 leues d. uisceras C^1 (*corr.* C^1?) subposui *ACR*] supposui *MGBL*

nec felix vota aut infelix funera vidi:
perdidit heu nimius hoc labor, illud amor'.
partitis lacrimis soror hinc, inde anxia mater,
vocibus haec Rhenum pulsat et illa Tagum.
condolet hinc Batavus, gemit illinc Baeticus axis,
perstrepit hoc Vachalus, illud Hiberus aquis.
tot lacrimas stillasse sat est, sed ab imbre vaporis
non relevando sitim gutta ministrat opem.
affectus si forte potest mitescere, dicam:
non ea flenda iacet quae loca laeta tenet.
dicite, si quid ei nocuit, quam tempore lapso
mortis iter rapuit, vita perennis alit?
quae modo cum Stephano caelesti consule pergit,
fulget apostolico principe clara Petro?
matre simul domini plaudens radiante Maria
rege sub aeterno militat illa deo.
conciliata placet, pretioso funere fulget,
deposita veteri nunc stola pulchra tegit.
atque utinam nobis illos accedere vultus
cedat amore deus per mare, per gladios!
vitae signa tenet, vitreo cum vase cadente
non aqua restinxit nec petra fregit humi.
tu quoque, mater, habes consultum dote tonantis
de nata et genero, nepte nepote viro.
credite, Christicolae, vivam, quia credidit illa:
non hanc flere decet quam paradisus habet.

VI

De horto Vltrogothonis

Hic ver purpureum viridantia gramina gignit
et paradisiacas spargit odore rosas;
hic tener aestivas defendit pampinus umbras,
praebet et uviferis frondea tecta comis,

---

345 nec *ACMRG*^{2}] ne *DG*^{1}*BL* funer* *G*^{1}, funere *D* 346 perdedit *C* labor] *fort.* dolor 348 renum *C*, rheneum *D* tangum *D* 349 hic *L* illic *BL* baeticus] betieus *codd.* 350 *fort.* p. huc u., illuc uahalus *B* 351 stellasse *ACDG*^{1} sat] sad *D* sed *om. BL* 352 reuelando *M*, relauando *G*^{1}, releuanda *R* sitin *A*, siti *R* gutta* *G*^{1}, guttam *D* ministrit *ACM*^{1} *intellege:* sed imbris uaporosi gutta non praestat opem quae sitim releuet 353 mitescere *BL*] mitiscere *ACMR*, emitescere *G*, emitiscere *D* 355 quit *C* lapsu *DG* 357 modi *M*^{1} stefano *M* console *A* 358 apostholico *C* 359 radiente *D*^{1} 361 fenere *M* 362 sthola *C*, stela *R* pulcra *A* 363 accidere *C* 364 gladius *AC* 365 uitre *D* 366 aqua *BLRG*^{2}] aua *ACMG*^{1}, auo *D* restinexit *CM*, restrinxit *DG*^{1} 368 *generum unum tantum nuncupat* nepte** *G* 369 cristicolae *CMR*, cristiculae *A* illam *ADR* 370 docet *G*^{1} paradisus *AML*] paradysus *GBR*, paradyssus *C* *subscr.* v. CCCLXX *ACMG*

VI *tit. om. D* HORTO *L*] ORTO *rell.* VLTROGOTHONIS *MG*^{1}*LR*] VLTROGOTHO*** *B*^{1}, VLTROGOTONIS *A*, VLTROGOTHAE *CG*^{2}*B*^{2} (*cf. v. 23 et Gregor. de mirac. S. Mart. I, 12 cum not. Ruinart.*, ultrogothae *in indice capit. et Greg. H. F. V, 43 cf. IV, 20*) REGINAE *add.* (*A*)*G* 1 purpurum *D*, purpereum *C* 2 paradisiacas *AL*] paradysiacas *CGB*, paradesiacas *R*, paradyssiacas *M* 3 tenera aestiua *A* 4 uuiferis] uiseris *D* fronde* *M*^{1}

pinxeruntque locum variato germine flores,
    pomaque vestivit candor et inde rubor.
mitior hic aestas, ubi molli blanda susurro
    aura levis semper pendula mala quatit.
haec magno inseruit rex Childeberethus amore;
    carius ista placent quae manus illa dedit:
de cultore trahit mellitum planta saporem,
    forsan et hic tacitos miscuit ille favos.
regis honore novis duplicata est gratia pomis,
    nare suavis odor, dulcis in ore sapor.
qualiter ille hominum potuit prodesse saluti,
    cuius et in pomis tactus odore placet?
felix perpetua generetur ab arbore fructus,
    ut de rege pio sit memor omnis homo.
hinc iter eius erat, cum limina sancta petebat,
    quae modo pro meritis incolit ille magis.
antea nam vicibus loca sacra terebat amatus,
    nunc tamen assidue templa beata tenet.
possideas felix haec, Vltrogotho, per aevum,
    cum geminis natis tertia mater ovans.

VII

Ad Cantumblandum villam de pomis dictum

Venimus ad Cantum felici tramite blandum,
    Aregium laetor quo reperisse patrem.
quod petit instigans avido gula nostra barathro,
    excipiunt oculos aurea poma meos.
undique concurrunt variato mala colore,
    credas ut pictas me meruisse dapes.
vix digitis tetigi, fauce hausi, dente rotavi
    migravitque alvo praeda citata loco.
nam sapor ante placet quam traxit naris odorem:
    sic vincente gula naris honore caret.

---

5 pi*xeruntque *M*, picxeruntque *ACR* 6 cander C^1 (*corr.* C^1?) 7 ubi *bis* *C* blando G^1 8 leuis** (*eras.* se) *C* 9 hac mago G^1 childeberethus *A*] childeberctus *R*, childeberthus *C*, childebertus *MGBL* 11 trait *C* planta] blanda *B* sapore *C* 12 tacitas *R* ille *om.* *D* fauuos C^1 13 honores G^1 14 nares *D* in ore] more *R*, umore *ut vid.* G^1, in hore *C* sapor* (*eras.* e) *C* 15 patuit *A* 18 ut* de *C* rege] re** A^1 19 lumina C^1 21 ante tuam *D* terebat] petebat DG^1 22 assidu* G^1 23 ultrogotho *ACMDGR*] ultrogotha *BL* *subscr.* v. XXIV *ACMG*

VII *tit. om.* *D* AD CANTO BLANDVM *G*, DE CANTO BLANDO *L* uillam] VILICVM *G* POMIS *BL*] POMA *ACMGR* PICTVM *C* 1 felici BLG^2] felice $ACMDG^1R$ 2 repperisse *CML* 3 barathro *L*] baratro $ACMBRG^2$, barantro DG^1 6 moruisse G^1 dapas *A* 7 hausi $BLRM^2G^2$] ausi ACM^1DG^1 tente *C* 8 aluo *C*] alio *rell.* citate G^1, tite *D* *intellege:* migrauit in aluum loco submota 9 taxit G^1 10 sic] sin *D* gola CM^1G^1 honore] odore LG^2 *subscr.* v. X *AG*

VIII

De Coco qui ipsi navem tulit

Cur mihi tam validas innectis, cura, querellas?
heu mea vel tandem desere corda, dolor.
quid revocas casus? iam me mea sarcina lassat.
quod iactare puto, cur duplicatur onus?
tristius erro nimis patriis vagus exul ab oris,
quam sit Apollonius naufragus hospes aquis.
venimus ut Mettis, cocus illic regius instans
absenti nautas abstulit atque ratem.
de flammis ardente manu qui diripit escas,
ille rati nescit parcere tutus aquis?
corde niger, fumo pastus, fuligine tinctus,
et cuius facies caccabus alter adest,
cui sua sordentem pinxerunt arma colorem,
frixuriae cocumae scafa patella tripes,
indignus versu potius carbone notetur,
et piceum referat turpis imago virum.
res indigna nimis, gravis est iniuria facti:
plus iuscella coci quam mea iura valent;
nec tantum codex quantum se caccabus effert,
ut mea nec mihi sit participata rates.
sed tamen auxilium solito porrexit amore
qui domini pascens Vilicus auget oves.
praestitit et gracili pavidus cum lintre cucurri,
imbre, euro, fluvio sed madefactus ego.
iactavi reliquos, sequerentur ut inde pedestres,
nam si nemo foris, nemo nec intus erat.
mergere mox habuit cunctos rapiente periclo:
naufragii testis nemo superstes erat.
sic vicinus eram, postquam iactavimus omnes,
ictibus ut crebris lamberet unda pedes.
'obsequium' dixi 'remove, modo nolo lavari';
sed tamen instabat lympha rigare pedes.
Nauriacum veniens refero mea tristia regi:
risit, et ore pio iussit adesse ratem.

VIII *tit. om.* *D* i. n. t.] NAVEM IPSI TVLIT *B*, INIVRIAM FECIT *L* 1 mihi] mi G^1 querelas LG^2 2 mea uel tandem] meadtendem D^1 4 puto] *fort.* opto 5. 6 *om.* R^1, *suppl.* R^1 5 ero M^1 nimus C^1 (*corr.* C^1?) uagos D^1 6 apolonius *R*, apolloni D^1 *intellege Tyrium* hospis AG^1R 7 mectis *R* colus G^1 intans M^1D 8 ab**ulit G^1 10 nescet *C* tut** G^1 11 filigine *D* 12 caccabus *BL*] cacabus G^2, caccauus *ACM*, cacauus DG^1R 13 pixerunt CM^1R 14 fixuriae DG^1L, frixoriae G^2 cucumae G^2 stafa *M*, scafo *D* stripes M^1 16 turbis G^1 18 quem m. i. uelent *D* 19 codix CDG^1R se *om.* C^1 *ut vid.* caccabus *BL*] cacabus G^2, caccauus *ACM*, cacauus DG^1R 20 (rates *codd.*) 22 quid *D* *de Vilico cf. III, 13* 23 cucurri *Mommsenus*] cucurrit *codd.* (cu*currit (*eras.* r?) *G*, cumcurrit *C*) 24 fuuo s. m. egu *D* 25 reliquos] o *i. ras.* *M*, requos *C* sedquerentur *D* pedestris *ACD*, pedestros *R* 27 rapienta *D* 28 sup**stes M^1, superestas *D* 29 posquam *C* 30 crebis M^1 31 dixere moue DG^1 32 lympha *AGB*] limpha *CMLR*

quaerunt, nec poterant aliquam reperire carinam,
donec cuncta cohors regia fluxit aquis.
restitit hic solus praestans solacia Gogo:
quod tribuit cunctis non negat ille suis.
dulcius alloquitur comitem qui Papulus extat,
ut quamcumque mihi redderet ipse ratem;
omnia perlustrans vidit sub litore lintrem;
nec tamen hic poterat sarcina nostra capi.
Nauriaco interea fecit me stare parumper,
ordinat et sumptus quos locus ipse dedit.
quamvis parva ferat, satis est mihi sola voluntas:
est nec parva quidem quam dat amator opem.
addidit et cum esca mihi pocula gratus amicus,
in quantum poterat rure parare merum.
sic mihi iucundam direxti, Papule, proram;
felix vive vale, dulcis amice, comes.

IX

Ad Dynamium de Massilia

Expecto te, noster amor, venerande Dynami,
quamvis absentem quem mea cura videt.
quae loca te teneant venientia flabra requiro;
si fugias oculos, non fugis hinc animos.
Massiliae tibi regna placent, Germania nobis:
vulsus ab aspectu pectore iunctus ades.
quo sine te tua pars hucusque oblita remansit
nec revocas animo membra relicta tuo?
si sopor obrepsit, tibi me vel somnia narrent,
nam solet unianimes ipsa videre quies.
si vigilas, fateor, veniam tibi culpa negabit;
nil unde excuses desidiosus habes.
altera signiferi revolutis mensibus anni
solis anhelantes orbita lassat equos,

---

35 poterant aliquam] aliquam possunt *L* repperire CM^1L 36 cuncto *D* choors *BR* 37 goga G^1 *corr.* G^1, coro AM^2 *in M adiectum* godo *manu primae similiore quam secundae* 38 non] et *D* 39 papulus *ADR*] pappulus *CMGBL* exstat *G* 40 ut] et *D* quacumque *LR* 41 littore *C*(*MR*) 42 *fort.* hoc 43 nauriaeo] nauriacum *codd.* 47 eum esca] comes o ACM^1DG, comes $BLRM^2$ 48 rura DG^1 49 iocundam *DBLR* direxti *B ex correctura*, *L*] direxsti M^2, direxisti ACM^1DGB^1 (*corr.* B^1) *R* papule *A*] pappule *rell.* prora *C* 50 comis *CDR* *subscr.* v. L *ACMDG*

IX *extat in P f.* 90^r *post VI*, *1 sine titulo* *in M nova manus incipit atramento fusciore utens, litteris gracilioribus sed duplo maioribus* DYNAMIVM *MDR*] DINAMIVM *ACGBL* DE MASSILIA *ACR*] DE MASSYLIA *M*, DE MASILIA *D*, DE MASILLA *G*, DE MASSILLA *B*, MASSILIENSIM *L* (*cum ind. capit.*) 1 expectore *D* dynami *MR*] dinami *AGBL*, dina*mi *C*, dimani *D*, dinatui (*prior* i *i. ras.*) *P* 2 ab*sentem (s *eras.*) *C* *in M reliqua p.* 28^r *et p.* 28^v *orbium et gyrorum lusibus completa. pergit p.* 29^r *manus quae modo incepit* 3 te teneant] teneatur *R*, to teneant *P*, ** teneant G^1 4 fugis] fugit C^1 *corr.* C^1, fugias *P* animos *praeter* an *i. ras.* *2 m.* *G* 5 massiliae $AMBLG^2$] ma*siliae G^1, massyliae *CP*, masiliae *DR* 6 iunctus] us *i. ras. 1 m. A*, iunctos *P* ade *i. ras. 1 m. A* 7 quos sine *R*, quos me *L* 9 obrepsit] oppressit *R* 10 unianimis *R*, uniamnes *G*, uniames *D*, unanimes *Ven.* 11. 12 *om. P* 11 negauit *A* 13 reuolutis mensibus] is me *i. ras. 1 m. P* 14 anhelantes BG^2] anhelantis *rell.*

cum mea discedens rapuisti lumina tecum,
    et modo nil sine te cerno patente die.
vel mihi verba dares de fonte refusa loquaci,
    ut faceret tecum pagina missa loqui.
sed tamen ut tandem venias huc carius hortor,
    et revocas oculis lumen, amice, meis.

X

Item ad Dynamium

Tempora, praecipiti vos invidistis amori,
    officium voti quae vetuistis agi
per lyricos modulos et fila loquacia plectris,
    qua citharis Erato dulce relidit ebur.
ecce vaporiferum sitiens canis exerit astrum
    et per hiulcatos fervor anhelat agros.
hinc metuens saniem, ne quo iacularer ab igne,
    sanguine laxato brachia nexa gero.
labitur unde cruor, nodo manus inde tenetur
    et dextram innocuam vena soluta ligat.
ut sine temperie validi sitis urat amoris,
    causa meis votis obstitit ista gravis.
nescio quam prosit ratio perfuncta medellae:
    me tamen inde nocet quod reticere facit.
scribere si digitis sinerer, satis illa fuisset:
    nunc mihi prima tui cura, secunda mei.
ex studio studiis retrahor, silet unda Camenae:
    carne fluit sanies, ne riget ore latex.
musicus ignis abest, algent in fonte sorores,
    nam sanguis latices hinc gelat unde rigat.
si qua calens animo recitanda poemata pangam,
    scis ipse hoc studium quam gravet arte labor.
nam cruor ablatus magis otia lenta requirit,
    quo neque frigus hiat nec vapor ustus arat;

---

15 discendens *P* 16 sene t. c. patante *D* 17 refussa *P*, refulsa *R*, fusa *A* 18 ut] et *DBLG*[2], *t *G*[1] facere *M*[1] pagena *P* 19 uenies *C* ortor *M*[1]*BG*[2] 20 reuocas *ACPM*[1]*DG*[1]] reuoces *BLM*[2]*G*[2], *cf. II, 9, 72; VIII, 9, 16* *subscr.* v. xx *ACMD* *in P sequitur c. 10, 5*

X *carmen elegantiae studio conspicuum, cf. 57 sq. 71* *tit. in L:* AD EVNDEM DYNAMIVM *MR*] DINAMIVM *ACDGB* 1 uos] quos *codd.* amori *CG Ven.*] amore *AMDBLR* 3. 4 *extant in P f. 90*[v] *post VII, 1, 2* 3 liriquos *C* modulos et *M*] modulor et *ACDGBLR*, modularet *P* plectrix *P* 4 qua] quia *P*[1] citharis *L*] chitharis *C*, cytharis *rell.* erato] erat hoc *P* 5 *de P vide ad c. 9 ext.* ecce] eae *D* exerit *ABRM*[2]] exegerit *CPM*[1]*DG*, edidit *L*, egerit *Ven.* austrum *superscripta priore* u *G*[1] 6 hiulgatos *P* anelat *P* agros *praeter* a *i. ras. 2 m. G* 10 saluta *C* legat *AM*[1]*D* 11 ut] et *P* ualidis *PML* 12—15 *om. P* 12 causam *D* 13 nestio *C* profuncta *LR* medille *C* 15 sine*er *atis *G*[1], sine se satis *Ven.* fuissit *M*[1] 16 nunc] nam *P* 17 studio] tudio *P* unde *A* camine *D*, camemae *M* 19. 20 *om. P* 19 algens *AD*[1] *corr. D*[1] 20 hic *R* gelet *D* 21 calense *D* poemata: o *i. ras. 1 m. P* plangam *A*[1] *corr. A*[1] 22 hoc] ho *P* studium *Browerus*] studio *codd.* arte] iste *Ven.* 23—52 *om. P* 23 otia lenta] otio lenta *B*, otiata talenta *D* 24 pauor *A* arat] urat *ACMDL*[1] *v. l. R*, erat *GBL*

secretumque petit, neu flabilis aura flagellet,
    quo recreans animum stat viror, halat odor.
ast ego posthabeo affectu mea seria vestro:
    cura tui faciem, nam mea terga tenet.
post sudorem habui modo nam dare membra quieti:
    ordine postposito tempora rumpit amor.
duco parum propriam, tibi dum volo ferre salutem,
    sed mea prospicio, cum tua vota colo.
nunc cape parva, cate et pollens duilance Dynami,
    clare decore tuo, care favore meo,
partibus Italiae advecto mihi Rhenus et Hister
    quem cecinere prius quam daret ipse locus,
insignem specie, celsum lare, lege sagacem,
    omnibus aequalem spe sale pace fide.
incidit unde mihi, fateor, te sorte videndi
    Arctoi gelida sub regione calor,
plusque libens vultus efferveo totus in illos,
    ad patriae reditus quam peregrina cohors;
visibus atque tuis issem velocius, ac si
    ad patris amplexus de Telamone satus.
vix quoque tam cupidus vario sinuamine sulcat
    rusticus arte solum, navita aplustre fretum.
ex illo, celebrande, cliens stat pars mea tecum,
    et venis huc animae pars mediata meae,
antea corde mihi notus quam lumine visus,
    quem mente adstringo, si neque tango manu;
brachia qui nec dum circum tua colla cateno,
    quod digiti nequeunt, alligat illud amor.
longius inde absens ibi sed pertingo quod opto:
    quo pede non venio, pectore totus eo.
nos licet obstet Arar Rhodanusque, natamus amore,
    nec vetat ire animum qui vetat ire gradum. —
Legi etiam missos alieno nomine versus,
    quo quasi per speculum reddit imago virum.
fonte Camenali quadrato spargeris orbi,
    ad loca quae nescis duceris oris aquis.

---

25 neu* *D* flagellat *CG*[1] 26 halat *BLR*] alat *ACMDG* 27 affectu *MBL*] affectui *ACDGR* uestr** *A*[1] 28 *i. e.* tui curam in facie gero, sed mei in tergo 31 duco] dico *codd.* parum *pro* parui propria *G Ven.* 32 colo *cum rasura super* c *A* 33 cate *BLR*] caute *ACMDG*, manu *Ven.* pollens duilance] pollens due lance *DR*, pollens duo lance *BL*, pollens clue lance *ACMG*, tu pollens lance *Ven.* (duilanx *pro* bilanx *positum*) 34 clara — cara *B*[1] *corr.* *B*[1] *in marg.* 36 cicenere *M*[1]*R* quam derecipere locus *D* 39 sorde *C* 40 arctoi *A*] arcthoi *CGBR*, archtoi *ML*, artchoi *D* 41 bibens *BL* totus] uultus (*iterum*) *C* 42 perecrina *C* 43 usibus *D* issim *CM* 44 *ex heroibus belli Troiani exemplum inscite elegit* 46 nauita aplustre *BL*] nauita plustre *CMDG*[2] *Ven.*, nauita pluster *R*, nauta palustre *G*[1], nauta perlustre (plustre) *A* 47 celebrando *D* cliens] *fort.* die par *D* 48 et uenis huc] *fort.* esque istuc (*i. e.* istic) medicata *A* 50 asstringo *G* si] ** si (*eras.* se) *B*, *** si (*eras.* s..) *R* 51 qui] *fort.* si caneto *C* 53 *de P vide ad v. 23* abssens *C* set *P* obto *P* 54 quod *A*[1]*CR* 57 alieno] uerso iam *P* uersos *C*[1] 58 uirum] uerrum *D* 59 cacumenali *D* quadrato spargeris] quadratus pargeris *AC*, quadrati pargeris *R* quadrato *i. e.* quadripertito, *cf. VI*, 2, 5 orbe (*M*) *Ven.*, orbo *G*[2]

hinc quoque non aliquo nobis abolende recedis,
quo fixus scriptis nosceris esse tuis.
interiora mei penetrans possessor agelli,
felix perpetue, dulcis amice, vale.
spectans oris opem melioraque sideris optans,
currat ut affatus, stet tibi longa salus.
sacris Theodoro primo lare sede, Sapaudo
Felici egregio, quem dedit orbis honor,
Albino eximio, Heliae claroque Iovino
pro Fortunato redde salutis opus.
haec tibi nostra chelys modulatur simplice cantu:
sed tonet archetypo barbitus inde sopho.

---

61 hin quoque *P*, hincque *D* abolendo *C* 62 scribatis C^1, scriptus M^1 noscerit *A* 63 penitrans *P* *post* 64 *in P unius versus spatio relicto sine titulo sequitur VII, 1* 65 horis *G* syderis (*M*) 66 currat ut] cura tot *A* affectus *R* 67 theodoro] theodori *codd.* (teodori *DB*) lare sede sapaudo] lare sedes apaudo *AC*, lare sedes aplaudo MG^1R, lare sede plaudo D^2, lares esse plaudo *D* lare sedis aplaudo *Ven.*, lare sed esse plaudo *BL* 69 heliae] haelieque *D* 71 nostra chelys modulatur *Ven.*] nostra chelisi modulatur *AC*, nostrae helisi modulatur *M* (*ras. 1 lit. post* nostrae) *B* (modulatus) *L* (elisi) *DG*, aeli. symo dulatur *R* simplice *BR*] simplici *ACMDGL* 72 tonet] tonat *codd.* archetypo *Ven.*] architipho *R*, arcitipho *L*, arcytipho *ACMDGB* barbitus A^1DG^1BL] barbitur *R*, barbytus MG^2, barbythus CA^2 sopho] rupo *D* *subscr.* V. LXXII *MDG* EXPLICIT LIBER VI INCIPIT LIBER VII *MGB*, EXPL. L. VI FELICITER INC. L. VII *ADR*, INCIPIT LIBER VII *C*, FORTVNATI LIBER VI EXPLICIT, *deinde capitula l. VII*, *deinde* VENANTI HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESB. ITAL. LIBER VII INCIPIT *L*

LIBER SEPTIMVS

I

Ad Gogonem

Orpheus orditas moveret dum pollice chordas
verbaque percusso pectine fila darent,
mox resonante lyra tetigit dulcedine silvas,
ad citharae cantus traxit amore feras.
undique miserunt vacuata cubilia dammas,
deposita rabie tigris et ipsa venit.
sollicitante melo nimio filomela volatu,
pignora contemnens fessa cucurrit avis:
sed quamvis longo spatio lassaverat alas,
ad votum veniens se recreavit avis.
sic stimulante tua captus dulcedine, Gogo,
longa peregrinus regna viator adit.
undique festini veniant ut promptius omnes,
sic tua lingua trahit sicut et ille lyra.
ipse fatigatus huc postquam venerit exul,
antea quo doluit te medicante caret.
eruis adflictis gemitus et gaudia plantas;
ne tamen arescant, oris ab imbre foves.
aedificas sermone favos nova mella ministrans,
dulcis et eloquii nectare vincis apes.
ubere fonte rigat labiorum gratia pollens,
cuius ab arcano vox epulanda fluit.
pervigili sensu dives prudentia regnat,
fomite condito cui salis unda natat;

I *extat in P f. 90v post VI, 10 sine titulo* 1 moueret] ageret *BL* police *G* chordas] cordas *codd. praeter* tordas *P* *inter* 2 *et* 3 *in P intercedit VI, 10, 3. 4* 3 dulcidine syluas *M* 4 at *A* citharae *CPML*] cytharae *AGBR* quantus *P* 5 misserunt *C* c. d.] cubila D^1, cubilia ferae D^2 6 rabie tigris *GBLR*] rabie tygris AM^2, rabie tegris PM^1D, rapiet egris *C* ipsa *ACPMG Ven.*] ipse *DBLR* 7 filomela *ACMG*] filomella *PBL*, filiomela *R* 8 contemnens A^1PBL] contempnens $CMGRA^2$ auis *DGBL*] aues *ACPMR* 10 se *om.* C^1 recreuit *M* auis *GBL*] aues *ACPMDR* 11 dulcidine *PMR* 12 regni *D* 13 prumptius CPM^1, prumstius *R* 14 illa G^2 16 quod G^2 mediante *R* 17 adflictis *ACPMB*] afflictis *GL* 18 ariscant *C*, erescant *D* 19 sermonis *D* fauor *A* ministras *L* 22 arcano *PM*] argano *C*, archano *AGBL* epulenda *P* fuit CD^1

qui fulgore animi radios a pectore vibras,
 et micat interior lux imitata diem.
sed vicibus mundum modo sol modo nubila complent:
 at tua semper habent corda serena diem.
visceribus promptis templum pietatis haberis
 muneribusque sacris es fabricata domus.
forma venusta tibi proprio splendore coruscat,
 ut mentis habitum vultus et ipse probet.
omne genus laudum specie concludis in una,
 nec plus est aliquid quam tua forma gerit.
principis arbitrio Sigibercthi magnus haberis:
 iudicium regis fallere nemo potest.
elegit sapiens sapientem et amator amantem,
 ac veluti flores docta sequestrat apes.
illius ex merito didicisti talis haberi,
 et domini mores serve benigne refers.
nuper ab Hispanis per multa pericula terris
 egregio regi gaudia summa vehis.
diligis hunc tantum quantum meliora parasti:
 nemo armis potuit quod tua lingua dedit.
haec bona si taceam, te nostra silentia laudant,
 nec voces spectes qui mea corda tenes.
vera favendo cano neque me fallacia damnat,
 teste loquor populo: crimine liber ero.
haec tibi longinquos laus ardua surgat in annos,
 haec te vita diu servet et illa colat.

II

Ad eundem cum me rogaret ad cenam

Nectar vina cibus vestis doctrina facultas —
 muneribus largis tu mihi, Gogo, sat es;
tu refluus Cicero, tu noster Apicius extas:
 hinc satias verbis, pascis et inde cibis.

---

25 radios a pectore] radiosa pectora *C*, radio se pectore *A*, radioso pectore *G* 26 imitantem D^1, imitante D^2 27 sol modo] *om.* A^1, sol mododo *C* 28 ad *C* 29 pruimptis CPM^1 30 es fabricata] effabricata *DBL*, est fabricata *Ven.* 31 propri *D* 32 uultus] ***tus G^1, uirtus *D* ipsa G^1 ut uirtus habitura (*sic*) mentis et ipsa probet *Ven.* 34 quam tua] quem tu *P* 35 sigibercthi] sygibercthi *ACP*, sygybercthi *M*, sigibercti *B*, sygibercti *R*, sigiberthi *G*, sigiberti *L* 38 *glossa in G:* sequestrat scil. te a ceteris (apes *codd.*) 39 dedicisti *PMDR* 40 domini *om. D* 41 pericula] curricula *A* 42 *glossa in G:* brunichildem, *cf. Greg. hist. epit.* 57 45 *rursus incipit F in f.* 23r te *om.* C^1 46. 47 *om.* G^1 *Ven.*, *suppl. in imo marg.* G^1 46 quia A^1 (*corr.* A^1?) tenens C^1 (*corr.* C^1?) 47 cano neque me] canemque me *F*, cano neque *R* 50 uitat *P* colat *cf.* 7, 82 *subscr.* V. L *ACM* *in P post 2 versus vacuos sequitur VII*, 5

II AD EVNDEM CVM *B*] AD EVNDEM *ind. capit. LF*, ITEM AD EVNDEM CVM *G*, ITEM ALIVS CVM *CMDR*, ITEM CVM ALIVS *A* ME ROGARET AD CENAM *AM*] ME ROGARETVR AD CENAM *D*, ROGARE AD CENAM *C*, ROGARETVR A. C. *GB*, EROGARET *R*, DE CENA *ind. capit. L*, *om. F* 1 uestis] uestris *DR* 3 repluus *D* apicius] a*picius *M*, ** D^1 (*corr.* D^1?) *glossa in G:* apicius] alius doctor 4 pascit *D*, pacis CM^1

sed modo da veniam: bubla turgente quiesco,
nam fit lis uteri, si caro mixta fremat.
hic, ubi bos recubat, fugiet puto pullus et anser:
cornibus et pinnis non furor aequus erit.
et modo iam somno languentia lumina claudo:
nam dormire meum carmina lenta probant.

III

Item ad eundem

Quas mihi porrexit modo pagina missa querellas,
inmunem culpae me loquor esse tuae
nam causam, remus, tua plus praesentia laesit:
quo vos peccastis crimine culpor ego.
non tamen ex tali titulo dulcedo peribit:
fructus amicitiae corde colente manet.

IV

Item ad eundem

Nubila quae rapido perflante Aquilone venitis,
pendula sidereo quae movet axe rota,
dicite qua vegitet carus mihi Gogo salute,
quid placidis rebus mente serenus agit:
si prope fluctivagi remoratur litora Rheni,
ut salmonis adeps rete trahatur aquis;
an super uviferi Mosellae obambulat amnem,
quo levis ardentem temperet aura diem,
pampinus et fluvius medios ubi mitigat aestus:
vitibus umbra rigens, fluctibus unda recens;
aut Mosa dulce sonans, quo grus ganta anser olorque est,
triplice merce ferax (alite pisce rate)

---

5 da — quiesco *om. F spatio relicto* bubla *AGBLR*] bulaa *vel* bubla C^1, blubla *M*, subla C^2, inubla *D* 8 *om. F spatio relicto* pinnis *ACMR*] pennis *GB* aequos *C* 9 somne *D* 10 lenta] laeta *codd.*, lecta *Mommsenus* probant *om. F* *subscr.* v. x *AM*, lx *C*

III ITEM AD EVNDEM *GL*] ITEM AD IDEM *CM*, ITEM AD IBEM *D*, ITEM AD IPSVM *B*, ITEM AD IDEM ISTA SCRIBE *A*, AD IPSVM EIVSDEM *R*, *om. F* 1 querelas *GBLF* 2 (inmunem *CGL*) esse] ess *D* 3 remus — laesit *om. F* remusi *D*, remur *Ven.*, *nomen proprium latere videtur* (Remes *Mommsenus*) laedit A^1 4 crimine] culmine *D* culpar DG^1 5 dulcido *CM* 6 froctus (f *i. ras. 1 m.*) *C* amititiae *A* *subscr.* v. vi *AMD*, lxx (*2 m.*?) *C*

IV ITEM AD EVNDEM *B*] ITEM AD IPSVM EIVSDEM *ACMD*, AD IPSVM EIVSDEM *R*, EIVSDEM AD EVNDEM *G*, AD EVNDEM *L*, *om. F* 3 qua uegitet $AMDG^1R$] qua uegetet (*F*) G^2, qua uigetet *BL*, quo egitet *C* caros *C* salutem DG^1 4 agat *F* 5 littora (*MR*) 6 ademps *A* recte *RF* 7 an] aut *DG* sub *F* uuiferi $AMDC^2$] uu***ri C^1, uuiferae *GBL*, uiuiferae *R*, uiuifero *F* mosellae] musellae *codd.* amne *F* 8 quod *G* lenis *L* peret *D* 9 medios *MF Ven.*] *ex* medius *1 m. G*, *ex* amedius *1 m. C*, meditos *R*, medius *ADBL* 11 dulce sonans *CMBLR Ven.*] dulces onans (ans *i. ras. 1 m.*) G^1, dulce sanans *F*, dulcisonans AG^2, dulesce sonans *D* ganta — est *om. F*

an tenet herbosis qua frangitur Axona ripis,
cuius aluntur aquis pascua prata seges?
Esera? Sara? Cares? Scaldis? Sate? Somena? Sura?
seu qui Mettis adit de sale nomen habens?
aut aestiva magis nemorum saltusque pererrans
cuspide, rete feras hinc ligat, inde necat?
Ardenna an Vosagus cervi caprae helicis uri
caede sagittifera silva fragore tonat?
seu validi bufali ferit inter cornua campum,
nec mortem differt ursus onager aper?
an sua rura colens exusta novalia sulcat
et rude cervici taurus aratra gemit?
sive palatina residet modo laetus in aula,
cui scola congrediens plaudit amore sequax?
an cum dulce Lupo pietatis iura retractant
consilioque pari mitia mella creant,
quo pascatur inops, viduae solacia praestent,
parvus tutorem sumat, egenus opem?
quidquid agunt, pariter felicia vota secundent,
et valeant Christi regis amore frui.
vos precor, o venti, qui curritis atque reditis,
pro Fortunato nuntia ferte suo.

V

De Bodegisilo duce

Pectore de sterili si flumina larga rigarem,
non te sufficerem, dux Bodegisle, loqui.
invasit nostram subito tua gratia mentem,
ut modo plus vester quam meus esse velim.
quo primum placidos merui cognoscere vultus,
oris ab unguento membra refecta gero.
conloquio dulci satiasti pectus amantis,
nam mihi de voto dant tua verba cibum.
distribuunt epulas alii quae corpora supplent:
unde animum saties, das magis ipse dapes.

---

15 *om.* *F* esara *DL* sarra B^{1} sates omena *G* Sate *nomen non certum* 16 metis *R*, mittis *D* adit] ***** A^{1} 17 aut] a** A^{1} stiua *D* 18 cuspite *MDGR* negat *C* 19 uosagi (*M*) caper *L* h. u. *om* *F* hilicis *DBLR* helix *i. e.* alces elch uri] ursi *codd. praeter* urse *G*, *cf. v.* 22 20 sagittiferas C^{1} fragone conat *D* 21 bubali $BLFG^{2}$, ***bali G^{1} (*vulg. v. l.*) 22 ursus] **sus G^{1} 23 rara C^{1} 25 resedet CMG^{1}, sem sedet *D* 26 scola] *sic codd. praeter* sola *D* 27 an] ac *D* lupe *G* retractat *BLRF* 29 praestant *CR* 30 paruus] *expectes* orbus 31 quidquid *AC*] quicquid *rell.* secondent *R*, fecundent *BF* 33 o] * C^{1} curretis G^{1} 34 furnato *M* *subscr.* v. XXXIV *ACMD*

V *extat in P f.* 91^{r} *post VII, 1 sine titulo* de] AD *DF* BODEGISILO *DGB*] BODIGISILO *L*, BODEGYSILO *M*, BODEGISELO *A*, BODEGVSILO *R*, BODICYSOLO *C*, BODEGISLVM *F* DVCEM *F* 1 pectore de sterili *BL*] pectore de stereli *P*, pectore sterili ACG^{1}, pectore stereli $RM^{2}D^{2}$, pector stereli M^{1}, pectore stere D^{1}, pectore nam sterili G^{2}, pectore cum sterili *F* regalem *P* (p. si s. sua f. l. rigarent *Ven.*) 2 bodegisle $BRFA^{2}G^{2}$] bodigisle *L*, bodegis*le A^{1}, bodegisile MG^{1}, bodigysile *C*, bodegtsile *D*, podigyle *P* 4 ut] et *D* meos *P* 6 ungento *P* 7 (conloquio *L*) dulce G^{1} satiastis *C* 8 de uoto] deuoto *vulg.* 9 corpore *A* 10 magis] mihi *D*

non sic inficiunt placidissima mella Falernum,
    ceu tuus obdulcat pectora nostra sapor.
qualiter oblectas quos semper amare videris,
    horae qui spatio me facis esse tuum?
quae tibi sit virtus si possem, prodere vellem;
    sed parvo ingenio magna referre vetor.
exiguus titubo tantarum pondere laudum,
    sed melius gradior quem tua facta regunt.
Massiliae ductor felicia vota dedisti
    rectoremque suum laude perenne refert;
hic tibi consimili merito Germania plaudit,
    cuius ad laudem certat uterque locus.
de bonitate tua lis est regionis utraeque:
    te petit illa sibi, haec retinere cupit.
iustitiam pauper numquam te iudice perdit,
    nec poterit pretio vertere vera potens.
non ligat inmunem, non soluit poena nocentem,
    nil persona capit si sua causa neget.
lumina cordis habes, animi radiante lucerna,
    et tuus aeterna luce coruscat apex.
ingenio torrente loquax de fonte salubri
    divitiasque pias ore fluente rigas.
si videas aliquem defectum forte labore,
    Nilus ut Aegyptum, sic tua lingua fovet,
qui patrias leges intra tua pectora condens
    inplicitae causae solvere fila potes.
assiduis epulis saturas, venerande, catervas,
    et repletus abit qui tua tecta petit.
si venis in campos, ibi plebs pascenda recurrit
    consequiturque suas te comitando dapes.
vota feras cunctis per saecula longa superstes
    et maneas populi semper in ore potens.

---

11 placidissimam *C* mella] membra *L* fallernum G^1, felernum M^1 *corr.* M^1 13. 14 *om. P* 13 quo *CR* 14 facit *G* 15 possem *D*] possum *F*, possim *rell.* 17 tubo *D* 18—24 *om. P* 19 masiliae *DR*, masylie *C* feracia *R* 20 fert *D* 22 laudem] auidem *D* uterique *C* 25 (numquam *CGL*) iudici *P* perdit] cupit *L* 27 liger *D* inmunem *AGL*] inmune *D* non] nec G^2 poene *L* 28 capit: cap *i. ras. 1 m. P* sua* (*eras.* e) *C* 29 hab*s A^1 radiente DG^1, rediante *P* *in C finit f. 104, deinde folia 105 et 106* (c. 5, 30 — 7, 6) *inter se commutata sunt* 30 lucem *C* 31 loquas *P* 32 diuitiasque pias] *fort.* diuitias ueras 35 lege*s (*eras.* n) *C* condis *L* 36 (inplicitae *A*) potes *PBL Ven.*] potis *ACM*, potens *D*, potest *GR* *post 37 in V et item in Ven. sequitur VIII, 3, 86. huius carminis finis in V Ven. post VI, 5, 275 ubi vide* 39. 40 *om. P* 40 comitante F^1 41 cunctis] multis *P* superstis *CM*, suprestis *A*, supertest *R* 42 ore] orbe *P* *subscr.* v. XLII *ACMD* *in P post 1 versum vacuum sequitur c. VI sine titulo*

VI

De Palatina filia Galli Magni episcopi, uxore Bodegisili ducis

Lucifer ut nitidos producit in aethera vultus
clarior et laeto nuntiat ore diem,
ornat eundo polum, terris quoque lampada mittit,
atque inter stellas lumine regna tenet:
sic, Palatina, tuo diffundens lumina vultu
femineos vincis pulchrior ore choros;
aut tibi sic cedit muliebris turba decore,
ut solis radiis lumine luna minor.
clara serenatos permutat forma colores,
lilia nunc reparans, nunc verecunda rosas.
credite, nam si quis vultus conspexerit illos,
hic relegit flores quos dare verna solent.
pingere non possunt pretiosam verba fignram
nec valet eloquium mira referre meum.
gratior incessu, sensu reverenda pudico,
talis in ingenio qualis in ore nitor;
blandior alloquio, placidis suavissima verbis:
despiciamque lyram, si tua lingua sonat.
pectore perspicuo sapientia provida fulget,
ornatur sexus te radiante tuus.
coniuge pervigili nituit magis aula mariti,
floret et egregia dispositrice domus.
iure quidem magna est, quae est Galli filia Magni:
sed merito natae crevit honore pater.
non aliter poterat nisi munere clarior esse,
quae meruit celso digna placere viro.
eligit e multis quam carus amaret amantem,
et iudex patriae iudicat ipse sibi.
ambo pares iuncti longos maneatis in annos,
et quaecumque volunt gaudia vestra ferant.

VI *extat sine titulo in* (*p*) *codice Parisino lat. 4629 s. IX fol.* 56^r, *unde edidit Aemilius Baehrens in Musei Rhenani volumine XXXI p. 89. praeterea praesto erat apographon a Molinerio confectum. enotabo graviora* VI DE] VIDE *C*, AD *D* GALLIMANI *F* u. b. d. *om. F* VXOR *AM* bodegisili ducis] BODEGL̄ DVCIS *G*, BODEGIL̄ DVCE *A*, BODDVCE *CM*, OBDVOE *R*, *om. D* *titulus hic in BL:* DE PALATINA VXORE EIVS 1 aethere *Dp* 3 lampada mittit *Ven.*] lampade micat *codd.* (lampade fulget *p*), *cf.* 7, 62 4 stelas *APMp* lumina *D* 5 palatina *ACP*] iHa *p*, *om. MDGBLRF* diffundis *L* uulau *D* 6 pulcrior *C* 9 clara serenatos] *i. ras. 18—20 litterarum* G^2, clara serenatus *RFp* 10 nunc uereconda RG^2, nunc uerecundia *M*, nuncue iucunda *A* 12 relegit *ML*] legit *C*, religit *rell.* 13 possum *L* pretiosam *BL*] pretiosa *vel* preciosa *rell.* 14 ref***re C^1 15 fensu *P* 18 despiciamque G^2] dispiciamque *rell. praeter* disspiciamque G^1, dispicit iamque *P* liram *PB* 19 perspicuo *ABLRp*] prespicuo *CPMDG* 20 sextus *D* 21 peruigil innituit *P* m*riti M^1 23 galli] iHi *P* 24 hon*re C^1 26 *fort.* quod celsa *D* 27 elegit G^1p 29 patres *D* meneatis *D* annis G^1 30 (quaecumque *ACPG*) *subscr.* v. XXX *AMD*, VII *C* *in P sine spatio et titulo sequitur c.***VII*

VII

De Lupo duce

Antiqui proceres et nomina celsa priorum
cedant cuncta, Lupi munere victa ducis.
Scipio quod sapiens, Cato quod maturus agebat,
Pompeius felix, omnia solus habes.
illis consulibus Romana potentia fulsit,
te duce sed nobis hic modo Roma redit.
te tribuente aditum cunctis fiducia surgit,
libertatis opem libera lingua dedit.
maestitiam si quis confuso in pectore gessit,
postquam te vidit spe meliore manet.
fundatus gravitate animi, quoque corde profundus
tranquilli pelagi fundis ab ore salem;
sed facunda magis plebi tua munera prosunt:
tu condis sensus, nam salis unda cibos.
consilii radix, fecundi vena saporis,
ingenio vivax, ore rotante loquax,
qui geminis rebus fulges, in utroque paratus,
quidquid corde capis prodere lingua potest.
pectore sub cuius firmantur pondera regis,
pollet et auxilio publica cura tuo.
subdis amore novo tua membra laboribus amplis:
pro requie regis dulce putatur onus.
o felix animus patriae qui consulit actus
et vivit cunctis mens generosa viris!
legati adveniunt: te respondente ligantur
et iaculo verbi mox iacuere tui.
lancea sermo fuit, quoque vox armata loquentis,
auspicium palmae te Sigibercthus habet.
responsum gentis sensu profertur ab illo
et votum populi vox valet una loqui.
cuius ab ingenio sortita est causa triumphum,
adsertoris ope iustior illa fuit.
nullus enim poterit proprias ita pandere causas,
ceu tua pro cunctis inclita lingua tonat.

VII 1 proceris *i. ras. 1 m. P*, procere *C* 5 consilibus *D* 7 surgis *A* 8 liberatis G^1 9 in *om. L* 10 posquam G^1 11 profundos *A*, profundens *L* 12 fundis *LRF*] fundit *rell.* salutem *D* 13 tuae *D* munere *A* 15 radex *CPM* fecunda P^1 17 rebus] reb *compendio non indicato P* 18 quidquid *A*] quicquid *rell.* promere *L* 19 firmatur *P* 20 cara *A* 21 subdi**s *AM*, subditis *C* noua *D* laboris *D* 22 reges *ACMDG*[1] 23 consulit actus *BLRG*[2]] consulet actus *ACPMD*, consule tactus G^1 24 uiuit *i. ras. 1 m. P* cunctus *C* 25 aduenìant *R* ligatur *D* 26 uerbis C^1 iacuere tui] iacul***u* C^1 27 *i. ras. 1 m. atramento magis fusco P* 28 palma *P* sigiberchthus *P*] sygiberchthus *AC*, sygiberchtus *M*, sigiberctus *B*, sigiberthus *G*, sigibertus *LRF* 29 gentis *BLRG*[2] *Ven.*] gentes *ACPMD*, ad gentes G^1 sensum *D* 34 inclita *ACGB*] inclyta *PML*

Nilus ut Aegyptum recreat, dum plenus inundat,
    sic tu colloquii flumine cuncta foves.
iustitia florente favent te iudice leges,
    causarumque aequo pondere libra manes.
ad te confugiunt, te cingula celsa requirunt,
    nec petis ut habeas: te petit omnis honor;
in cuius gremio nutritur adepta potestas,
    quo rectore datus crescere novit apex.
quam merito retinet concessos semper honores
    per quem digna magis culmina culmen habent!
antiquos animos Romanae stirpis adeptus
    bella moves armis, iura quiete regis.
fultus utrisque bonis, hinc armis legibus illinc,
    quam bene fit primus cui favet omne decus!
quae tibi sit virtus cum prosperitate superna,
    Saxonis et Dani gens cito victa probat.
Bordaa quo fluvius sinuoso gurgite currit,
    hic adversa acies te duce caesa ruit.
dimidium vestris iussis tunc paruit agmen;
    quam merito vincit qui tua iussa facit!
ferratae tunicae sudasti pondere victor
    et sub pulverea nube coruscus eras,
tamque diu pugnax acie fugiente secutus,
    Laugona dum vitreis terminus esset aquis.
qui fugiebat iners, amnis dedit ille sepulchrum:
    pro duce felici flumina bella gerunt.
inter concives meruit te Gallia lumen,
    lampade qui cordis splendor ubique micas.
sunt quos forma potens, sunt quos sapientia praefert:
    singula sunt aliis, sed bona plura tibi.
occurrens dominis veneranda palatia comples
    et tecum ingrediens multiplicatur honor.
te veniente novo domus emicat alma sereno
    et reparant genium regia tecta suum.
nempe oculos recipit cum te videt aula redire,
    quem commune ducum lumina lumen habent:
principis auxilium, patriae decus, arma parentum,
    consultum reliquis, omnibus unus amor.
admiranda etiam quid de dulcedine dicam,
    nectare qui plenus construis ore favos?

---

36 colloquii] colloqui *CM*¹, colloqui in *B*, colloquii in *L* 37 iustitiae *PDF*, iusticiae *G* fauent te] fauente *CPG*¹*R* 39 ad] an *C* *glossa in G:* cingula] ornati palatini cesa *D* 40 omnes *CM*¹ 43 concessus *PR* 46 mouis *CM*¹ armis] animis *RF* iure *R* *praestaret* iure quieta 47 bonus *D* illinc] *i. ras. 1 m. P*, inde *F* 48 sit *DR* primus] firmus *RF* faciet *P* decis *G*¹ 50 saxoni *D* 52 ruit] runt *D* 55 ferrata *P* 57 pugn** *G*¹ acie] *sic, sed* a *i. ras. C*, acie*** *M* 58 logana *F* 59 animis *DF* 60 felice *CG* 63 quo sap. *D* profert *G Ven.* 64 alii *C* 65 comples *BL*] complens *rell.* 67 te ueniente] eueniente *C* 69 redire] uenire *DG*¹ 70 lumena *C* 73 dulcidine *CM* 74 *fort.* plenos

cara serenatum comitatur gratia vultum,
fulget et interius perpetuata dies.
qui satias escis, reficis sermone benignus,
sepositis epulis sunt tua verba dapes.
quis tibi digna loqui valeat, quem voce potente
rex pius ornatum praedicat esse suum?
sit tibi summus apex illo regnante per aevum,
vitaque sit praesens atque futura colat.

VIII

Ad eundem

Aestifer ignitas cum Iulius urit harenas
siccaque pulvereo margine terra sitit,
languidior placidas vix pampinus explicat umbras,
mollior et glaucas contrahit herba comas,
summissis foliis Phoebi regnante vapore
vix sua defendit frigida tecta nemus,
pabula fastidens fugit aestu bucula saltus,
ipse nec adflictis pascitur ervus equis,
longius expositam linguam canis ore flagellat,
ilia lassa trahens tristis anhelat ovis:
forte viator iter gradiens ferventibus horis
uritur accensis sole premente comis.
qui arescente solo, modico recreetur ut haustu,
saepius inriguas anxius optat aquas,
arboris aut tremulae viridante cacumine fuso
frondibus oppositis temperet umbra sitim.
prosperitate nova si iam prope lucus opacet
et vitrei fontis sibilet unda recens,
huc properans placidis homo laetus sternitur arvis,
volvit in herbosos et sua membra toros.
vota secuta tenens gemino refovetur amoeno:
hinc levat umbra diem, hinc fugat unda sitim.
carmina siqua tenet, cantu modulante recurrit,
provocat et placidos blandior aura sonos,

---

75 cura *D*, clara *L*, care B^1 *corr.* B^1 76 et *om.* *CF* 79 potenter *A* *subscr.* v. LXXXII *ACM*D^2, LXXX D^1 *in P post 1 versum vacuum sequitur c. VIII sine titulo*

VIII AD EVNDEM *BL*] ITEM EIVSDEM AD EVNDEM *G*, ITEM EIVSDEM *rell.* 1 a**tifer P^1 urat *F*, uerit *C* arenas *G* 2 margine] *fort.* spargine, *cf. III, 4, 1 (p. 52, 4)* sitet *C* 3 placita *G* 4 claucas *P* erba *G* 5 ph*ebe C^1, phoebe C^2 7 fastidiens L^1 *corr.* L^1, fastidans *R* 8 afflictis *L* eruus equis *Mommsenus*] herbus equis *CPMD*G^1*LR*, ****bus equis B^1 *corr.* B^1, herbis equus *AF*G^2 9 exposita linguam *R*, expositam lingua G^1, exposita lingua *D Ven.* 10 anelat *P*, anbelat *D* 12 accensis *PBLRF*M^2] acce*sis M^1, accessis *ADG*, accessus *C* premi*te P^1 *corr.* P^1 14 obtat *P* 15 uiridande G^1 16. 17 *i, ras. 1 m. M* 16 obpositis *G* temperat *DG* 17 locus *P*M^1 opacat F^1 *corr.* F^1 18 fontes G^1 sibilet *Ven.*] sibilat *codd. praeter* si bibat *B* 19 placitis *R* 20 uoluit in] uoluitur *BL* herbosus *P*, hebrosus C^1, hebrosos *corr.* C^1 menbra P^1 thoros *G* 21 secunda *Ven.* 24 aura] atra *A* sonus C^1 *ut. vid.*

si sibi forte fuit bene notus Homerus Athenis
    aut Maro Traiano lectus in urbe foro;
vel si Davitico didicit sacra dogmata plectro,
    psallit honorificum fauce rotante melum.
tangitur aut digito lyra tibia fistula canna:
    quisque suis Musis carmine mulcet aves.
sic ego, curarum valido defessus ab aestu,
    noscens te salvum fonte refectus agor.
o nomen mihi dulce Lupi, replicabile semper
    quodque mei scriptum pagina cordis habet,
quem semel inclusum tabulis dulcedinis intus
    non abolenda virum pectoris arca tenet;
thesauros pietatis habens, pretiosa voluntas
    producens animo pura talenta suo!
divitias quas mundus habet mens aurea vincit
    gemmarumque decus corde micante refert.
sensus aromaticus suaves diffundit odores,
    hoc tribuens animae quod bene tura solent.
melle saporatum refluens a pectore verbum
    et sale conditum reddis ab ore sophum.
post tenebras noctis stellarum lumina subdens
    Lucifer ut radiis sic mihi mente nites.
ut recreat mundum veniens lux solis ab ortu,
    inlustrant animum sic tua verba meum.
cum peregrina meos tenuit Germania visus,
    tu pater et patriae consulturus eras.
quando merebar ovans placidos intendere vultus,
    mox geminata mihi fulsit in orbe dies.
conserui quotiens vestro sermone loquellas
    credidi in ambrosiis me recubare rosis.
omnibus una manens, sed plus tua gratia nobis,
    vinxit in affectu me properante suo.
nunc quoque pro magnis quis digna rependat honoris?
    materia vincor et quia lingua minor.
sic per ascensum culmen supereminet altum:
    hinc meus urguet amor, hinc tuus obstat honor.
sed pro me reliqui laudes tibi reddere certent,
    et qua quisque valet te prece voce sonet,

---

25 tibi *F*, ibi C^1 bene *om. P* humeros *C* 26 traiano *ACPM*^{1}*RF*] troiano *DGBLM*^{2} 27 dedicit *CPM*^{1} 28 fauci *C*, uoce *L* 29 lira *CL*, l*ra G^1 cana M^1 30 carmine* G^1, carminet M^1, camine *A* auis *C* 31 ergo *AR* defestus *G* 32 *om. F* ager A^1 34 quotque M^1 meis G^1 36 abolenda B^2G^2 *Ven.*] obolenda *rell.* (obelenda *D*) arcta *BL* 37 tesauros *M* 41 aromaticos *BL* suauis *DG* honores M^1 *corr.* M^1 43 mella *A* 44 ab] **b M^1 45 stelarum *AM*^{1} 49 germinia *C* 50 consoliturus *P* 51 placido sitendere *C*, placidus intendere M^1 53 loquellas] loquillas *ACPM*, loquelas *GBL* 54 crededi *PM*^{1} 55 manes G^1 56 uincxit *P* affectum *A* 57 honores M^1 58 matheria *A* 59 per *ACPMGV*] per et *DBLF*, et per *R*, *scribendum* post *vel* super 60 urget *DLB*^{2} (*vel corr.* B^1) amur M^1 tuus] ***us P^1 *corr.* P^1 61 cernent *A* 62 quisque] quis G^1 son**t P^1, sonent C^1, sonat *F*

Romanusque lyra, plaudat tibi barbarus harpa,
Graecus Achilliaca, crotta Britanna canat.
illi te fortem referant, hi iure potentem,
ille armis agilem praedicet, iste libris.
et quia rite regis quod pax et bella requirunt,
iudicis ille decus concinat, iste ducis.
nos tibi versiculos, dent barbara carmina leudos:
sic variante tropo laus sonet una viro.
hi celebrem memorent, illi te lege sagacem:
ast ego te dulcem semper habebo, Lupe.

IX

Item ad Lupum ducem

Officiis intente piis, memorator amantis,
prompte per affectum consuliture tuum,
carius absentis nimium miseratus amici,
quando latente loco signa requirit amor:
unde meis meritis datur hoc, ut protinus esset
spes Fortunati cura benigna Lupi?
exul ab Italia nono, puto, volvor in anno
litoris Oceani contiguante salo:
tempora tot fugiunt et adhuc per scripta parentum
nullus ab exclusis me recreavit apex.
quod pater ac genetrix, frater, soror, ordo nepotum,
quod poterat regio, solvis amore pio.
pagina blanda tuo sub nomine missa benigne
nectarei fontis me recreavit aquis.
nec solum a vobis me dulcis epistula fovit,
missus adhuc in rem portitor ecce venit.

---

63 lira G^1L tibi] ti M^1, * G^1 barbaru A^1 harpa DLM^2G^2] *item sed* r *ex* p *1 m. P*, *harpa M^1, harpha BF^2, pharpa *C*, pharpha RF^1, pharphas *A*, partha G^1 64 crotta $APMG^1LR$] crottam *C*, chrotta DBG^2, rotta *F* britanna *AML*] brittanna $CPDB^1$ (*corr.* B^1) FG^2, brittania G^1R britanna *pro* britannica (*accusat. ut* achilliaca) 65 hi] ** G^1 iuripotentem *C* 66 ille] illi *L*, illis C^1 *ut vid.* 67 rite] urite *C* 68 con**t M^1, concinnat *C* 69 uersiculus M^1 barbara] barba *ACPM* leudos] leodus *C*, laudes *F* (*glossa in G:* i. e. uuinileodos) 70 uareante *C* tropo*****laus *M* 69. 70 *iustum locum post v. 64 habere videntur* 71 hi celebrent *C*, hic celebrem *A*, hinc elebrem *P* ille *P* legis agacem P^1, leges agacem *corr.* P^1 *subscr.* v. LXXII *ACM*, LXXI *D* *in P sequitur IV, 1.*

IX *extat in Σ f. 45ᵛ post II, 12* ITEM AD LVPVM DVCEM *ACMDGRF*] ITEM ALIVS AD LVPO DVCE (*vel* DVCEM) Σ^1, ITEM ALIVS AD LVPVM DVCEM Σ^2, ITEM AD EVNDEM *BL* 1 memorator $BLRF\Sigma^2G^2$] memoratur Σ^1ACMDG^1 2 prumpte *ΣCM* consuliture] consul sture *Σ* 3 amicis *D* 4 quanto *Σ* latante G^1 requiret *Σ* 5 protenus CM^1 6 furtunati *C* benign*** G^1 7 exsul Σ^1G ab] ** G^1 8 continguante *R*, contingante *F* 11 genetris C^1 *corr.* C^1, generix G^1, genitrix *L* 12 amore pio] a pio *spatio 7 litterarum relicto Σ* . 13 benigne Σ^2] benignae Σ^1, benigno *codd. rell.* 14 recreauit *Browerus*] reacraeauit *Σ*, renouauit *codd. rell.* 15 dulces Σ^1 epistula *AR*] epistola *rell. cum Σ* 16 in rem] *i. e. in commodum meum. quid officii portitori Lupus iniunxerit ignoramus* ecce *Σ*] inde *codd. rell.*

munera quis poterit, rogo, tot memor ore referre?
    affectum dulcem pandere lingua nequit.
sed tibi restituat rex cuncta supernus ab alto,
    quae minimis fiunt qui docet esse suum.

X

Ad Magnulfum fratrem Lupi

Quam cito fama volat pernicibus excita pinnis
    et loca cuncta suis actibus aucta replet!
nam tibi cum Rhenus, mihi sit Liger ecce propinquus,
    hic, Magnulfe, decens, magnus honore places.
sic tuba praeconis Sigimundi missa cucurrit,
    ut tua diffuso sint bona nota loco.
quod tamen in brevibus vix signat epistula verbis:
    non quia cuncta canit, nec reticere cupit.
iuredico in primis pollens torrente relatu
    sic regis, ut revoces facta vetusta novis,
cuius in officiis aequi cultoris aratro
    semine iustitiae plebs sua vota metit.
nemo caret propriis, alienis nemo recumbit:
    sic facis ut populum non vacet esse reum.
sollicitudo tua reliquis fert dona salutis,
    et labor unius fit populosa quies.
aequalis concors ut ab omnibus, alme, voceris,
    legibus hinc iudex, hinc bonitate parens.
da paucis veniam, quoniam mihi portitor instat:
    nam de fratre Lupi res monet ampla loqui.
sic tribuat dominus, meritis reparetis ut illum,
    quem pariter tecum cordis amore colo.

---

17 memor — nequit (*v. 18*) *i. ras. 1 m. C*   memor ore] memorere Σ^1, memorata Σ^2 ferre *D*   18 nequid Σ^1 20 quae minimis *ΣADBLFG*²] quae menimis *C*, quae m*nimis *M*, quae nimis *G*¹*V*, quem minimis *R*   *subscr.* v. XX *AMD*   *in Σ sequitur VII, 18*

X   MAGNVM *A*¹, MAGNV *C*   FRATREM LVPI *ACDGL*²] FRATRI LVPI *MR*, FRATRI LVPO *F*, *om. BL*¹   1—4 *i. ras. 1 m. C*   1 pernicebus *CM*¹   pennis *GBL*   3 renus *ML*   propinquos *A*, propinguis *C*   4 dicens *G*   5 sigimundi *G*¹*L*] sigimunda *C*, sygimundi *RG*², sigymundi *AMB*   6 diffusio *ACM*¹, *cf. I, 3, 2*   7 epistula *ACMR*] epistola *GBL*   8 *i. e.* neque tamen, quoniam non cuncta canere potest, ideo reticebit   9 iuridico *B*   torpente *G*¹ *Ven.*   10 reuocis *AM*¹ nouis *F*] nouus *rell.*   11 aratro] aratrum *codd.* (*glossa in G:* scil. per)   14 facit *C*   16 populusa *C*   17 aequales *G*¹   concurs *C*, consors *R*   ambomnibus *C*¹ (*corr. C*¹?)   *subscr.* v. XXII *AMD*

XI

Ad Iovinum inlustrem ac patricium et rectorem provinciae

Prosaico quotiens direxi scripta relatu!
nullaque de vestro pocula fonte bibo:
quem prius inrigua recrearas ditior unda,
nec modo Castaliis redditur haustus aquis.
si me cura minor vestri tenuisset amoris,
iam fuerat licitum stringere colla manu.
nunc magis inde minus capio, quia diligo maius,
et cum plus cupiam, vota negata gemam.
qui sibi transfudit mea pectora pectore toto,
cur, rogo, non pariter lumina lumen habent?
vel quod, amice, licet scriptis fero, care, salutem:
sed mihi qua relever pagina reddat opem.

XII

Item ad eundem

Tempora lapsa volant, fugitivis fallimur horis,
ducit et in senium lubrica vita viros.
fine trahit celeri sine fune volubilis axis
nec retinet rapidas ad sua frena rotas,
cuncta movens secum momenta et pondera rerum,
donec meta avidos sistere cogat equos.
sic quoque dissimiles ad finem tendimus omnes,
nemo pedem retrahit quo sibi limes erit.
imperiale caput, regnum trahit, aeque senatum,
nec spectante die, cum venit, hora rapit.
quid sunt arma viris? cadit Hector et ultor Achilles,
Aiax, in clipeo murus Achaeus, obit.

XI *extat in* Σ *f. 41v post XI, 26 sub hoc titulo:* AD IVVINVM INLVSTREM (INLVSTE Σ^1) AC PATRICIVM (PACIO Σ^1) ET RECTOREM PROVINCIAE inl. ac p. et *om. codd. praeter* Σ AD EVNDEM *B*, AD IOVINVM *L* *carmen cum V contuli* 2 nullaquae Σ^1 pucula Σ^1, popula G^1 3 irrigua Σ^2, inriguas ACM^1G^1V recreares Σ, recrearis ACM^1 *ut vid.* 4 modi M^1 castalius Σ, oastulus *D* austus *C* 5 sic *D* tenuissit CM^1, timuisset D^1V 6 licium CM^1G^1V, licitum* (*eras.* m *vel* in) *D* *ignota de causa Iovinum convenire omisit* 7 magis] maius *DV* 8 negata *Ven.*] nugata *codd.*, *sed om.* Σ gemam Σ] geram *ACGVBLRF*, gero *MD* 9 qui tibi (Σ), quis tibi G^1V transfundit *M*, tranfudit *C* pectora pectore] pectorae Σ^1, pectora $R\Sigma^2$ toto] tuto *codd. cum* Σ (tuo *C*) 10 quur Σ 11 licet *om.* Σ 12 quare leuer Σ^1 reddat opem] reddat o CM^1D^1 (*corr.* D^1) *V* *subscr.* v. XII *AMD* *in* Σ *sequitur VII, 13*

XII ITEM AD EVNDEM *L*] ITEM EIVSDEM AD EVNDEM *ADG*, I. E. AB EVNDEM *CMF*, AD IOVINVM *B* 3 celere *C*, sceleri G^1 fune] fine M^1 6 aequus G^1, aequos G^2 7 dissimilis *C* fine *D* 9 caput] sib caput *C* atque *Ven.* 10 *intellege* et die non expectante *i. e.* quo non expectatur die* *M* 11 achilles *BL*] achillis *rell.* 12 in clipeo *DBLR*] in clypeo *F Ven.*, ino clippeo G^2, i**** clippeo G^1, in oflypeo *AM*, inoflupeo *C* achaeus *G. Fabricius poet. vet. eccl. p. 701*] achaheus *R*, aceus *L*, acaeus *rell.* ob** G^1

quid satis est cupido, gremio quod condit avaro?
deliciis resolvis Attalus auctus abest.
quis non versutus recubet dum fine supremo?
de Palamede potens ars in Vlixe perit.
forma venusta fluit, cecidit pulcherrimus Astur,
occubat Hippolytus nec superextat Adon.
non agiles fugiunt; quo terminus instat eundum:
nam cum fratre celer sorte Quirinus obit.
quid, rogo, cantus agit? modulis blanditus acutis
Orpheus et citharae vox animata iacet.
docta recessuris quid prodest lingua sophistis,
qui valuere loqui curva rotunda poli?
Archyta Pythagoras Aratus Cato Plato Chrysippus,
turba Cleantharum stulta favilla cubat.
quidve poema potest? Maro lysa Menander Homerus,
quorum nuda tabo membra sepulchra tegunt?
cum venit extremum, neque Musis carmina prosunt,
nec iuvat eloquio detinuisse melos.
sic, dum puncta cadunt, fugiunt praesentia rerum,
et vitae tabulam tessera rapta levat.
est tamen una salus, pia maxima dulcis et ampla:
perpetuo trino posse placere deo.
hoc valet atque viget, manet et neque fine peribit,
hinc quoque post tumulum nascitur almus honor.
quod superest obitu meritorum flore beato,
suavis iustorum fragrat odor tumulo;
gratius aura fluens quam spiret aroma Sabaeum,
vincens quae pinguis balsama silva reflat.
cinnama calta crocus violae rosa lilia cedunt,
ut similis nullus nare bibatur odor.
quid quod morte magis virtus generatur in illis,
dumque sepulchra tenent languida membra fovent?

---

14 deliciis resoluis ACG^2] delicii luis (*4 litteris evanidis*) *M*, deliis resoluis G^1, deliciis soluis *LR*, diliciis soluis *B*, deliciis solitis *F*, delitiis refluens *Ven.*, deliciis (*praestat* diuitiis) refluis *G. Fabricius* (*cf. VII*, *2*, *3*) attelus G^1 actus habet C^1, actus abest *corr.* C^1 15 recubat in fine *Ven.*, *possis* recubet cum, *sed fort. scribendum* cui non uersutost recubandum fine* *M* 16 palamede *BL*] palamide *rell.* (palmide G^1) ar* A^1 in ullixe *C*, in ulyxe DG^2, **nulix** G^1 17 astur] atax F^1 *corr.* F^1, *scribendum* Aster. *Asteris Platonici* (*cf. Bergk. poet. lyr.* II^3 *p. 622 sq.*) *notitia ex Appulei apologia ad Fortunatum pervenisse potest* 18 occupat *A* hippolytus] hippolitus *L*, hyppolitus *AMDGB*, hypolitus *R*, yppolitus *CF* 19 eundem G^1 20 obit] abit *codd.* (habet R^1, habit R^2) 21 accutis *G* 22 citharae *CMGL*] cytharae *AB* *in C reliquum folium 110*^{v}, *quaternionis XIII extremum, vacuum* (*23 vv.*) 23 sopistis G^1 24 quid *R* ualuere] uoluere *codd.* 25 archyta] archita *F*, arcyta *R*, arcita *rell.* pythagoras] phitagoras *GBL*, phytagoras *rell.* aratus *BL*] aracus *rell.* caro B^1 plato *om. B* chrysippus] crysippus *AC*, crysipphus *R*, crisyppus *M*, crisippus *DGBLF* 26 cleantarum *G*, cliantarum *B*, clientarum *LR*, *om. F*, *cf. p. 103*, *4* 27 lysa] lyxa *D*, lisa G^1R, naso *G. Fabricius*, *error Fortunati subesse videtur* homeros *R*, humerus *CM* 28 nuda tebo *R*, nuda taho *C*, nudata *DG*, nuda tapho *C. Barthius advers. p. 233*, n. in humo *G. Fabricius* sepulta *A* 29 musi sacramina *D*, musis carma G^1 30 detinuisse *BL*] detenuisse *rell.* 31 figiunt G^1 32 tesara G^1, tessara G^2 lauat *D*, uolat *L* *tabulam latruncularium intellegit* 34 posse *i. ras. 2 m. M* 36 postumulum G^1 37 quid *R* obitu] habitu *DBLRF*, *idem* G^1 *corr.*, habito $ACMG^1$ *Ven.* 38 fragrat *L*] flagrat *rell.* 39 gratias *G*, gratior *Ven.* quae G^1 (*corr.* G^1) *Ven. BL* 40 refert *F* 41 cinama A^1 **dunt A^1 *corr.* A^1 42 nullis MG^1V b*batur A^1 43 qui quod *C*, quidquid *D* 44 *fort.* fouet

multorum dubiam solidant pia funera vitam
  et redit ex tumulo vivificatus homo.
nobilis urna tegit pretiosa talenta tonantis
  ac terris recubat quod super astra volet.
qui sub amore dei sacro moderamine vivens
  fit peregrinus humi, civis eundo poli.
denique post illos qui fundamenta coruscant,
  postque Petri ac Pauli lumina prima fide,
quis numerus radiat sanctorum sparsus in orbe,
  quanta columnarum gratia fusa viget!
per loca, per populos mundo sua sidera praesunt,
  quidquid ab Oceanis circulus ambit aquis.
arctos meridies oriens occasus honorat
  lumina muneribus clarificata suis.
de reliquo nihil est quodcumque videtur in orbe,
  nam tumor hic totus fumus et umbra sumus. —
Cur igitur metu trahitur data vita susurro,
  nec Fortunato pauca, Iovine, refers?
tempora lapsa vides neque longa silentia rumpis,
  me quoque ne necrees ad mea damna taces.
non ita rebar ovans, postquam Germania nostros
  contulerat visus, ut resileret amor.
credideram potius, quantum se tenderet aetas,
  ut vestri affectus se duplicaret opus.
heu magis, ut video, vota in contraria currunt:
  tempora longantur, sed breviatur amor.
an quantum ex oculo, tantum tibi corde recedo,
  et tam longe animo quam sumus ambo loco?
non ego sic refero, quoniam tibi pectore nector:
  praedicat hoc aliter mens ubi dulce fovet.
nam cui cara fides animum sociavit amici,
  quod minus est oculis flagrat amore magis,
et licet absentem paries locus aula retentet,
  corde suo illic est, est ubi forma placens.
prospicit affectu quem vultu non videt ipso,
  et vox longinqua de regione sonat.
quid gerat aut ubi sit, tacito dare verba videtur;
  intra se loquitur pectore clausus amor.
si volat aura levis, putat inde venire salutes:
  hoc fragor aure refert quod homo mente gerit.

---

45 *expectes* illorum 48 uolet] uolat *codd.* (tonat *L*) 49 quis *ACG Ven. B* amorem *C* 50 ciues *A* 51—58 *extant in P f.* 57^r *post III, 7, 12* 51 quid *A* 52 lumine *A*, luma M^1 53 radiat *P*] radiet *rell.* 56 quidquid *AC*] quicquid *PMGBL* 57 arctos *PGB*] arcthos *ACMR*, archtos *L* 58 limina *P* *in P sequitur IX, 2* 59 (quodcumque *GBL*) urbe M^1G^1 61 *fort.* quin igitur mutuo 66 resileret *CDBL*] resiliret *AMGR*, rescribat *F* 67 credederam M^1 70 breuiator M^1 (*corr.* M^1) G^1, breatur *C* 71 tibi tantum *L* 73 sic refero *i. e. par pari rependo, sed fort. scribendum* sic rebar 74 liter *D* mens *et* fouet *i. ras. 2 m. G* (mens ubi dulcis inest *Ven.*) 75 sociabat G^1 *Ven.* amici *Mommsenus*] amice *codd.* 76 culis *D* 78 *debuit* suo est illic 81 gerat] gerit *codd.* 84 aura *F*

hinc tuus ergo cliens ego, care colende, requiro,
absentem faciunt quem loca, non animus,
qui semper nostro memoralis haberis in ore:
scribimus et haec dum, non sine te loquimur.
affectu studio voto tua brachia cingo
atque per amplexum pectora, colla ligo.
ingrederis mecum pariterque moveris amator,
et quasi blanda loquens oscula libo labris.
ante oculos habeo, sed cara refugit imago,
hic quoque quem habeo non retinere queo.
alternis vicibus modo vadis et inde recurris:
vix fugis ex oculis, ecce figura redis.
et cum terga dabis, facies mihi cernitur insons;
si pede conversus, fronte regressus ades.
saepe etiam videor dare te pia dicta relatu:
illic forte taces, hic mihi verba refers.
hoc de te minus est, quia prendi non potes absens;
nam velut illic es totus et hic meus es.
qualiter ambo simul paucis habitavimus horis
non fugit ex oculis, dum manet ista dies.
misimus o quotiens timidis epigrammata chartis!
et tua, ne recreer, pagina muta silet.
quis, rogo, reddat eas taciti quas perdimus horas?
tempora non revocat lux levis atque fugax.
dic homo note meus: quid agis? quid, amice, recurris?
si tua rura colis, cur mea vota neges?
scribe vacans animo, refer alta poemata versu
et quasi ruris agrum me cole voce, melo;
per thoraca meum ducas, precor, oris aratrum,
ut linguae sulcus sint sata nostra tuus,
pectoris unde seges gravidis animetur aristis,
pullulet et nostrum farra novale ferax.
nam mihi si loqueris, bone vir, pietatis opimae
exsuperas labiis dulcia mella favis,
plusque liquore placet quem fert oleagina suco,
suavius et recreat quam quod aroma reflat.
cum Aspasio pariter caris patre, fratre Leone
longa stante die, dulcis amice, vale.

---

85 care** G colende *om.* L 86 animus DG^1BL] amimus F, animos $ACMRG^2$ *Ven.* 87 memoralis] memoraris *codd.* haberes A^1 96 fugit A redes CM^1 97 dabis] dapes A 98 fonte D^1G^1F regress D^1, regressu D^2 99 uidear G^1 101 prendi] p*rendi C, endi *i. ras. 6 litt.* G, prudens *Ven.* potis ACM^1G^1 102 nam] *fort.* non uelu* A^1, uelud R, uelue D est totus M^1 (*corr.* M^1?) 103 habitabimus ACM^1 oris ACM^1 *ex corr.* R 105 epigramata A, epygramata B, ephigrammata R cartis BL 106 creer G^1 107 reddet G *Ven.* R horis L 113 dacas A 114 ut] et G^1 *Ven.* tuus ACM^1G^1 *Ven.*] tuae $DBLRFM^2G^2$ 115 ametur G^1 116 pollulet M^2, pululet G^2 nostrum] nostro *codd.* farre B *v. l.* $LRFM^2$ noual* G^1, nouella *Ven.* 117 opime *fere codd.* 118 labiis] aliis L 119 quem G^2] quae BL, quam *rell.* oleagina B *ex corr.* L] oleagena *rell.* suco ADBL] succo CMG, suo F, *fort.* silua 120 flat D *subscr.* v. CXXII ACMD EXPLICIT (HVCVSQVE A, *om.* RF) AD IOVINVM RECTOREM PROVINCIAE. INCIPIT (ITEM A) AD *etc.* ACDGRF

XIII

Ad Felicem socium

Ardua Pierio cui constant culmina fastu,
vix humili valeo tangere claustra manu.
sed quoniam patriae fuit aula sodalibus una,
adfectu fidens pulso, benigne, fores.

XIV

De Mummoleno

Dum mihi fessus iter gradior prope noctis in umbra,
solis in occasu iam fugiente die,
cum super undarum viridantes gramine ripas
pascua conspexi, pastus et ipse fui.
huc oculis captus voto ducente trahebar
deflectensque viam prosperiora peto.
Mummolenus enim, qui celsa palatia regis
altis consiliis crescere rite facit,
inter concives merito qui clarior extat
quemque super proceres unica palma levat,
nobilitate potens, animo bonus, ore serenus,
ingenio sollers et probitate sagax,
cui genus a proavis radianti luce coruscat
(moribus ipse tamen vicit honore patres):
huc ergo adveniens epulis expletus opimis:
quem vidisse mihi constitit esse cibum.
fercula magna quidem dapibus cumulata benignis,
ac si colle tumens discus onustus erat:
undique montis opus, medium quasi vallis habebat,
quo meliore via piscis agebat iter.
ille natans oleum pro undis, pro caespite discum
incoluit, cui pro gurgite mensa fuit.
attamen ante aliud data sunt mihi mitia poma,
Persica quae vulgi nomine dicta sonant.
lassavit dando (sed non ego lassor edendo)
vocibus hinc cogens, hinc tribuendo dapes.

XIIII *extat in Σ f. 41ᵛ post VII, 11* SOCIVM *Σ*] SOCIRVM EIVS *CMD*, SOCERVM EIVS *AG¹RF*, CIVEM EIVS *G² v. l., om. BL* *verum viderat Luchius; cf. de Felice Tarvisensi V. M. IV, 665 sq. Gregor. de mir. S. Mart. I, 15. Paul. hist. Lang. II, 13* 1 pierio cui] pieri* *G¹* constrant *Σ¹* 2 humeli *CM* 4 adfectu *Σ*] affectu *rell.* (affectuque *G¹*) benigno *C*, benign* *G¹* *glossae in G:* fastu] altitudine musarum; claustra] carmina missa a te; fores] illius claustrae *subscr.* v. IV *ACMD in Σ sequitur VIII, 1*

XIV DE MVMOLENO *R*, DE MVMMVLENO *B*, AD MVMMOLINVM *L* 1 fes*us *A* 3 gramina *G¹F* 5 hoc *C* 7 mumolenus *R*, mummulenus *D* enim] erat *Momnusenus* 9 quid *D* 11 serenenus *D* 12 solers *G¹* 13 redianti *D*, radiante *R* 14 patris *ACM* 17 benignus *M¹ ut vid.* 19 opibus *L* 20 quod *D* 23 adtamen *A* ante] te *C* proma *C* 24 persica *G*] perseca *rell.* nomina *G¹*

mox quasi parturiens subito me ventre tetendi,
admirans uterum sic tumuisse meum.
intus enim tonitrus vario rumore fremebat;
viscera conturbans Eurus et Auster erat.
non sic Aeoliis turbatur harena procellis
nec vaga per pelagus puppis adacta tremit,
nec sic inflantur ventorum turbine folles,
malleolis famulos quos faber ustus habet.
alter in alterius ructabat mole susurros
et sine me mecum pugna superba fuit. —
Sit tibi longa salus celsa cum coniuge, rector,
et de natorum prole voceris avus.
laudis honore potens felicia tempora cernas
et valeas dulces concelebrare iocos.

XV

De Berulfo comite

Delicias, Berulfe, tuas spectando libenter
me fateor duplicem sustinuisse famem.
sic ego credebam, quarta satiarer ut hora:
me nec ad octavam mensa benigna vocat.
per vestras epulas didici ieiunia gestans:
litania fuit prandia vestra magis.
det tibi vota deus, per quem (modo laeta notamus),
haec quoque dum scribo, plus satiatus agor.

XVI

De Condane domestico

Temporibus longis regali dives in aula
enituit meritis gloria, Conda, tuis.
nam semel ut iuvenem vigili te pectore vidit,
elegit secum semper habere senem.
quis fuit ille animus vel quae moderatio sensus,
cum fueris tantis regibus unus amor?
mens generosa tibi pretioso lumine fulget,
quae meritis propriis amplificavit avos.

---

28 tomuisse M^1 29 uariorum more BLF^1 32 poppis *CM* 34 maleolis *D* ustos *A*, aestus *B* ha*** G^1 39 cernans *D*, cernes G^1 (*Ven. ut vulg.*) 40 iocus *A* *subscr.* v. XL *ACMD*

XV BERVNFO *F* 1 spectando *Par.*] expectando *codd.* (exspecto *F*) 2 sustenuisse *A* 3 sic] si *GB* reddebam D^1 *corr.* D^1 satiarer ut M^2] saciarer ut CM^1DG, satiare ut *A*, satiarer *R*, satiarier *BL*, saciarier *F* 4 octabam *CM* 5 dedici *CM* gustans *R* 6 litania CM^1G^1] letania DRM^2, laetania $BLFG^2$, litaniaque *A* 7 nota] nota *L* deus] d**** D^1 *corr.* D^1 *subscr.* v. VIII *ACMD*

XVI *extat in P f.* 87^v *post VIII, 5* CONDA *BL*, CONDANA *P* DOMESTICO COMITE *P* 1 regale *R* 2 menituit *C* conda] cuncta *P* 3 *fort.* simul uidit *scil.* aula, *cf. v.* 26 7 fulgit CM^1 8 amplicauit *CM*

floret posteritas, per quam sua crescit origo,
    et facit antiquos surgere laude patres.
nam si praefertur generis qui servat honorem,
    quanta magis laus est nobilitare genus?
qui cupit ergo suum gestis adtollere nomen,
    ille tuum velox praemeditetur opus.
a parvo incipiens existi semper in altum
    perque gradus omnes culmina celsa tenes.
Theudericus ovans ornavit honore tribunum:
    surgendi auspicium iam fuit inde tuum.
Theudebercthus enim comitivae praemia cessit,
    auxit et obsequiis cingula digna tuis.
vidit ut egregios animos meliora mereri,
    mox voluit meritos amplificare gradus.
instituit cupiens ut deinde domesticus esses:
    crevisti subito, crevit et aula simul.
florebant pariter veneranda palatia tecum,
    plaudebat vigili dispositore domus.
Theudebaldi etiam cum parva infantia vixit,
    huius in auxilium maxima cura fuit.
actibus eximiis sic publica iura fovebas,
    ut iuvenem regem redderes esse senem:
ipse gubernabas, veluti si tutor adesses,
    commissumque tibi proficiebat opus.
Chlotharii rursus magna dominatus in aula,
    quique domum simili iussit amore regi.
mutati reges, vos non mutastis honores,
    successorque tuus tu tibi dignus eras.
tantus amor populi, sollertia tanta regendi,
    ut hoc nemo volens subripuisset onus.
nunc etiam placidi Sigibercthi regis amore
    sunt data servitiis libera dona tuis.
iussit et egregios inter residere potentes,
    convivam reddens proficiente gradu.
rex potior reliquis merito meliora paravit,
    et quod maius habet hoc tua causa docet.
sic tuus ordo fuit semper maiora mereri,
    vitaque quam senior tam tibi crevit honor.
quae fuerit virtus, tristis Saxonia cantat:
    laus est arma truci non timuisse seni;

---

9 per] quem *A* 12 quanto *DF* 13 adtollere *ACPMG*^{1}] attollere *BLG*^{2} 16 perque] perge *D* 17 theudericus *ACPMR*] teudericus *DG*, teudoricus *B*, theodericus *LF* 18 surgenda *D* 19 theudebercthus] theudobercthus *AG*^{2}, theudoberchtus *M*, theudeberctus *P*, theudeberthus *C*, teudebercthus *DB*, teutebercthus *G*^{1}, teodeberchtus *R*, theodeberthus *F*, theodebertus *L* 21 egregios *CPBLFG*^{2}] egregius *AMDG*^{1}, egregis *R* mer*** *P*^{1} (*corr.* *P*^{1}?) 22 grados *M*^{1} 23 domesticos *P* essis *CM*^{1}, ***** *A*^{1} 27 theudebaldi *PLR*] theudebaddi *A*, teudebaldi *MDGB*, theubaldi *C*, theodebaldi *F* 28 auxiliom *G*^{1} 29 iura *F*] cura *rell.* 30 iuuem *C* redderes *DGBLF*] redderis *ACPM*, reddere *R* 31 adessis *CM*^{1} 33 clotharii *M*, hlotharii *BL* 34 similis *D*^{1} 35 regis *PR* uo* *D*^{1} 37 solertia *G* 38 subripuissed *P*, supripuisset *R* 39 placidis *A*, *om.* *RF* sigibercthi *C*] sygibercthi *AP*, sygiberchti *M*, sigiberchti *R*, sigibercti *D*, sigiberthi *GB*, sigiberti *L*, sygiberti *F* 41 resedere *CPM*^{1}*R* 45 maiore *D* 47 cantant *C*

pro patriae votis et magno regis amore
    quo duo natorum funera cara iacent.
nec graviter doleas cecidisse viriliter ambos,
    nam pro laude mori vivere semper erit.
laetitiam vultus hilari diffundit ab ore
    et sine nube animi gaudia fida gerit.
munificus cunctis largiris multa benignus
    et facis adstrictos per tua dona viros.
sit tibi longa salus placidis felicius annis,
    atque suum reparet proles opima patrem.

XVII
Ad Gunduarium

Si prodi verbis affectus posset amantis,
    carmina plura tibi pagina nostra daret.
sed quod ab ore loqui nequeo quod pectore claudo,
    sit satis ex multis vel modo pauca dari.
nam si respicias votum per verba canentis,
    malueram maius qui tibi parva fero.
aspicimus sensum totum in dulcedine fusum,
    quo sine nube doli corda serena micant.
puro fonte rigans nectar de fauce redundat,
    cuius verba libens pectore corde bibo.
providus exertus vigilans moderatus honestus,
    condimentum animae mens tua semper habet.
reginae egregiae patrimonia celsa gubernas:
    quae tibi conmisit sensit ubique fidem.
nemo piae poterat reginae carior esse,
    quam qui pro meritis talis et ipse foret.
Gunduari, longo vigeas placiturus in aevo,
    coniuge cum propria luce perenne manens.

XVIII
Ad Flavum

Ad carum totiens mea pergit epistula Flavum:
    sic monet officii sedula cura loqui.
nunc quoque prosaico, modo mittens carmina versu
    blandior affatu debita solvit amor.

---

50 cura G^1 53 laetitia *A* 56 astrictos *BL* 57 felicibus *M*, felicitas *F* 58 proles *B*] prolis *rell.* opim* G^1, opim P^1 *subscr.* v. LVIII *ACMD* *in P sequitur VI, 1*

XVII GVNDVARIVM *F*] GVNDVARIO *ACMR*, GVNDOARIVM *DGBL*, GVNDOVARIVM *ind. capit.*, *cf. v. 17* 1 posset (*F*) *Ven.*] possit *codd.* 2 carmine *L* 3 ab] at C^1 *ut vid.* pectore claudo] pectore laudo *C*, pectore AM^1V, pectore gesto *DGBLRF* 7 dulcidine M^1 8 nube *om. D* corde *G* 10 ligens *D* 13 regiae *A* aegregia *C* 14 (conmisit *C*) 17 gunduari *sic codd.* long* G^1, longe *D* 18 cum coniuge *C* *subscr.* v. XVIII *ACMD*

XVIII *extat in Σ f. 46ʳ post VII, 9* ad] VERSVS AD *Σ* FLAVIVM B^1 1 toties (*Σ*) pergis D^1 epistula *AC*] epistola *rell.* 2 officii *ΣAC*] officiis *rell.* 3 mitens G^1 uersum *Σ* 4 affatu CMG^2BF] afflatu *L*, affectu *ADR*, effectu $ΣG^1$ *Ven.*

quin tibi pauca ferat, qui vult iter ire viator
    nemo mihi tacite praetereundus abit,
fotus amicitiae te ut pagina saepe requirat;
    et si vir desit, portitor aura placet.
attonitis animis ego per vaga nubila pendo
    nullaque suscipio signa relata manu.
an tibi charta parum peregrina merce rotatur?
    non amor extorquet quod neque tempus habet.
scribere quo possis, discingat fascia fagum:
    cortice dicta legi fit mihi dulce tui.
an tua Romuleum fastidit lingua susurrum?
    quaeso vel Hebraicis reddito verba notis.
doctus Achaemeniis quae vis perscribito signis,
    aut magis Argolico pange canora sopho.
barbara fraxineis pingatur rhuna tabellis,
    quodque papyrus agit virgula plana valet.
pagina vel redeat perscripta dolatile charta:
    quod relegi poterit, fructus amantis erit.

XIX

Item ad Flavum et Euodium

Quam bene conveniunt genitor quos sustulit unus,
    si simul hos unum pectus utrosque tenet!
visceribus hisdem genitos Flavum Euodiumque
    prorsus amore uno viscera nostra tegunt.
alter in alterius mihi visu visus habetur,
    et fratris speciem fratris imago dedit.
unius ex facie facies mihi nota secundi:
    sic speculo similem forma repressa refert.
ergo pari voto paribus dans vota salutis
    ambos inter ego tertius alter ero:
hoc cupiens, ut quos caris amplexibus idem
    tres amor unus habet, nos quoque charta liget.

---

5 fuerat *C* 6 habet D^1, habit D^2 7 fotus] foetus *Ven.*, ortis Σ^1, ortus Σ^2 (fotum gloriae *novit Prudentius contra Symm. II, 584*) 9 adtonitis *M* *cf. VIII, 3, 239* 11 charta *M*] chartha *A*, carta ΣGBL, cartha *C* 12 habeat *M* 13 quod *C* possit *L*, poscis *R* distingat *C*, discingas Σ *fort.* ascia (hascia) sagum RD^2 14 tui *pro* tua 15 tua] tibi *C* romoleum $\Sigma^1 A$ fastidit $DG^1BL\Sigma^2$] fastidet $\Sigma^1 ACMRFG^2$ 16 reddita *AF* 17 proscribito *L* 19 tabela G^1 *ut vid.* 20 quoque Σ papirus ΣL, pa*y**us A^1 ait D^1R ualit *CM* 21 carta $L\Sigma^2$, *charta *G* 22 quod religi *ACDR*, *fort.* quidque legi (*pro* quidquid, *cf. 20, 3; VIII, 1, 65 al.*) poterat Σ amant* M^1, amantes *C* erit *om.* Σ *subscr.* EXPLICIT VERSVS Σ, V. XXII *AM*, XXIII *D* *in* Σ *sequitur VII, 20*

XIX item *om.* *B* FLAVIVM B^1 ET AEVODIVM *R*, ET EVVODIVM *F*, *om.* D^1 $\overline{\text{FR}}$· *addit C* (*i. e.* $\overline{\text{FR}}$ = FRATRES?) 1 genetor *C* 2 utrusque CM^1, utresque *D* tenit *C* 3 hisdem *CMDGBRF*] isdem *AL* aeuodiumque *R*, euuodiumque *A* 4 prossus *G* 5 uisu] uisus M^1 6 imigo G^1, ***imago *M* 8 formam *C* 9 pari] patri ACM^1 10 certius *D* 12 carta *L*, cartha *C* leget ACM^1G^1 *subscr.* V. XII *AMD*

XX

Ad Sigimundum

CARISSIMO ET OMNI GRATIA PRAEDICANDO SIGIMVNDO FORTVNATVS SALVTEM

Fixus amore tuo votis inhiantibus adstans
quae tibi, care, salus, saepe requiro viros:
quisque viator adest properans Aquilonis ab axe,
quamvis festinum sollicitando moror;
seu privata virum seu publica cura citabit,
hinc, nisi perconter, nullus abibit iter.
quam vegetus membris? quae te loca, care, coercent?
ordine disposito cuncta requirit amor.
si gravis arma tenens Italas terit hospes harenas
aut quae Francus habet pagina pandat age.
quid geris, oro, refer; tamen ut queo longius opto
vivas pars animae dimidiata meae.

XXI

Ad Sigimundum et Alagisilum

Nomina amicorum mihi dulcis epistula pandit:
hinc Sigimunde nitens, hinc Alagisle decens.
prosperitas felix ventorum flamina fudit,
quando mihi caros nuntiat aura viros.
testor utrumque caput, tantum mea vota iuvantur
quantum fit florens laeta sub imbre seges.
ne sitiam rabidis aestivo tempore flammis,
nectarei fontis me recreastis aquis.
post Italas terras mittis mihi, Rhene, parentes;
adventu fratrum non peregrinus ero.
tempore belligero pacis nova gaudia surgunt,
hi quia venerunt quos meus optat amor.
qui mihi festivae diei duplicastis honorem,
sic vester crescat munere regis honor.

XX *extat in* Σ *post c.* XVIII *hoc titulo:* ITEM VERSVS AD SIGISMVNDO (-DVM Σ^2) *titulum cum praescriptione tantum F coniungit, titulum om. rell.* KARISSIMO *F*, KMO *L* PRAECONANDO *BL*, *cf. V, 5, 1* SIGIMVNDO *sic codd.* *nomen non memoratur in carmine* F. S. *om. F* 1 fixis Σ^1 astans *B* 2 cara *DBL* 3 quisquis Σ^1, quique *F* 4 festinum] fortunum G^1, forte nimis *Ven.* miror Σ 5 citauit Σ 6 hinc M^1] hunc *rell.* perconter] percuncter *codd. cum* Σ (percunctanter *C*) habebit Σ 7 uegetus $B\Sigma^2$] uigetus *L*, uegitus *rell.* coercent $B\Sigma^2$] choercent *M*, cohercent *ACGBL* 8 requiret Σ 9 teret Σ hospis CMG^1 arenas *AG* *Langobardos dicit* 11 quis ACM^1, qui* G^1 ore *DF* *subscr.* v. XII *ACMD*

XXI AD *BL*] ITEM AD *rell.* SYGIMVNDVM *M*, SYMVNDO *C* ALAGISILVM *AB*] ALAGYSILVM *CMG*, ALAGISVLVM *D*, ALAGISLVM *RF*, ALESVM *L* 1 epistula *AMR*] epistola *CGBL* 2 sigemunde *R*, sygimunde *CM*, sigimundo G^1 alagisle $BLFG^2$] alagisile *ADR*, alagisele *C*, alagyselo *M*, alageusile G^1 3 flumina *A* 5 capud *M* 7 rabidis] rapidis *codd.* 8 recreatis D^1, recreatus *R*, recreasti *F* 12 hi *D*] hic *rell.* 13 die *R* duplicatis G^1 *Ven.* honore ACM^1D *Ven.* *subscr.* v. XIV *CMD* *ad Sigismundum tertium carmen extat in* Σ *f.* 46v (*cf. append.*)

XXII

Ad Bosonem referendarium

Sic tegat omnipotens radiantia culmina regis
atque eius causas arma superna regant,
sic dominum ac servos divina potentia servet
et patriae maneat hoc dominante salus,
sic placido regi summus pius auctor ab alto,
qui dedit ante Petro, porrigat ipse manum,
sic te longaevi comitetur gratia regis
et florente illo gaudia fixa metas:
hoc rogo, quam citius veniat quicumque iubetur,
ne gravet ultra animos hic mora tarda meos.
nam festinato, statuit quod certa voluntas,
si votum adceleret, dulcius esse solet.
illud enim nimium per verba precantia posco,
commender domino te memorante meo.
actibus excellens maneat per saecula felix
et memor ipse mei, dulcis amice, vale.

XXIII

Ad Paternum

Nominis auspicio fulgent tua facta, Paterne,
munere qui proprio te facis esse patrem.
servitii nostri non inmemor omnia praestas
et tibi devotis das pia vota libens.
ut bona distribuas modo qui tam promptus haberis,
unde magis praestes amplificentur opes.

XXIV

Versus in gavatis

a

Qui legis in pulchro circumdata verba metallo,
si venias purus, hoc imitaris opus.
nam velut argentum calida fornace probatur,
sic se purgato pectore prodit homo.

XXII ad] DE *B* BOSONE *AB* RENDARIVM A^1 1 tergat *C* 2 rigant *D* 5 sumus *D* 7 longaeu* M^1, longeuae ACG^1 9 *fort.* huc (quicumque *CGBL*) 10 grauit CM^1 animo *C*, nimos G^1 11 festinato] festinit CM^1A^2, festinet G^1, festini A^1, qui festinat $DBLRFG^2$, qui festinet M^2, si festinet *Ven.* 12 adceleret $ACMG^1$] acceleret BLG^2 14 commender] comer A^1 15 maneat *C*] maneas *rell.* *subscr.* v. XVI *ACD*, XXII *M*

XXIII PATERNO *CMR* 3 (inmemor *ACMGL*) 4 uita G^1 5 tam *om.* *L* prumptus CM^1 6 praestas *DBL* *subscr.* v. VI *ACMD*

XXIV a GRAVATIS G^1 1 pulchra D^1 2 uenies *L* opos G^1 *huic epigrammati et sequentibus subscriptum* v. IIII. ITEM *codd.*

b

Qui venis ad caros conviva fidelis amicos,
quod minus est epulis plus in amore capis.
non haec per pelagus peregrinus detulit hospes:
sume libens patrii quod genuere lares.

c

Quamvis doctiloquax te seria cura fatiget,
hac veniens festos misce poeta iocos.
sic tamen, ut propriam rationem servet honestus,
nam solet incautus sermo movere manus.

d

Vita brevis hominum, fugiunt praesentia rerum:
tu cole quae potius non moritura manent.
erige iustitiam, sere pacem, dilige Christum,
expete delicias quas sine fine geras.

e

Pelle palatinas post multa negotia rixas:
vivere iucunde mensa benigna monet.
causae irae strepitus sileant, fora iurgia leges:
hic placeat requies, quam dat amica dies.

f

Quem rogo, pacificos animos ad prandia defer:
hostem quaere alibi, si tibi pugna placet.
deliciis mediis lites agitare recuses:
arma tibi campus, mensa ministret olus.

g

Si tibi magnanimus rigida virtute videris,
secure ad calices fortia bella refers.
qui venit huc nostrae dapes cognoscere mensae,
commendet positos gratia sola cibos.

---

b 1 caros] car* M^1 4 summe *D* patriae G^1

c 1 seria] s*ria G^1, semper *Ven.* 2 hac] ac *R* iocus *AC* 3 si D^1 honestos *A*, honestis G^1, honest *D*, honesti *Ven.*, honestas *Browerus*

d 3 iustitiam sere] iustitia mycre *AC*, iustitiam ***e M^1, iustitiam cole $BLRFM^2G^2$, iustitiam **** G^1, iustitiam colem *D*, i. tene *Ven.* 4 delicias LG^2] dilicias $ACMG^1B$, dilitias *DR*

e 1 palatina *A* negutia *M* rixas] *glossa in G:* curas 2 iucunde *M*] iucundae *A*, iugunde *C*, iocunde *GBL* 4 quem *D* amicas G^1

f 1 refer G^1, reffer *Ven.*, defers *F* 2 placit M^1 3 diliciis G^1B 4 holus *GBL*

g 1 sit tibi C^1, sit ibi C^2 regida ACM^1DG^1 3 dapes *non sanum* *gnoscere A^1 4 cibus *C* *subscr.* v. IIII *MDR* *in Ven. hic finit l. VII, sed c. 25 extat p. 220*

XXV

Ad Galactorium comitem

Saepius optaram fieri me remige nauta,
    cursibus undifragis ut ratis iret aquis
flatibus aut rapidis per dorsa Garonnica ferrer,
    Burdigalense petens ut celer actus iter,
velaque fluctivagum traherent Aquilone secundo,
    me quoque litoreo redderet aura sinu
qua pius antistes sacra Gundegisilus offert,
    culmine pro populi qui micat ara dei:
tu quoque quo resides meritis, comes, ample serenis,
    care Galactori, sedula cura mihi,
cui rite excellens rex Gunthechramnus honores
    maius adhuc debet, qui tibi magna dedit.
cum tamen hoc vellem, timor obstitit aestibus ille
    qui cumulo rapidae mons fremit albus aquae.
dulcedo invitat civilis et unda repugnat:
    sic vocat atque vetat hinc amor, inde pavor.
plane hoc quod superest solvat vel epistula currens:
    littera, quod facerem, reddat amore vicem.
maxime nunc igitur te, dulcis amice, saluto,
    sperans a domino te superesse diu.
cumque domo sociis antistite coniuge natis
    vive comes, cui sint iura regenda ducis.
pontifici summo commender, opime, precatu,
    sic tua pars meritis sit data dextra polis.
si superest aliquid quod forte tributa redundent:
    qui modo mitto apices, te rogo mitte pices.

XXV (*sic AGBL*, XV *CMDR*) AD *MGB*] VERSVS AD *ACDLRF* GALACTORIVM *BL*] GALACTORIO *AC*, GALACIORIO *M*, CALACTORIVM *G*, GAЛLACTORIO *R*, GALETORIVM *D*, GALASIMIO *F* COMITE *CF* 1 optabam *F* nauta] nautam *codd.* 2 ratis *Ven.*] rates *codd.* 3 garonnica *DGB*] garunnica *ACML*, garumnica *F*, garumnia *R* 4 burdigalense *CMLF*] burdigalinse *A*, burdegalense *DGBR* celer] celerer *C* adceleratus *Mommsenus*, *fort.* hinc celer actus 5 trahirent M^1, trahent D^1 *corr.* D^1 aquilona *DG* 7 qua] qu** M^1, qu D^1 antestis *A*, antestites *C*, antistites *M*, antestitus *R* gundegisilus *L*] gundegiselus *MGB*, gundigisilus *A*, gundigyselus *C*, gundesiselus *R*, gundegiisselus *D*, *om. F* 9 quo] qu* A^1, q** M^1 resedes M^1G^1 ample *LRF*M^2] ampla *rell.* (ambla *A*) 10 galectori *G*, galatori *D*, gallacthori *R* 11 excelles D^1, *fort.* extollens gunthechramnus] gunthchramnus *AC*, gunthcramnus *D*, guntcramnus G^1, guntchramnus G^2, gunthihramnus M^1, guntheramnus *BL*M^2, gundiramnus *F*, cundiramnus *R* *fort.* honore 13 uellet *R* obstitit aestibus] obstitis ethimus *A*, obstitisset himus *C*, obstitit tethimus *D*, obstitit **ethimus *G* 15 dulcido *CM* 17 soluat uel] solua**** G^1, soluat tua *Ven.* epistula *AM*] epistola *CGBL* 21. 22 *om. F* 21 socii M^1R antestite *AC* 22 cura M^1 duces *C* 23 pontificis *LR* 24 tua] *fort.* tibi pras D^1 25 redundant G^1 *Ven.* 26 apice D^1 *subscr.* V. XXVI *CDG*

EXPLICIT LIBER VII FELICITER (F. *om. AB*) INCIPIT LIBER (L. *om. M*) VIII *AMDGBRF*, EXPL. L. VII, *deinde capitula libri* VIII, *deinde eiusdem titulus plane ut libri* VII *L*, *subscr. om. C*

LIBER OCTAVVS

I

Ex nomine suo ad diversos

Aonias avido qui lambitis ore Camenas
    Castaliusque quibus sumitur aure liquor,
quos bene fruge sua Demosthenis horrea ditant,
    largus et inriguis implet Homerus aquis;
fercula sive quibus fert dives uterque minister:
    Tullius ore cibum, pocula fonte Maro;
vos quoque qui numquam morituras carpitis escas,
    quos Paradisiaco germine Christus alit,
facundo tonitru penetrati qui retinentur
    nunc monitis Pauli, postea clave Petri:
Fortunatus ego hinc humili prece voce saluto
    (Italiae genitum Gallica rura tenent)
Pictavis residens, qua sanctus Hilarius olim
    natus in urbe fuit, notus in orbe pater.
(eloquii currente rota penetravit ad Indos
    ingeniumque potens ultima Thyle colit;
perfundens cunctas vice solis nomine terras,
    cuius dona favens Persa, Britannus habet.
Christicŏlo Scythicas laxavit amore pruinas,
    dogmate ferventi frigida corda calent).

I *extat in* Σ *f. 42*^{r} *post VII, 13* *v. 1—11 in P f. 70*^{v} *post III, 13*^{c} *tit. om. P* *tit. in* Σ: VERSVS GENERALITER OMNIBVS *in GL:* AD DIVERSOS EX NOMINE SVO (*cum ind. capit.*) *rell. ut supra* (DE NOMINE *DB* AD DIVERSVS *MR*, ADVERSVS *F*) 1 orae Σ, ora *D* *glossa in G:* aonias] ultramarinos montes ubi musae habitant 2 quibus] cibus *P* sumitu P^1 aure Σ] arte *rell.* licor *PM*, loquor Σ^1 *corr.* Σ^1 3 quis Σ fruge sua demosthenis $AMBRC^2$] f. s. demostenis *GLF*, f. s. demonsthenis *D*, fruges uade monsthenis Σ^1, fruges uade mosthenis Σ^2, fr*ge s. d. *P*, f***ge s. d. C^1 orrea *D* 4 larguus A^1 inriguus Σ^1, inriguis Σ^2 humerus $\Sigma^1 CPM^1$ 5 fercula] farculus Σ 6 ure Σ 7 (numquam Σ*CPGBL*) 8 paradisiaco ΣALC^2] paradisiacos C^1, paradysiaco *GB*, paradyssiaco *PM* christus] sanctus *P* alit Σ] *item G sup. scr., Ven.*, adit *rell.* 9 penetranti A^1 *corr.* A^1, penetrantes *P* *post* 11 *in P sequitur III, 3* 12 tenet Σ 13 resedens $\Sigma^1 CB^1$ hylarius *G* olym Σ 14 orbe] urbe *CM* 15 eloqui curante *D* ad] ab Σ^1 16 ingenitumque *L* ulthyma *A* tyle *G*, thile *CF* 17 *om. F* profundens *L* cuntas *G* nomine Σ*ACM*] lumine *DGBLR* 18 brittannus *AF* 19 christicoles *R*, christicolas *F* scithicas *L*, schithicas G^1, schythicas G^2, scyticas *C* 20 docmate *C* feruente Σ*AC*

Martinum cupiens voto Radegundis adhaesi,
    quam genuit caelo terra Thoringa sacro:
germine regali pia neptis Herminefredi,
    cui de fratre patris Hamalafredus adest.
mens ornata bonis fugitivos sprevit honores,
    sciens in solo firma manere deo.
regia lactineo conmutans pallia cultu,
    vilior ancillae vestis amata tegit.
splendida serraco quondam subvecta superbo
    nunc terit obsequio planta modesta lutum.
quae prius insertis onerata est dextra zmaragdis
    servit inops famulis sedulitate suis.
aulae celsa regens quondam modo iussa ministrat:
    quae dominando prius, nunc famulando placet.
paupertate potens et solo libera voto
    clarius abiecto stat radiata loco.
aurea fulcra tenens, iam tum sibi vilis honore,
    effugit extructum pulvere fusa torum.
si contemnatur, tunc nobilis esse fatetur,
    et putat esse minor, si datur ullus honor.
parca cibo Eustochium superans, abstemia Paulam,
    vulnera quo curet dux Faviola monet;
Melaniam studio reparans, pietate Blesillam,
    Marcellam votis aequiperare valens
obsequio Martham renovat lacrimisque Mariam,
    pervigil Eugeniam, vult patiendo Theclam.
sensibus ista gerit quidquid laudatur in illis,
    signa recognosco quae prius acta lego.
omnia despiciens et adhuc in corpore constans
    spiritus hic vivit, sed caro functa iacet.
terram habitans caelos intrat bene libera sensu,
    atque homines inter iam super astra petit.
cuius sunt epulae quidquid pia regula pangit,
    quidquid Gregorius Basiliusque docent,
acer Athanasius, quod lenis Hilarius edunt,
    quos causae socios lux tenet una duos,

---

22 toringa *AG*, thuringa Σ^2 23 germina *D* herminefrede G^1, hermen*fredi (*rasura non certa*) Σ, erminefredi *R* 24 hamalafridus *F*, amalafredus ΣL 26 sciens] siciens *F* (*non scripsit* in solo sitiens) 27 (conmutans *C*) 28 amata] amicta *A fort. recte* 29 seraco *R*, sarraco *D* 30 nunc] nec *D* 31 honerata *C* zmaragdis *AM*] maragdis *C*, smaraodis Σ^1, smaragdis $GBL\Sigma^2$ 32 inobs $\Sigma^1 CG$ famulis] famulus M^1, mandatis Σ^1, manibus Σ^2 33 condam Σ^1, quodam *A*, qu*ndam G^1 35 libera *i. e.* liberalis 36 abiectos Σ^1 37 fulcra] ful*** G^1, fult*ra M^1, fultura A^1C uil*is C^1, uili G^1 38 exstructum *G* puluere] puluer en Σ^1 thorum *G* 39 si] sic M^1DG^1 contempnatur *AMG* 41 eustochium] eusthochium Σ, eustochiam *AMGBLF*, eusthochiam *CD*, eius thochiam *R* (*cf. A. S. Bolland. sept. VII p. 630*) abstemia ΣCBL] absthemia *AMDGR* paulor̄ *D* 42 curit Σ^1, currit Σ^2, curret G^1R fabiola Σ^2 (*cf. ad VI, 2, 84*) m*net G^1, manet D^1 43 melamiam *A*, meliniam *D* blisillam Σ^1, blesyllam *D*, blesilam C^1, bresillam G^1RF 44 uolens Σ (*cf. 46*) 45 obsequium *A* 46 peruigel *A* theclam *ADBRF*] teclam *CMGL* 47 (quidquid $\Sigma^1 A$, *item v. 53. 54*) 48 signa recognosco] a rec *i. ras. et v. l.:* signis cognosco *G*, s. recognusco Σ^1 49 despiciens $G\Sigma^2$] dispiciens *rell.* 52 atque]. ad quae Σ^1 55 hylarius *G* 56 causse Σ socius CM^1G^1

quod tonat Ambrosius, Hieronymus atque coruscat,
    sive Augustinus fonte fluente rigat,
Sedulius dulcis, quod Orosius edit acutus:
    regula Caesarii linea nata sibi est.
his alitur ieiuna cibis, palpata nec umquam
    fit caro, sit nisi iam spiritus ante satur.
cetera nunc taceam, melius quia teste Tonante
    iudicioque dei glorificanda manent.
cui sua, quisque potest, sanctorum carmina vatum
    mittat, in exiguis munera larga libris:
se putet inde dei dotare manentia templa
    quisquis ei votis scripta beata ferat.
haec quoque qui legitis, rogo, reddite verba salutis,
    nam mihi charta levis pondus amoris erit.

II

De itinere suo, cum ad domnum Germanum ire deberet et a domna Radegunde teneretur

Emicat ecce dies, nobis iter instat agendum,
    debita persolvens emicat ecce dies.
me vocat inde pater radians Germanus in orbe,
    hinc retinet mater: me vocat inde pater.
dulcis uterque mihi voto amplectente cohaesit,
    plenus amore dei, dulcis uterque mihi.
carior haec animo, quamquam sit et ille beato,
    clarior ille gradu, carior haec animo.
mens tenet una duos aequali calce viantes,
    ad pia tendentes mens tenet una duos.
proficit alterutro quidquid bene gesserit alter,
    unius omne bonum proficit alterutro.
sunt quia corde pares, iussus non ire recuso:
    obsequar ambobus, sunt quia corde pares;
nec tamen hinc abeo, quamvis nova tecta videbo:
    corpore discedo nec tamen hinc abeo.

---

57 hieronymus *B*] ieronimus *D*, hieronimus *rell. cum* Σ adque Σ^1, aitque M^1 58 agustinus *CD* fluenta *A* 59 sidulius $\Sigma^1 C$ *edit *M* acutis G^1 60 linia Σ 61 aliter $A^1 B$ 62 sit] sa *D*, *om. L* sator G^1 64 glorificanda *AC*] glorificante Σ, glorificata *rell.*, *cf. 4, 28* 65 sacrorum *A* uotum Σ^1 66 munira *C* libris *i. ras. 1 m. C* 67 do*tare *A* 68 ei] et *C*, e M^1 69 qui *om. A* 70 cartha Σ^1, carta $GL\Sigma^2$ erit] est Σ *subscr.* V. LXX *AMD*

II *extat in P f. 59v post III, 30 hoc titulo:* ITEM DE RECIPROCIS VERSIBVS NVMERO XX *tit. om. C* cum *om. L* GERMANO *MR*, GERIMANNVM *F* ire — teneretur] ET RETENTVS A RADEGVNDE *L* TENIRITVR *M* 1 instat] stat *P* 3 uo*cat *G*, cat P^1 *glossa in G:* inde] de parisius 5 uota *C* amplectende *D*, amplecte M^1 choesit *C* 7 quanquam *L*, quam*** C^1 8 clarior] carior $G^1 F$ 11 alterutro *Browerus hic et v. 12*] alterutrum *codd. utrobique* 12 omni G^1 14 ambobus] bob *sic P* 15 hinc habeo CP^2, inhabeo P^1, habeo *D* *glossa in G:* noua tecta] parisii 16 habeo $C^1 PD$

hic ego totus ero nec corde ac mente revellor;
sic quoque dum redeo, hic ego totus ero.
porrigat arma mihi caelestia mater eunti:
ut sibi plus habeat, porrigat arma mihi.

III

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI ET DOMNAE MARIAE MATRIS EIVS

De virginitate

Culmina multa polos radianti lumine complent
laetanturque piis agmina sancta choris.
carmine Davitico plaudentia brachia texunt,
creditur et sacros tripudiare gradu.
coetibus angelicis hominum sociata propago
reddit honorificum laudis amore sonum:
alternis vicibus divina poemata psallunt
atque creatori mystica verba canunt.
lucida sidereo caeli strepit aula tumultu,
laudibus et domini concutit astra fragor.
hinc patriarcharum resonant modulamina vocum,
inter quos Abrahae est maxima palma fide.
a quo acceperunt, reddunt dehinc verba prophetae,
Moyses ante alios, dux mare teste, viros.
inde favent fratres et celsa caterva piorum,
lumen apostolicum praemeditante Petro,
qui valet ex meritis cineres animare sepultos
et revocare diem voce iubente potest.
hinc mercede pari sequitur pius ordo senatum,
in quibus est Stephanus victor honore prior,
quos saxis gladiisque, fame site frigore flammis
ereptos terris iungit in astra fides.
casibus heu variis quos sic tulit ira furentis,
etsi mors dispar, lux tamen una tenet.

---

17 reuelor P^1, *euellor G^1 18 sedeo G^1 *Ven.* ego totus] egotus *D* 20 sibi] si *A* *subscr.* v. XX *A*, LXX *D* *in P sequitur I, 3*

III *magnam partem extat in P f. 63^r post 1, 9, 6 ordine multifariam immutato hoc titulo:* DE CELESTIBVS AGMINIBVS ID EST DE ANGELICIS | CHORIS ET DE SANCTIS HOMINIBVS IN LAVDE DOMINI CONSO|NANTIBVS HOC CARMEN FORTVNATVS ITALICVS COMPOSVIT *tit. om. C* DOMINI DEI NOSTRI *B* et — eius *om. BL* DOMNAE *A*] DOMNAE MEAE *MDGRF* · uirginitate] VIRGINITATE INCIPIT (MARIAE *add.* L^2) LAVS SVMMA *BL* *hoc unum carmen excerpsit Beda in libro de arte metrica (gramm. lat. ed. Keil VII p. 227 sq.) Fortunati nomine modo addito modo omisso* 1 *Beda p. 242, 23* polus *A*, polum *F* radienti *P*, radiante G^1, radaanti C^1 *corr.* C^1 limina C^1, lumina C^2 2 *Beda ib. 30* agmi *C* 3 tegunt *A* 4 credunturque *coniecit G. Fabricius poet. vet. eccl. p. 706* sacros tripudiare] sacro trepudiare *codd.* (tripudiare M^2G^2) 5 hominem satiata *C* 7 *Beda p. 231, 20* alternis uocibus *R*, uocibus alternis *G* (*vulg. v. l.*) poemata *praeter* po *i. ras. 2 m. A* 8 creaturi *C* mystica *GB*] mistica *ACPML* 9 sydereo *G* 11—14 *post v. 134 P* 11 modolamina G^1 12 habrahe *C* palma fide] ***** fid* G^1, namque fides *G v. l.*, . . . fides *Ven.* 15—18 *post. v. 136 P* 15 inda *D* priorum *P* 16 lumina postolicum *C* 18 r. d.] re diem *i. ras. 2 m. P* 19—43 *post v. 168 P* 19 patri *R*, patris *F* prius *A* 20 stefanus *CG*, sthefanus *D* 21 quo *A* 22 iungit] **git C^1 23 eu *DR* 24 impar *F*

inde dei genetrix pia virgo Maria coruscat,
virgineoque agni de grege ducit oves.
ipsa puellari medio circumdata coetu
luce pudicitiae splendida castra trahit.
per paradisiacas epulas sua vota canentes
ista legit violas, carpit et illa rosas.
pratorum gemmas ac lilia pollice rumpunt
et quod odoratum est flore comante metunt.
Eufemia illic, pariter quoque plaudit Agathe,
et Iustina simul consociante Thecla.
hic Paulina Agnes Basilissa Eugenia regnant,
et quascumque sacer vexit ad astra pudor.
felices quarum Christi contingit amore
vivere perpetuo nomina fixa libro!
has inter comites coniuncta Casaria fulget,
temporibus nostris Arelatense decus,
Caesarii monitis luci sociata perenni
si non martyrii, virginitatis ope.
quos Liliola refert aequatis moribus ambos,
et claram heredem proxima palma manet.
et quaecumque suos vigilans meditabitur actus,
his erit egregio participanda gradu.
concipiente fide Christi Radegundis amore
Caesarii lambit regula quidquid habet;
cuius pontificis refluentia pectore mella
colligit et rivos insatiata bibit.
quantum fonte trahit, tantum sitis addita crescit,
et de rore dei plus madefacta calet.
nec sibi, sed cunctis generaliter unica vivens
felix angustam pandit ad astra viam.
sed tibi prae reliquis, mater pia, carior instat,
te legit excelso consociare choro.
res probat ipsa tamen, quoniam quae filia constas
te matrem votis optat habere suam,
quamque suis genibus caram nutrivit alumnam
praeficit ecce, suo constituendo loco;
et quae te semper baculi moderamine rexit
prompta sub imperio vult magis esse tuo.
proficit illa sibi, cum tu praeponeris illi,
illa subit votum te potiente gradu.

---

25 genitrix *CL* 26 grece M^1 ducet *A* 28 splendita C^2 29 paradysiacas *G*, paradyssiacas *PM* 30 ille G^1 31 police *G* 32 commate G^1 33 eufemia *GBLF*] eufimia *ACM*, eufymia *P*, efemia *D*, eusemya R^1, eusymya R^2 agate *C*, agathes *F* 34 thecla P^1] tecla *rell.* 35 *Beda p. 252, 10* bassilissa G^1, basilisa *D*, basilica *Bedae cod. Frisingensis 1 m.* 36 quoscumque G^1 37 contingit amore BG^2] contigit amore *ADLR*, contingit amore uiue*** G^1, contigit amore uiuentes *CPM* 39 cassaria DG^1 fulgit *C* 43—93 *om. P* 43 uliola *C*, lilio** A^1 aequalis *C* 47 radegundis *ACGF*] radegundes *MBLR* 48 (quidquid *A*) 52 ore *A* 54 uiuam *D* 55 instans *Par.* 56 te legit] elegit M^1, el*git G^1, eligit *rell.* 57 quae filia constas] *i. ras. 2 m. G*, tua . . . constans *Ven.*, quae filia constans *D* 58 obtat *C* 59 sui *D* 60 praeficit $ABLG^2$] praefecit CMG^1, *A in marg.*, perficit D^1 *Ven. R*, proficit D^2 constituenda *D Ven. R* 62 prupta *M* 64 sibit G^1 uotum *Browerus*] uoto *codd.*

ecce diem festum tandem pietate Tonantis,
quam precibus genetrix saepe rogabat, habet.
cuius respirant tacito praecordia pulsu
angustosque animos gaudia larga replent.
expectata nimis oculos ad tempora tendens
semine laetitiae dona superna metit.
optat adhuc supplex unum quod restat honoris,
ut placeas Christo consocianda polo.
qualiter haec capias labor esse videtur agentis:
sed labor iste brevis fruge replendus erit.
servitio domini subdenda est ad iuga cervix,
nec grave sed leve fit quidquid amore feres.
non aliunde petas, in matre exempla require:
aspicis ante oculos quod mediteris opus;
cum qua festinas simul esse in luce perenni,
condecet hic simili currere lege viam.
sit tibi dulce decus veneranda Casaria praesens,
praesule Caesario non caritura suo.
illos corde sequens mandataque corpore conplens,
ut teneas flores, has imiteris apes.
respice qui voluit nasci se ventre puellae,
et domini summi qua caro carne venit:
spiritus intactum venerabilis adtigit alvum,
virgineam cupiens inhabitare domum,
hanc deus ingrediens, hominis quae nesciit usum,
sola suo nato conscia virgo viro.
concipiente fide nullo se semine lusit,
et quo factus homo est non fuit alter homo.
virginitas felix quae partu est digna Tonantis,
quae meruit dominum progenerare suum!
templa creatoris sunt membra pudica puellae
et habitat proprius tale cubile deus.
quantum sponsa potest de virginitate placere,
ipsa cui genetrix non nisi virgo placet?
Sarra Rebecca Rachel Hester Iudith Anna Noemi
quamvis praecipue culmen ad astra levent,
nulla tamen meruit mundi generare parentem:
quae dominum peperit, clausa Maria manet.
intemerata deum suspendit ad ubera natum
et panem caeli munere lactis alit.

---

66 genitrix *L* saepe] semper G^1 68 angustusque *M* 71 obtat *G* suplex G^1 honores B^1 72 christi G^1 *Ven.* 73 uidet *A* 76 (quidquid *A*) 80 concedet *D* simile *A* eurrere *D* 82 suo] tuo *codd.* 83 (conplens *C*) 84 mitteris C^1 *post* 85 *in V Ven. sequitur VI, 5, 276 sq., huius carminis vv.* 86—230 *post VII, 5, 37* 85 se] de *Fabricius* 87 intactam BLF^2 (adtigit *AC*) 90 uirga *A* 91 'clusit *F* (*cf. v. 102*), laesit *Ven.* 93—178 *extant in codice cum Σ conglutinato* (*σ*) *f. 29. 30 cum hac subscriptione prima manu exarata:* HAEC DE VERSIBVS CCCC FVRTVNATI LIBRORVM XI AD GREGORIVM PARITER POSITIS AD SANCTORVM MENTIONEM SVMPSIMVS EXPLICIT 93—112 *post v. 42 P* 93 uirgitas P^1 tonantis] nantis M^1 94 dominum] natum *F* 96 proprius D^1GBLRF] propius *ACPMσ* 98 genitrix *L* uiuirgo *P* 99. 100 *Beda p. 244, 29* 99 serra *P*, sara *G* hester $σBLFP^2$] ester *AG Beda*, ster CP^1MDR iudeth C^1 *corr.* C^1 anni *P*, annos *Bedae cod. Fris.* no*mi G^1, noimi C^1PM 101 mundi meruit *G* 103 intemerat** G^1

hoc ergo in sponsae nunc viscera diligit ipse
quod prius in matrem legit honore sacer.
pectora liberius penetrat sibi cognita soli,
et quo nemo fuit laetior intrat iter,
haec sua membra putans quae nulla iniuria fuscat,
quae neque sunt alio participata viro.
mitis in affectu pectus conplectitur illud,
promptus amore colens quo alter amator abest.
cum sua regna deus pariter velit omnibus esse,
hoc commune tamen Christus habere fugit.
per paradisiacas epulas cupit esse coheres:
virgineam solus vult habitare domum.
castra pudicitiae melius rex ipse tuetur;
si sibi non violet turba dicata fidem,
ipse voluntatem si viderit esse fidelem,
proque suis famulis et deus arma tenet:
lorica clipeo galea praemunit amantem
et stabilit solidum montis in arce gradum.
ballista iaculans pro te mox exit in hostem,
perdat ut adversos qui tibi bella movent.
currit ad amplexus post proelia gesta triumphans,
infigens labiis oscula casta sacris.
blanditur refovet veneratur honorat obumbrat,
et locat in thalamo membra pudica suo.
siderei proceres, ad regia vota frequentes,
certatim veniunt adglomerando chorum.
quo praeter Cherubin, Seraphin reliquosque beatos
aligeros comites, quos tegit umbra dei,
bis duodena senum concursat gloria vatum,
attonito sensu plaudere voce, manu.
his venit Helias, illis in curribus Enoch,
et nati dono virgo Maria prior.
iurisconsulti Pauli comitante volatu
princeps Romana currit ab arce Petrus:
conveniunt ad festa simul sua dona ferentes
hi quorum cineres urbs caput orbis habet.
culmen apostolicum radianti luce coruscum
nobilis Andream mittit Achaia suum.

---

106 matre PG^1FM^2 109 menbra *G* 110 partipata P^1 111 afectu *C* (conplectitur *ACPMσ*) 112 prumptus $CPMσB^1$ *corr.* B^1 alter] alit *A* adest *P* 115 paradysiacas *MG*, paradisyacas *B*, paradiasiacas *C* choeres *C*, choheres *σ* 117 castra *MF*] casta *rell.* 120 sui D^1 121 clipeo *CσL*] clypeo *rell.* premunt *D* 122 stabilet $ACM^1σ$ mon*tis (e *eras.*) *M* 123 ballista *AM*] ballistam LRG^2, balistam *B*, balista CDG^1 125 post] pro *L* 126 *om.* G^1 infiget M^1 127. 128 *Beda p. 244, 32* 128 talamo *C* 129—134 *post v. 10 P* 129 pro*ci*es M^1, procedes *σ* 130 certim conueniunt *L* agglomerando *BL*, adglomeranda *D* 131 cherubin *AC*, P^1 *corr.*, *σ*] cherobim P^1M, cherubim DG^1BL, cherubym G^2, cerubim *R* seraphin *ACPM*] serabin *σ*, seraphim *DBLR*, seraphym *G* 133 concurrat A^1R^1 (*corr.* A^1R^1) G^2 *v. l.* 134 adtonito *A* 135. 136 *post v. 14 P* 137—168 *post v. 18 P* 138 roma *P* 140 hii *ACP* corum cineris ubrs (*sic*) capud o. h. *C* 141 apostholicum *M* 142 andream* *M*, andreas G^1 *corr.* G^1 **achaia (*eras.* ad) *C*

praecipuum meritis Ephesus veneranda Iohannem
    dirigit et Iacobos terra beata sacros,
laeta suis votis Hierapolis alma Philippum,
    producens Thomam munus Edessa pium.
inde triumphantem fert India Bartholomaeum,
    Matthaeum eximium Naddaver alta virum.
hinc Simonem ac Iudam lumen Persida gemellum
    laeta relaxato mittit ad astra sinu,
et sine rore ferax Aegyptus torrida Marcum,
    Lucae euangelica participante tuba.
Africa Cyprianum, dat Siscia clara Quirinum;
    Vincenti Hispana surgit ab arce decus.
egregium Albanum fecunda Britannia profert,
    Massilia Victor martyr ab urbe venit.
porrigit ipsa decens Arelas pia dona Genesi
    astris, Caesario concomitante suo.
ipse Parisiaca properat Dionysius urbe,
    Augustiduno Symphoriane venis.
Privatum Gabalus, Iulianum Arvernus abundans,
    Ferreolum pariter pulchra Vienna gerit.
hinc simul Hilarium, Martinum Gallia mittit,
    te quoque, Laurenti, Roma, beate mihi.
Felicem meritis Vicetia laeta refundit
    et Fortunatum fert Aquileia suum;
Vitalem ac reliquos quos cara Ravenna sepultat,
    Gervasium, Ambrosium, Mediolane, meum:
Iustinam Patavi, Eufemiam huc Calchedon offert,
    Eulalia Emerita tollit ab urbe caput.
Caeciliam Sicula profert, Seleucia Theclam;
    et legio felix Agaunensis adest.
Europae atque Asiae quis lumina tanta recurrat?
    vel tua quis possit pignora, Roma, loqui?
undique collectos diversis partibus orbis
    agminibus iunctis regia pompa trahit.

---

143 praecipium *P*   iohanne *PD*   144 iacobus $A\sigma D^1 G^1$, *ex* iacobos C^1 145 phylippum *AG*, philyppum *B*   146 edissa *σGF*, edesse *P*, edesa C^2, **dess* A^1 147 triumphan*** P^1, triumphanter *F*   fert *om.* P^1 bertholomaeum *C*   148 matthaeum] mattheum *PσL*, matheum *rell.*   nacdauer *B*   149 symeonem *ADB*   151 ferox *L*, ferat *P*   152 lucae *Fabricius*] luce *σ*, lucam *F*, luca *rell.*   euuangelica GR^1 153 ciprianum *AMσL*   siscia *CPσ Ven.*] sciscia D^2, riscia *A*, **scia M^1, scitia D^1B, scithia LFM^2, schithia *G*, schintia *R*   clarum A^1 154 *Beda p. 251, 17* uincenti hispania *DGR Beda* (*qui versum propter synaloepham in* ia *adfert*), uincentii spania *σ*   155 abbanum *C*   britinia *D*, brittannia *BF*, brittania *σ*   159 dionysius] dionisius $P\sigma GBLA^2M^2$, dyonisius *DR*, dionesius CM^1, dionis A^1 160 augustidono *C*   symphoriane *PG*] synphoriane *ACMDBL*   161 gabulus *P*   aruernus *PσG*] aruennus *ABL*, auernus *C*, aruenus *R*   162 uigenna *B*   163 hylarium *G*   gallea *P*   164 beata *σ*   167 quos *om.* G^1 reuenna *DF*, uienna *A*   sepultos *P*   168 geruasium $ABLG^2$ *Ven.*] gerbasium *CPMσR*, gerbuasium *D*, ger*a*ium G^1 mediolana *P*   169—172 *om. P*   169 p*taui M^1, patui *σ*, Patauum *Fabricius*   eufemiam $\sigma GLRM^2$] eufimiam ACM^1DB calchedon *ACF*] calcedon *σMDGBL*, chalchedon *F*   170 eulaliae merita *σMR*   urbe] arce *σ*   171 theclam *ADR*] teheclam *C*, teclam *MGBL*   172 agaunensis *GBL*] acaunensis *AD*, acauninsis *CMR*, acaununis *σ*   173—192 *post v. 264 P*   173 quis] tuis G^1 176 *unctis A^1 poma *A*, pom** P^1 *corr.* P^1

intrant sidereo vernantes lumine portas,
excipit hos proceres urbs patefacta poli.
incedit sensim tum praetextata potestas
ordine, patricio sic potitura loco.
nobilitas caeli dives cruce, sanguine Christi
festinat festos concelebrare toros.
paupertas terrae censu caeleste redundans
consulibus tantis regia vota colit.
undique distincte numerosa sedilia complent
attonitique silent rege loquente patres.
maiestas arcana dei tum pondere fixo
alloquitur proceres quos sua dextra regit:
'haec mihi pollicitum servavit virgo pudorem
nec voluit placitam dilacerare fidem:
sollicitis animis sponsi vestigia sectans
et mea vota petens inviolata venit.
per tribulos gradiens spinae cavefecit acumen.
sentibus in mediis nescia ferre vepres.
vipera serps iaculus basiliscus emorrois aspis
faucibus horrificis sibila torsit iners.
inde sagitta volans, hinc terruit arcus euntem:
doctast insidiis cautius ire suis.
inter tot hostes nulli se subdidit insons;
vulnera suscepit, sed tolerando fugit.
per tela et gladios tenuit mora nulla sequentem:
sed tam dura nimis non nisi ferret amor.
ad me aures oculos animos suspensa tetendit:
cum terris iacuit, iam super astra fuit.
singultus gemitus curas suspiria fletus
saepius audivi non abolenda mihi.
abscondens aliis, nulli confessa dolores
intellecta mihi murmura clausa dedit.
vidit forte meum quotiens in imagine vultum,
oscula dans labiis lumine fudit aquas;
pervigil incubuit, si forte alicunde venirem,
marmore iam tepido frigida membra premens.
haec gelifacta meum servavit in ossibus ignem:
visceribus rigidis pectus amore calet.
corpore despecto recubabat in aggere nudo,
seque oblita iacens me memor ipsa fuit.

177 intran *C* sydereo *G* uenantes *A* *in* 178 *desinit σ* (*subscr. v. s.*) 180 loca *D*, loc* *M*[1] 182 festina *A*[1] turos *M*[1], thoros *G*[2] 185 distincto *M*[1] 186 adtonitique *A*, attoniticque *C* 187 archana *AGL* 188 alliquitur *G* sua] saia *C* 190 placidam *AR* 191 sollitis *C* *in* 192 *desinit P, sequitur III, 9* 193 pinae *C* patefecit *G*[1] 195 saerps *M*, saerbs *C*, seps *D* oemorrois *R* 197 hiccterruit a. entem *C* 198 doctast insidiis] doctas insidiis *C*, docta si insidiis *D*, docta sed insidiis *MGBLRA*[2], d. sed in i. *A*[1] 201 gladius *ACM*[1] 204 fuit] uenit *C* 205 cura *DL* 207 doloris *G*[1] *Ven.* 211 aliunde *L* 213 gelifacta *sic codd.* 214 regudis *A*[1] 215 despecto *Ven.*] dispecto *codd.* recubebat *G*[1] 216 me memor] memor *M*[1]*DR*, inmemor *A*

fletibus adsiduis exhausto humore genarum
    siccatis oculis terra natabat aquis.
et quia me vivens carnali lumine quondam
    cernere non potuit, misit amata precem.
nam mihi sollicito nocturnis saepius horis
    scripta suis lacrimis pagina lecta fuit,
plena quidem variis tremulo sermone querellis,
    quod sine me solo maesta iaceret humo.
cuius ab ore fluens nativo gutta liquore
    haec dedit in tremulis signa relata notis:
"strata solo recubo lacrimans neque cerno quod opto,
    tristis in amplexu pectore saxa premo.
sponso absente manens tam dura cubilia servo,
    nec mea quem cupiunt membra tenere queunt.
dic ubi sis quem exspecto gemens, qua te urbe requiram
    quave sequar, nullis femina nota locis.
ipsa venire velim, properans si possit in astris
    pendula sideream planta tenere viam.
nunc sine te fuscis graviter nox occupat alis,
    ipsaque sole micans est mihi caeca dies.
lilia narcissus violae rosa nardus amomum,
    oblectant animos germina nulla meos.
ut te conspiciam, per singula nubila pendo
    et vaga per nebulas lumina ducit amor.
ecce procellosos suspecta interrogo ventos,
    quid mihi de domino nuntiet aura meo.
proque tuis pedibus cupio caementa lavare,
    et tua templa mihi tergere crine libet.
quidquid erit tolerem, sunt omnia dulcia dura:
    donec te videam, haec mihi poena placet.
tu tamen esto memor, quoniam tua vota requiro;
    est mihi cura tui, sit tibi cura mei".
haec referens avidis iactabat brachia palmis,
    si posset plantas forte tenere meas;
cum decepta sibi sine me sua dextra rediret,
    luminis instillans ora lavabat aquis.
cum recubaret humo neque victa sopore quievit,
    consuliturus ei saepe simul iacui,

---

217 flexibus *A* adsiduis *ACM*] assiduis *GBL* exausto *M* umore *C* 221 sollicite *L*, sollicitae *Mommsenus* 222 laeta *A* 223 plenam *M* querellis *AC Ven.*] querillis *M*, querelis *G v. l. BL*, loquelis *G* 224 maiesta *C* 225 gute *D* 227 recubans A^{1} *ut vid.* apto *D* *L in marg.:* nota. epistula uirginis matris ad deum filium suum 229 sponsa *D* seru*** (*eras.* ans) *C* *in v. 230 finit codicis V quaternio XVI i. e. ultimus, sequitur I, 1 in quat. I; item in hoc versu desinit Ven., sequitur VII, 6* 231—238 *i. e. ultimos versus paginae 241 in G alia manus exaravit, quae subscripsit:* plus scriberem si ante me haberem 231 expecto *CG* tua te orbe *C* 232 quamue A^{1} 233 uelim] uolens *L* 234 sydeream *G*, sideriam *AC* 235 sine te] sinite *C* fucis *G* 237. 238 *Beda p. 244, 26* 238 gramina *Bedae cod. Leidensis* 240 nubilas G^{1} 241 suspensa *L, cf. v. 203; V, 1, 2* 243 cae*menta *M*, caemanta *D* 244 libet] placet *C* 245 (quidquid *A*) 249 referen* A^{1} 250 posset *F*] possit *rell.* 253 noque *C* 254 consiliturus G^{1}, conliturus B^{1} saepe] saepe me *C*

condolui pariter, lacrimarum flumina tersi,
oscula dans rutilis mellificata favis.
nunc igitur regnet placitoque fruatur amore,
quae mihi iam pridem pectore iuncta fuit'.
adsensu fremit aula poli residente senatu.
nomen perpetuo scribitur inde libro.
traditur aeternum mansura in saecula censum,
virginis in thalamos fundit Olympus opes.
inseritur capiti radians diadema beryllis,
ordinibus variis alba zmaragdus inest.
alligat et nitidos amethystina vitta capillos,
margaritato flexilis arte sinu.
sardonyche inpressum per colla monile coruscat,
Sardia purpurea luce metalla micant.
dextrae armilla datur carcedone, iaspide mixta,
aut hyacintheo sudat honore manus.
brattea gemmatam cycladem fila catenant,
sidereis donis arte sigilla tument.
pulchra topaziacis oneratur zona lapillis,
chrysolitha aurata fibula claudit acu,
veste superposita: bis cocto purpura bysso,
qualem nupta deo ferre puella potest.
his cumulata bonis thalamo regina sedebit,
atque poli solem sub pede virgo premet. —
Cui tamen hoc opus est, cum virginitatis honore
ut placeat sponso mens moderata suo:
inconcussa gravem teneat patientia vultum,
viribus ira suis ne labefacta ruat,
neu faciles animos ventosa procella fatiget,
fluctibus in mediis anchora cordis agat.
virtutum speciale decus patientia fulget:
qua gradiaris iter Iob tibi signa dabit.
quidve loquar humilem, quem gratia celsa decorat?
et quantum ima petit, surgit ad alta magis.
quo diversa nimis divisa est causa duobus:
qui iacet ille subit, qui tumet ipse cadit.

---

255 fluminę *D* 256 rutulis *DGB* mellifrigata *D* 259 fremit *Par.*] fremet *codd.* resedente *ACM* 261—264 *post v. 320 P* 261 tranditur *M* aeternus — census *Par.* 262 uirg*nis P^1 *corr.* P^1, uirgines ACM^1 olymphus *A*, olimpus CM^1L 263 diadima M^1, diameda *D* beryllis] berillis *CF*. biryllis G^2, birillis G^1, byrillis *APMDBLR* 264 *Beda p. 231, 12* smaragdus *DGB Beda* 265 amethystina] ametystena *AMDB*, ametistena *CGLR* capillis M^1D 266 sinui *C* 267 sardonyche] sardonice *codd.* inpressum *ACMDB*] impressum *GL* monile CRA^2G^2] munile *rell.* 268 purpuria *A*, purea *C* lucem M^1, lucet *D* 269 calcedone *A v. l. F*, *cf. Plin. nat. hist. 37, 7, 104* iaspida *DR*, iaspidi *F* 270 hyacintheo *R*] yacintheo G^2, yacinteo *D*, yacinheo *M*, yachinteo *A*, yachynteo *B*, iacintheo G^1L, iacincteo *C*, iacinctheo *F* 271 cicladem *CL* 274 chrysolitha] crisolita *MGL*, crysolita *rell.* auratam *GBF* acu] acum *codd.* 275 bit G^1 cocco *F*, octo *D* bisso *G* 276 deo *A*, *C 1 m. corr.*, D^2] dei *rell.* 277 comilata *B*, cumula *D* 278 solem] sobolem *RF* premet $GLFB^2$] premit *rell.* 279. 280 *Beda p. 249, 32* 279 uirnitatis *G* honore] eorum *C* 283 heu *B* 286 gradiris *C* 287 quae *D* gratia *om. C* 289 quod D^1RF

haec exempla quidem Ioseph Faraoque dederunt:
    tollitur ille lacu, mergitur iste freto.
est etiam laudis stipendia poscere, tantum
    ne premat ipsa suum pestis avara sinum.
contentus minimis, si non maiora requirat,
    pauper in angusto regnat habendo deum.
Sapphira vel mulier geminos largita minutos,
    illa tenendo perit, haec sua dando manet.
o nimium felix quem non modo mollia frangunt,
    iudice qui sese membra labore terit!
spernit opum laqueos, unguenta toreumata fluxus,
    ut custos animae sit rigor ipse suae,
hoc etiam recolens, quid possit parcior usus:
    sobrietas Iudith vincere sola facit.
quidve animum dulcem memorem, quem gratia pascit,
    cum intra se populos viscera cara ferant?
pacificus, gaudens unus conplectitur omnes,
    stringit in affectu pectora cuncta suo.
o nimium felix, florens bonitate voluntas,
    qua sine nil populo nec placet ara deo!
hoc opus, ut quotiens aliquo mens fertur amaro,
    firmet in adversis spes comitata fidem.
aspera non frangant, tumidos neque prospera reddant:
    sic mediocre tenens cautius itur iter.
haec bona sumit homo, tribuat si gratia Christi,
    inspirante illo vel moderante gradum. —
His ornata bonis radiantia lumina fundis,
    has retinens gemmas tu quoque gemma micas.
virginitas felix nullis aequanda loquellis,
    nec si centenus suppleat ora sonus!
quod prius est: sine sorde nitet venerabilis orbi,
    naturae proprium non vitiando bonum,
corporis inlaesum servans pretiosa talentum,
    perpetuas retinens nescia furis opes.
non premit incluso torpentia viscera fetu
    aut gravefacta iacet pignore maesta suo.
inter anhelantes animae seu corporis aestus
    in dubio pendens stamine fessa salus,

291 *fraoque C*, pharaoque *L* 292 isto *M* 294 nec *B* senum CM^1 295 requira* A^1 297 sapphira *F*] saphira *GL*, sapphyra *rell.* geminos mulier largita *L* 298 dendo A^1M^1 299 o. n.] omnium *D* 301 toreumata G^1] toremata *L*, thoreumata *rell.* fluxus BL^1M^2] fluxos ACM^1DGRF, luxus L^2 (fluxus *i. e.* syrmata) 302 ipsa G^1 303 u*sus *A*, ussus *B* 304 subrietas *AM*, subriaetas *C* iudeth *CM*, iudit *B* 305 memorem] memor est *B* 306 populus *M* 307 (conplectitur *ACM*) 309 o. n.] omnium *R* bonitatem *C* 311 amore *F* 313 neque] nec *R* prosperam *D* 314 sic medio hoc retenens *C* 315 si] se M^1 316 morderante *C* gradum *DGBL*] gradu *ACMRF* 317 hornata *C*, nata B^1 318 retenens *CM* 319. 320 *post VIII, 4, 34 P* 319 uirginitate A^1 loquellis M^2] loquillis *ACPM*, loquelis *GBL* 320 centenus F^2] centnos *P*, centenos *rell.* ore DGB^2 sonus *A*] sonos *rell.* 321 senes orde *C* 322 uitanda *A* 323 corporum *C* seruan M^1 325 turpentia *AC* 326 aut] au *C* pignora M^1LB maiesta *C* 327 anelantes G^1M^2, anellantes CM^1

quando suis iaculis uteri laesura tumescit
    atque voluptatis morbida crescit hydrus.
ultra hominis habitum tantum cutis effera turget,
    ut pudeat matrem hoc quod amore gerit.
se fugiens propriis verecunda parentibus aufert,
    donec depositum sarcina solvat onus.
quis gemitum partus verbis aequare valebit
    aut cui tot lacrimas carmine flere vacet,
cum sua secretum compago relaxat onustum
    atque dolore gravi viscera fascis agit?
victa puerperio membrorum porta fatiscit,
    exit et ad lucem fors sine luce puer.
si vivat genitus, genetrix se oblita requirit
    tristis et ad natum lumina lassa trahit.
respicit expositum, nec iam sua mater, alumnum:
    quae vix dum peperit, haec modo funus habet.
nec mater fructu meruit nec virgo vocari:
    haec duo damna dolens se male nupta gemit.
non validus * * spes rapta dolores,
    nec fletu nati se fovet illa sui.
non caras lacrimas infantis ab ore resorbet
    aut teneras voces lacte fluente rapit.
tristis decrepito damnat sua viscera luctu:
    quo iacuit natus, heu, dolet ille sinus.
quid si vita manet pueri nec semper habenda?
    incipiat teneros ut dare voce sonos,
inperfecta rudis conlidens murmura linguae,
    cum matrem dulci fauce susurrus alit:
contingatque nefas, rapiatur pectore matris?
    aetas ad damnum crevit adulta suum.
triste flagellatis genetrix orbata capillis
    defuncti in labiis ubera sicca premit;
infundens lacrimas lamenta resuscitat ardens
    et gelidum corpus fonte tepente lavat.
dilacerat faciem, crinem aufert, pectora tundit;
    heu dolor armatus sic sua membra ferit.
si videt alterius natum, sua pignora deflet
    aequalemque suum tristis obisse gemit.

---

329 iaculasis D   tumiscit C   330 uoluptatis RF] uoluntatis rell.   hydrus A] idrus C, ydrus rell.   331 homines A   eff*ra M^1, effura CD, effusa A (idem in mg. repetitum 1 m.) turgit A   333 se fugiens] se fugis et ACMDG, se fugiet R, se fugit et BL, refugit et F   uericunda CM   334 soluet L   in G incipit quat. XV et alia manus litteris grandioribus utens   337 cumpago CR, cepago M^2 onustum L] honestum rell.   339 fatiscit CM^2] fatescit rell.   340 ad] in C   341 si FM^2] sin M^1DGBL, si non CR, si non hic A   genitrix ML, genitrex C   343 iam om. G^1 345 nec mater fructu meruit nec uirgo uocari AC] n. m. meruit modo haec nec u. u. D, n. m. meruit iam nec modo u. u. G, nec mater meruit nec (uel i. ras. 1 m. B) uirgo uocari (uacari F) MBLRF   347 sic codd. nisi quod spes r. d. om. F, ad spes in marg. 1 m. A adscribit deį (voluit deē = deest). suppleas tale quid: non ualidos [lenit prolis] spes r. d.   349 resorbet BL] resorbit G, *sorbit M^1, persorbit $ACDRFM^2$ 350 fluenta AD   352 quo GFD^2] quando D^1, quod rell.   353 quod D   355 (inperfecta ACMGL)   356 dulce G^1, dulcis R, duci A   susurus C   359 genitrix L, genetris G^1, genetrex A   363 crimen A^1 tondit B^1 corr. B^1, tendit C   366 t. o. g.] tris obisse suum C

alter si ploret, currat, stet, gaudeat infans,
    ante oculos nati ludit imago sui.
quem semel effudit, per cuncta momenta requirit,
    nec miserae matris pendet ad ora puer.
quid si aliud gravius, moriatur ut ipse iugalis?
    quae nova nupta fuit iam viduata iacet.
de thalamo ad tumulum, modo candida, tam cito nigra
    ante quibus caluit frigida membra tenet,
construit exequias perversaque vota celebrans
    exornat tumulum, heu, spoliando torum.
saepe maritalem repetit miserando sepulchrum
    contemptaque domo funus amata colit.
incumbit tumulo solacia cassa requirens;
    cuius membra prius, nunc super ossa premit.
fletibus inriguis, perituro carmine, luget:
    funeris obsequio lumina perdit amor.
quot mala plebeiae veniant quis pandere possit?
    vix bene reginae quae viduata manet.
'non veto coniugium, sed praefero virginis alvum'
    quod dat apostolica Paulus ab ore tuba.
inclita virginitas, caelos quae dote mereris,
    cum thalamis Christi consocianda places,
funera nulla gemis, sine limite gaudia sumis,
    vivit amor semper nec tibi Christus obit.
illic regna tenes, hic vincis et integra fulges
    omni tuta loco, sanctificata deo. —
Haec tibi, cara deo, meritis venerabilis Agnes,
    offero: quo placeas, tu faciendo colas,
iudicis ut iussu munus tribuatur utrisque:
    quando corona tibi, tunc mihi vel venia.
opto per hos fluctus, animas tu, Christe, gubernes
    arbore et antemna velificante crucis,
ut post emensos mundani gurgitis aestus
    in portum vitae nos tua dextra locet.

---

367 ploret *Browerus*] plorat *codd.* curat *C*, curret *F* 369 requiret *CMD* 370 pendet *Par.*] pendit *codd.* 371 ipsi M^1 372 noua nupta B^1L] noue nupta DGB^2, nouinupta *ACMRF* (*glossa in G:* aduerbium) 373 talamo *M* candita tam *CM*, candidata *R* nigrata AM^1 374 aluit *A* fridida *G* tenit CM^1 376 thorum *G* 377 maritale *LRF* 378 contentaque *M* armata *D*, amara *Browerus* 379 requirit *L* 383 quot $GBLFM^2$] quod ACM^1DB male *D* pander* G^1 384 bone *D* 385 coniugiom G^1 386 apostholica *M* *1. Cor. 7* 387 inclyta *ML* 390 amore *C* 391 illic *MGB*] illuc *ACDBL* tenis CM^1 hinc *DB* 392. 393 *om. C* 394 quod *AB* placeat *A* tue *D* 395 iussum *A* 397 christi M^1R guuernes *C*, gubern*s A^1, gubernas *R* 398 (antemna *codd.*) uilificante A^1CM^1D 399 aestos M^1R *subscr.* v. cccc *ACMD* *sequitur in G et in editionibus post Browerum carmen* in laudem sanctae Mariae *quod dabimus in appendice*

IV

Ad Virgines

Inter apostolicas acies sacrosque prophetas
proxima martyribus praemia virgo tenet.
splendida sidereo circumdata lumine pergens
iungitur angelicis casta puella choris.
fruge pudicitiae caeli dotanda talento
aeterni regis ducitur in thalamis.
pulchra corona caput triplici diademate cingit
et gemmae exornant pectora colla comam.
induitur teneris superaddita purpura membris
et candore nivis fulgida palla tegit.
floribus aeternis oculos rosa lilia pascunt,
et paradisiacus naribus intrat odor.
unde magis, dulcis, hortamur ut ista requiras
quae dedit Eugeniae Christus et alma Theclae.
virgo dei, fructus caeli, victoria mundi
ut semper regnes, has pete regis opes.
sunt ibi chrysolithis fabricata palatia gemmis
atque zmaragdineo ianua poste viret.
limina sardonychum variato lumine florent
et hyacintheus circuit ordo domum.
aurea tecta micant, plebs aurea fulget in aula
et cum rege pio turba corusca nitet.
ille puellarum locus est, quae lucis amore
hic servant domino corpore mente fidem.
despice quod terrae est, et clara sedebis in astris,
Christi ut sponsa placens regna superna colas.
praesens vita nimis fugitivo tempore transit:
virginis integritas glorificanda manet.
paupertas te parva rogat cum divite Christo,
ut venias nostro dulcis alumna sinu,
quo patris auxilium domino obtentura preceris
atque tibi caelis regna beata pares,

IV (v *G*) *extat in Σ f.* 41^v *post VII, 13 hoc titulo:* INCIPIT VERSVS AD VIRGINEM, *in P post VIII, 3, 112 sine titulo* 1 aposthollicas *CPM* 2 martiribus *CD*, martyrii *BL* 5 donanda G^1 talen** P^1 *corr.* P^1, talendo $Σ^1$ 6 thalamos RFM^2 7 chorona B^1 diathemate *G* 8 gemma *RF* 9 purpora $Σ^1$ 11 fl****ribus $Σ^1$ 12 paradisiacus *ABL*] paradysiacus *ΣPMG*, paradysiacos *C* 13 ortamur MG^1 14 theclae *Σ*] teclae *rell.* 17 chrysolithis] crysolitis *PMDBF*, crisolytis *A*, crisolitis *CGL*, crissolitis *ΣR* 18 zmaragdineo *ACPM*] smaragdineo *ΣGBL* 19 sardonychum] sardonicum *ΣACP*, sardonicu M^1, sardonico $DGBLR^1M^2$, sardonica R^1 *corr.*, *F* 20 hyacintheus] hracintheus *F*, hyacinctheus *G*, hyacentheus *PMD*, hiacentheus *A*, hiacenteus *C*, hiacinctheus *B*, iacinteus *L*, hyacincteneus *Σ* 21 area *C* plebs aura M^1 fulgit *ΣR* 23 locis P^1 24 fide *A* 25 despice $ΣG^2$] dispice *rell.* (dispiciae *D*) 26 superna] beata *L* 29—32 *om. P* 29 christus ($\chi\bar{p}s$) *Σ* 31 auxilio *L* optentura $Σ^1G$ 32 caelis *Σ*] felix *rell.*

ut pariter sanctae merearis iuncta Mariae
gaudia perpetuo concelebrare choro.
has quaecumque piis manibus susceperis arras
non nuptura homini, sed sis amata dei.

V

Ad domnam Radegundem

Regali de stirpe potens Radegundis in orbe,
altera cui caelis regna tenenda manent,
despiciens mundum meruisti adquirere Christum,
et dum clausa lates, hinc super astra vides.
gaudia terreni conculcas noxia regni,
ut placeas regi laeta favente polo.
nunc angusta tenes, quo caelos largior intres:
diffundens lacrimas gaudia vera metes.
et corpus crucias, animam ieiunia pascunt,
solo quam dominus servat amore suus.

VI

Ad eandem de violis

Tempora si solito mihi candida lilia ferrent
aut speciosa foret suave rubore rosa,
haec ego rure legens aut caespite pauperis horti
misissem magnis munera parva libens.
sed quia prima mihi desunt, vel solvo secunda:
profert qui vicias, ferret amore rosas.
inter odoriferas tamen has quas misimus herbas
purpureae violae nobile germen habent.
respirant pariter regali murice tinctae
et saturat foliis hinc odor, inde decor.
hae quod utrumque gerunt pariter habeatis utraque,
et sit mercis odor flore perenne decus.

---

34 perpetua *ΣR*, pertuo *D* concebrare *Σ* *in P sequitur VIII, 3, 309 sq.* *subscr.* v. XXXVI *ACD*, XXXXII *M* *in Σ sequitur VIII, 1*

V (VI *GL*) *extat in Σ f.* 49^r *post carmen ad Agiulfum* (*v. append.*) *hoc titulo:* ITEM ALIVD DE RADEGVNDE, *in P f.* 87^r *post VI, 4 hoc titulo:* DE SANCTA RADEGVNDE RADIGVNDEM *M* 1 styrpe *CP* radegundis *ΣABLR*] radigundis *CPM*, radigundes *DG*, radecundes *F* urbe *A* 3 despiciens *DF*G^2] dispiciens *rell. cum Σ* adquirire *P* 4 clausa *Par.*] causa *Σ*, claustra *rell.* 5 conculcans *R* 6 laeta] le *D* populo P^1 7 tene A^1 *ut vid.* 8 defundens *P* metas *A* 9 crucians *Σ* ieiuniam *D* pascunt *Σ*] pascis *rell.* 10 solo *Σ*] salue *rell.* (salua *A*) quam *ΣMDGBLF*] quem *ACPR* omore *C* suos *DR* *subscr.* v. X *ACMD* *in Σ sequitur VIII, 8, in P VII, 16*

VI (VII *G et sic sqq.*) 2 robore A^1 (*corr.* A^1) *R* 3 horti *BL*] orti *rell.* 4 mississem G^1*L*, mississe *R* 6 *fort.* offert uicias *Mommsenus*] uiolas *codd.* feret *F*, fert et *A* 7 missimus *B* 8 paupereae *G* nubile *A* 9 regali pariter respirant *L* murica *A* 10 decor] color *BL* 11 hae q. u. gerunt] haec q. u. gerit *codd.* habeatis *DBL*G^2] abeatis G^1, habetis *ACMRF* 12 mercis] *fort.* mentis *subscr.* v. XII *ACMD*

VII

Ad eandem de floribus super altare

Frigoris hiberni glacie constringitur orbis
totaque lux agri flore carente perit.
tempore vernali, dominus quo Tartara vicit,
surgit aperta suis laetior herba comis.
inde viri postes et pulpita floribus ornant,
hinc mulier roseo conplet odore sinum.
at vos non vobis, sed Christo fertis odores,
has quoque primitias ad pia templa datis.
texistis variis altaria festa coronis,
pingitur ut filis floribus ara novis.
aureus ordo crocis, violis hinc blatteus exit,
coccinus hinc rubricat, lacteus inde nivet.
stat prasino venetus: pugnant et flore colores,
inque loco pacis herbida bella putas.
haec candore placet, rutilo micat illa decore;
suavius haec redolet, pulchrius illa rubet.
sic specie varia florum sibi germina certant,
ut color hic gemmas, tura revincat odor.
vos quoque quae struitis haec, Agnes cum Radegunde,
floribus aeternis vester anhelet odor.

VIII

Item ad eandem pro floribus transmissis

O regina potens, aurum cui et purpura vile est,
floribus ex parvis te veneratur amans.
et si non res est, color est tamen ipsa per herbas:
purpura per violas, aurea forma crocus.
dives amore dei vitasti praemia mundi:
illas contemnens has retinebis opes.
suscipe missa tibi variorum munera florum,
ad quos te potius vita beata vocat.
quae modo te crucias, recreanda in luce futura,
aspicis hinc qualis te retinebit ager.

VII FLORIS *A* SVPER ALTAR̄ *A*, *om.* *LR* 1 urbis *ACM*² 2 cadente *Browerus* 4 aperta suis *AC*] perfecta suis *D*, *perfecta suis *M*, perfecta *GBLRF*, perfectis *Par.*, *vulg.* 6 (conplet *CM*) 10 pilis *C* 11 blateus *GBR* 12 rubricat *C*] rubicat *rell.* (*cf. V. M. II, 462; III, 145*) 13 stant prasine *L* uenitus *RF*, uenetes *D*, netus *C* 14 putas *et* 15 rutilo *sic codd.* 19 struetis *ACM*¹ 20 anelet *G* *subscr.* v. xx *ACMD*

VIII *extat in Σ f. 49ᵛ post VIII, 5 hoc titulo:* ITEM ALIVD AD RADĒ DEMISSIS FLORIBVS 1 rigina *Σ* aurum cui] cui aurum *codd.* purpora *Σ* 3 color est] *sic sed* est *i. ras.* *G*, color *B et spatio* 2—3 *litterarum relicto* *L* ipsa *ΣL*] ipse *rell.* (ipsa *scil.* res *i. e.* aurum et purpura) erbas *ΣC* 4 purpora *ΣC* crocos *Σ*, cocus *L* 6 contempnens *AMG*² 8 at *DR* 10 hunc *B*

per ramos fragiles quos nunc praebemus olentes
    perpende hinc quantus te refovebit odor.
haec cui debentur precor ut, cum veneris illuc,
    meque tuis meritis dextera blanda trahat.
quamvis te expectet paradisi gratia florum,
    isti vos cupiunt iam revidere foris.
et licet egregio videantur odore placere,
    plus ornant proprias te redeunte comas.

IX

Ad eandem cum se reclauderet

Mens fecunda deo, Radegundis, vita sororum,
    quae ut foveas animam membra domando cremas:
annua vota colens hodie claudenda recurris:
    errabunt animi te repetendo mei.
lumina quam citius nostris abscondis ocellis!
    nam sine te nimium nube premente gravor.
omnibus exclusis uno retineberis antro:
    nos magis includis, quos facis esse foris.
et licet huc lateas brevibus fugitiva diebus,
    longior hic mensis quam celer annus erit.
tempora subducis, ceu non videaris amanti,
    cum vos dum cerno hoc mihi credo parum.
sed tamen ex voto tecum veniemus in unum
    et sequor huc animo quo vetat ire locus.
hoc precor, incolumem referant te gaudia paschae,
    et nobis pariter lux geminata redit.

X

Ad eandem cum rediit

Vnde mihi rediit radianti lumine vultus?
    quae nimis absentem te tenuere morae?
abstuleras tecum, revocas mea gaudia tecum,
    paschalemque facis bis celebrare diem.
quamvis incipiant modo surgere semina sulcis,
    hic egomet hodie te revidendo meto.

---

11 praebem*s M^1 13 hae *D* 14 blanda] bla *C* 15 expectet Σ] spectet *rell.* paradisi *AL*] paradysi *ΣCMGB* 16 foris *ΣB*^{2}] fores *rell.*, *cf. v. 18; 9, 8 (scil. flores ad reclusam missi)* *subscr.* v. XVIII *AC*, XXIIII *M*, ITEM ALIVD Σ (*carmen sequens*)

IX RECLAVDERET *ACMDG*] RECLVADERET *R*, RECLVDERET *L*, RECLAVSISSET *F*, CLAVDERET *B* 1 radegundes *DG*, redegundis Σ 2 domanda *A*, domenda Σ creas *F*, cre*as A^1 4 errabant M^1 *corr.* M^1 6 nube] nubę Σ, nocte *rell.* 9 licit Σ huc lateas *ΣR*] hic lateas *GBLF*, huc latear *ACMD* 10 menses Σ qui *L* celer***annus *G*, celerandus *F* 11 amantem *L* 12 dum] tum G^2 14 hunc *C*, hic *F* animum Σ 15 incolumem (Σ)*BL*] incolomem *ACMDG* te] e *R*, *om. C* *subscr.* v. XVI *ACMD*

X ITEM *praemittunt DGR* REDIRET *F* 1 radiante G^1 2 te *om. D* morem C^1 *corr.* C^1 3 *ecum A^1

colligo iam fruges, placidos conpono maniplos:
quod solet Augustus mensis, Aprilis agit;
et licet in primis modo gemma et pampinus exit,
iam meus autumnus venit et uva simul.
malus et alta pirus gratos modo fundit odores,
sed cum flore novo iam mihi poma ferunt.
quamvis nudus ager nullis ornetur aristis,
omnia plena tamen te redeunte nitent.

XI

Ad Gregorium episcopum pro infirmitate sua

Venit ad aegrotum medici vox alma Gregori
urbe ex Toronica, dum cubo rure toro,
concite presbytero recitante Leone sereno,
irem ut Martini sunt ubi festa pii.
tum, fateor, morbi grave debilitate laborans
febre calens summa iam rigor imus eram.
hinc fragili nimium forti languore redacto
ilia lassa levans halitus aeger erat.
ibat anhelanti vapor aridus ora perurens,
ibat ab arcanis flatilis aura coquens.
fervor eram totus, tristis rogus, igne caminus,
febris et in fibris stabat operta patens,
donec Christus opem sudore undante refudit,
fervidus et gelidas ignis abegit aquas.
redditus ergo isti, pater alme, saluto saluti:
auxilium exili sis, rogo, pastor ovi.

XII

Ad eundem pro causa abbatissae

Repsit quale nefas intra pia saepta synaxi!
inconsulte dolor, rumpere verba vetas:
quale nec ante oculos patulas neque polluit aures
nec facerent, vitio qui sua fana colunt.

---

7 colligo $GLA^2M^2B^2$] collego $A^1CM^1DB^1$ placidus CM^1 (conpono *AC*) maniplus M^1 9 pampenus *M*, pampanus A^1 11 pyrus *A* gratos *BL*] gratus *rell.* honores *R* 13 acer *AC* *subscr.* v. XIV *ACMD*

XI 1 gregorii *F* 2 turonica *F* thoro G^2 3 presbitero *ACGB* 4 martyni *G* 6 iam *om.* G^1 rigoramus *D* erat B^2, eras *ut vid.* A^1, era *F* 7 labore A^1 8 alitus *GL* era* A^1 10 archanis *AGL* 11 ferror *C* 12 febres CM^1 fibris *Browerus*] febris *codd.* aperta *D* 13 cristos M^1, cristus M^2 undate *D* 15 redditus ergo isti *AC*] redditus isti DG^1, redditur isti *R*, redditus iste *MBL*, redditus exsistens G^2 *v. l.*, redditus *F* (*qui praeter hanc vocem totum distichon omittit*) almae *GB* 16 exilis sis *D*, exilis *R* *subscr.* v. XVI *ACMD*

XII *cf. Greg. H. F. IX, 39* 1 sinaxi *CL* 3 patuit aures *L*, aures polluit *D* 4 uitio] *****o M^1 fama *G*, uana *F*

tu tamen, alme pater, pietatis amore labora
   ut sacer antistes, culmina cuius habes,
unde repraesentes Martinum in tempore sacrum,
   cursibus atque fide dando salutis opem.

---

a Epistula pro eadem re

Commendans humilitatem meam copiosissimae vestrae dulcedini et mitissimae dominationi suggero, ut (causa universalis ecclesiae talem vos habens basidem, ut nullus ventorum turbo succlinans, nulla procellarum propellens congeries possit illic invenire quod quatiat, aut quod labefactet reperiat) in causa, qua conservus meus presbyter, praesentium portitor, ad vos pro singulari praesidio confidens occurrit (sicut ipse singula poterit explicare), memores commendationis beatae dominae meae, filiae vel iam matris vestrae, domnae Radegundis, pro loci sui vel personae totiusque regulae stabilitate quod petiit et verborum vel viscerum supplicatione commisit, ita praecipiatis infatigabiliter laborare qualiter ipse vobis in retributione sempiterna restituat qui videt, pro auxilio indigentibus in causa iustitiae vester apostolatus pastoraliter quod desudat.

XIII

Ad eundem

Antistes domini, bone pastor et auctor honoris,
   rite decus generis quo est generosa fides:
Iustinam famulam pietate memento, beate;
   per te et commender, stirpe vel arce pater,
hinc referens grates aviae, quia reddita tandem
   ad vultus neptis, dulcis imago, venit.
ista diu nostris votis dans gaudia, rector,
   inter avam et neptem tu mediator agas.

---

6 antestis *A* 7 repraesentis *ACM* martynum *G* tempora *M* *subscr.* v. VIII *AMD*

XII[a] (XIIII *G*, *sine num. rell.*) EPISTVLA *ACR*] EPISTOLA *rell.* p. e. r.] EX NOMINE IVSTITIAE *F* (*cf. v. 10 et carm. sq.*) 1 cupiosissimae *A* uestrae *om. M* dulcidini *CM* 2 bassidem *DR* 3 sualinans *D* 4 labefactet reperiat *G*] labefacte reperiat *DB*, labefacte repperiat *ACR*, labefactae repperiat *M*, labefacta repperiat *L*, labefactum reperiat *F* qua *om. C* 6 memores *GBL*] memor es *rell.* conmendationis *M* dominae *F*] domnae *rell.* meae *om. L* iam] etiam *F* 7 domnae *om. F* radegundis *C*[1]*B*] radegundae *ADGBLF*, radigunde *M*, radegundiae *C*[1] *corr.* suae *C*[1] *corr.* *C*[1] 9 laborare qualiter *om. C* sempeterna *M* 10 uidet pro auxilio] uidit pro auxilio *CFG*[2], uidet pro auxilium *A*, uidit pro auxilium *MDG*[1]*L*, uidit per auxilium *BR* uestrae *F*, uestra *B* apostholatus *B*[1] 11 quo *C*

XIII ad] ITEM AD *G* SALVTATORIA *addit F*, EX NOMINE IVSTINAE *add. ind. capit.* 1 antestis *A* 2 quo est] quem *BL* 3 iustitiam *L* 4 styrpe *CDB* 5 referans *G*[1] auiae grates *L*, gratesuauiae *A* *subscr.* v. VIII *ACMD*

XIV

Ad eundem salutatoria

Alme, beate pater, lumen generale, Gregori,
    iure sacerdotum culminis arce caput,
reddo deo grates de vobis prospera noscens,
    vestris nunc scriptis laetificatus agens.
me quoque commendans humili prece voce saluto,
    iugiter officio quem mea corda colunt.

XV

Ad eundem salutatoria

Summe pater patriae, celsum et generale cacumen,
    forte decus generis, Toronicensis apex,
lumen ab Arvernis veniens feliciter arvis,
    qui inlustrans populos spargeris ore pharus,
Alpibus ex illis properans mons altior ipsis,
    vir per plana sedens qui pia castra tegis,
neu noceant hostes qui sunt in ovile fideles,
    unicus in campis publica turris ades.
huic date dulce caput regioni, care Gregori,
    Martini retinet quem sacra sella patrem,
me Fortunatum humilem commendo patrono;
    sic tua vita diu hoc sit in orbe deo.

XVI

Ad eundem salutatoria

Si qua mihi, veniet quotiens, occasio dulcis,
    opto, sacer, calamo solvere vota meo.
summe pater patriae, toto venerabilis orbe,
    undique care mihi, fulgida cura dei:
commendans humilem tibi me, sacer arce Gregori,
    pro famulo proprio, quaeso, precare deum.

XIV SALVTATVRIA *M*, SALVTVRTVRIA *C*, *om.* *F* 1 gegori *G* 5 uoce *om.* *C* *subscr.* V. VI *AD*, VIII *C*

XV AD EVNDEM SALVTATORIA *ALR*] A. E. SALVTATVRIA *CM*, A. E. SALVTARIA *D*, ALIA S. A. E. *G*, ITEM S. A. E. *B*, AD EVNDEM *F* 2 turonicensis *F* 3 arue*nis M^1 *corr.* M^1, aruennis *R* aruis: rui *i. ras. 1 m.* *A* 4 farus *F* 5 pro*perans M^1, prosperans *R* 8 turres CM^1R 9 huic] uir *codd.* dulc* G^1 10 martyni *G* 12 hac sit in urbe *A* *subscr.* V. XII *ACMD*

XVI AD EVNDEM SALVTATORIA *A*] A. E. SALVTATVRIA *CM*, A. E. SALVTARIA *D*, A. E. SALVTORIA *R*, ITEM A. E. S. *B*, ALIA ITEM S. *G*, ITEM AD EVNDEM *L*, AD EVNDEM PRO VILLA PRAESTITA *F* 1 si qua mihi *i. ras. 1 m.* *C* *fort.* ueniat 2 obto *C* 4 d*ei M^1, diei *F* 6 *om.* M^1 *subscr.* V. VI *M* (*quamquam sextum omisit*) *D*, XVI *C*

XVII

Ad eundem salutatoria

Si cessent homines velociter ire, per austros
ad te, care pater, carmina missa velim.
nunc tamen est quoniam gerulus mihi, porrigo verbum,
sed minus eloquio quam quod amore colo.
dulcis, opime, decus nostrum, pie papa Gregori,
versiculis brevibus solvo salutis opus.
sed memor ipse mei commenda, quaeso, Tonanti:
sic te consocium reddat honore throno.

XVIII

Ad eundem salutatoria

Gurgitis in morem si lingua fluenta rigaret,
turbine torrentis vel raperetur aquis,
ad tua praecipue praeconia summa, Gregori,
dum non explerem flumine, gutta forem.
munificumque patrem aequaret nec musa Maronis:
fers, bone, quanta mihi quis valet ore loqui?
hac brevitate, sacer, famulum commendo subactum
me Fortunatum: sit veniale, precor.

XIX

Ad eundem pro villa praestita

Tramite munifico celebravit pagina cursum,
carmine dulcifluo quam tuus edit amor,
in qua forte loci facta est conlatio doni,
qua Vigenna procax litore frangit aquas,
lapsibus et tumidis dum fertur nauta carinis,
iugera culta videt quando celeuma canit.
grates, care, gero, pietatis fruge replete,
qui facis unde decens multiplicetur apex.
et sine his mea sunt a te quaecumque tenentur:
grex habet omnis agris quod bone pastor habes.

XVII a. e. s.] ITEM AD EVNDEM DE EADEM RE *B*, I. A. E. DE EA RE *R*, I. A. E. DE CARE *A*, A. E. DE EADEM RE *L*, A. E. DE EA RE *CD*, A. E. DE IPSA RE *G*, A. E. DE ABRE *M* 3 nunc *Par.*] tunc *codd.* 4 colo] gero *L* 6 saluo *RF* 8 trono B^1, thoro *C* *subscr.* v. VIII *ACD*, XIIII *M*

XVIII a. e. s.] *om.* *B*, ITEM DE EADEM RE *L*, AD EVNDEM DE EADEM RE *rell.* 2 rapiritur *C*, aperitur *F* 3 at *G* praecunia *M* summe *F* 4 flumina DF^1 5 moronis *D* 7 hac] ac *codd.* *subscr.* v. VIII *ACMD*

XIX p. u. p. *om.* *F* 3 conlationi doni *D* 6 iura *D* cadit *C* 7 gere D^1 fruge replete] fruge repleto *G* (let *i. ras.*) RFB^2, fruge repeto CMB^1, fugerepeto *AD*, fruge repletus *L* 8 multiplicitur *C* 9 his] ahis *R* quemcumque *D* 10 habit *C*, abit M^1R *subscr.* v. X *CMD*

XX

Ad eundem precatoria pro ipso agro

Munifici reparans Martini gesta, Gregori,
texit ut ille habitu nos alis ipse cibo.
discipulus placidum sapiens imitando magistrum
ille ubi dux residet miles habebis opem.
ut chlamydem ille prius, sic tu partiris agellum,
ille tegendo potens tuque fovendo decens,
ille inopem antiquum relevans, tu, care, novellum:
fit dives merito paupere quisque suo.
quando reposcetur, vestris redit usibus arvum
et domino proprio restituemus agrum.
unde amplas refero grates, dulcissime rector,
et repeto pangens haec, tua, pastor, ovis.
nec tantum reddo quantum tibi debeo, praesul:
pro Fortunato sed, rogo, flecte deum.

XXI

Ad eundem pro pellibus transmissis

Egregio conpacta situ, falerata rotatu
atque Sophocleo pagina fulta sopho
me arentem vestro madefecit opima rigatu,
fecit et eloquio quod loquor esse tuo.
dulcis care decens facunde benigne Gregori
atque pater patriae, hinc sacer, inde cate,
muneribus, meritis, animis et moribus aequis,
omnibus officiis unde colaris habens:
me Fortunatum tibi celso sterno pusillum,
commendo et voto supplice rite tuum;
cui das unde sibi talaria missa ligentur
pellibus et niveis sint sola tecta pedis.
pro quibus a domino detur stola candida vobis:
qui datis hoc minimis, inde feratis opes.

XX *tit. om. C* a. e. *om. L* PRECATVRIA *AMR* 1 martyni *G* 2 cybo *G* 3 sapiens placidum *L* 4 residit *D*, resedit *CM*[1] habibes *M*[1] 5 chlamydem] clamitem *D*, clamidem *rell.* partyris *B*, parturi* *G*[1], pargiris *D*, patiris *C* 7 inopem antiquum *B*] opem antiquum *rell.* (ope *L*[2]) 8 quisque] que *AC* (*in M spatium 5 litterarum ante, unius post* quis) 9 reposcitur *ACD* aruum] agrum *L* 11 referam *R* *subscr.* v. XIV *ACD*

XXI *tit. om. C* 1 (conpacta *ACMG*) felerata *M*[1], fallerata *R* 2 sopocleo *D*, sophoclepeo *ACM*[1] 3 uestrum *M*[1] madefacit *A* 4 quot locor *C* 13 sthola *ACMR* 14 inde] unde *codd.* *subscr.* v. XIV *CMD*

EXPLICIT LIBER VIII, INCIPIT LIBER IX *MDGBR*, INCIPIT L. IX *C*, EXPLICIT L. VIII, *deinde hymnus Prudentii cathem. 12, 49—156, deinde* INCIPIT L. IX *A*, LIBER VIII EXPLICIT, *deinde capitula libri IX, deinde titulus libri IX ut priorum L*

LIBER NONVS

I

Ad Chilpericum regem quando synodus Brinnaco habita est

Ordo sacerdotum venerandaque culmina Christi,
quos dedit alma fides religione patres,
parvolus opto loqui regis praeconia celsi:
sublevet exigui carmina vester amor.

Inclite rex armis et regibus edite celsis,
primus ab antiquis culmina prima regens,
rector habens nascendo decus, moderando sed augens,
de radice patris flos generate potens,
aequali serie vos nobilitando vicissim
tu genus ornasti, te genus ornat avi.
excepisti etenim fulgorem ab origine gentis,
sed per te proavis splendor honore redit.
te nascente patri lux altera nascitur orbi,
nominis et radios spargis ubique novos,
quem praefert Oriens, Libyes, Occasus et Arctus:
quo pede non graderis, notus honore venis.
quidquid habet mundus peragrasti nomine, princeps,
curris et illud iter quod rota solis agit,
cognite iam ponto et rubro pelagoque sub Indo,
transit et Oceanum fulgida fama sopho.
nomen ut hoc resonet non impedit aura nec unda:
sic tibi cuncta simul, terra vel astra, favent.
rex bonitate placens, decus altum et nobile germen,
in quo tot procerum culmina culmen habent,

I *extat in P f. 81ᵛ post X, 17, 34* CHILPERICVM *CMDLR*] HILPERICVM *AB*, CILPERICVM *F*, CHLIPERICVM *P*, CHILBERICVM *G* q. — est] IN CONVENTV EPISCOPORVM *F* SINODVS *ABL* BRINNACHO *P*, BRINACO *B* 1 culmine *ACM*[1] 2 religione *ACGM*[2]] relegione *PM*[1]*B*[1], relligione *L*, rellegione *B*[2] patris *A* 3 paruolus *ACPM*[1]] paruulus *GBL* praecania *D* 4 subleuit *P* 5 inclyte *A* et*regibus *C* *celsis (*eras.* x) *C* 6 culmi *CM*[1] 7 rectos *A* sed *om. L* augens] auges *codd.* 9 aequalis erige *P* nobilitate *P*[1] 11 excepisti etenim *A*] excepisti enim *rell.* (cepisti *i. ras. 2 m. P*) 12 proauis *i. ras. 2 m. P*, proaui *A*[2] 13 nascenti *A* nascitur] redditur *A* 15 libyes] libies *G*, libias *L*, lybies *rell.* occassus *P* arctos *F*, arcus *C* 17 quidquid *A*] quicquid *CPMGBL* 21 inpedit *G* 22 si *P*

auxilium patriae, spes et tutamen in armis,
fida tuis virtus, inclitus atque vigor,
Chilperice potens: si interpres barbarus extet,
'adiutor fortis' hoc quoque nomen habes.
non fuit in vacuum sic te vocitare parentes:
praesagum hoc totum laudis et omen erat.
iam tunc indicium praebebant tempora nato,
dicta priora tamen dona secuta probant.
in te, dulce caput, patris omnis cura pependit,
inter tot fratres sic amor unus eras.
agnoscebat enim te iam meliora mereri:
unde magis coluit, praetulit inde pater;
praeposuit genitor cum plus dilexit alumnum:
iudicium regis frangere nemo potest.
auspiciis magnis crevisti, maxime princeps,
hinc in amore manens plebis et inde patris.
sed meritis tantis subito sors invida rerum,
perturbare parans regna quieta tibi,
concutiens animos populorum et foedera fratrum,
laedere dum voluit, prosperitate favet.
denique iam capiti valido pendente periclo,
quando ferire habuit, reppulit hora necem.
cum retinereris mortis circumdatus armis,
eripuit gladio sors operante deo.
ductus ad extremum remeas de funere vitae,
ultima quae fuerat fit tibi prima dies.
noxia dum cuperent hostes tibi bella parare,
pro te pugnavit fortis in arma fides.
prospera iudicium sine te tua causa peregit,
et rediit proprio celsa cathedra loco.
rex bone, ne doleas, nam te fortuna querellis
unde fatigavit, hinc meliora dedit.
aspera tot tolerando diu modo laeta secuntur
et per maerores gaudia nata metis.
multimodas perpesse minas tua regna resumis,
namque labore gravi crescere magna solent.

25 patriae *i. ras. 2 m. P* 26 tui G^1 clitus *C* 27 chilberice G^2, helperice *F* si *om. C* inpraes *A* 29 uacuum *ACP*] ua****cuum *M*, uanum *DGBLRF*, *cf. V, 5, 145* 30 hoc totum] ac totum *A*, *fort.* actorum et nomen *A*, etlomen *P* 31 iudicium (*M*) praebebat P^1 natum *P* 33 capud *CP* 34 erat *P* 35 agnuscebat *P* 36 unde] utde *sic P* 37 cum] *fort.* quem dilexit alumnum plus *A* 38 potes CP^1 *cf. VI, 1, 36* 39 au*piciis *P* 41 sobito PM^1 sors] res *L* perum *L* 42 qui**** P^1 44 laeder** *P* (*eras.* um) 45 capite *C* periculo *P* 46 reppolit M^1, repulit *G*, repolis P^1 *ut vid.* 47 retinere**is G^1, retineris *RF* circumdatus armis *DGBLF*] circumdatur armis *R*, cumdatus armis *P*, circumdatus in armis *ACM* 48 gladio *ACPMRF*] gladios *DGBL* 49 ad] et *P* 50 ultaema (a *exp. 1 m.*) *M* sit *BLF* 51. 52 *om. C* 53 te *om. C* sine te *i. e. Sigeberto non tua opera interfecto* 54 cathetca P^1 *corr.* P^1 55 doleat *P* querelis BLP^2, querillis *C*, querellus P^1 57 tolerendo M^1 laetascuntur *P*, laeta sequuntur *BL* 58 memores *D* metis] meis *C* 59 perpesse minas ACM^1DGB] perperse minas *L*, perpesse mina *P*, per opes seminas RFM^2 resumas P^1 60 labori *D*

aspera non nocuit, sed te sors dura probavit:
unde gravabaris, celsior inde redis.
altior adsiduis crescis, non frangeris armis,
et belli artificem te labor ipse facit.
fortior efficeris per multa pericula princeps
ac per sudores dona quietis habes.
nil dolet amissum te rege superstite mundus,
cui se servarunt debita regna gradu.
consuluit domui, patriae populoque creator,
quem gentes metuunt, te superesse virum.
ne ruat armatus per Gallica rura rebellis,
nomine victoris hic es et ampla tegis:
quem Geta, Vasco tremunt, Danus, Euthio, Saxo, Britannus,
cum patre quos acie te domitasse patet.
terror [es] extremis Fresonibus atque Suebis,
qui neque bella parant, sed tua frena rogant.
omnibus his datus es timor illo iudice campo,
et terrore novo factus es altus amor.
in te, rector, habet regio circumdata murum
ac levat excelsum ferrea porta caput.
tu patriae radias adamantina turris ab austro
et scuto stabili publica vota tegis.
neu gravet haec aliquis, pia propugnacula tendis
ac regionis opes limite forte foves.
quid de iustitiae referam moderamine, princeps?
quo male nemo redit, si bene iusta petit,
cuius in ore probo mensurae libra tenetur
rectaque causarum linea currit iter.
nec mora fit vero, falsus nihil explicat error
iudiciisque tuis fraus fugit, ordo redit.
quid? quoscumque etiam regni dicione gubernas,
doctior ingenio vincis et ore loquax,
discernens varias sub nullo interprete voces,
et generum linguas unica lingua refert.
erigit exiguos tua munificentia cunctos,
et quod das famulo credis id esse tuum.
qualiter hinc itidem tua se praeconia tendunt
laudis et hoc cumulo concutit astra fragor.

---

61 sors te *R* 63 adsiduis *ACM*] assiduis *PBL*, asiduis *G* crescit *P* 64 labor] laborante *P* fecit *C* 67 mundo *ACM*, mundos *P* 69 populique P^1 70 genites *C* uirum] uolens *Mommsenus* 71 galluca r. repellis *P* 72 es et] esset *PDRF* 73 *om. F* ge*ta (*eras.* s) *M*, tegeta *A* uuasco *GBLR* eutio *C*, *cf. Zeuss die Deutschen etc. p. 146. 501* britannus *B ex corr.* LM^2G^2] britanus *P*, brittanus *AR*, brittannus $CM^1G^1B^1$, *om. D* 74 quos] cos *C* patet] patre *C* 75 es] et *DGBLRF*, *om. ACPM* frisonibus *DBL* suebis *ACPMB*] sueuis *DGBLF* 76 parant] ineunt *F* 77 est *MRF* 78 est PB^1 honor *L* 80 leuat] leuat et *C* ferrea] rea *P* 81 radies *P*, redeas B^1 87 probum *D* mensura *MB*, mansura *D* 88 recteque *P* 89 ne *A* uiro *A* explecat error M^1, explecat erro P^2, expecta terro P^1 90 fugit] fu** P^1, fuit P^2 91 (quoscumque *CPG*) guuernas *C* 92 dictior *A* ingentio P^1 ora *P* 93 interpre**te P^2, interpretes P^1, interprate *C* 95 cunctas *C* 97 precunia *CM*, preconio *P*

cui simul arma favent et littera constat amore:
    hinc virtute potens, doctus et inde places.
inter utrumque sagax, armis et iure probatus
    belliger hinc radias, legifer inde micas.
de virtute pater, reparatur avunculus ore,
    doctrinae studio vincis et omne genus.
regibus aequalis de carmine maior haberis,
    dogmate vel qualis non fuit ante parens.
te arma ferunt generi similem, sed littera praefert:
    sic veterum regum par simul atque prior.
admirande mihi nimium rex, cuius opime
    proelia robor agit, carmina lima polit.
legibus arma regis et leges dirigis armis:
    artis diversae sic simul itur iter.
discere si posset, rector, tua singula quisquis,
    ornarent plures quae bona solus agis.
sed tamen haec maneant et crescant prospera vobis
    et liceat solio multiplicante frui
coniuge cum propria, quae regnum moribus ornat
    principis et culmen participata regit
provida consiliis, sollers, cauta, utilis aulae,
    ingenio pollens, munere larga placens,
omnibus excellens meritis Fredegundis opima,
    atque serena suo fulget ab ore dies,
regia magna nimis curarum pondera portans,
    te bonitate colens, utilitate iuvans.
qua pariter tecum moderante palatia crescunt,
    cuius et auxilio floret honore domus.
quaerens unde viro duplicentur vota salutis
    et tibi mercedem de Radegunde facit.
quae meritis propriis effulget gloria regis
    et regina suo facta corona viro.
tempore sub longo haec te fructu prolis honoret,
    surgat et inde nepos, ut renoveris avus.
ergo creatori referatur gratia digne,
    et cole, rex, regem qui tibi praebet opem,

---

99 litera *G* 100 hi** P^1 placens PR^1 *corr.* R^1 101 sagax] sax *I* 102 migas *C* 103. 104 *om.* *P* 103 auuncolus *CM*, auunculos G^1 104 stodio *CM* 106 docmate *CPF* ante *om.* G^1 107 similiter P^1 litera *G* 108 pars *C* 110 proeli *ACP*, proelii M^1 robor $ACPM^1DG$] robur BLM^2 111 legis *PD* 112 a*tis P^1 113 posset] possit *codd.* 114 plurens *P* agit P^1 115 s. t. h. manen prosper crescant prosperi uobis *P* (manent 2 *m. super* n *scripto* ne) 116 multiplicanti P^1 (*corr.* P^1?) 117 proprie *P* 118 principes *C* participante *L* 119 solers DG^1B caute *D* utiles *C* 120 munera *DGBL* premens *A* 121 fredegundes *GBL* 122 sereno *G* fulget $ACPBLM^2$] fulgit M^1DGRF 124 iuuans] *i. ras. 1 m. A*, iubans *P* 125 tegcum *P*, cum *C* plalatia *C*, placia *P* crescant *C* *in M versuum 125—144 (f. 37*^{r} *col. 2 ext.) verba extrema abscissa, ita quidem ut cultro in obliquum introrsus acto sensim iactura crescat, primi versus (125) nihil nisi* nt *in fine, ultimus (144) totus interierit. respondent in f. 38*^{v} *col. 1 carm. 2, 23—43. indicabo tantum quorum varia est lectio* 126 ploret *P* 127. 128 *om.* *P* 127 uota] dona *A* 128 *i. e.* et Radegundis precibus caeli gratiam tibi conciliare studet 129 effulgit PM^1DR 130 facto *P* 131 proles G^1 132 surget P^1 auos RB^2, *deest M* 134 colet P^1

ut servet cumuletque bonum; nam rector ab alto
    omnia solus habet qui tibi multa dedit.
da veniam, victor, tua me praeconia vincunt:
    hoc quoque, quod superor, fit tibi maior honor.
parvolus opto tamen, sic prospera vota secundent,
    ut veniant terris haec pia dona polis.
aera temperie faveant tibi, tempora pace,
    frugibus arva micent, foedera regna ligent.
edomites [hostes], tuearis amore fideles,
    sis quoque catholicis religionis apex,
summus honor regis, per quem donantur honores,
    cui longaeva dies constet et alma fides.
regibus aurum alii aut gemmarum munera solvant:
    de Fortunato paupere verba cape.

II

Item ad Chilpericum et Fredegundem reginam

Aspera condicio et sors inrevocabilis horae!
    quod generi humano tristis origo dedit,
cum suadens coluber proiecit ab ore venenum,
    morsu et serpentis mors fuit Eva nocens:
sumpsit ab ipso ex tunc Adam patre terra dolorem,
    et de matre gemens mundus amara capit.

---

138 quod *sq. desunt M* quod *om. CD* superior *CR*¹ 139 paruolus *ACPM*¹] paruulus *M*¹ *ex corr., GBL* opto *sq. desunt M* fecundent *P* 140 *praeter* ut ue *deest M* ut] u* *P*¹ uenient *P* 141 *praeter* aera *deest M* temperiem *A* fauent *RF* 142 *praeter* fr *deest M* arma *A* 143 *praeter* e *deest M* edomites hostes tuearis] edomites tuacaris *C*, etomites tuearis *P*, edomiit estuaeris *A*, edomites saeuos tuearis *DGB*, et domites saeuos tuearis *L*, edomites omnes tuearis *F*, et domites omnes tuearis *R* amare *F* 144 religionis *CDG*] religiones *A*, relegionis *P*, rellegionis *BL* 146 constat *A* 147 aut] autem *A* solunt *C* *subscr.* v. CXLVIII *AMD*, CLVIII *C* *in P sequitur VI, 1ᵃ*

II *extat in P f. 57ᵛ post VII, 12, 58* *separatim in libris circumfertur permultis, ex quibus conlatos habui codicem Matritensem Cas. 14 n. 22 s. IX—X f. 135ʳ (μ — contulit Paulus Ewald) Parisinum Lat. 8318 s. X—XI f. 69ʳ (π — contulit Alfredus Schoene) Paris. Lat. 4887 s. XI—XII f. 77ᵇ (γ — contulit idem. simillimus est Luchii codici Vaticano tertio i. e. ut videtur Vat. Lat. 1869). ex codice Bernensi 455 s. X f. 15ᵛ (β) v. 1—54 edidit Hermannus Hagen carm. med. aev. p. 82. graviorem horum librorum discrepantiam enotabo. praeterea Duemmlerus tradidit v. 1—122 (cf. Pγ) legi in cod. Bruxellensi 8860—8867 s. X f. 61, v. 1—121 in cod. Veronensi XC (85) s. IX f. 62ʳ, v. 1—26 in cod. Veronensi LXXXVIII (83) s. IX f. 57ʳ, denique v. 1. 2; 11—44; 53—60; 69—71; 79. 80; 85. 86; 97—104 receptos esse in Waldrami monachi Sangallensis consolatione ad Salomonem, quae edita est a Duemmlero in 'mittheilungen der antiquarischen gesellschaft in Zürich' XII p. 242 sq., scripta a. 906 (cf. Duemmler. p. 263 sq.). Waldramus (δ) non transcripsit codicem G* *tit. in corpore carminum ut supra praeter:* item *om. GBL* CHILPIRICVM *M*, CHILBERICVM *G*, HILPERICVM *BL* e. f. r. *om. F* et] REGEM ET *M* FREDEGVNDE *AMR*, FREGVNDE *C* REGINA *ACMR* *tit. in P:* DE ASPERA CONDICIONE MORTIS IN INEVITABILI (*sic*) ETIAM SANCTIS *in μ:* INCIPIT EPISTVLA AD HILDERICVM REGEM FRANCORVM DIRECTA. FORTVNATI EPISCOBI (*sic*) *in π:* VERSVS FORTVNATI AD HYLPERICVM REGEM FRANCORVM DE OBITV FILII *in γ:* INCIPIVNT VERSVS FORTVNATI EPISCOPI IN CONSOLATIONE DEFVNCTORVM *in β:* ITEM (*praecedit hymnus II, 2*) VERSVS FORTVNATI AD CHILPERICVM REGEM 1 (condicio *PMμ*) et] est *A* inreuocalis *M*¹ orae *M*² 2 quod] quo *F*, quam *G v. l., μπβγδ* 4 morsus *G* et *om. RG²μπγβ²* serpentes *D* euua *AC*, **ua *M*¹ 5 supsit *P* p. t. d.] de patre dolore *π*

praevaricando duo probro damnantur acerbo:
    ille labore dolet, haec generando gemit.
mors venit inde vorax, transmissa nepotibus ipsis,
    heredesque suos tollit origo nocens.
ecce hoc triste nefas nobis genuere parentes:
    coeperat unde prius, hinc ruit omne genus.
primus Abel cecidit miserando vulnere caesus,
    ac fraterna sibi sarcula membra fodent.
post quoque Seth obiit, sub Abel vice redditus isdem,
    et quamvis rediit, non sine fine fuit.
quid Noe memorem, laudatum voce Tonantis?
    quem levis arca tulit, nunc gravis arva premit.
sic quoque Sem et Iafeth, iustissima denique proles
    sancta et progenies tale cucurrit iter.
quid patriarcha Abraham vel Isac, Iacob quoque dignus,
    cum de lege necis nemo solutus adest?
Melchisedech etiam, domini sacer ore sacerdos,
    Iob quoque seu geniti sic abiere sui.
legifer ipse iacet Moyses Aaronque sacerdos,
    alloquiisque dei dignus amicus obit.
successorque suus, populi dux inclitus Iesus,
    quos legitis libris occubuere patres.
quid Gedeon, Samson vel quisquis in ordine iudex?
    morti sub domino iudice nemo fugit.
Israhelita potens David rex atque propheta
    est situs in tumulo cum Salomone suo.
Esaias Danihel Samuel Ionasque beatus,
    vivens sub pelago, stat modo pressus humo.
princeps clave Petrus, primus quoque dogmate Paulus,
    quamvis celsae animae, corpora terra tegit.
semine ab humano cui nullus maior habetur,
    vir baptista potens ipse Iohannes obit.
Enoch Heliasque hoc adhuc spectat uterque:
    qui satus ex homine est et moriturus erit.

---

7 probro] pro *C* aceruo *Aμπ* 9 nepotibus] parentibus *μ* ipsis *om. C* 10 tullit *P*, tulit *μ* nocens] necis $μπγβ^2$ 13 prius $PG^1μ$ habel *G* caesus] cedis *μπ* 14 sarculus *π* fodunt FB^2, fobet *μ*, fodit *πγ* 15 quoque] que *μ* sedh *Cπβ*, set *P* obiit *om. μπ* redditus] nascimur *μ* hisdem *CPR* *cf. Genes. 4, 25* 16 rediet *μ*, redeat *π* fine] morte *μπ*, *om.* B^1 17—20 *om. μπ* 18 arua $γβ^2$] ar**a A^1, aura B^1, arca *rell. cum δ et corr.* A^1B^1*; cf. v. 34, Nonius p. 192* 19 sem *om. R* iafeht *PF* iustissima denique *βγ*] iustima denique *C*, hi iustissima *R*, iustissima *rell. cum δ* proles *et* 20 progenies *scil. qui enumerantur Gen. 10* 20 currit *C* 21 patriarcham *BL*, patriarchae *μπ* habraam *G* isac *ACM*] isaac *rell.* dignus *ACPMDπβγ*] dignos *GBLRFδ*, digni *μ* 22 neces *C* abest *Dγ* 23—43 *de M cf. ad 1, 125* 23 melcisedech *CP*, melcisedec *μ* sacer ore] sacero *C* 24. 25 *om.* A^1, *inverso ordine suppl.* A^2 24 sic omnis (hic comnis *π*) genitis hinc habuere suis *μπ* abieri *C* 25 aeronque *A* 26 alloquioque *γ* dei] die *CP* abit *P* 27 suos M^1 *corr.* M^1, sui *μ* populis *μπ* 28 patris *A* 29 quisque *μπ* 30 mortis s. d. *C*, mesti s. d. *P*, *deest M*, ob domini mortem *μ*, cum domini mortem *π* iudicem nemo fuit *π* 31 bellipotens dauid r. magnus a. p. *μπ* 32 salemone *DF* 33 daniel *D*, *deest M* samuel *CPB*] samuhel *rell.* (*deest M*) 35 docmate *Pμ* 37 cui] cum *R*, quo *γ*, quo* *π*, quum *μ*, *deest M* n. m. h. *i. ras. 2 m. P* 38 uir] cur *π*, quam *μ* iohannis *AP*, *deest M* obet P^1 39—43 *desunt M* 39 expectat *βγ*, expectatur *μ*, extat *π* 40 natus ex h. $μπβ^2$, natus h. *γ* est *om. C*

ipse creator ovans surgens cito Christus ab umbris,
hic quia natus homo est, carne sepultus humo.
quis, rogo, non moritur, mortem gustante salute?
dum pro me voluit hic mea vita mori?
dic mihi, quid poterunt Augusti aut culmina regum,
membra creatoris cum iacuere petris?
brachia non retrahunt fortes neque purpura reges,
vir quicumque venit pulvere, pulvis erit.
nascimur aequales morimurque aequaliter omnes:
una ex Adam est mors, Christus et una salus.
diversa est merces, funus tamen omnibus unum:
infantes, iuvenes, sic moriere senes.
ergo quid hinc facimus nunc te rogo, celsa potestas,
cum nihil auxilii possumus esse rei?
ploramus, gemimus, sed nec prodesse valemus:
luctus adest oculis, est neque fructus opis.
viscera torquentur, lacerantur corda tumultu;
sunt cari extincti, flendo cadunt oculi.
ecce vocatur amor neque iam revocatur amator,
nos neque iam repetit quem petra mersa tegit.
quamvis clamantem refugit mors surda nec audit,
nec scit in affectum dura redire pium.
sed, nolo atque volo, migrabo cum omnibus illuc;
ibimus hinc omnes, nemo nec inde redit:
donec [ad] adventum domini caro mortua vivat,
surgat et ex proprio pulvere rursus homo,
coeperit ut tegere arentes cutis uda favillas
et vivi cineres de tumulis salient.
ibimus ergo omnes alia regione locandi,
ibimus ad patriam quos peregrina tenent.
ne cruciere igitur, pie rex, fortissime princeps,
quod geniti pergunt quo petit omnis homo.
quale placet figulo vas fictile, tale paratur;
quando placet figulo, vasa soluta ruunt.
quod iubet omnipotens, non possumus esse rebelles,
cuius ad intuitum sidera terra tremunt.
ipse creat hominem: quid dicere possumus? idem
qui dedit et recipit: crimina nulla gerit.
illius ecce sumus figmentum et spiritus inde est:
cum iubet, hinc imus qui sumus eius opus.

---

41. 42 *om.* *μπ* 41 cristus *PR* 43 gustando *A* salutem *C* 44 mea] met *A* 45 augusti] imperatores augusti *G*[1], *induxit glossam et inter versus reposuit* *G*[2] 47 bracchia *D* fortis *A* purpora *PM* regis *APM* 49 nascemur *A*[1] moremurque *A*[1]*CPM*[1] 52 periere *π* 53 faciemus *A* 54 possemus *A* 55 nec] nil *L* 56 est] sed *L* 58 cadent *μπ* 59 amator] amor *CP*[1], amorte *γ*, *non scripsit* amore 60 repetet *μπ* 62 nec scit *CPGB*] nescit *rell.* (nec sic *R*) effectum *μπ* 63 nolo uolo migrabo illuc cum omnibus illis *γ* 65 ad aduentum] aduentum *A*, aduentu *rell.*, *sed* in aduentum *μπ*, in aduentu *Gγ* 67 ut tegere] obtegere *μπ* iarentes *A* cutis uda] cuto *μπ* 68 saliant *μπ* 70 ad patriam *om.* *C* tenet *μπ* 71. 72 *om.* *Pγ* 71 nec cruciere *BL*, nec curare *μπ* 72 quod] quo *DL* pergunt] petunt *L* petit] pergit *μπ* 73 fugulo *P* ua* *M*[1] 75 quid *A*[1] *corr.* *A*[1] 76 ad intuitum] et ad nutum *γ* 77 qui *A* idem] id est *AC* 78 recepit *P* 79 ecce] ergo *μπ*

si libet, in hora montes freta sidera mutat
    cui sua facta favent: quid homo fumus agit?
rex precor ergo potens, age quod tibi, maxime, prosit,
    quod prodest animae cum deitatis ope:
esto virile decus, patienter vince dolores:
    quod non vitatur, vel toleretur onus.
quod trahimus nascendo, sine hoc non transigit ullus:
    quod nemo inmutat, vel ratione ferat.
consuleas dominae reginae et amantis amatae,
    quae bona cuncta capit te sociante sibi;
maternum affectum placare iubeto dolentem,
    nec simul ipse fleas nec lacrimare sinas.
te regnante viro tristem illam non decet esse,
    sed magis ex vestro gaudeat alta toro.
deprecor hoc etiam, vitam amplam coniugis optans,
    consuleas genitae, consuleas patriae.
talis erit populus qualem te viderit omnis,
    deque tua facie plebs sua vota metet.
denique Iob natos septem uno triste sub ictu
    amittens laudes rettulit ore deo.
David psalmographus genitum cum amisit amatum,
    mox tumulo posuit, prandia festa dedit.
femina bis felix pia mater Machabeorum
    natos septem uno funere laeta tulit,
prompta aiens domino: 'semper tibi gloria, rector,
    cum vis, summe pater, pignora mater habet'.
unde deo potius referatur gratia nostro,
    germine de vestro qui facit ire polo,
eligit et gemmas de mundi stercore pulchras
    de medioque luto ducit ad astra throno.
messis vestra deo placuit, quam in horrea condit
    dum spicis teneris dulcia grana metat.

---

81 si libit *A*, si iubet μ, ut pupet π   in hora] hora una γ   montis *A*   *post* 82 *hoc distichon in* μπ *:* cum (quum μ) uult, accipimus, cum (quum μ) uult, quoque reddimus auras (aures μ) : uult, cito uita uenit; uult, cito uita ruit   83—86 *om.* *P*γ   83 maxima *G*   84 animo μπ   cum *om.* M^1 dietatis *C*   86 uitatur] uigetus π, uegetur μ   toleratur μπ   opus *A*, honus B^1 87 traimus *G*   transigit ullus *CPMDLR*] transegit ullus *A*, transiit ullus *GB*γ, transimus illuc π, traximus illuc μ   88 inmutat *AGL*] iam mutat *P*, emutat μπ   89—94 *om.* μπ, 89—98 *om.* *P*γ   89 *glossae in G:* amantis] tui; amatae] a te   91 maternum affectum *Mommsenus*] materno affectu *codd.*   placere *A*   dolentem: entem *i. ras. 1 m. A*   93 u*ro M^1, uero *ACR*   94 toro] *praeter* t *i. ras. 1 m. A*, thoro G^2, trono R^1 *corr.* B^1 95 conguges *C*, coniungens A^1 *corr.* A^1 96 genitae] generi μ, teneri π   97 qualem] quem *MB*   98 de qua μπ   tuae *A*   facit μπ, f***** A^1 *corr.* A^1 sua *om.* *C*   metet] meret μπ, metit *rell.*   99 iob *om.* G^1 natus *ACM*, nati *P*, natis μπ   septim *A*   unum t. s. i. *C*, unu t. s. i. M^1, nutritis in ictu μ, nutritus inhictu π   100 amitens *G*, emittens *ACPM*   rettulit LG^2] retulit *rell.* (retullit *P*)   101 salmographus *L*, psalmigraphus *F*δ   genitum cum] cum natum δ   103 macchabeorum *PDL*, maccabeorum μ   104 natis μπ   septim *A*   funeri μ   laetae tulit P^1, laetulit *C*, laeta dedit μπ   105. 106 *om.* γ, 105—108 *om.* *P*   105 prumpta *CM*   aiens domino semper] adens d. s. $ACMDG^1BRF$, addens d. s. LG^2, agens deo grates π, deo grates agens μ   107 referatur γ] refertur *rell.*   109 elegit *APR*   et *om.* *A*   pulchras — gemmas μπ   pulcras *C*   110 trono *L*, throni *G*, poli γ   111—116 *om.* *P*γ   111 messes $ACDRG^2$ in] ad μπ   horre *C*   112 metat] metit *codd.* (metet μπ)

non paleas generas, frumenta sed integra gignis,
nec recremanda focis, sed recreanda polis:
praesertim qui sic sancto baptismate puri
hinc meruere rapi, fonte lavante novi.
stantes ante deum velut aurea vasa decoris
aut quasi candelabris pulchra lucerna nitens,
inmaculatae animae, radiantes semper honore,
vivorum retinent in regione locum
inque domo domini plantati lumine vernant,
candida ceu rubeis lilia mixta rosis.
iusserit et dominus cum membra redire sepulta,
vestibit genitos tunc stola pulchra tuos
aut palmata chlamys rutilo contexta sub auro,
et variis gemmis frons diadema geret;
utentes niveam per candida pectora pallam,
purpureamque togam fulgida zona ligat.
tunc pater et genetrix mediis gaudebitis illis,
cum inter sidereos cernitis esse viros.
est tamen omnipotens, Abrahae qui semen adauxit,
vobis atque dabit Iob quod amore dedit,
restituens numerum natorum germine digno,
progeniemque refert nobilitante fide.
qui in solium David Salomonis contulit ortum,
pro vice germani cum redit ipse patri,
ille tibi poterit de coniuge reddere natum,
cui pater adludat, ubere mater alat,
qui medius vestri reptans per colla parentum
regibus et patriae gaudia longa paret.

III

Item ad Chilpericum et Fredegundem

Post tempestates et turbida nubila caeli,
quo solet infesto terra rigere gelu,
post validas hiemes ac tristia frigora brumae,
flamine seu rapidi rura gravante noti,

---

113 generat — gignit *μπ* 114 necremanda fecis decreanda polis *C*, non recreando focis s. recreando p. *μπ* 115 praesertimque suo sancti beatissime (-i *π*) puri *μπ* 116 nouo *DG*, nobo *μ*, nouis *π* 117 uelud *G* 118 quasi] ceu *γ* lucernitens *C* 119 immaculatae *B* radientes *P*, *sed* ien *i. ras.* 121 inque] quique *μπ* 122 ceu rubris *F*, c** rubeis *A*[1], ceruleis *Rπ* roris *A* *in P paginae versus 23 reliqui vacui, deinde f. 59*[v] *sequitur III, 30. desinit γ* 124 genitos] et genitos *μπ* 125 chlamys] clamys *AMD*, clamis *CGBL*, clames *μ*, clamans *π*, *om. R* 126 et uariis] aureis et *μ*, aureis ut *π* 127 niuiam *A*, uineam *C*, niuea *μπ* per candita *A*, praecandida *π*, precandido *μ* palla *μπ* lucentes niuea — palla *Mommsenus* 128 purporeamque *CMGB* toga *A* 129 genitrix *L* 130 cernites *CM*[1] 131 abrahae] aliis *μπ* auxit *G*[1] 133 natorum *om. G* 134 refert] dedit *L* 135 solio *Aμπ* 138 cui p. alludat *L*, quem p. amplectat *μπ* 139 medio *μ* repetat haec colla *π*, repetat concorda *μ* 140 parat´*C* *subscr.* v. CXLIV *ACMD*

III *extat in P f. 67*[r] *post III, 5* *tit. om. CPR* item *om. GBL* CHILPERICVM ET FREDEGVNDEM *D*] CHILBERICVM ET FREDEGVNDEM *G*[2], HILPERICVM ET FREDEGVNDAE *A*, CHILPERIM ET FREDEGVNDE *M*, CHILPERTVM ET FREDEGVNDEM *G*[1], EOSDEM *BLF* 1 tempestatis *A* et *om. M* 2 qui *D* regere *A* 3 post] prae *L* ac tristi*a *M*, hac tristitia *C*, hac tristia *R* 4 flammini *A*, flamme *P* rapide *P* rure (*M*)*L* nothi *BL*

succedunt iterum vernalia tempora mundo
grataque post glaciem provocat aura diem.
rursus odoriferis renovantur floribus arva,
frondibus arboreis et viret omne nemus;
dulce saporatis curvantur robora pomis,
et redeunte sibi gramine ridet ager.
sic quoque iam, domini, post tristia damna dolentes
vos meliore animo laetificate, precor.
ecce dies placidi revocant paschalia Christi,
orbs quoque totus item per nova vota fremit.
gaudia plus faveant per celsa palatia regum
et per vos famuli festa beata colant.
omnipotens nobis vestram addat in orbe salutem
atque diu patriam culmina vestra regant.

IV

Epitaphium super sepulchrum domni Chlodobercthi

Flere monent populum crudelia funera regum,
cum caput orbis humo maesta sepulchra tegunt.
hoc igitur tumulo recubans Chlodobercthus habetur,
qui tria lustra gerens raptus ab orbe fuit,
de proavo veniens Chlodovecho celsa propago,
Chlodacharique nepos Chilpericique genus;
quem de regina sumpsit Fredegunde iugali,
auxerat et nascens Francica vota puer.
quo patris et patriae dum spes adolesceret ampla,
accelerante die sors inimica tulit.
sed cui nulla nocent queruli contagia mundi,
non fleat ullus amor, quem modo cingit honor.
nam puer innocuus vivens sine crimine lapsus
perpetui regni se favet arce frui.

---

5 su***dunt M[1] *corr.* M[1], succendunt A tempore M[1]DG[1]B[1] 6 gracilem C 8 frondebus P[1]M[1], floribus F 9 dulci A 10 gramina riget G 11 domni DBL tristi*a M, tristitia CR colentes P, dolorem C 13 die ACPM[1] pascalia M 14 orbs] urbs B[1] 15 per celsa] praecelsa B 17 uestra B orbem C 18 regnant P *subscr.* v. XVIII CMD, XIX A *in P sequitur IX, 14*

IV *tit. om.* R EPITAPHIVM CGB] EPYTAPHIVM L, EPITAFIVM A, EPHYTAPHYVM M s. s. d. *om.* CBL SEPVLCHRO M chlodobercthi] CHLODOBERTI AMDL, CHLODOPERTI G, CLODOBERTHI C, CLODOBERTI B 1 mouent BL 2 urbis A 3 chlodobercthus] chodobertus G, chodoberthus F, chlodobertus *rell.* 5 chlodouecho ACDG[1]R] chlodoueho G[2], chlodoueo BLF, clodouecho M 6 chlodacharique] chlodachariique CMDG[1], chlod*hariique B, chlodhariique LG[2], chlodariique R, chlothariique A, chlohthariique F chilpericique MG[1]BLR] chilbericique G[2], chilperique CD, hilpericique A, helpricique F 7 fredegunda F 8 francia A[1] (*corr.* A[1]) DBL 9 adolesceret CDGBL] adulesceret AMRF 10 sors] spes L *glossa in G:* tulit] scil. quem 11 cui] cum LR 14 perpetua M regni se] regnis et C *subscr.* v. XIV ACMD

V

Epitaphium Dagobercthi

Dulce caput, populi, Dagobercthe, perennis amore,
 Auxilium patriae, spes puerilis obis,
Germine regali nascens generosus, et infans
 Ostensus terris, mox quoque rapte polis,
Belligeri veniens Chlodovechi gente potenti,
 Egregii proavi germen honore pari,
Regibus antiquis respondens nobilis infans,
 Chilpericique patris vel Fredegunde genus.
Te veneranda tamen mox abluit unda lavacri:
 Hinc licet abreptum lux tenet alma throno.
Vivis honore ergo et, cum iudex venerit orbis,
 Surrecturus eris fulgidus ore nitens.

VI

Ad Gregorium episcopum pro metris Sapphicis

Pollente eloquio pervenit epistula cursu,
 sed voluit voto tarda venire meo.
nec tamen offendit, quamvis remorata requirit,
 quem tenet adstrictum mente ligante virum.
cum cupiam, talem qualis fuit ille Nazanzo
 Gregorium ut repares dogmate, sede parens.
quaeque iniunxisti, pater, ecce poemata misi,
 et mihi proficient si tibi, care, placent.
hoc mandas etiam quo Sapphica metra remittam:
 da veniam, modici dum seges urguet agri.
dum meto, da spatium: tibi mox parere parabo;
 si saturer fructu, fors meliora cano.
condere si valeo, cum metro mitto libellum;
 quae cape tu voto quo tibi dictat amor.

V *tit. om. CR* EPYTAPHIVM *M*, EPITAFIVM *A* dagobercthi] DAGOBERTHI *M*, DAGOBERTI *ABL*, DADOBERTI *D*, TAGOBERTI *G* *carmen acrostichon. primae versuum litterae insignes tantum in CM* 1 dagobercthe *M*] dagoberthe *BR*, dagoberthi *C*, tagoberthe *G*, dagoberte *ADL* perhennis *G*[1] 2 auxilio *A* 3 german* *A*[1], *ermane *C*, germane *R* 4 terr** *M*[1] rapt** *G*[1] 5 chlodouechi *ACDG*[1]*R*] chlodouehi *BG*[2], chlodouei *L*, clodouechi *M*, clodouehi *F* 6 egregio *BLR*(*F*) 8 chilpericique *CDLR*] chilbericique *G*, chilpiricique *M*, hilpericique *AB*, helpricique *F* 10 arreptum *L* trhono *L*, trono *M* 11 cum *om. G*[1] *subscr.* v. XII *ACMD*

VI *extat in P f. 79*[v] *post V, 19, 8* *tit. om. C* (*eras.?*) *PR* SAPPHICIS *MD*] SAPHICIS *AGBL* 1 epistula *CPM*] epistola *DGBL* 4 que *M* tenit *CM*[1] astrictum *G* 5 nazanz*** *M*[1] 6 parem *Browerus* 7 misit *C* 8 mihi] mihi hinc *G* 9 mandans *L* saphica *GL* 10 modice *A* urget *B ex corr. L* 11 metu *A* 12 cana *P* 13 lubellum *C*, libello *P* 14 quo] quod *RF* *subscr.* v. XIV *ACMD* *in P carmen sq. sine titulo*

VII

Item ad Gregorium episcopum

Corde iucundo, calamo venusto
litteras mittis cupiente voto,
blanda conscribens serie salutis,
care Gregori:

exigens nuper nova me movere
metra quae Sappho cecinit decenter,
sic Dionaeos memorans amores,
docta puella.

Pindarus Graius, meus inde Flaccus
Sapphico metro, modulante plectro
molliter pangens citharista, blando
carmine lusit.

cur mihi iniungis lyricos melodes,
voce qui rauca modo vix susurro?
eloqui chordis mea dextra nescit
pollice dulci.

qui vel haec olim mihi si fuissent
nota prudentum docili Camena,
per tot oblitus fueram benignam
tempora Musam:

cum labor doctis sit, ut ista pangant
dogma nec quisquam rapienter intret
et satis constent resonare paucis
metra poetis.

non leve est nautae rate transfretare
vincere aut vastum pelagus natatu;
vix procelloso repetunt sub austro
carbasa portum.

VII *tit. om. C* (*eras.?*) *PR* *tit. ut supra in AMDL* (item *om. D*), *in B:* AD EVNDEM IN IPSO METRO, *in G:* ITEM AD EVNDEM, *in F:* AD EVNDEM 1 iucundo calamo *MB*] iocundo calamo *CPGLR*, iucundoque camo *A* 2 mititis *C* 3 *de dubiis nominibus* (*Keil gramm. lat. V*) *p. 589, 30* series generis feminini ut Fortunatus (furtunatus *Monac.*) 'blanda conscribens serie salutes'. *errat grammaticus* 5 nouem emoue**re *P* 6 sapho *CL* 7 dionaeos] dioneos *MDGBLF*, deoneos *P*, dioneus *AC*, doneos *R* amoris *A* 8 puella] p**** *P* (*eras.* ella *ut vid.*) 9 pyndarus *C* grauius *A*, gaius *GBL* flaccu *A* 10 saphico *L* modolante *GB* 11 moliter *A*, mollitur G^1 citharista *CPML*] cytharista *DGB*, cetharista *A*, catharista *R* plando *C*, blandio *D* 13 iniunges *DG* liricos *L*, luricos *R*, lyricus *A* 14 susurro] surre *P* 15 eloquii *D* chordis] cordis *codd.* 17 fuissint *P* 18 *fort.* prudentem docili camenam 21 sit iusta *R*, situista *A* 22 docma *C* ne *APG* intret *Browerus*] intrat *codd.* 23 constat *R* 24 metro *P* 26 natatum *C*

arduum nobis iter et profundum,
quo iubes pergi: tamen ibo votis;
si minus possum pedibus viare,
ducor amore.

praestitit, pastor, tua mi voluntas
codicem farsum tumido cothurno
quemque paupertas mea vix valebat
tangere sensu.

regiis verbis humili repugnat,
divites versus inopi recusans
et mihi Mopso reserare nolens
docta sophistis;

disputans multum variante milto
quaeque sunt rythmis vel amica metris,
Sapphicum quantum trimetrumve adornet
dulcis epodus.

multus auctorum numerus habetur
plura dicentum modulo canoro,
quae volens isto memorare metro
nomina frango.

maxime qui nunc resolutus arte
postque bis denos loquor istud annos,
clara quod scripsit citharam terendo
Lesbia virgo.

scire qui vult haec, Libycas harenas
ante per litus numerare tendat,
cuncta quam metris ratione cauta
carmine cingat.

nam moras feci, remoratus ipse,
pluribus causis modo hinc et inde,
nec vacans legi placida quiete
dulce sophistae.

---

30 qui A^1 iubes] *eras.* *P*, iubis *C* pergi *PBLRF*] perge *ACM*^{1}*DG* uotis] umis *A* 31 si mus possum** *A* 32 emore P^1 33 praestitis *P* tua mi] tuam M^1 *corr.* M^1 34 farzum B^1, fartum B^1 *corr.* cothurno] coturno *codd.* (cortuno *P*) 37 reigiis *P* humile *A* repugnant M^1F 39 mopso] inops *R* 40 docti *P* ophystis *A* 41 mutum *RF* milto] muto *R*, multho B^1, miltho *rell.* 42 rynthmis A^1, rithmis *GL*, sythimis *R* 43 saphicum *L* trimetrumue] tomearua *ACPMRF*, tumearua *DGBL* adoret *C* 44 epidus *P* *libellus iste (cf. 6, 13) non tragoedias continuit (v. 33 sq.), sed institutionem metricam* 46 dicen*um P^1 modolo G^1B^1 *corr.* G^1B^1 canore *R*, canoru *A* *nomina intellegit metrorum a poetis derivata qualia Anacreonteum Aristophaneum etc.* 50 istut *P* 51 citharam *Browerus*] cithara *CMDL*, cythara *APGB* 53 libycas] libicas *CPDGBL*, lybicas *AMRF* arenas *M* 54 tardat *R* 55 quae *L* natione *P*, rationon *A* caute *D* 56 carmine] *fort.* carmina 57 fece P^1 59 placita *A* 60 dulci *AP* sophystae *P*, *fort.* sophisma

scito nam, pastor, nec adhuc cucurri
ordinem totum religens libelli;
sed satis, crede, est, satis est amanti
    sola voluntas.

ergo laxatus celeri volatu
ad patrem sacrum comitante voto
et sibi nostrum renovans amorem
    perge, libelle.

forte non possum piger ire gressu
quo vocat blandus meus ille vultus:
in vicem nostram, rogo te, libelle,
    redde salutem.

sit memor fili pater, ore dulci
hunc precans qui nos, mare et astra fecit,
ac piis votis bene se colentem
    pectore servet;

feminae carae, sibi mente nexae
quem colunt, Agnes, Radegundis: idem,
sicut exposcunt vice filiarum,
    solve salutem.

adde Iustinam pariter precantem,
nempe commendans famulam propinquam,
et refer quantum sibi cara profert
    neptis honorem.

haec tibi promptus prece voce mente
solvo, vix implens, ego pauper arte,
sed tamen largo rèfluens amore,
    care Gregori.

Domine et dulcis ora pro me et tibi reputa qui me in Galliis posito post tot annos . . .

---

62 relegens L   63 amanti $GBLR^1$ ex corr., FM^2] a*manti M^1, animanti ACP, amantis R^1 66 uoto] u*** P^1, uot* P^1 corr.   68 libelle] ult. e i. ras. A, libello P   69 ire] ine P^1 gressum R   71 rogo] **go P^1 73 dulce P^1 74 mare om. C   75 colentes P^1 78 agnis A   radegundis A] redegundes D, nadegundes P, radegundes rell.   81 iustinam] iu* nam (eras. s) P   precan* P   82 commendas P, commendens M^1 famula D   83 refert quantum F, refert quantum quantum G^1 85 promptus ALM^2] promptos G, prumptus CPM^1, promtus B   men* (eras. t) P   87 languore fluens A   subscr. v. LXXXVIII ACMD   secuntur in AMD pristinae subscriptionis reliquiae uncialibus rubricatis exaratae in MD, minusculis solitis in A adiuncto sequentis carminis titulo. in G 3 versus vacui relicti; item in C; duo in RF qui omittunt titulum sequentem; nihil indicatum in PBLF   89 domne A   galleis A   posita D   de sententia supplenda vide v. 17 sq. 50   in P sequitur IX, 12

VIII

Ad Baudoaldum episcopum

Summe sacerdotum, bonitatis opima facultas,
culmen honore tuo, lumen amore meo,
officiis venerande sacris, pietatis alumne,
pignore amicitiae corde tenende meae,
florens in studiis et sacra in lege fidelis,
semper agens animae dona futura tuae:
te, pater, ergo precans terram freta sidera testor,
ut velis ore sacro me memor esse tuum.

IX

Ad Sidonium episcopum

Reddita ne doleas, felix Magantia, casus:
antistes rediit qui tibi ferret opem.
ne maerore gravi lacrimans orbata iaceres,
te meruisse fame
porrigit ecce manum genitor Sidonius urbi,
quo renovante locum prisca ruina perit;
iura sacerdoti sacro moderamine servans,
per cuius studium crevit et ipse gradus.
parturis assidue gravidos, ecclesia, fructus,
quam vir apostolico iunctus amore regit;
suscipit heredes caelesti germine natos,
tali nupta viro quando marita placet.
te vigili custode lupus non diripit agnos,
te pascente gregem non ovis ulla perit:
cautius in tuto per mitia pascua ducis,
toxica ne noceant, florea rura paras.
sis cibus ut populi, placide ieiunia servas
et satias alios subtrahis unde tibi.

VIII *tit. om. CRF* BAVDOALDVM *DGL*] BAVDOALDO *AM*, BLANDO VALLVM *B* 1 opime *D* 3 officii *A* alumne] amore *C* 4 meo *Par.* 6 futurae G^1, future M^1F 7 festor *C* 8 me memor esse tuum $GBLM^2$] memor esse tuum CM^1DF, memore et tuum *R*, tu memor esse mei *A* *subscr.* EPL̄ *C* v. VIII *ACMD*

IX *tit. om. CBR* SIDONVM *F* 1 redita G^1 magantiae *A*, magontia *F* 2 antistes BLG^2] antistis *D*, antestis *ACMR*, antis G^1 ferret $DGBLM^2$] ferrit CM^1, feret *RF*, ferat *A* 3 memore *G* iaceris ACM^1 4 *post* fame (famae *AR*) *spatium vacuum in codd.; intercidit tale quid:* [gaudia crede dapis] 5 porrigit *AR*] porriget *MDGBLF*, porrige *C* orbi *DL* 6 renouate *C* locum *Par.*] loco *codd.* 7 iure *L* sacerdoti *BL*] sacerdotii *rell.* 9 partures CM^1 ecclesia] ecclesiae *codd.* (ecl. *MG*) 10 quam uir] quamuis *codd.* amore regit] amore regum *codd.* (amoregum *C*, amore regnum *R*), a. regis *Par.* 11 suscepit *ACM* heredes M^1] heredis *rell.* caeles *C* natos *DG*] natus *rell.* 12 tale *A* marito G^1 13 custo ACM^1 lupus] lupus hic *A* agnus CG^1 14 grege *AC* 15 tuto] toto *codd.* (tota *G*) 16 neu *BL* 17 cibos CM^1 placida *L* seruas *MG*] seruans *rell.* 18 subtrais *C*

nudos veste tegis captivo vincula solvens,
    deposito reddens libera colla iugo.
exulibus domus es, [set] et esurientibus esca:
    felix cui Christus debitor inde manet!
te doctrina probum, providentia sacra modestum
    facit eloquio vincere mella tuo.
templa vetusta novans specioso fulta decore
    inseris hinc populis plus in amore deum.
ut plebem foveas et Rheni congruis amnes:
    quid referat terris qui bona praebet aquis?
hic quod fana micant, a te instaurata quod extant,
    vivis in aeterno laude fluente tibi.
haec [habeas] longos meritorum fruge per annos
    et crescente diu de grege vota feras.

X

Ad Ragnemodum episcopum

Summe pater patriae, dulci mihi nomine Rucco,
    interiora mei cordis amore tenens:
quidquid amicitiae veteris collegimus ambo
    crescit in affectum semper, opime, meum.
nam mihi nulla meos oblivio tollit amantes:
    ante sit extremum, quam mihi desit amor.
unde, beate pater, properans dependo salutem,
    optans longinquo te superesse gradu.
hinc etiam genitae reddunt tibi pectore grates
    munere pro niveo marmore de Pario:
quae, quotiens epulae disco tribuuntur in illo,
    in doni specie te pietate vident.
nam pro gemmarum serie tibi reddat honorem
    cui data proficiunt crux veneranda throno.

---

19 nudus *CM*[1], nudo *R* teges *CM*[1] captiuo] captiuorum *ACMDG*[1]*RF*, captiuum *BL*, captorum *G*[2] 21 exsulibus *AMG* domus es set et esurientibus] domus es et esurientibus *MD*, d. es et esumentibus *CGB*, d. es et essumentibus *L*, d. esset esumentibus *R*, d. es sumentibus *A*, d. es et te sumentibus *F* 22 flex *CM*[1] 23 to *D* probrum *A*[1] *corr. A*[1] prouidentium *D* 24 facit *C*] facit et *AMB*[1]*LRF*, fecit et *DGB*[2], *non* et facit *scribendum sed* [ars] facit 26 plus] iam *A* 27 reni *R* congruis amnes *Browerus*] congrues (congruus *B*[2], congruens *C*) amnis *codd.* 28 qui *C* referate *CM* 29 hie *C*, hinc *F* quod fàna micant *Browerus*] quos fama micat *codd.* a te] et *codd.* instaurat *AL* 31 *om. F* habeas *om. codd.*, *possis etiam* haec longos [metito] meritorum f. *subscr.* v. XXXII *ACMD*

X *tit. om. R* *tit. in B:* AD SIDONIVM RAGRVMODVM *F* 1 dulce *AB* nomine] lumine *codd.* (lumene *B*[2], luminum *A*) ruco *D* *nomine hypocoristico utitur, cf. III, 26* 2 interiore *L* 3 quidquid *A*] quicquid *CMGBLR* 5 nula *C* me*s *M*[1], mens *ACD* amantis *A* 8 obtans *M* 10 m. p. niuio *A*, munereode niueo *L* de phario *CMD*, daphario *A* 11 tribuntur *CMG*[1] 14 trono *CL* *praeter lancem gemmas miserat ad ornandam crucem* *subscr.* v. XIV *AMD*

XI

Ad Droctoveum abbatem

Vir venerande, sacer meritis et honore colende,
Droctovee, mihi semper amore pater,
qui de discipulis Germani iure beati
norma magisterii factus es ipse sui;
cuius pontificis sacra per vestigia currens
despicis hic mundum, [dum] cupis ire polo:
perge libenter iter caeli mansurus in orbe,
et pro me famulo, quaeso, precato deum.

XII

Ad Faramodum referendarium

Dulcis amice mihi, memorabile nomen amantis,
promptus in officiis vir, Faramode, bonis,
si non ipse adii, te pagina missa salutet
solvat et obsequium quod minus ipse gero.
commendesque libens domnis me regibus, oro,
et referas grates pro pietatis ope.
inpenso affectu me pagina vestra requirat,
hoc remeante tamen redde benigne vicem.

XIII

Ad Lupum et Waldonem diaconos

Corde parentali, iugi pietate colendi,
hinc Lupe blande mihi, Waldo vel inde sacer,
ut bonitate pari simul estis honore ministri,
sic mihi consimili semper amore rati.
quod valeo facio: absens vel dependo salutem:
si non possum oculis, vos peto litterulis.

XI *extat in cod. Paris. 13765* (*cf. ad II*, *9. 10*) *tit. om. CR* VERSVS FORTVNATI A. D. A. *cod. Par.* DRVCTOVEVM *A*, DROCTEVEVM G^1, ROCTOVEVM *F* 1 uenerande] uerande *C*, uenerande mihi *L* et *om. MRF* 2 doctrouee *B*, dructouee *A*, droctenee *LRF* 4 es D^1 *corr.*, BLA^2G^2] ee D^1, est A^1CMRF, *om.* G^1 6 dispicis *A* hunc (*M*) mundo *A* dum cupis $DBLM^2$] cupis CG^1RF, et cupis *cod. Par.* G^2, cupis et *A* 7 orbe *cod. Par.* G^2] orbem *rell.* 8 precate *D*, precare *R* *subscr.* v. VIII *AD*

XII *extat in P f. 81^r post IX*, *7 titulo eodem* *tit. om. CR* PHAROMODVM *L* 1 amici *CM*, amicis *P* memorale $ACPM^1$ 2 pruimptus CPM^1 bonus *A* 3 ipsa G^1 adii] b *super* d *non deleta posuit 1 m. A*, a*** M^1 missa lutet M^1, mesalutet *A* *post* 4 *in P continuo sequitur 13*, *5* 5 commendensque B^1, commendansque LB^2 dominis *MD* regius *A* 6 *in P post 13*, *10* e. r.] tu refuras *P* 7 inpenso *ACGL*] inpinso *M* 8 remaante G^1 tame M^1 *subscr.* v. VIII *AD*

XIII *tit. om. CR* VVALDONVM *B*, VALDONEM *M* diaconos] DIACONVM *MB*, DIAC̄ *DGL*, *om. F*, *cf. v. 3* 1 iuge p. colende *A* 2 hic D^1 lupi *M* blandi *R* uualdo *ADGBL*] ualdo *CMF*, blando *R* 3 patri *A* ministri] colendi *L* 4 sati *A* 5 *de P vide ad 12*, *4* dependo] independo *C*, *fort.* inde absens uel pendo s. salute *A* 6 possim *G* uos** (*eras.* u*) *P* litterulis BLM^2] litterolis APM^1, literolis G^1, liteolis *C*, literulis G^2

pontifici summo nos commendate, precamur,
    regibus et domnis ferte salutis opus.
Droctoveo dulci, clero et concivibus, oro,
    quod praesens facerem, vos adhibete vicem.
Mummolus egregius veneretur Caesariusque
    et Constantino me memorate meo.

XIV

De basilicae sancti Laurenti trabe

Laurenti, merito flammis vitalibus uste,
    qui fervente fide victor ab igne redis,
vir dilecte deo terreno in corpore quondam
    (tunc quoque sidereus iam tibi sensus erat),
qui potuisti oculos tactu revocare sepultos,
    rursus et in vacua fronte referre diem
(luminis extinctas iterum accendisse lucernas
    credimus hic signo te faciente crucis):
addita nunc etiam populis miracula praestas,
    ut fidei tribuas indubitanter opem.
dum tua templa novant breviori robore plebes,
    creveruntque trabes crevit et alma fides:
stipite contracto tua se mercede tetendit;
    quantum parva prius, postea caesa fuit.
crescere plus meruit succisa securibus arbor
    et didicit sicca longior esse coma.
unde recisa fuit, populis fert inde salutem:
    si venit intrepidus, lumina caecus habet.
tu levita sacer, poena purgate fideli,
    unde prius flammas, hinc modo lumen habes.
visa [his] temporibus venerandi antistitis acta,
    sed tamen aeterno sunt memoranda die.

---

7 pontifice G[1]   8. 9 *om.* P   8 dominis DG   opus A] opes *rell.*   9 drocthoueo M, druotoueo AC   clero] oro L   *post* 10 *in P sequitur 12, 6, deinde X, 10*   11 mummulus DBL   egregius] e gregibus DGB   12 me memorate CGM[2]] me memorante B[1] *corr.*, L, * memorante A, memorate M[1]RF, memorante DB[1]   *subscr.* v. XII CMD

XIV *extat in P f. 67[r] post IX, 3 hoc titulo:* DE SANCTO LAVRENTIO MARTYRE   *v. 1. 2 et 11—18 adfert Gregorius de glor. mart. 42*   *tit. om.* CR   BASILICAE M[1]] BASILICA *rell.* (BASIBILICA G)   LAVRENTI M] LAVRENTII *rell.*   TRABE MD] MARTVRIS L, *om. rell.*   2 feruente] feri P   ab igne] abenigne P   re*dis (*eras.* d) A   4 sessus P   7 ethinctas C   8 hic] haec *codd.*   10 fidei BL] fide *rell.*   11—18 *om.* P   11 tua] tibi *Greg.*   breuiore A   plebes GRM[2] *Greg.*] plebis ACM[1]BL, pleƀ D   13 tua] *fort.* trabs   mercide C   14 quantum] *fort.* quae tam *Greg. l. s.* 'trabs creuit in tanto spatio longitudinis, ut necesse esset partem magnam incidi'   15 crescre C   19 purgata R, purgante F, purgat D   *post* 20 *in P sequitur II, 16*   21 uisa his] uisa ACMG, uis D, uisita BLRF   antistitis GL] antistis D, antestitis AMBR, antestis C, *om.* F   *subscr.* v. XXII ACMD

XV

De domo lignea

Cede Parum, paries lapidoso structe metallo:
    artificis merito praefero ligna tibi.
aethera mole sua tabulata palatia pulsant,
    quo neque rima patet consolidante manu.
quidquid saxa, sablo, calces, argila tuentur,
    singula silva favens aedificavit opus.
altior inmitior quadrataque porticus ambit
    et sculpturata lusit in arte faber.

XVI

Ad Chrodinum ducem

Inclite dux, meritis totum vulgate per orbem,
    quem nimis egregium splendida fama refert,
non ego praeteream praeconia celsa, Chrodine,
    ne videar solus magna silere bonis.
Itala terra tibi, pariter Germania plaudunt,
    laus tua cunctorum semper in ore sonat.
clarus ab antiquis, digno generosior ortu,
    regibus et patriae qui placiturus eras.
te tutorem alii nutritoremque fatentur
    et fit certamen de pietate tua.
ut habeant alii, nulli tua dona recusas:
    tu tibi plus auges quas bene fundis opes.
cui possis praestare, libens exquiris, et optas,
    ut sis apud cunctos: hos facis esse tuos.
es generale bonum, nulli gravis, omnibus aequus,
    iustitiae socium nulla rapina tenet.

XV *tit. om. CR* 1 Parum] parum *vulg.* lapidosu *AC* structa *vel* structo C^1 *corr.* C^1, obstructe *L* 2 arteficis M^1 3 aetera *CD* tabula *D* 4 rima *Luchius*] prima *codd.* 5 (quidquid *A*) saplo *CR*, sopho *F*, sablum *Par.* calces *Browerus*] calcis *codd.* argilla *F* tuentus A^1, uentus A^2 6 fauens] tuens *L* 7. 8 *om. C* (*in fine f.* 148^r) 7 inmitior *AMDGLR*] immitior *BF*, *fort.* in medio, q. quadratoque *A* (*sed* oq: *i. ras.*), quadrata G^1 poriticus *M* 8 sculturata M^1DG^1R luxit *A* *subscr.* v. VIII *AMD*

XVI *tit. om. CR* CHRODENVM *A*, CHLODINVM G^1, CRONIDVM *F* 1 uulgata per urbem *A* 3 *sq. et liber X extant in cod. Paris. 18104 f. 126—135* (*s. IX—X*). *dabo huius carminis discrepantiam* (*p*) 3 non nego *p* ch*rodine *p*, chronide *F* 4 silire *C* 5 tala A^1C, talia *corr.* A^1 germinea *A* 9 te tutorem *DG*] te tutoremque *AC*, tutoremque *LRFp*, t*utoremque *MB* 10 et] ut *M* 11 recusat A^1 *corr.* A^1 12 tu tibi] ** tibi M^1, et tibi *A*, tibi *C*, tu mihi *p* fudis M^1RFp habes *C* 13 exquires *AC*, exquiras M^1 obtas *M* 14 ut sis aput *p*, sisque caput *A* 15 es] est *A* equs *M* 16 iustitia *ACB*

mitis in alloquio, placidus, gravis atque modestus,
omnia cui data sunt, ut decus omne geras.
gentibus adstrictus, Romanis carus haberis,
felix qui populis semper in ore manes.

---

17 mittis *D* placitus *R*, placid** A^1 *corr.* A^1 grauis] gratus *codd.* (gradus B^1 *corr.* B^1, *R*) 19 adstrictis *A*, asstrictus Fp^2 (p^1 *corr.* ?) romanus *C* haberes CMF^1p^1 (*corr.* p^1 ?), habebis *R* 20 ore] urbe *A* *subscr.* v. xx *AM*, xxx *D*, HABET EPISTOLA VERSVS XX *C*

subscr. om. *R* (*spatio relicto*) *F* (*in pag. extr.*) EXPLICIT LIBER VIIII FELICITER (F. *om.* *CMGBp*) INCIPIT LIBER (L. *om.* *AMp*) X *ACMDGBp* VENANTI HONORII CLEMENTIANI | FORTVNATI PRBI ITALICI | LIBER NONVS EXPLICIT | (*f.* 117^r) LIBER DECIMVS INCIPIT (*sine capitulorum catalogo*) *L*

LIBER DECIMVS

I

Expositio orationis dominicae

Tanta pietatis profunda misericordia, filii dilectissimi, circa genus humanum nostri patuit salvatoris, qua nos ereptos de concatenatis mundi naufragiis ad portum perpetuae detulit libertatis, ut nec verbis exsequi nec lingua patefieri neque ipsa valeat cogitatione pulsari; cui parum videbatur de limo quod condidit quod cruore redemit, quod baptismo renovavit, nisi ad salutis cumulum, mens nostra ne lapsum ignoranter incurreret, instrueret etiam qualiter exoraret: ne, si non docuisset quemadmodum deberemus iustas voti preces offerre, essemus aut certe temerarii aut erroris nube confusi et nesciendo quae petere magis admitteremus peccatum, potius cum purgare deberemus admissum, et unde expectabamus posse venire suffragium, videremur incurrere detrimentum, cum de oratione incondita fieret periculi plus causa quam voti. (2) Inde retinentes eius mysteria et quam multa sint in brevitate conlata, propter aedificationem ecclesiae paucis docemus explicare, quia tunc nobis melius placebunt auditu, cum patuerint intellectu. itaque ad ipsum veniamus sanctae orationis sermonem.

(3) PATER NOSTER QVI ES IN CAELIS. Ecce vox domini praedicantis, de quo propheta dicit: *nubes pluant iustum*, arcanae scientiae lumen effudit et, ut nostram ariditatem sermonis imbre reficeret, veluti fons aquae salientis erupit. (4) Quis enim tantum secretum mysterii caelestis hominibus revelaret aut hoc docere vel praesumeret vel sciret? numquid Abraham, Moyses, propheta vel angelus, nisi unigenitus, cui soli in maiestatis plenitudine pater est notus? nam reliqui tantum meruerunt de deo in terra cognoscere quantum ipse de caelo voluit ministrare: filius enim, in quo pater est totus unitate substantiae, non confusione personae, subiectum habebat hoc nosse,

---

I *in C incipit alia manus, litteris grandioribus et atramento fusciore utens* *tit. om. R* exp.] INCIPIT E. *M*, DE EXPOSITIONE *D* D. O. *G* 1 tantae *BL*A^2 2 qua] quia *R* 3 det. lib.] lib. det. *L* exsequi *ADGBL*] exsiqui *C*, exequi *M* neque *M* patifieri *C* ualeat] ualeant *codd.* 4 parum u. d. l.] parum uide limo B^1*L*, parum fuit de limo B^2 condedit M^1 5 pabtismo *G* ne *om.* G^1 6 instrueretur *M*D^1 ne si *D*M^2] nisi *rell.* non *om. L* deberimus A^1 7 te**rarii (*eras.* ra) *D* aut *om. BLR* errores M^1 nubem *D* 8 peteret magis G^1, petramagis *D*, *fort.* peteremus *commate post* potius *posito* admittemus *L*, admitemus B^1, admiteremus B^2 cum *Mommsenus*] quam *codd.* deberimus M^1*GR* 9 expectabamus *AC*] spectabamus *rell.* 11 sunt B^1 12 docimus *C*, docemur *A*, *fort.* conemur nobis *om.* G^1, nos G^2 auditui *BL* 13 intellectui *L*, intellectum A^1*CMR* ueniam *G* 15 *Ies. 45, 8* archanae *AGL* silentiae B^1*L* nostri ariditatem *L*, nostram areditatem M^1, in raco aereditatem *R*, in rauco ariditatem *F* 16 refeceret M^1*R* uelut *A* 17 misterii *G*, mysteri *M* doceret *L* 21 unitate substantiae A^2G^2] unitatis substantiae *rell.*

non alterius munere, sed potestate naturae. (5) Ergo dicendo patrem nostrum esse in caelis peregrinationem nobis significat dum sumus in terris, iuxta illud: *incola sum ego in terra*. unde videtur instruere, ut ad excelsa iugiter animum elevantes ea deo tribuente festinemus peragere, quae nos in aeternae vitae beatitudinem placato patre Christo duce faciant introire et promissa praemia filii valeant obtinere: unde audito deo patre nullus tam crudelis sit filius, ut non festinet ad veri genitoris amplexus. (6) Item congrue *pater noster*, quia homo renascendo per baptismum effectus est dei filius, qui prius per praevaricationem factus fuerat inimicus et perditus: ergo cuius gratia fruitur iam patrem libere confitetur. sed licet non simus de eo patre sic filii quomodo persona domini nostri Iesu Christi, quia ille de ipsius est natus substantia, nos autem dignatus est creare de terra: attamen per gratiam unigeniti nos effici meruimus adoptivi, et ideo qui in ecclesia catholica ex aqua et spiritu sancto nascitur, inter dei filios conputatur. (7) Item: *pater noster qui es in caelis*. in hac confessione et deum veneramur et mandata sequimur et fidem nostram exponimus et eos qui patrem in caelis denegant refutamus. (8) Item dicendo: *pater noster* habemus quod in ipso diligere: agnoscendo deum habemus pariter quod timere. timeamus ergo quod iustus est, amemus quod pius est, ne quod ille sollicite contulit nos velimus perdere neglegenter et divina beneficia nostro sint excessu calcata. (9) Quisquis ergo patrem illum appellat, sicut decet filium sic vitam suam inmaculate dispenset, quia ipse est filius qui non contribulat genitorem, non exasperat coheredem, fratris caritatem non violat, testamentum conditoris non dissipat, sequitur monita, festinat implere mandata: quod si recalcitraverit, proiectus contumaciter de possessione discedit, nec aliqua iam fronte hereditatem repetit quem admissi culpa damnavit. unde qui ad deum patrem venimus Christi fratres dicimur, si in peccati crimine non versemur: nam amittit nomen filii qui fuerit servus peccati. (10) Quod autem non singulariter *pater meus*, sed *pater noster* dicimus ad hoc pertinere cognoscitur, ut nullus pro se tantum, sed generaliter pro omnibus misericordem dominum deprecetur, quatenus ab hoste perfido cuncti pariter liberentur. (11) Omnes enim qui in ecclesia conveniunt eodem se muro concludunt, quoniam, etsi multa membra sunt, tamen in uno Christi corpore continentur et ideo qui simul iunguntur in templo separari non debent nec in voto; nam sicut in membris nostris respicimus qualiter humerus humero, manus manui, pes pedi subveniunt, ita congruum creditur ut monitis orationibus lacrimis nobis ipsis a nobis invicem succurratur, propter illud: *invicem onera vestra portantes*. (12) Denique frequenter alter pro alterius crimine confidenter obtinet qui pro se suggerere non confunditur ex pudore, quia in suo facinore verecundia nil praesumit. ergo unusquisque supplicet pro omnibus in commune, quoniam sicut in se divisa domus non stabit, sic unita ruinae non subiacet; et bene dominus auctor pacis sic docuit, ut quidquid

---

2 *psalm. 118, 19* 5 fili M^1 6 **crudelis (*eras.* cu?) *C*, credelis *R*, credulus *D* amplexos A^1 (*corr.* A^1) *CMR* 8 prius *C*] *om. rell.* ergo] ego G^1 9 iam] et *L* sed licet] si licet B^1, scilicet *L* sumus *L* de eo] deo *F* 10 est *om. D* naturae *L* 11 adtamen *M* meruemus *MR*, meruit *F* 13 (conputatur *AC*) 17 uellimus *D* 18 neglegenter $ACRFG^2$] negligenter G^1BL, necligenter *M* benificia *A* 19 dispensat A^1 21 testamenta *BL* 22 discendit M^1 23 quem] quam A^2 24 si in] sim C^1 peccatis *A* 25 fili A^1M^1 seruus *om. A* non *om.* M^1 26 dicimus *om.* M^1L cognuscitur M^1 27 deprecemur D^1 *corr.* D^1 quatinus *L* oste *G* 28 ecclesea *G* 31 umerus umero *D* manui] manu *MBRF* 32 pedi] pedibus *BRF* subueniat A^2 33 succuratur *M* *Gal. 6, 2* honera u. portate *G* 34 confitenter *M(DL)F* optinet *G* pro] per *(M)RF* suggerire CM^1, suggere *RF* non *om.* FA^2G^2, *recte nisi scribatur* non confidit 35 nil *sic codd.* praesumit LFA^2G^2] praesumaet *M*, praesumet A^1CDGBR 37 dominus auctor *ACMDG*] auctor dominus *BLRF* quidquid A^1] quicquid *rell.*

unus peteret omnibus videretur proficere. (13) Item bene *pater noster* additur, quia nisi quis recte credat in Christo non potest habere patrem in caelo: non est enim ipse pater Ariano Iudaeo Fotino Manichaeo Sabellio et reliquis pestibus veneno pravi cordis infectis et pessimae confessionis falce succisis, qui de filio quam iniuste a deo patre nostro recensi sunt, ex patre suo diabolo frucore carnat. et ideo nobis pater in caelis est, qui recte filium confitemur in terris.

(14) Sanctificetvr nomen tvvm. Vigilanter considerandum est quid in hoc vocabulo admonitio divina significet, dicendo *sanctificetur nomen tuum*. numquid invenitur superior a quo deus pater sanctificari valeat, quasi ut nos videamur aliquid illi orando praestare, cum magis ipse cuncta sanctificet? sed *sanctificetur* id est benedicatur nomen tuum incessanter omnibus linguis universis in locis, cuius dona sunt hoc ipsum quod respiramus et vivimus. (15) *Sanctificetur nomen tuum:* deus cum sit omnium elementorum concentu laudandus et sanctus, ut in nobis nomen eius sanctificetur, id est firmiter teneatur, optamus et in ea qua nos abluit baptismi sanctitate vivamus. (16) Ergo in hoc tempore non novam sanctificationem requirimus, sed quam incontaminatam percepimus ut sine vitii macula conservemus. nam in homine fructus bonae conversationis sanctificatio dei est. (17) Hoc quoque ordine nomen eius recte sanctificari dicimus, ut, si quis dono divinitatis vitam videat nobis esse sinceram, gratias largitori referat et in nostris operibus sanctum nomen eius extollat, quoniam recte omnis laus illi redditur a quo vota conplentur. (18) Item *sanctificetur nomen tuum:* quia ipsa oratione non continetur expressum *in nobis sanctificetur nomen tuum*, videmur non tantummodo pro nobis optare *sanctificetur nomen eius*, sed et pro illis, qui necdum ad baptismi meruerunt gratiam pervenire; nam in Christi plenissima caritate docemur etiam pro inimicis orare, quia et ipse non amicos et fideles, sed adversarios suos et culpabiles de mortis carcere liberavit.

(19) Adveniat regnvm tvvm. Dubitare non licet dominum deum semper hic et ubique regnare nec aliquando de regni sorte sanctam trinitatem sumpsisse principium nec haberi fine claudendum, re vera cum apud deum stabilitate sua tempora non mutentur, cui nec sol occidit neque nox in vice succedit: sed dicimus *adveniat regnum tuum*, non ut illi aliunde obveniat, id est ut ei regnum praestetur a superiore persona, sed nobis scilicet ut illud adveniat, quod per mediatorem Christum poscimus repromissum, ut cum illo regnemus liberi qui in mundo servivimus sub lege peccati. (20) Ipse enim postulavit a patre dicens: *pater, ubi ego sum, et isti sint mecum*, et alibi: *tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.* (21) Denique ob hoc evacuavit Tartaros, ut repleat caelos. ergo hac ratione precamur ut regnum eius adveniat: non ut ipse, quod possidet, hoc adquirat, sed quod est nobis pollicitus ut persolvat. (22) Potest et sic intellegi: *adveniat regnum tuum* id est: veniat in corde

---

1 uidetur *D* 3 ariano] arriano *codd.* fotino *DGBLA*[2]] futino *A*[1]*CMR*, fatino *F* maraheo *R* 4 falce *om. M*[1] quem *A* iniusto *M ut vid.* 5 recensiti *AL*, rencensi *D* frucore carnat *sic codd., sed om. spatio relicto LF. scripsisse videtur tale quiddam (ut vidit Mommsenus)*: qui de filio, quem iniuste a deo patre nostro secernunt, resciuerunt ex patre suo diabolo factum e carne 9 sanctificare *M*[1]*RF* 10 sed *om. BL* 12 respira *D* 13 sanctis *RF* 14 firmetur *C*[1] nobis *C* abluet *G*[1] baptissimi *M* 15 requiremus *ACMR* sed *om. BL* 16 percepimus *DGF*] percipimus *ACMBLR* 17 sanctificare *BLR* 20 a *om. D* (conplentur *C*) 22 optare] optare ut *FG*[2] eius] tuum *D*[1] *corr. D*[1] 23 in *eras. C* docemus *B* 25 liberauit *CDGF*] liberabit *AMBLR* 26 dubitare *A*] dubitari *rell.* deum *om. G*[1] hic et] et hic et *DBL*, hic *G*[1] 28 haberi *scil.* regnum finem *F*, sine *M* deum] dominum *D* 29 cui *Browerus*] cuius *codd.* sol *om. G*[1] sed] sed cum *codd.* 30 obueniat] adueniat *L* prestitur *CM*[1], praestitur *R* a *om. B* superiori *G*, superiora *R* 31 ut illud *om. G*[1] 32 seruimus *ACD* 33 *Ioh. 17, 24* 34 *Matth. 13, 43* euacuabit *Mommsenus* 35 tartara ut impleat *L* 36 ut *om. RF* hoc *om. L* persoluatur *B* 37 intellegi *CMGBF*] intelligi *AL*

nostro regni tui sincerum desiderium, ut possimus diaboli vincere blandimentum; tunc enim in nobis serpentina falsitate subdolus hostis non praevalet, quando nos constanter respexerit divini regni desideria concepisse: id est, regnante Christo non possit in nostris corporibus regnare peccatum. (23) Item cum dicimus *adveniat regnum tuum*, admonemur ut nihil de terreni regni divitiis exspectemus qui omnem spem in futuri regni facultate plantamus. (24) Item: *adveniat regnum tuum*. agnoscimur his verbis eas increpare personas quae saeculi istam vitam diutius volunt protrahere, cum omnes iusti regnum illud ut festinanter veniat videntur optare. (25) Vel certe *adveniat regnum tuum* hoc est: Christus nobis adveniat quem cotidie sanctorum chorus veneranter expectat, in cuius promissione se confidunt iusti regnare, de cuius adventu apostolus ait: *tunc rapiemur simul in nubibus obviam Christo in aera et sic semper cum domino erimus*. (26) Sed videamus, qui rapientur cum beato Paulo in nubibus: numquid homicidae luxuriosi fallaces ebriosi adulteri rapaces maledici? tales enim nisi correpti fuerint, non solum quia non possunt in illo itinere participari cum sancto apostolo, cuius modo monita non secuntur, aut occurrere Christo vel paterna vel prosumunt: immo magis, si se a facie dei in fissuris petrarum valerent abscondere, super se cadere tunc montes optarent. (27) Ergo advertamus quibus illud regnum promittitur: *beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum*. in principio beatitudinum humiles corde praeposuit ac per hoc exclusit superbos et tumidos, ubi dicit pauperes spiritu regnaturos. (28) Deinde: *beati mites*, *beati qui lugent*, *beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam*, *beati misericordes*, *beati pacifici*, *beati mundo corde* et reliqua. ecce illi invitantur ad aeternam requiem qui tali desudaverint temporaliter in labore. vere hoc est indeficienter regnare, coronam beatitudinis istis ornatam floribus possidere, deum sine confusione mereri conspicere, quo praesente inveniet anima quod amavit. (29) Nam si in hoc saeculo dicit se ad praesens humana regnare fragilitas et paupertas, si quaedam illi blandiatur de falsa prosperitate fugitiva felicitas: quanto magis illud regnum quaerendum est, ubi semper liliorum rosarumque blandior lux adridet, ubi pictura floris odoriferi non marcescit, ubi loci fecunditas neque nube premitur neque sole siccatur, ubi non finitur cum possessore possessio, ubi quidquid desiderat animus dat aspectus, ubi iustus gemmas calcabit in plateis, quas modo reges non habent in coronis, ubi mortalitas translata in inmortalitate cum angelis sorte simili gloriatur, ubi hominibus et deo fit una possessio: ibi desideretur consortium ubi tantae felicitatis gratia possidetur.

(30) FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN CAELO ET IN TERRA. Quid est quod sic petitur, ut fiat voluntas dei? numquid aliquis potuit eius resistere voluntati, ut non faceret aliquando quod voluit omnipotens? ergo non quia illum potest aliquid inpedire,

---

1 nostro] tuo *L* 5 admonemus G^1, agnoscitur *R* nichil *R* 6 agnoscimur *Mommsenus*] agnoscitur *codd.* (agnuscitur *M*) his] in his *D* 7 istam uitam] istius uitam AB^2, ista uitam B^1, uitam istius *L* 9 nobis *om.* G^1 10 expeotat *ACBL*] exspectat *MG* promissionem A^1M^1 se *om. CL* 11 *1. Thessal. 4, 17* 12 rapienter M^1, rapiuntur *C* 13 luxoriosi *L* ebriosi *om.* A^1 14 correcti LFG^2, *cf. Eugipp. p. 14, 34 S* quia *om. vulg.*, *recte nisi quid latet* participare *A* 15 modo *om. A* secuntur *ACMGRF*] sequuntur *BL* occurrire *M* uel paterna uel prosumunt] u. p. u. praesumunt *A*, u. p. u. propria sumunt B^2, non presumunt G^2, uel paterna *spatio relicto F; flagitatur tale quid:* uel paterna frui praesentia 16 in fisuris *L*, suris G^1 17 tunc cadere *L* 18 *Matth. 5, 3* beatitudinem *DGR* 19 humilis M^1R, humilibus *G* corde] spiritu *L* et] ac (*ML*) 21 reliqua] cetera *B* 22 desudauerunt *per comp. LR* in labore *om. D* 24 merere *A* praesenti B^1R 25 ad] a C^1D^1 (*corr.* C^1D^1) *M* 27 regnum *om. D* est *om. L* arridet A^2G^2 28 marciscit *CM*, marcescet *G*, maturescit A^2 29 quidquid *A*] quicquid *rell.* 31 inmortalitate *ACMRF*] inmortalitatem *DGBL* 32 tanta *AF* 33 felicitate *F* posseditur *C* 34 quid est] quidem B^1R 35 ut fiat] fiat *A* 36 non] ne *F*, *om.* G^1 illum G^2] illi non *CMDBLRF*, illi AG^1 inpedire *ACMDG*] impedire *BL*

sed ut in nobis inpleatur eius voluntas operetur, quoniam adversario resistente nos voluntatem eius inplere non possumus, nisi ipsius patrocinio muniamur. (31) Si vero quaeritur quae sit dei voluntas, habes decem praecepta quae per Moysen dei sunt voluntate vulgata; habes dei filium, qui patris voluntatem sciens quae erant abscondita reseravit et quae obumbrabantur in luce transfudit. itaque voluntas dei est agnita, excusatio non erit succursura. (32) Nam qui de caelo descendit ad terras, quid aliud suae voluntatis esse vult credi, nisi salva redemptione nos debere caritatis et humilitatis ornamenta sectari? quoniam et ipse hoc dignatus est facere ex caritate nimia, humilitate sincera. deinde qui templum sibi elegit in virgine, quid docet nisi dona pudicitiae custodire? qui iustitiam coluit, dolum in ore non habuit, misericordiam praebuit, culpas indulgenti laxavit, mundo corde semper incessit, quid aliud nisi quo nos post sua vestigia verbis traheret et exemplis? (33) Ideoque orandum est, ut, si perire nolumus, ipsius voluntas operetur in nobis iuxta apostolum dicentem: *qui in vobis operatur et velle et operari pro bona voluntate;* sicut alibi dominus noster locutus est: *non vos me, sed ego elegi vos.* alioquin homo Christum inveni. (34) Beatus Paulus voluntatem habebat ad Christum re vera, cuius per ecclesias populum devastabat? sed quando redemptor dignatus est in persecutore suo magis pius esse quam iustus, ut ad meliora accederet, eum per caecitatis amaritudinem castigavit et corporale lumen obduxit, ut ei spiritales oculos aperiret; de quo dixit: *ego illi ostendam quanta eum pro me pati oporteat.* (35) Vnde et ipsam bonam voluntatem pietas Christi contulit, non fragilitas humana possedit. audiamus ipsum dominum Iesum Christum in infirmitate carnis positum quid dixerit: *pater, si possibile est, transeat a me calix iste. verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* filius dei dicit: *verum non quod ego volo, sed sicut tu, pater:* et homo quare tam superbus sit, ut voluntatem sibi ex se esse dicat ad bonum et non potius dei munus esse testetur? (36) Quod si bona voluntas ex homine est sine dei inspiratione, dicat ergo Christianus in oratione: fiat voluntas mea, quoniam bona est. sed absit ut hoc aliquis confiteri praesumat. immo magis deprecetur ut fiat voluntas dei in homine, non hominis voluntas, quae bonum velle non habet nisi dominus inspiret iuxta illud: *deus meus, misericordia eius praeveniet me.* ergo non hominis voluntas praevenit deum, sed dei misericordia praevenit hominem non voluntatem; quoniam sicut scriptum est *deus est qui iustificat impium;* item: *spiritus ubi vult spirat.* (37) Igitur quare non unusquisque recognoscit tenebras suas, ne inluminatus tamquam lampas, quae aliunde succenditur, per

---

1 in *om.* G^1 inpleatur *ACM*] impleatur *DGBL* operetur] optetur A^3 (*i. e. manus recentior secunda quae carmina correxit. apparet tantum hic et raro in sqq.*) 2 eius *om. D* inplere *CM*] implere *ADGL* ipsius] eius *L* patricinio *B* 3 decem praecepta *ACGLR*] decim p. *DB*, domini p. *F*, praecepta decim *M* 5 obumbrabantur] obumbrata erant *L* luce *ACMLRF*] lucem *DGB* itaque] itaque ubi A^3 agniea excussatio *D* 6 **succursura (*eras.* ex) *C* d*scendit A^1, discendit C^1B^1R 7 uult] uul *R*, uoluit F^1 *corr.* F^1 saluare (*M*) redemptionem A^1C, redemptione in *F* debere] dedere A^1C, dederet M^1R, dederit $DGBLM^2$, daret *F*, cedere *vel* cedera A^3 8 humilitatis] humanitatis *BL* sectari *ACG*] securi *MDBLRF* et *om. D* ex] ea *codd.* 11 nisi *om. C* quo *GF* 13 operitur M^1, operatur *F*, oper*tur A^1 *Phil. 2, 13* quid CM^1R 14 operetur *R* loquutus *M* 15 *Ioh. 15, 16* me *ACR*] me elegistis *MDGBLF* aliquin *DR* homo *om. F* inueni] *om. M*, inuenit *AF* *eatus A^1 *in G ad v. 15* (alioquin — paulus) *2 m. in marg. hoc adscripsit:* hic d[eest] m[ultum] e[st] r[equirendum]; *delendum videtur* alioquin h. Chr. inueni *cf. sqq.* 18 accenderet *D* et — aperiret *om. C* 19 *act. 9, 16* 20 eum pro] eũ **e pro A^1 unde *om. A* et *C*] *om. rell.* 21 possedit AC^1DG] possedet *M*, possidet C^1 *corr.*, *BLRF* dominum] dominum nostrum *L* 22 *Matth. 26, 39* 23 filius — tu *sup. scr. 1 m. A* 24 superbus sit] superbit *L* 28 dei *om. G* homine] hominem *C* uoluntas *om.* C^1 29 quae b. u. non *i. ras. 1 m. A* *psalm. 58, 11* 31 hominem non uolentem G^2A^3, hominum uoluntatem *Mommsenus*, *fort.* hominem bona uoluntate *Rom. 4, 5* 32 impium] ipsum *BL* *Ioh. 3, 8* inspirat C^1 *ex corr.*, *M*

ventositatem suae superbiae extinguatur et subducto splendore maneat in caecitatis caligine, dum, si quid bonum velle habet, sui esse putet arbitrii et non exinde gratias referat conlatori, ne audiat quod dicitur: *qui autem non habet, et quod habet auferetur ab eo?* hoc est: per gratiam praevenitur, nisi deo illud adscripserit, per superbiam hoc amittet; quoniam iuxta scripturam ipsa voluntas a domino praeparatur. (38) Audiamus in hac parte doctorem ubi dixit: *qui loquitur mendacium de suo loquitur.* quare non addidit et: *qui loquitur veritatem de suo loquitur*, nisi ut hoc exemplo, quando veritatem aliquis loquitur, de dei gratia, non de suo habuisse hoc bonum specialiter agnoscatur? quoniam de nostro solum habemus mendacium. nam cum ipsa veritas deus sit qui loquitur de deo, unde in homine mendace causa veritatis sit, nisi ipsa veritas se ministret, hoc est, nisi in hominem ipsam bonam voluntatem deus veritatis inspiret qui et velle tribuit et posse conplevit? (39) Sed si quis obiciat quod apostolus ait: *velle adiacet mihi*, cum ipse dicit: *deus qui in vobis operatur et velle et operari pro bona voluntate:* ergo si quis dicat quia ipsam bonam voluntatem deus non inspirat: quantum ad hanc intellegentiam, beatus apostolus discrepat sentiendo diversa; sed absit ut ille vir pacificus, qui uno eodemque locatus est spiritu, in his dictis ecclesiae generasset scandalum. (40) Vnde doctor gentium velle sibi adiacere dicebat? quoniam non solum inspiratus, sed etiam vas electionis fulgebat qui docuit dicens: *deus est qui in vobis operatur et velle*, deinde: *quid habes quod non accepisti?* ac si diceret: quid boni est in te, nisi det ille qui fecit te? (41) Nam si bonam voluntatem deus non confert, sed ex te est quod tu habes, iste mentitus est. quid est quod habes, quod non acceperis? unde tolle dei voluntatem: mox agnosco, si tu per te ad bonum habes aliquam voluntatem, cum nisi a Christo velut lucerna inlumineris, cotidie, nesciendo quid elegerit divina potestas, excedis. (42) Dicamus humiliter quia nihil boni velle habemus, nisi singulis diebus domino largiente sumamus, iuxta quod legitur: *omne datum bonum et omne donum perfectum desursum est*, ut domni Pauli teneant dicta concordiam et nos omne bonum ad dei referentes gratiam fidelem consequamur doctrinam. nam qui cum apostolo Paulo, id est oculo ecclesiae, et cum beato Augustino eius sequace consonat, in eo ignorantiae caligo non regnat. (43) Quod autem de duabus viis, id est spatiosa et angusta, dicitur, ut quis per quam elegerit gradiatur quid est? per spatiosam laxatis frenis libere discurrimus famulando peccatis; in angusta vero consideremus apostolum dicentem: *vocatione qua vocati estis per dominum Iesum Christum.* (44) Et ideo non elegit aliquis neque ad viam per-

---

1 meneat *D* 2 caliginem A^1CMR quid] quidem *R* uelle] uale *D* habit C^1MR sui A^3 *ex* sicut *ut vid.* putet esse *L* arbitrii $DGLA^2$] et arbitrii A^1CMBRF 3 conlatori *ACGBL*] conlateri *D* dicit *R* *Marc. 4, 25* quod habetur *A* auferetur *CGF*] auferatur *rell.* 4 per] quod per *F* ascripserit *BR* 5 amittet *Browerus*] amittit *codd.* 6 *Ioh. 8, 44* 7 ueritatem *om.* G^1 exemplum *C* 8 ueritate *D* 10 deus] dei *D* 11 homine *DBL* 12 ueritas *D* conpleuit *CM*] compleuit AG^1, complebit G^2 13 *Rom. 7, 18* *Phil. 2, 13* nobis *GR* 14 quia ipsam *B ex corr.*, LFG^2] qui ad ipsam $ACMG^1B^1R$, quiadsā *D exemplaris compendio non intellecto* bonam *ACM*] *om. rell.* 15 intellegentiam *CMDGB*] intelligentiam *AL*, intelligentium *R* sentiendo *ACDG*] senciendo *M*, se nesciendo *BL*, nesciendo *RF* 16 locutus *BLF* 19 *1. Cor. 4, 7* 20 illi *M* 22 quid est quod *ADGF*] quid est quid *CMBLR* accepisti *F* 23 habis *M* 24 oottidie *G* elegerit *ACBLF*] elegeret *MGR*, eligeret *D* excedit *A* 25 uelle *Browerus*] uel *codd. nisi quod A 1 m. expunxit, L omisit* nisi *om. RF* diebus] *om. G*, diebus nisi *F* 26 *Iacob. 1, 17* bonum] optimum *F* donum] bonum *F* 27 teneant FG^2] teneat *rell.* 28 consequamur] consequimur *codd.* qui cum *AC*] quicumque *rell.* 29 et (*om. M*) agustino CD^1 31 quid est *CBLRF*] quid** A^1, quidem MDG^1A^2, quidam G^2 per spatiosam] *om.* G^1, *supplet post* gradiatur G^2, per spatiosa *CR* libere discurrimus] liber redis cum mus CMG^1RF, liber redis cum nos A^2, liber redi*t cum nos A^1, liber redis cum *DB*, liber redis con (c̄) *L*, liber redis G^2 *cruce in marg. adpicta* 32 angustia A^1 *Ephes. 4, 1*

venit nisi vocatus fuerit ab ipso qui via est et vita et veritas. sed in hac via cum apostoli verbis et praeceptis euangelicis excurramus dicentes ad eos qui iam ex Iudaeis in Christo erant fide conversi: *si vos filius liberaverit, tunc liberi eritis.* (45) Et quando sit istud adtendite ipso domino praedicante: *si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos;* ac per hoc hortatur, ut sequendo illud quod dedit per gratiam nos ad veram liberationem perducat. unde tunc homo in bonum perfecte liberum possidebit arbitrium, quando omnino non poterit servire peccato. (46) Item *fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra*, id est: sicut in caelis angeli, ita te homines venerentur in terris; et quemadmodum illi concordia inculpabili, caritate devoti in laude dei videntur iugiter inhaerere, ita nos in suo timore et amore iubeat sine labe purgare. (47) Item *fiat voluntas tua*, id est: sicut spiritus, qui de caelis est, caelestia cogitat, ita caro, quae de terra est, terrena non cupiat, sed quae sunt spiritus, haec intendat et quasi facta concordia pariter ad caelos ascendat. (48) Ergo *sicut in caelo*, id est in spiritu, *ita in terra*, id est in carne, fiat dei voluntas, ut iam post adventum Christi non caro, quae mater est criminis, spiritum festinet, sicut et Eva, decipere, sed Adam, qui est in typo spiritus, carnem habeat famulantem; nec dominus ancillae, sed ancilla serviat dominanti. (49) *Sicut in caelo et in terra:* homo ante baptismum carnalis esse describitur, post baptismum spiritalis efficitur: ideoque pro illis qui adhuc sine lavacro loti sunt, a nobis oratur ut, sicut nos videmur facti esse caelestes per baptismum, et illi, qui adhuc ab ecclesia peregrini sunt, tanto beneficio non fraudentur, sed per munificentiam domini nobiscum dona similia consequantur; quia et cum illi consortes facti fuerint, nos facultatem non amittimus, sed augemus. quare sit autem invidia, ut homo non oret pro homine, cum Christus, ut nos adquireret, suo sanguini non pepercit? (50) Item *fiat voluntas tua.* voluntas patris erat quod filius praedicavit, quod operatus est, quod passus et mortuus est et resurrexit; sicut ait: *non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem eius qui me misit, patris.* ergo orandum est, ut nos similiter mereamur dicere agere sustinere et in ipso resurgere, ut possimus cum ipso regnare. (51) Item *fiat voluntas tua.* deus incommutabiliter bonus quid aliud nisi semper vult bonum, quamvis nos moles inpediat peccatorum? ergo bene videmur optare, ut nobis ea contingant quae deus vult, cum sciamus illum bonae voluntatis haberis.

(52) PANEM NOSTRVM COTIDIANVM DA NOBIS HODIE. Considerandum est quam mirabiliter orationis huius ornatus sit textus, ut nominatis aeternis temporalia peterentur. nam tria ista quod poscimus, id est: *sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua*, propter aeterna consequenda hic sunt necessaria et hic in-

---

1 qui] quia *MR* et ueritas et uita *L* 2 et] ex G^1 euuangelicis *G* 3 christi *L* *Ioh. 8, 36* 4 quando] quomodo *L* adtendite *ACMDG*] attendite *BL* *ibid. v. 31* 5 estis] eritis *CMR* cognoscitis *CRF* liberauit CM^1 ortatur *CMG* 7 perfecte] perfectum perfecte *G* possedebit $AMDG^1$ quando] quoniam *L* 9 ita te] *om. D*, ita *CF* uenerantur *AC* 10 *fort.* inculpabiles 11 purgari *BL*, *fort.* perdurare 12 qui] *om. F*, qui est G^2 caelis est] caelis et *codd.* non cupiat] concupiat *G*, non concupiat *C* 13 hae *R*, he *F* 15 pos**t (*eras.* si) *A* 16 et eua *D*] et sua *ACMRF*, eua *BL*, aeua *G* decepere C^1 17 dominanti] famulanti *L* 18 esse] *sup. vers. M*, *om. R* describitur *LF*] discribitur *rell.* 19 efficitur ideoque *Browerus*] efficitur deoque *GBL*, efficitur deo quae *D*, efficit deo quae *AM*, effecit deo quae *CRF* loti sunt ACM^1GRF] luti sunt DM^2G^2, *om. BL*, illoti sunt *Mommsenus*, *fort.* lutei sunt 20 uidemus B^1R 22 quia] qui G^1 23 non — autem *om. D* amittimus *G*] amittemus *rell.* (amitemus *R*) 24 horet *C* sanguini $DBLG^2$] sanguine $ACMG^1RF$ 26 *Ioh. 6, 38* 27 me misit *ACMGR*] misit me *DBLF* 28 dicere *R*] ducere *rell.* (G^2 *in marg.* al. duci) 29 tua *om. D* quid $ACDGFB^2$] qui MB^1LR 30 inpediat *ACM*] impediat *GL* 31 continguant *C* illud *A* uoluntis *B* haberis *AMR*] haberi *GBLF*, habere *CD*, *fort.* abundare 32 cottidianum *A* da n. h. *om. L* 34 quod] quae $BLFG^2$ poscemus *CR*

cipiunt, sed perfecta in futura vita possideri credenda sunt et perpetua permanebunt. (53) Ergo *panem nostrum da nobis* quantus animae et carni est necessarius, spiritaliter vel corporaliter, et *dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* et *ne nos inducas in temptationem, sed libera nos a malo* ad praesentis vitae opportunitates pertinere videntur. denique nominis eius sanctificatio et regnum eius in spiritu et corpore nostro post resurrectionem perfecte manebunt. (54) Item *panem nostrum:* quisquis ad veram salutem pervenire meruit, Christum esse panem vitae perpetuae non ignoret, quia dixit: *ego sum panis vivus qui de caelo descendi.* unde iste panis non est communis cum reliquo, quia ille corpora protegit, iste novit animas enutrire; et qui illum manducat esurit, qui autem isto fruitur nulla fame torquetur. et ideo tanto magis iste cibus quaerendus est quanto plus reficit epulatus. (55) Quod vero cotidianum panem petimus, hoc insinuare videtur ut communionem eius corporis, si est possibile, omnibus diebus reverenter sumamus: quia cum ipse, vita nostra, sit nutrimentum nostrum, peregrinos nos facimus, si ad eucharistiam tardi accedamus. (56) Item dum dicimus: *panem nostrum da nobis hodie*, cognoscimus non nobis sufficere quod praeterito die deum rogavimus, nisi et eo qui in praesenti est orationi vacemus: propter illud: *sine intermissione orantes.* (57) Sive sic advertendum est, quod, postquam ad Christum pervenimus et mundum cum pompis suis reiecimus, non nobis necesse sit ad escam amplius quam cotidianus usus exigit ut quaeramus re vera, cum adventum domini iugiter expectemus: nam inpedimenta mundi faciunt homines miseros. et sciamus panem illi sufficere cui deus non deficit; quod Helia habitante in heremo ministravit.

(58) Et dimitte nobis debita. Bene post escam quaesitam postulatur venia peccatorum, ut qui dei cibo pascitur deo vivat, si ei dimittantur peccata; et congrue, ne se humana extollat superbia, petendo veniam videtur confiteri delicta; cum tamen, si purgari desiderat, saepius ad orationem recurrat. (59) Convenienter autem debita peccata dicuntur, quia et debentur et requirenda sunt. nam sicut debitum a creditore requiritur, ita peccatum a deo in die iudicii necesse est exigatur, nisi hic, dum vivimus, per pietatem eius indulgentiae ista nobis exactio condonetur. et merito hic remittat cuncta rogamus ubi delicta committimus, quoniam in futuro sicut peccare

1 futuri M^1, fututura G^1 possederi CM^1DR 2 nobis] bis *A* 3 et dimitte — a malo] *in F post § 57, in rell. hic maiusculis rubricatis exarata ut precationes singulis capitibus praescriptae* demitte *A* 4 malo] malo. amen *F* ad *littera initiali fere distinguunt codd.* praesentis G^2] praesens *vel* presens *rell.* (praesentem *F*) opportunitates] oportunitates *D*, opornitates G^1, oportunitates haec G^2, oportunitatis *ACMBLR*, opportunitatem *F* 5 regnum $BLFG^2$] regno $ACMDG^1R$ 6 perfecta *BL*, perfecit *ut vid. M* 7 ad ueram *DBLF*] ade eram G^1 *corr.* G^1, ad uestram *ACMR* 8 quia] qui *DF* *Ioh. 6, 41* panes *A* uiuos *R* descendi *GBLF*] discendi *ACMDR* isti *R*, istis *D* 9 communes *AR* corpore $ACMG^1$ 10 torquitur CM^1 11 reficet *C*, *icit M^1 12 cottidianum *G* panem *om. L* insunuare *C* corporis *om.* M^1 13 reuerentur s. qui G^1 ipse] ipse est *A* 14 nutrimentum nostrum *Mommsenus*] nutrimento nostro *codd.* (nostro *i. ras. 1 m. C*, ***nostro *D*) nos *om.* DG^1 15 non uobis *M* 16 eo qui] cui *F* praesenti est orationi G^2] praesente orationi *BL*, praesente oratione *ACMR*, praesenti oratione DG^1F 17 *1. Thess. 5, 17* 18 et *C*] in AMB^1RF, hinc B^2, *om. DGL* reicimus *B* 19 cottidianus *G* exigit $MRFG^2$] exegit $ACDG^1BL$ 20 expectamus DG^1 inpedimenta *ACMG*] impedimenta *BL* 21 miseros *om. L* et sciamus panem illi *ACMDG*] et sciamus panem *BLR*, et non sinunt panem *F* defecit M^1 quod] qui *F*, quem G^2 heliae *F* habitante *A*] habitanti *rell.* 22 hermo *DB*, herimo *L* ministrauit] *fort.* monstrauit 23 et d. n. d. *non rubricata codd.* dimittite *M* debita] debita nostra G^2 ueniam *A* 24 si ei] et sic *F* 25 uidet**r C^1 delecta CM^1, dilecta *D*, peccata *F* 26 si] se *F* purgare *ACM* 27 debitum $BL^1FM^2G^2$] debito ACM^1DG^1R, debita G^1 *et* L^1 *correxerunt* 28 requiritur] quaeruntur *L* exegatur *MR* 29 per pietatem] etatem *BL* 30 remittat] remittet *CMF*, remittit B^1, remitti $ADGB^1$ *corr. L*, remittetur *R* delecta *C* conmittemus CM^1, committemus *R* peccare] precari *BL*, peccari *rell.*

non licet ita non vacat paenitere. (60) Sed addendo SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS qui pium se ostendit et legem inposuit, ut nisi quis peccanti culpas indulserit sibi indulgeri a domino non expectet, propter illud: *in qua mensura mensurati fueritis remetietur vobis*; item *misericordiam et iudicium cantabo tibi:* quoniam qui in nobis pius est vult nos esse aliis miserentes. unde merito de culpa vapulat qui magistri verba declinat. summa est eleemosyna alteri remittere quod in te videatur peccasse. (61) Item *dimitte nobis debitum:* quid ergo? de baptismi fonte surgentes et corpore Christi communicantes mox nobis dimitti peccata? sed fragilitas nostra conservare puritatem lavacri non valet, [ut] de fonte percipit, nisi dignetur dei gratia custodire. et bene: *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*, ut ostenderetur quia deus pacis cum omnibus vult nos concordes.

(62) NE NOS INDVCAS IN TEMPTATIONEM. Numquid deus aliquem in laqueum temptationis inducit aut ab inimico cupiat subplantari, qui monet ne incidatur? . . .

II

Ad virum inlustrem Salutarem

Inter humanae condicionis subripientia vulnera, quae semper incerto tramite nutantium animorum ac labentium temporum reddunt vota suspecta, nihil est in aliquo aliquid magis quod cruciet, quam quemquam aut non videre quod cupiat aut videre quod perdat; cum trepidans animus in utroque non modico sub fasce succumbat, dum pendulus spectat diuturne quod habeat et, ut habere coeperit, mox amittat, scilicet adflictus donec inpetret, elisus si perdit; sed gravius hoc iaculo res illa percellit, quod inter spectare vel spectata amittere illic spes tenditur, hic damnatur, illic dubius maeror an habeat, hic certus dolor est si relinquat. (2) Habet hoc insitum natura praevaricatione protoplasti parentis ad nos decursa morte multata, ut saepe quod vix adquiritur mox linquatur; serpentis inveterati dens a radice sic perculit, ut nec arbor

1 paenitere *Browerus*] paeniteri *A*, poeniteri *L*, peneteri *M*, peniteri *rell.* 1 *et* 12 *non rubricata codd.* 2 se *om. BLRF* inposuit *AMG*] imposuit *BL* quis *AC*] qui *rell.* peccanti M^2] peccantem *rell.* 3 sibi] siue *C* domino] deo *BL* expectet] exspectet *L*, exspectat *A*, spectet *MDGBRF*, spectat *C* *Matth. 7, 2* mensurati *ACMGR*] mensuriti *D*, mensi *BLF* 4 remetietur *AGLF*] remecietur *D*, remitietur CM^2, remittetur M^1R, remetitetur *B* uobis] et uobis (*M*) *psalm. 100, 1* 5 miserantes RFG^2 uabulat *CM* 6 declinant *A* eleemosyna] elemosina *GF*, aelemosina *A*, elimosina *DL*, aelimosina *MB*, elymosina *CR* uidetur LG^2 7 dimittendo *BL*, demittendo *D* debito *AC* 8 demitti *A*, dimiti *D* peccata] peccata scimus G^2 9 ut de fonte percipit *Mommsenus*] dē fonte percipit *ACMRF*, quam de f. p. *DGBL* 10 et nos *C*] nos *rell.* (non *R*) dimittemus *M*, dimittamus *D* 11 pacem *R* concordis A^1MF, concordes esse G^2 12 inducat *AMRF* temptatione *CRF* numquid — temptationis *om.* D^1, *suppl.* D^1 *in ora infima* aliqu** (*eras.* os?) M^1 laqueum $ADGM^2$] laqueo M^1RF, laqueos *BL*, lacum *C* 13 extemptationis *A* aut] ut *BL* (subplantari *ACG*) incidatur] indi cidatur *D* *finis intercidit* *in A subscr.:* EXPLICIT

II AD VIRVM INLVSTREM SALVTAREM *AMDGR*] AD RVM INLVSTREM SALVTARE *C*, AD SALVTAREM V̄ INL̄ *BL cum indice capit.*, EPISTVLA CONSOLATORIA AD SALVTAREM INLVSTREM PRO MORTE FILIAE SVAE *F* *in epistula nomen non extat* 1 conditionis *codd.* surripientia *F*, subrepentia *Browerus*, *sed cf. vit. Hil. c. 8* fraus haeretica — subripuit (subrepserit *edd.*), *carm. append.* 'Flumine nectareo' *v. 19* si sopor obripiat 2 a* l*bentium M^1 suspecta *F*] suspectu *rell.* 4 trepitans *A* animos *D* subcumbat *GB corr. L* 5 expectat *A* coepit m. amittit *F* 6 adflictus *ACMGB*] aflictus *L* inpetret $AMGC^2$] inpeteret C^1, impetret *BL* perditur *L*, perditus *B* percellit] percellitur *codd.* 7 expectare CG^2 expectata AG^2 8 an habeat] an h***at A^1, an habebat *R*, anbelat *D* 9 protoplasti parentis $CGBFM^2$] protoplausti parentis *AL*, protoplasti parentes M^1R, protoparentis *D* multa *RF* 10 mox linquatur] morlinquatur G^1, mox relinquatur G^2, morte relinquatur G^2 *v. l.*, morte linquatur *F* inueterati dens a radice] inueterati densa radice *AC*, inueterati densa radicem MG^1BL, inueteratis densa radice *R*, inueteratis densa radicem *D*, inueterati dens radicem *F*, inueterati liuor densam radicem G^2

steterit quin stirpe mortis fixa vivat. (3) Misit hoc posteris hereditas parentalis, ut iacentes morti quaeramus vivere morituri: vulnificavit cunctos infelicis arboris adquaesita possessio, quae blandientibus pomis prolem prius nocuit quam nutrivit; quo certe sub epuli specie mors intravit. ferali tactu laesit hoc parentes et posteros: illos gustus, nos sucus: quoniam virulentae suasionis poculum, quod pater male sorbuit, in prolem transfudit et, ut ita dictum sit, quod a fonte manavit, in rivum defluxit. (4) Intulit hoc igitur illa mater de genere sed noverca de crimine, infelix cunctis Eva monades, quod certe sola sic extruit ut universa destrueret, cum veterata machinatione decipulae rudem virum perderet et periret. sed proles quid boni faciat, si se in calumniam vel mali parentis extendat, aut ut illum iterum detrahendo remordeat qui semel morsu perierat, cum ipse sibi suffecerit suus lapsus, noster occasus? (5) Itaque puto incongruum si vel illum remorsero per quem gratis venit ingratum, cuius occasione vitalis alimoniae mors coepit depasci, cui dum oculorum apertio promittitur, lux fugatur et divinitate promissa homo lapsus redit in terram: hinc est quod prolem genitam nocens esca traxit in praedam. (6) Fecit illa captivitas nos prosperis exules, adversis consortes, et tantum peregrinatio gravior, quam mors dura notior. nascitur ab Adam vetere usque ad novum hominem vita nostra cum morte. (7) Hinc se nec Abel exuit nec Enoch effugiet neque Noe se subtraxit, qui diluvio mortem distulit non mutavit; hoc patriarcha non rennuit, hanc legem legifer non avertit, propheta sustinuit et plus quam propheta succubuit: Sarra quoque, Rebecca Rachel Anna Elisabeth, licet sexus inferior, tamen hoc simul bibit amarum. (8) Quid conqueratur de reliquis, cum ipse triumphator mortis pro parte qua caro factus est et morti subiectus est? nec fuerat plenus homo, si non sensisset et tumulum; nec deus crederetur, nisi surgeret de sepulchro. (9) Hinc est quod loquor, carissime et fidae dilectionis mihi voto conexe, eo quod tuos per apices natae sanctae transitum conquereris, vix singultu rumpente indicans calamo tristi, decennalis aetatis inruente funere pubertatis tenerae floscula marcuisse, cum paene nuptiali retracta de limine non ad patris votum thalamo datur sed tumulo, et diverso cantico non toro traditur sed sepulchro, ad cuius forte vota iam festinans familia fervebat, sedule parentela excitabatur et patria, mater erat prece suspensa, ipsa adsurgebat cura nutricis: iuncea pubertate, rosea modestate, festiva arte sui sexus ornata. (10) Sed quo me rapit formae decor se prodere tam cito fugax, quo caro mendax, cum defunctae si praedicetur gloria, adcrescant lamenta? (11) Habuisti igitur istud pater, sed non tuum: reddidisti potius commendatum. plo-

1 quin] in *codd.* G^2 *in marg.:* al. in stipite. et tamen in stirpe haec *A* heredis *BL* 2 iacentis *R*, iacenter *A*, subiacentes *Browerus* adquaesita *ACG*^{1}] adquesita *M*, atquaesita *R*, atquesita *D*, adquisita *BLG*^{2} 3 quo] quod *G* 4 epuli specie *F*] epulis specie *ALR*, epulis speciem *CMDG*^{1}*B*, epularum specie G^2 mors] mo**** A^1 6 prolem *DGF*] prole *rell.* tranfudit *M* riuum] riuo *codd.* 7 igitur hoc A^1 euua *AMD* 8 monader *A* sola — destrueret *om.* C^1 extruxit *Browerus*, struit *Mommsenus* destrueret *GLF*] distrueret *rell.* cum ueterata] quem ueterata *ACMDGRF*, quae inueterata *BL* 9 decipulae — et *om. C* qui *C* 10 uel *om. L* ut] in *F*, *om. L* 11 suffecerit] sufficerit *ACDGRF*, suficerit M^2, sufficeret *BL*, aficerit M^1 12 grates *DG*^{1}*L* 13 apertio mittitur *D*, optio promittitur *L* 15 captiuatas G^1*RF* prosperis *ACM*] prosperes *G*, properis *RF*. properes *D*, pro poenis *BL*, *fort.* pro prosperis 16 aduersus *G*, aduersos *F* quam] qua G^1, quantum G^2 18 exiuit *DL* enoch *AGL*] enohc *C*, enoc *MDBR* effugit A^1 *corr.* A^1, efugiet *R* (*cf. IX, 2, 39*) subtraxit *AL*] subtrahit *rell.* 19 renuit *L*, *****uit A^1 auertit] a****tit A^1 20 prophetae *C* subcubuit *B*, succumbit *ACM* 21 quid] qui C^1 (*corr.* C^1?) 22 qua] qui *D* mortis *C* 23 sensissit *CM* tumulum *GF*] cumulum *rell.* (cummulum *D*) surgeret] surgeret et *M* 24 fidae *Mommsenus*] fide *codd.* 25 conexe *om. C* tuae *BL* apicem *BL*, apice *R* sanctae *GF*] sancti *rell.* (sci *sic C*) singulto *C* 26 aetates *C* inruenti *L* 27 maruisse *A* 28 thoro G^2 29 sedole *M* 30 iunce C^1 (*corr.* C^1?), iuncta *DG* pubertati *DG* 31 festiua *om. L* 32 fucax *A* quo] quam *codd.* 33 habusisti *C* conmendatum *M*, commodatum *Browerus*

ratur velut amissum; sed consideretur non perditum quod ad Christum redit intactum. (12) An certe conquereris quasi solus ista perpessus sis, cum casus hic vincat et reges? an felicior Augusto, fortior Alexandro, favorabilior Traiano, sanctior es Theudosio? cum hoc habeat obitu aequale tam miles quam princeps: patienter dolendum est quod habes commune cum mundo. (13) Quantas autem feminas ab ipso primo conplexu retraxit ad tumulum, et pertulerunt dispendium agnito viro, non habito: quae bis lamentandae sunt: antea pudorem perdere, sic perisse! (14) Vnde quamvis conquераris talem te tali casu amisisse subolem, nulli tamen novum est, ut non potuisset hoc vitare puella quod venit per feminam. illud potius inspice, ut ista res funeris sit virtutis, et ad illorum exempla te coaequa qui dolore victo surgunt ad palmam. (15) Habes itaque inter ipsa patientiae culmina primum velut in specula Iob censuram et normam, qui pro filiis domino sic gratias retulit tamquam si tunc acceperit cum amisit. qui vir experientiae voluntati divinae tradidit totum, ne caderet. (16) Quid vero? David fortis, licet Goliam subdiderit, non se velut faenum nutui caelesti substravit, cum filio amisso lavit, epulatus est? ne repugnet, intellegens uni cedere qui cuncta formavit, servus fidelis timuit offensam boni domini provocare vel murmure. * * quem ut iungeretur divinas ad nuptias, iugiter diffluebat pius pater per lacrimas. potestis autem conicere quia talem non tolleret, nisi suis thalamis placuisset. unde nosti abyssos divini consilii vel tuae natae qualis in corde concupiscentia latitavit? fortassis hoc antea elegit quod meruit et illud prodiit quod optavit. (17) Qua de re, vir optime, esto tibi vix index et pater es; hoc est si per caritatem te temperes et te iudices, non offendis: praesertim cum te mitiget promissio redemptoris et praeconis Pauli vox simulata tonitrui, quia in ictu oculi resurgere maturabunt sepulti et vivent sub umbra Christi, de virginitate securi.

III

Item alia

Dominis inlvstribvs cvnctaqve magnificis, omni desiderio conplectendis, servientibvs dominorvm. Si humanae consuetudinis isto se generaliter per omnes unus usus

2 conquireris M^1L, conquaeris *A* hinc *DBL*, hi* A^1 3 agusto *D*, augustu *M*, agustu *C*, gustu *R* fauorabilior *DGBLF*] fauoradebilior *C*, fauora. debilior *AM*, fauor adebilior *R* troiano *L* es] est *R*, *om. BLF* theudosio *AMB*] teudosio *CD*, theutosio *G*, heudosio *R*, theodosio *LF* 4 obitu *fort. delendum* aequali *C*, *om. L* milis *CMR* 5 habis *M*, ab his *R*, habet *F* (conplexu *AMG*) 6 traxit *BL* uiro *DGF*] uero *rell.* habito $AGFB^2$] habeto DB^1LR, abeto *CM* 7 sic perisse *om. F* 8 casu] causa *L* amisse *AC*, amississe *MG* subolem B^1M^2] subolim CM^1, sobolim *R*, sobolem $AGLB^2$ 10 quid *C* uecto *ACMR* 11 pacientia *DBLR* 12 nurmam CM^1 domino F^1 *corr.*, G^2] dominum *rell.* rettulit *M* acceperit *GBLF*] acciperit *ACM*, acciperet *D*, acciperint *R* 14 goliam] gloriam *D*, *om. BL* nonne *F* 2. *Salom. 12, 16 sq.* 15 intelligens *L* 16 timeat G^2 domni *D* 17 quem] quae *G*, q̄ (*i. e.* quae) C^2 *i. ras.* iungetur *R* diffluebat *Browerus*] defluebat *codd.* (deflebat *L*) *videtur adiunctum fuisse patris exemplum qui vel optarit mortem filiae:* quae ut iungeretur *etc.* 18 quia] qui *A* tollerit *C*, telleret *D* 19 abyssos] abissos *L*, abyssus *ADGBMR*, abisus *C*, abyssum *F* 20 prodiit] *fort.* prodidit 21 esto uir optime *L* uix *om. F* pater es] pateris *F*, patere *Browerus* temperis *ACM*, temperas *F* 22 et t. i. n. o.] iram aeterni iudicis non offendis *F qui sensit haec omnia corrupta esse* miteget M^1 promisio *DR* 23 similata *L* tonitrua *R*, tonitruo *F* *subscr.* explicit *CD*

III *om. F* *tit. om. CR* item *om. L* *titulus genuinus intercidit cum nominibus nobilium ad quos epistula directa est. nec in praescriptione nec infra nominantur, fortasse consulto* 1 inlustribus cunctaque *D*] inlustris cunctaque *AM*, inl̄ cunctaque *GR*, incunctaque *C*, cunctaque *BL* (conplectendis *ACMG*) 2 domnorum *CMG* per omnis *C*, pomis *R* unus *om.* C^2 usus *om.* C^1

extendit et ab antiquis atavis ipso tradente genere et ad nos usque naturali quodammodo lege pervenit, eo quod post triticei panis oblectantem candorem vel suavitatem pascentem ad hordeaceae frugis aristosa cibaria fastidioso nimium dente nare fauce transitur (cum delectabilis escae dulcedine permutante ad convivium pergere, nisi fames urgueat, austeritas epuli non invitat), hinc est quod inlustris ac magnifica celsitudinis vestrae gratia, copiosa cotidianae disciplinae doctrina superinundante refecta et ferventis ingenii studio lucubrante polita, post illum, ut dixerim, detersum eloquentiae vestrae nitorem et perspicue clarum exercitatione purgante ad linguae nostrae rubiginosam facundiam fastidiose vestri sensus fulgida lux inclinat: cum tale sit quod sermonis nostri rumores vacillantes auditis, ac si post epulas coturnicis aut fasidis viris delicatissimis cibos ingeram pecuales. (2) Sed inter haec una spe praesumptionis videor animari eo quod aliquatenus post regales delicias esca desideretur ruralis et saepe rusticus offerat quod animum potentis oblectat. (3) Nam quamvis regum conviviis auro intermicante purpurata palla coruscet, saepe tamen iucunditate placere mensa plus adsolet vel adumbrata foliis ordinatis ex palmite vel superiecto hederae corymbo crispante. igitur habet et de silva reductus pastor quod proferat; cui si desint reliqua, tamen dignantem convivam vel de lacte dives invitat. (4) Quapropter dominationi, celsitudini et, teste domino loquor, profusae dulcedini vestrae salutes venerabiliter ac desiderantissime persolventes aeterni regis clementiam deprecamur, ut domnis praecellentissimis feliciter regnantibus ac vestrae potestatis officiis crescentibus ita fugitivae huius vitae spatia producantur, ut illi piissimo tramite gubernando et vos sine macula fidelissime serviendo creatoris ac redemptoris nostri desiderato pariter intretis in regno, sperantes in Christo de vestrae caritatis affectu humilitatem nostram peculiariter omnibus sanctis et domini famulis, sed etiam domnis regnantibus vel eorum fidelibus proflua dulcedine commendetis: hoc fiducialiter deprecantes, ut veneratorem vestrum, portitorem praesentium, hominem domnae Radegundis matris vestrae, animae sanctae, vel ea quae pro utilitate necessitate praedictae domnae suggesserit coram Christo et eius angelis, tam pro sui necessaria quam prece nostra proprium habere dignemini. indubitabiliter intimamus, ut quod pro causa illius apud praesentes domnos reges inpendetis apud aeternum regem centuplicato munere suis orationibus adquiratis.

---

1 genere et] generet *ACGBR*, genoret *M*, genere *L*, degeneret *D* 2 triticei *DGBL*] tritici *ACMR* oblectantem candorem uel suauitatem pascentem] oblectante candore uel suauitate pascente *codd.* 3 hordeaceae] ordeaceae *GL*, ordiaceae *CMDBR*, hordeacia *A* fastidiosa *D* dente — delec *i. ras. 1 m. C* fauce] faue e *C* 4 dulcidine *M* ni A^1 (*corr.* A^1?) 5 famis *C* urgeat *D*, *B ex corr.*, *L* inluster ac *A*, inlac *L* (*rell. fere per compend.*) 6 cottidiane *G* superundante G^1 7 lugubrante *G* 8 exertatione *G* 9 rubiginosa *DR* 10 rumos *D* uacillantes *DL*(*R*)M^2] uacellantes ACM^1GB cuturnicis *A*, cumturnicis *R* fassidis *L* 11 cibos G^2] cibis *rell.*, *sed om.* G^1 spe] sper (sp̄) *A* praesumptiones *A* 12 uidear *D* dilicias *A* 13 saepe] saepe post *D* regnum *D* 14 conuiis *DGR* auro *om. R* iocunditate *GBL* 15 aederae *G*, haecderae *R* 16 corimbo *AL* habet *om.* G^1 pator *C* 17 dignitatem *BL* 19 salutis *ACD* reges M^1 depraecamus *C* 20 domnis *CBL*] dominis *rell.* 21 tramiti *B* 22 et *om. L* 23 regnum G^2 uestra *D* affecti *M* 24 domnis *ACMGBL*] dominis *DR* 25 dulcidine *M* 26 hominum *D* 27 uel**ea (*eras.* ex) *C* pro *om. C* utilitatis necessitate G^2, utilitate necessitatis *C*, utilitate necessitatem *R*, utilitate et necessitate *Par.*; *sed* necessitate *ad corrigendum* necessaria (28) *adscriptum et falso loco insertum videtur* 29 nostra] nsa (*debuit* nra) *D*, *om. C* digniminі *AM* intimamur *R* cause G^1 30 apud] apost *BL* (*i. e. male solutum* ap') domnus *M*, domni *BL* regis *MBLR* inpendetis *ACD*] impendetis *BLR*, inpenditis *MG* apud] apost *B*, ac post *L* aeternum *C*] aeterno *rell.* regem *C*] rege *GBL*, regi *AMDR* centoplicato *ACMR*

IV

Item alia

Celsitudinis vestrae legatis transcurrentibus omni caritate refectas nos insaturabili voto suscepisse gratificamur epistulas: in quibus ut, quod erat nostrae relevationis, consultum de vestri culminis incolumitate relegimus, inserendo commemorationem dulcissimae filiae quod est de maerore partimur. (2) Denique quibus fuit in vivente participata laetitia, sint communes lacrimae necesse est in defuncta; nec ratio suadet, ut sola tibi privilegium defendas in fletu, quae habuisti in cuius nos conpari ligaremur affectu: quoniam licet formata vestris ex visceribus processisset, tamen non minus adulta nostris in pectoribus habitavit, quippe quae producens partum ex utero transmiseras quasi in nostro gremio recepturum; ut cum a vobis esset, etsi non corde, tamen corpore recessura, nobis velut in vestra vicarietate fieret amplectenda. (3) Hinc est quod, [quod] matri de illa genitalis causa contulerat, mihi totum velut adoptivus amor explebat, quia, cum vobis genita, nobis tamen erat renata. equidem optaveram pro meritis eius, illa superstite vobiscum loqui de gaudio magis, quam tristis conlatio nasceretur ex fletu. sed invida rerum series, quae illud celerius subripit quod magis placere cognoverit, rem mihi desiderabilem paene uno momento et offerre voluit et auferre. vel quare nobis rem attulit quam subducere festinavit? cum nihil sit in humana condicione crudelius quam aut non videre quod habeat aut videre quod perdat. (4) Sed quousque suum maerorem dolor inportunus exacuit ac praeceps sine freno moderatae consolationis excurrit? cum intellegat hoc temperari debere quod emendare nequiverit et aequanimiter toleret quod infectum facere non valebit; praesertim cum in illa tot admiranda refulserint, ut nec apud homines in sermone defecerit et apud deum de opere praemia viventis expectet. (5) Nam praeter reliqua bona quae cum illa laudanda sunt (nec tamen clausa iacent in tumulo dum volvuntur per ora cunctorum) hoc unum breviter adsero: si fides et persecutio Christi martyrem facit, non habes in tali filia quod deflere, quia illi et recte credere contigit et perferre, et licet festinasset in iuventute sors debita, tamen est innocentia secura de palma.

IV *om. F* *epistula Radegundis nomine composita* *de titulo et nomine idem dicendum quod ad* III *tit. om. C* item *om. BL* 1 celsetudinis *M* refectas M^1 *ut vid. L*] resectas *rell.*, refertas *Browerus* insaturabile u. suscipisse *C* 2 gratificamus *L* epistulas *M*] ep***** A^1, epistolas *rell.* ut] et *codd.* reuelationis *D* 3 incolumitate *B*] incolomitate *rell.* 4 est *om.* G^2 5 participante *L* communis *ACMR* nec] ne *A* 6 suadit *ACM* conpari] non pari *codd.* (pari G^2) 7 ligaremur BLG^2] ligaremus M^2, legaremus *rell.* processissit M^1 9 in nostro] nostro in *L* recepturum *pro* recipiendum 10 praecessura *M* nostra *D* uicarietate $DGBLM^2$] uecarietate A^1 *corr.*, CM^1, uecaritate A^1R amplectanda *BL* 11 quod quod] quod *codd.* genotalis *M* 12 renata equidem *CG*] renataequidem *AM*, regnata equidem *D*, renate quidem *R*, renata quidem *BL* 14 conlatio] consolatio '*unus cod. Vat.*' *Luchius* subripit $BLRG^2$] subrepit AMG^1C^2, subri C^1 16 auferre] offerre *D* attulit rem cum subducere *L* 17 conditione *codd.* 18 inportunus *ACMG*] importunus *BL* 19 intelligat *AL* 20 emendari *R* nequiuerat *BL* tolerit *C*, tolerat *R*, tolleret *G* 21 refulserint *om. L* apud] apost B^1, aput B^2, *item v.* 22 22 de opere *om. L* expectet *G*] spectet *rell.* 23 clausa] ea clausa *L* uuluuntur *C* 25 martirem *L*, martyres *A* habis *M* credere] *i. ras. 1 m. D* (*ex* contigit?), gredere *R*, egredi *BL* *subscr.* EXPLICIT *ACMDG*

V

In nomine domini nostri Iesv Christi incipivnt versvs

De oratorio Artannensi

Quisquis ad haec properas venerandi limina templi
dona precaturus quae dat amore deus:
haec in honore sacri Gabrielis culta coruscant,
qui pia iussa dei rite minister agit,
Zachariae veniens qui nuntia detulit astris,
Elisabeth datus est quando propheta potens,
quique redemptorem e caelo regem omnipotentem
post ait ut terris ventre Maria daret.
quae sacer antistes nova tecta Gregorius effert,
ut sibi caelestes restituantur opes.

VI

In nomine domini nostri Iesv Christi versvs

Ad ecclesiam Toronicam quae per Gregorium episcopum renovata est

Emicat altithroni cultu venerabile templum
egregium meritis, nobilis arcis apex;
quo propria tunica dum operit Martinus egentem,
gestorum serie fulgida signa dedit.
namque idem antistes, sacra dum mysteria tractat,
lumina gemmarum est visus habere manu,
ac de veste fuit quantum sua dextera nuda
tantum membra sibi gemma corusca tegit.
sanctus item domini almum dum benediceret altar,
de capite est visus flammeus ire globus.
quae modo templa sacer renovata Gregorius effert
et rediit priscus cultus honorque suus.

V *extat in P f. 69ʳ post X, 10, 20* *tit. om. CP* in — uersus *om. GLF* in — incipiunt *om. B* domini] DOMINI DEI *M* INCIPIT *R* uersus *om. M* artannensi] ARTANNENSE *codd.* (ARTANENSE *DR*) 1 ueneranda *PF* lumina *BR* 3 honere *C*[1] gabrihelis *DGL*, g**brihelis *A*[1] culto *D* 6 elisabet *C*, elisabeht *G*, helysabeth *R*, elibeth *P*[1] 7 redemptorem e *CPG*[2]] redemptoremae *G*[1], redemptore e *AM*, redemptorem *DBLRF* omnino potentem *D* 8 agit *R* 9. 10 *om. P, sequitur XI, 10* 9 qua (*M*) antestis *A* templa *M* 10 caelestis *A*[1]*M*, celestis *C*, caelestem *B*[1] *subscr.* v. x *M*, EXPLICIT v. XIIII (*i. e.* X·IIII *pro* X·VI *etc.*) *D*

VI *epigrammatum de templo Martini congeries* *tit. om. C* in — uersus *om. GL* in — christi *om. B* domini] DOMINI DEI *BF* DE AECLESIA *D*, IN ECCLESIA *L* TORONICA *GL*, TVRONICAM *F* QVAM *L* P** (*eras.* OST?) *A*[1], *om. L* GREGORIVS EPISCOPVS RENOVAVIT *L* 1 altithori *D* 3 martynus *G et sic ubique* 4 dedit *i. ras. C* 5 nam quidem *BL* antestis *ACM* misteria *CG*, mystiria *A* 7 *in marg.* ITEM *MB* 9 *in marg.* ITEM *GL* almum — altar *om. F* almam *DG* benedicerit *CD* altar *AM*] altare *CBLR*, aram *DG*

Fulgida praecipui nituerunt culmina templi
postque usus veteres praemicat aula rudis,
in senium vergens, melius revirescere discens,
diruta, post casum firmius acta situ.
Martini auxiliis operando Gregorius aedem
reddidit iste novus quod fuit ille vetus.

Clara supercilio domini delubra nitescunt:
alma licet merito, sunt quoque celsa iugo;
invida subruerat quam funditus ipsa vetustas,
ut paries liquidis forte solutus aquis,
quam pastor studuit renovare Gregorius aedem,
nec cecidisse dolet quae magis aucta favet.

Ambianis tremulum cernens Martinus egenum
dimidiae chlamydis mox ope membra tegit.
sed coram angelicis turmis se hanc nocte silenti
pauperis in specie Christus habere refert.
o sacer antistes, meritis referende sub astris!
unde tegis nudum, hinc tua palla deum.

Inter opima deus figulus quae vascula fecit
Martinus meritis vas in honore nitet.
leprosi maculas pretiosa per oscula purgans,
cui quod ab ore dedit pax medicina fuit.
ulcera morbosi curans sic fauce beatus,
quod Iordanis agit tacta saliva facit.

Quam generosa fides Martini in saecula civis!
qui quocumque fuit, mors ibi perdit iter.
denique cum extincto catechumenus ore iaceret,
se superextendens effugat arma necis:
sic viduae genito laqueato, deinde reducto;
est vir ubi iste dei, non licet ire mori.

Fanaticam pinum sanctus succidere cogens,
iustum ibi subposuit rustica turba premi.

---

13 ITEM *MDGBL* praecipue *A* 14 rud*s M^1, rudes *AC* 15 senium uergens] senium uerens *AC*, seniumue ruens *BL*, seniumque ruens M^2, senium* *ens M^1, senium ueniens *DG*, senium ruens *R*, senium rudis *F* reui*escere M^1 *corr.* M^1, reui**escere C^1 16 diruta G^2B^2] deruta *rell.* (desuta B^1, derutu *D*) firmus A^1M 17. 18 *adferuntur ab Odone abbate vit. Greg. 12 p. 121 Migne* 17 operande *A* aedem *Od.*] idem *codd.* 18 quod *C Od.*] quo *codd.* (*cf. VI, 1, 78*) 19 ITEM *MDGBL* *glossa in G:* supercilio] altitudine montis nitiscunt *C* 22 liquides M^1, liuidis *C* 23 idem C^1 *corr.* C^1 24 n. c. d.] *i. ras. 1 m. C*, haec c. d. *B*, nec cedisse d. *D* fouet *D* *subscr.* v. VI *MD* 25 *incipit P, post vit. Mart., f. 54ʳ sine titulo* ITEM *MDGBL* 26 chlamydis] clamidis *codd.* teget M^1 27 hac *DL* 29 antistes *GBL*] antestis *ACPMD* meretis M^1 referende *D*] referendo *rell.* 31 ITEM *MDGBL* obima *P* 33 macula *B*, maculam *L* speciosa BLR^1 *corr.* R^1 fugans *D* 34 pax] *fort.* mox 36 iordannis *ACMG*, *cf. v.* 100 37 ITEM *MDGBLF* (*in P spatium unius versus relictum. sic sqq.*) ciues *A* 39 cum DGB^2F *sup. v.*] *om. rell.* catechumenus] caticuminus *codd.* (catecuminus *F*, *om. P*) 40 se] de *P* *post* 40 *1 v. vac. P* 42 ite P^1 43 ITEM $MDGLFB^2$ sanctus] sanatus G^1 succedere *CRF* 44 subposuit *APMGB*] supposuit *CL* rustia *G*

caesa secure arbor cum iam daret alta ruinam,
ad crucis imperium est ire coacta retro.
quis vigor hic fidei, validae dum pondera pini
quo natura negat crux facit ire viam!

Serpentis morsu tumido suprema regenti
hic digitum ut posuit, pestis iniqua fluit
collecto morbo huc et ab ulcere pollice tracto,
dumque venena cadunt erigit ille caput.
unguentumque novum, digitis traxisse venenum
et tactu artifici sic superasse neces!

Dum latro extinctus falso coleretur honore,
voce huc Martini cogitur umbra loqui,
publice se referens scelerum pro mole peremptum
se quoque nec iustum, sed magis esse reum.
o vox sancta, loqui defuncta cadavera cogens,
cui post fata iacens dat sua verba cinis!

Pergeret in fluvio dum vipera lapsa natatu
et prope litorei tangeret ora soli,
Martini imperio liquidas revocatur ad undas
transactumque viae lassa recurrit iter.
quantus amor domini tali sub corde calebat,
quando venena potens ipsa retorquet aquis!

Martini meritis aliis quoque febre crematis
sudores refluos pagina sicca dabat;
unde salutifero medicamine charta fovebat
atque graves ignes littera tinguit aquis.
gratia quanta dei huius sermone rigabat,
febre ubi succensis fons suus ibat apex!

Alme, decus rerum, pie summe, Gregorius, arcis,
tu cui das sedem dat tibi templa sacer.
nam veteri fuerant haec funditus eruta lapsu
tecta, labore novo quae modo culta cluunt.
iure potestatis cui tu, bone conditor orbis,
haec danti in terris culmina redde polis.

---

45 *aret P^1 alta] *fort.* acta 47 cum *L* pine *C*, pinae *A* 49 ITEM *ut s.*, *sine spat. vac. P* serpentes *C* tumido s. regenti] tumidum s. regentem *codd.*, *cf. V. M. II, 157* 51 collectu *A* tracto *PDGBLF*] retracto *CMRA*^{2}, rettracto *A*^{1} 52 capud *C* 53 ungentumque *B* 54 artifici *Mommsenus*] artificis *codd.* (*cf. V. M. III, 104*) superesse *D* necem *L* 55 ITEM *ut s.* 57. 58 *commutati A*^{1} *corr. A*^{1} 57 referens *ADGB*^{2}] referent *CMB*^{1}*R*, referet *F*, referat *P*, refert *L* 58 sed] *e P^1 60 cum *P*, qui *MR* fata *Par.*] facta *codd.* iacen* *C*^{1} (*corr. C*^{1}?), tacens *P* da *C* 61 *om. P* ITEM *ut s.* fluuio] fluuium *codd.* (*V. M. IV, 273*) 62 ore *GB*^{1}*L* 65 latebat *F* 67 *om. P* ITEM *MDGLB*^{2} aliis] *fort.* aegris 69 une *P* carta *L* 70 tinguit *DGLM*^{2}] tinguet *ACPM*^{1}*BRF* 72 succensus *A*^{1} suos *M*^{1} 73 *om. P* ITEM *DGLB*^{2} decus] deus *codd.* 75 ueteris *D* lapsa *G*^{1} 76 labore *bis P*

Victa vetustatis per tempora culminis arca
    diruit, ut melior surgeret aula solo,
quo sacra Martinus domini mysteria tractans
    a capite igniferum misit in astra globum.
ne tamen ipsa ruens miserando fine iaceret,
    pontificem meruit qui sibi ferret opem.
quae rediviva micans instante labore Gregori,
    decidua in senio, floret honore novo.
fundamenta igitur reparans haec prisca sacerdos
    extulit egregius quam nituere prius.
nunc placet aula decens, patulis oculata fenestris,
    quo noctis tenebris clauditur arte dies.
lucidius fabricam picturae pompa perornat,
    ductaque qua fucis vivere membra putes.

Leprosum purgavit

Pannoniae satio misit tibi, Gallia, fructum
    gignens caelestem terra maligna dapem,
Martinum inlustrem meritis, qui munere divo
    culmen in aetheria sede senator habet.
qui leprae maculas medicata per oscula purgat,
    curat et infectum pura saliva virum.
ad fluvium domini cui non fuit ire labore:
    quod Iordanis habet, sanctus ab ore dedit.
qui sacer ipse mihi te, pastor, agente, Gregori,
    Fortunato adimat tot maculosa reo.

Chlamys divisa

Dum chlamydem Martinus inops divisit egeno,
    Christus ea memorat se bene veste tegi.
dives paupertas, dominum quae texit amictu,
    cui deus occurrit qui dedit astra faber!

Tunicam dedit

Noscere qui mavis Martini gesta beati,
    hic poteris breviter discere mira viri.

---

79 *om. P* ITEM *MDGL* acta *R*[1], arta *R*[1] *corr.*, archa *F* 80 diruit *cf. v. 16* aura *B*[1]*LRF* 81 quos *P* misteria *C* 83 ne *PDG*] nec *ACMBLRF* 85 quae rediuiua *APMDF*] qua rediuiua *BL*, quae rediua *C*, quaere diuina *G*, quare diuina *R* gregorii *MDFG*[2] 87. 88 *adfert Odo l. s. p. 122* 88 extullit *P*[1] 89 ITEM *MDGL* occulta *B* (*vulg. v. l.*) *L* 90 qua *F*, quod *A*, quae *D* claditur *D* arte] arce *codd.* 91 fabrica *C* perornet *L* 92 quae *Browerus* *harum picturarum* (*cf. Odo l. s.*) *descriptiones esse epigrammata quae secuntur Browerus vidit* 93 *titulos omnes om CP* LEPROSVM PVRGAVIT *MDGB*] LIRROSVM P. *R*, DE LEPROSO PVRGATO *A*, LERROSVM MVNDAVIT *F*, ITEM *L* pannoniae satio *D*] pannoniae sacio *G*[2], pannoniaestio *ACMG*[1], panoniaestio *R*, panoni aestio *B*, pannonias titio *F*, pannonia genitum *P* (pannonia aestiuum *Par.*, pannoniae regio *Browerus*) missit *D* 95 mune *CM*[1] dibo *P* 96 in *i. ras. P* aetherea *P* 98 pura *om. D* 99 *i. e.* qui non debuit ire cum labore 100 sanatus *G*[1] 102 macula *M*[1] 103 chlamys] CLAMES *codd.* *post hunc titulum, in quo finit f. 128, in D avulso f. 129 sequitur f. 130 in c. 9, 18 incipiens* chlamydem] clamydem *C*, clamidem *rell.* inobs *C* 104 cristus *CG* memoitat *sic P*[1] 107 TVNICAM *L*] TONICAM *rell.* nuscere quauis *M*[1]

denique cum tunicam sacer ipse dedisset egenti
    ac sibi pars tunicae reddita parva foret,
quod non texerunt manicae per brachia curtae
    visa tegi gemmis est manus illa viri.
o nimium felix cui contigit in vice lanae
    nobilium lapidum lumine membra tegi,
ut, cum adhuc cinere adspersus foret atque favillis,
    artifice angelico gemmeus iret homo!

Mortuos suscitavit

Quid deus in famulis operetur opimus amator,
    Martini gestis magna probare potes;
ducere qui meruit de morte cadavera vitae
    rettulit atque diem reppulit unde necem.

Pinus excisa

Dum caderet Martinum arbor pressura beatum,
    mox facit ipse crucem, pinus abacta redit.
quis non virtuti divinae commodet aurem,
    dum trabe conversa dant quoque ligna fugam?

Idola prostrata

Idola dum cuperet Martinus sternere fulta,
    conterit haec caelis magna columna ruens.
auxilium ad iusti dignando militat aether:
    quanta fides cuius currit ad arma polus!

Falsus martyr

Forte colebatur dum quis pro martyre latro,
    Martini adventu se probat esse reum.
virtutis merito fidei radiante corusco
    nec tacet extincti nec latet umbra rei.

---

109 tunicam *CGBLR*] tonicam *APM* egentem *C* 110 ac sibi parua foret reddita pars tunicae *L* ac] hac *P* tunicae *AP*^{1}*GBLR*] tuncae *C*, tonicae *MP*^{2} 111 quo *Mommsenus* 112 gemmas *M*^{1} 115 adspersus *ACPMG*] aspersus *BL* 116 artifices *P* 117 MORTVOS SVSCITAVIT *GBFM*^{2}] MORTVOS VSCITAVIT *M*^{1}, MORTVO SVSCITATO *A*, MORTVVS SVSCITATVS *L*, MORTVVM SVSCITAVIT *R* 118 potis *CB*^{1} 119 cadauere *P* 120 rettulit *LB*^{2}] retulit *rell.* repulit *G* 121 *tit. om. CP* 123 uirtute *PM*^{1} 125 *tit. om. CP* PROSTRAVIT *F* cum *B*^{2} fultat *C* 126 conteret *A* 129 FAL**SVS *M* martire *B* 132 *om. P; sequitur post 2 vv. vacuos c. 7, 3 sq.* *subscr.* V. CXXXII *AM*

VII

Ad Childeberchthum regem et Brunichildem reginam, de natali sancti Martini pontificis Toronici

Praecelsis dominis famulor dum corde pusillus
    fluminibusque vagis per vada pergo rate:
ecce supervenit venerandi in saecula civis
    Martini meritis luce perenne dies.
qui modo de Gallis totum mire occupat orbem,
    et virtus pergit quo pede nemo valet.
qui velut alta pharus lumen pertendit ad Indos,
    quem Hispanus Maurus Persa Britannus amat.
hunc Oriens, Occasus habet, hunc Africa et Arctos:
    Martini decus est quo loca mundus habet;
quique per Oceani discurrit marginis undas:
    omnibus ut praestet, circuit orbis iter.
per cinerem ascendens, per dura cilicia caelos
    stat modo gemmatus, pauper in orbe prius,
quo patriarcharum decus est radiantque prophetae,
    quo est sacra turba senum bis duodena patrum,
inter apostolicum numerum rutilante senatu
    quo sedet ipse throno, rex sibi Christus amor,
quo excellit cum clave Petrus, cum dogmate Paulus,
    fulget et in reliquis palma corona fides,
quo loca martyribus vernanti lumine florent
    atque libro vitae est scriptus honore cruor,
quo confessores gemmata palatia complent
    aeternumque tenent aurea tecta diem,
stat quoque post lacrimas ubi nunc Radegundis opima,
    forsan et Eugeniam nunc tenet illa manu:
hos inter Martinus habet diademata pulcher
    atque sacris lumbis fulgida zona viret,
cantat et egregios Christi de morte triumphos
    atque resurgenti plaudit amore deo.

VII *extat in H f. 205ᵛ* (*cf. ad IV, 26. 27*) *v. 3 sq. in P post 6, 131* *tit. om. CP* childeberchthum] CHILDEBERCTVM *R*, CHILDEBERTVM *rell.* BRVNICHILDE *AR*, BRVNECHILD̄ *L* REGINA *AR* natali] NATALE *AMBR*, *per comp. G* TORONICI *AR*] TORON̄ *G*, TVRONICI *M*, *om. BLF* 1 famulor] famulos *ACM*¹, famulus *rell.* pusillis *ACM*¹ 3 ciues *A* 5 occubat *C* 7 farus *F* 8 marus *C* brittanus *A*, brittannus *CP*¹*F* 9 arctos] arcthos *PGBL*, archtos *MR*, arctus *A*, racthos *C* 10 martyni *G ut solet*, martinique *L* est] et *B*¹*RF*, *om. L* 11 oceane *P*, oceano *M*¹, oceanum *M*², oceanas *A* 12 praestit *ACM*¹*P* 13 caelicia *C*, cilia *G* 14 urbe *M*¹ 15 patriarcarum *A* radiantque] que *sup. vers. A*, radiant *F*, radianque *C* 16 torba *PM*¹, turque *C*¹ parum *ACM*¹*G*¹ 17 apostholicum *CM* 18 trono *CM* 20 corona fides palma *P*¹ 21 quo locar *ACM*, de quo loqar *P*¹, de quo loquar *P*² martiribus *P* uernanti *GLH*] uernante *ACPBF*, uenerante *MR* 22 adque *P* 24 aura *P* 25. 26 *om. P* 25 radegundis *ACM*] radegundes *GBLR* 26 eugeniam] eugenia *codd.* nunc *H*] hun̆c *ACMGB*¹, hanc *B*¹ *corr.*, *LRF* ille *B*¹ *corr. B*¹ manu *H*] manum *rell.* *in C finit f. 160, continuatur f. 169ʳ* 27 diademate *A* pulchra *L* 29. 30 *om. P* 29 et egregios *H*] et gregorius *ACMGRF*, gregorius *BL* cristi *C* trihumphos *G*, triumphus *CR*

hunc quoque Martinum colitis quem, regna, patronum,
vos hunc in terris, vos memor ille polis:
vos intra angelicas turmas canat ille sub astris,
cui vos ante homines fertis honore diem.
nomina vestra legat patriarchis atque prophetis
cui hodie in templo diptychus edit ebur.
reddat apostolicos proceres reliquosque patronos
quem vos hic colitis vel pia festa datis.
pergat et ad Christum pro vobis ille precator
cui vos in templis vota precando datis.
ante poli referat sua haec sollemnia regem,
dentur ut hinc vobis, regna, salutis opes.
deputet et dominus vestrum hunc esse patronum,
ut modo qui colitur vos colat huius amor.
qui[que] dedit habitans miracula plurima terris,
distribuat vobis hic quoque mira potens.
cuius gemmata est tunc dextera visa beati,
vos simul et vestros protegat illa manus.
qui tunc promeruit revocare cadavera vitae,
hic quoque pro vestra vota salute ferat.
qui percusso homini abstraxit de carne venenum,
noxia de vobis ipse venena vetet.
qui serpentis iter fecit revocare retrorsum,
ipse graves casus hinc fuget ire retro.
qui de peste domum salvam dedit esse Lyconti,
haec domus incolumis floreat huius ope.
cuius opima chlamys tremebundum texit egenum,
eius apostolici vos tegat ala viri.
qui viduae matri revocavit ad ubera natum,
ipse tibi hic tribuat pignora, mater, ava,
ut Childebercthus maneat cum prole novella,
rex sua regna tenens et nova regna trahens,
de genita ut videas genetrix, ut dulcius optas,
deque nuru cara quod tua vota rogant:
unde hic felices habeant sua festa fideles
et domini famulis sitis honoris apex,

---

31 hinc *A* quae *H* regna *pro* reges, *cf. 42; 9, 44* 32 polos *A*, polus *R* 33 uos intra a. t.] uos inter a. t. *codd. praeter* uos inter angelicis turmis AM^1 (*ut vid.*) *G*, angelicis uos in turmis *H* 34 hominis PM^1 36 *om. P* cuius *R* tem*** A^1 *corr.* A^1 diptychus] dypticus *A*, dipticus *rell.* ebit *BL* ebu *C* 37 apostholicos *C*, apostolicus PG^1 patronus *C* 39 et *om. P* cristum *P* 40 uota $GRFM^2B^2$] uita $ACPM^1B^1L$ 41 anti CPM^1 sua] uestra *H* solemnia *CPG* 43 depotet PM^1 uestrum dominus *H* hinc *A* 44 huius *om. P* amor *C*] amor* *A*, opis *MGBLRFH*, *om. P* 45 quique dedit habitans] qui dedit habitans $CPMGB^1RF$, qui dedit inhabitans *L*, qui dedit hic habitans AHB^2, q. d. his h. *Browerus* 46 hinc *L* 50 uota] dona *codd.* 51 homine *A*, hom*ni P^1 *corr.* P^1 abtraxit AG^1 uenenam P^1 52 ipse *ACP*, B^1 *corr.*, *LH*] ipsa MGB^1RF uitet A^1 53 serpentes *C* retrorsum *i. ras. 2 m. P* 54 *i. ras.* P^2 (*f. 56v init.*) fugit ACM^1, fugiet *R*, fugat P^2 55—60 *hic om.* P^1 *sed extant post V, 2, 61; hic supplet* P^2 55 liconti *BLF* 56 incolumis] incolomis *codd.* 57 chlamys] clamys *APM*, clamis CG^1BL, clames G^2, clauis *F* 58 apostholici *CM* *post* 60 *in P sequitur V, 2, 5* 61 childebercthus *R*] childeberchtus *M*, childeberthus *C*, childebertus *AGBL*, gildebertus *F* 63 uide**s C^1 *corr.* C^1 genitrix *L* 65 fideles *i. ras. 1 m. C* 66 honore *M*

quo tibi plus libeat, Brunichildis, habere patronum,
    quando domum et dominos servat in orbe pius.
sic quoque te erudiat, regat et sic tramite ducat,
    actibus ipsa piis ut sibi iuncta mices.

VIII

Ad eosdem in laude

Si praestaretur praeconia pandere regum,
    non mihi sufficeret nocte dieque loqui,
qualiter hic populus dominorum pendet amore
    et vestris oculis lumina fixa tenet.
vos, quibus et speculum et lux et dulcedo manetis,
    carum ornamentum his simul estis, honos.
praecipuum donum placidum et placabile regnum,
    ac vestro in statu est culmen in orbe pium.
hicque parentela et patria et tutela coruscat,
    hic decus atque gradus, hic pietatis opus,
hic tranquilla quies, hic spes iucunda fideli,
    postque deum in vobis dona salutis habent.
hic ego cum populo mea vota et gaudia iungo,
    quae pius amplificans crescere Christus agat.
praestet cura dei vos longa in sede tueri,
    caelesti ac dono regna tenere diu.
adquiratis adhuc nova vel possessa regatis
    ac pie participes has foveatis opes,
ut tibi quae floret de nato et germine, messem
    maturam videas, mater honore micans;
sic ut et ex genito genitisque nepotibus amplis
    altera progenies inclita detur avae.
de Childeberctho dulcedine flore salute
    fructum habeas genetrix, plebs sua vota videns.
de nata atque nuru cumulet tibi dona creator
    cumque pio merito stes placitura deo.
hic ego promerear rediens dare verba salutis,
    congaudens dominis parvulus ipse piis:
prospera sint regum, populorum gaudia crescant;
    exultet regio, stet honor iste diu.

---

67 bronichildis *CM*, pronichildis *G*, brunechildis *L*   68 et *om. G*   dominos *Mommsenus*] dominus *codd.*   urbe *M*¹*G*   prius *L*   69 te *om. C*   70 sibiuncta *C*   *subscr.* v. LXX *ACM*   *in H sequitur c. VIII*

VIII   *tit. om. C*   in laude] LAVDANDO *FH*   3 qualiter] qualiter autem *G*   pendet *H*] pendit *rell.*   4 et] ut *M*   tenet] tenent *codd.*   5 dulcido *CM*   7 praecipium *C*   placitum *A*   8 stato *G*¹, stratu *F*   9 hicque] hisque *codd.*   tula *CM*¹, aula *A*   10 opis *H*   11 quies] dies *codd.*   iucunda *ACMF*] iocunda *GBL*   14 cristus *G*   15 praeest *A*   **ede *C*¹   16 caeleste *AM*¹, caelestae *C*   21 genitusque *BL*, *fort.* genitaque, *cf. 25; append. 6, 10*   22 inclyta *CGR*   23 childeberctho] childebertho *C*, childeberto *AMBL*, childebercthi *R*, childeberthi *G*, childeberti *FH*   dulcidine *M*   salutis *GH*   24 genitrix *L*   ples *C*   27 ego *ACMGH*] quoque *BL*, *om. RF*   28 paruolus *A*   29 prospera sunt regum *R*, p. sint ***um *M*¹, prosperas integrum *B*¹ (*corr. B*¹) *F*   *subscr.* v. XXX *AM*

IX

De navigio suo

Regibus occurrens ubi Mettica moenia pollent,
visus et a dominis ipse retentor equo.
Mosellam hinc iubeor percurrere navita remo,
accelerans tremulis pergere lapsus aquis.
ascendensque ratem gracili trabe nauta cucurri,
nec conpulsa notis prora volabat aquis.
interea locus est per saxa latentia ripis:
litore constricto plus levat unda caput;
huc proram inplicitam rapuit celer impetus actam,
nam prope iam tumidas ventre bibebat aquas.
ereptum libuit patulos me cernere campos
et fugiens pelagus ruris amoena peto.
gurgite suscipior subter quoque fluminis Ornae,
quo duplicata fluens unda secundat iter.
inde per exclusas cauta rate pergimus undas,
ne veluti piscem me quoque nassa levet.
inter villarum fumantia culmina ripis
pervenio qua se volvere Sura valet.
inde per extantes colles et concava vallis
ad Saram pronis labimur amnis aquis.
perducor Treverum qua moenia celsa patescunt,
urbs quoque nobilium nobilis aeque caput.
ducimur hinc fluvio per culmina prisca senatus,
quo patet indiciis ipsa ruina potens.
undique prospicimus minitantes vertice montes,
nubila quo penetrans surgit acuta silex,
qua celsos scopulos praerupta cacumina tendunt
hispidus et tumulis crescit ad astra lapis.
nec vacat huc rigidis sine fructibus esse lapillis:
denique parturiunt saxaque vina fluunt.
palmite vestitos hic respicis undique colles
et vaga pampineas ventilat aura comas;

IX *edidit Boeckingius p. 110* (*v. ad III, 12*) 1 metica *GF* 2 equi *A*, equii *CM* 3 mosellam] musellam *GBLRF*, musella *ACM* percurre *M* 5. 6 *om.* *M*^{1}, *suppl. in ora infima manus diversa sed aequalis* 5 traue *AC* cucurri *Par.*] cucurrit *codd.* 6 conpulsa *AM*] compulsa *CBL* notis *B*] nothis *rell.* uolabat *GL*] uelabat *ACMBRF* 7 axa *ex* axt *1 m.* *A* patentia *Mommsenus* 9 hunc *A* inplicitam *ACMG*] implicitam *BL* rapuit *om.* *A* 10 aques *C*^{1}, aquis *B*, equus *F* 12 petis *C*^{1} 14 quod *AGBL* secondat *R*, secundet *G*^{1} 15 excussas *C*^{1} 17 cumina *AC* 18 *rursus incipit D* 19 extentos *BL* caua ualles *A* 20 saram *Trossius teste Boeckingio*] suram *codd.* (sura *AC*) labitur *Par.* 21 treuerum *MGRF*] triuerum *ACD*, treuirum *BL* moena *AM*^{1} 22 orbs *A*^{1}*C*^{1}*M*^{1} *corr.* *A*^{1}*C*^{1}*M*^{1} capit *A* 26 nubia co *A*^{1}, nubilia quo *CA*^{2} penitrans *C* surget *M*^{1} 27 celsus *A* scopolos *M*, scopulus *A* 28 tumidis *L* 29 uacat huc *DGF*] uagat huc *ACR*, uagat huic *BL*, uagat his *M* (his *ex sil.*) regidis *C*, rigitis *A* lapis *D* 31 uestitus *A* collis *A*

cautibus insertae densantur in ordine vites
    atque supercilium regula picta petit;
culta nitent inter horrentia saxa colonis:
    in pallore petrae vitis amoena rubet,
aspera mellitos pariunt ubi saxa racemos,
    et cote in sterili fertilis uva placet
quo vineta iugo calvo sub monte comantur,
    et tegit umbrosus sicca metalla viror;
inde coloratas decerpit vinitor uvas,
    rupibus adpensis pendet et ipse legens.
delicias oculis habui dapibusque cibatus,
    haec iucunda tenens, navita regna sequens
hinc quoque ducor aquis qua se rate Contrua conplet,
    quo fuit antiquum nobilitate caput.
tum venio qua se duo flumina conflua iungunt,
    hinc Rhenus spumans, inde Mosella ferax.
omne per illud iter servibant piscibus undae
    regibus, et dominis copia fervet aquis.
ne tamen ulla mihi dulcedo deesset eunti,
    pascebar Musis, aure bibente melos:
vocibus excussis pulsabant organa montes
    reddebantque suos pendula saxa tropos.
laxabat placidos mox aerea tela susurros,
    respondit cannis rursus ab alpe frutex.
nunc tremulo fremitu, modo plano musica cantu
    talis rupe sonat qualis ab aere meat.
carmina divisas iungunt dulcedine ripas,
    collibus et fluviis vox erat una tropis.
quo recreet populum, hoc exquirit gratia regum,
    invenit et semper quo sua cura iuvet.
Antonnacensis castelli promptus ad arces
    inde per accedens sarcina pergo ratis.
sint licet hic spatiis vineta in collibus amplis,
    altera pars plani fertilis extat agri:
plus tamen illa loci speciosi copia pollet,
    alter quod populis fructus habetur aquis.
denique dum praesunt reges in sedibus aulae
    ac mensae officio prandia festa colunt,

---

33 insertae *Par.*] insertis *codd.* (infestis *M ex sil.*) 34 *glossa in G:* regula] restitudo uitum 36 uites *A* 37 mellitus *A* rapiunt *BL* 38 quote *A* 39 uincta *L* 40 metella *C* 41 uinitur *A* 42 appensis *BL*, adpensas *Mommsenus* pendet *F*] pendit *rell.* 44 iucunda *AMDG*] iucuntia *C*, iocunda *BL* regna *cf. ad 7, 31* 45 **contrua (*eras.* du) *C*, *cf. Boecking.* (conplet *M*) 46 antiquo D^1 *corr.* D^1 48 regus C^1, renus *corr.* C^1 mosella] musella *codd.* 49 seruibunt *A*, seruiebant *R*, seruabant *CL* *probabile est scripsisse poetam* feruebant p. u., regibus et d. c. seruit 51 dulcido *M* 53 excussi *BL* 56 respondet *L* 57 plana *DBRF* musca CM^1 canta *D*, canto C^1 *corr.* C^1, campum *F* 58 tales *A* rupe] pe C^1 ab aere] habere *AR* 59 carmine *L* dulcidine *M* 60 fluuis *M*, fluus *C* trophis *R* (*ut 54* trophos), ripis *L* 61 exquiret *A* 62 iura *BL* iuuet *L Boeckingius*] iubet *rell.* 63 antonacensis *DBL*, adtonnacensis *F* pruptus *M* ad aures *L* 64 per] prope *Browerus* (accedens *potius corruptum videtur*) 65 lucet G^1 uenita ACM^1 67 spatiosi *C* collet *D*

retibus inspicitur quo salmo fasce levatur,
    et numerat pisces, cum sit in arce sedens;
rex favet in mensa, resilit dum piscis ab unda,
    atque animos reficit quod sua praeda venit.
illuc fausta videns, huc laeta palatia reddens
    pascens ante oculos post fovet ipse cibis.
praesentatur item mensae Rheni advena civis,
    turbaque quo residens gratificatur edens.
ista diu dominus dominis spectacula praestet,
    et populis dulces detis habere dies:
vultibus ex placidis tribuatis gaudia cunctis,
    vester et ex vestris laetificetur apex.

X

Versus de oratorio Artannensi

Magna beatorum retinet haec terra talenta,
    divinis opibus dives habetur humus.
pars dextra angelico Gabrielis honore coruscat,
    gaudia qui mundo detulit ore sacro,
quando aeternalem concepit virgo salutem,
    dona redemptoris nuntius iste ferens.
laeva est parte lapis tumuli, quem corpore Christus
    pressit morte brevi, victor eundo patri.
hic quoque reliquiis micat ille Gregorius almis,
    qui probus igne redit nec pice mersus obit.
sunt etiam Cosmas, Damianus et ipse, salubres
    non ferro artifices, sed medicante fide.
est Iulianus item, gladio iugulatus amico,
    plebs quem Arverna colens arma salutis habet;
Martinusque sacer, retinet quem Gallicus orbis,
    cuius Christum operit dimidiata chlamys,
se tunica spolians nudum qui vestit egenum,
    unde datae sibi sunt alba topazus onyx,

---

71 psalmo *C* 73 in mensa *B*] inmensa *ACGL*, immensa *vel* īmensa *rell.* resilet d. pisces *A* abundat *A*, habund̄ *F* 74 animo *C* *decent haec puerum regem* 76 oculos *ABLR*¹] oculis *CMDG*, *R*¹ *corr.*, *F* cibus *M*¹, cibos *A* 77 mensa erhini a. ciues *A* 78 resedens *ACM* 80 pulis *D* dulcis *CM*¹*D* 82 et *om.* *CMG* *subscr.* v. LXXXII *AMD*

X *1—14 extant in P f. 81ʳ post IX, 12, 6 hoc ordine:* 1. 2. 11—14. 9. 10. 3—8 *hoc titulo:* DE SANCTIS QVOSMA ET DAMIANO IVLIANO GREGORIO ET DE GABRIHELE ARCHANGELO *tit. om.* *C* uersus *om.* *GL* ARTANNENSI *G*] ARTANNENSE *rell.* (ARTANENSE *AD*) 2 hab**** *P*¹ 3 pras *D*, pax (*MR*) gabrielis *MB*] gabrihelis *ACPGLF*, gagribrihelis *R* 6 don*a *M* *fort.* ipse ferans *P* 8 pressi* *P*¹ uictor] uii** *P*¹ *in P sequitur X. 13* 9 gregorius *DGBL*] *item, sed prior* r *1 m. corr. ex* e *C*, georgius *PMRF ex sil.; de P dubitare facit titulus* almus *AC*¹ 10 morsus *LB*², morbus *B*¹ 11 cosma dumianus *C*¹ (*corr.* *C*¹?) 12 ferr* *B*¹ *corr.* *B*¹, ferre *R* artificis *M*¹ medicanto *P* 13 iuculatus *CP* 14 pleps *PG* aruerna *ACPMG*] aruenna *DBLR* coles *D* habes *BL*, habent *F* 15—20 *extant in P f. 69ʳ post I, 5, 22* 16 cristum *CR* chlamys] clamys *PMR*, clamis *ACDGBL* 17 tonica *DBR* 18 data *P*, late *R* sibi *ACPG*] tibi *rell.* onyx *MGBL*] onix *AR*, onux *CPD*

quae meruere aliqui hoc in corpore cernere sancti,
gemmarumque sonus quod patefecit opus.
additur hic meritis cum nomine Victor opimis,
munere martyrii qui tenet alta poli:
hic veteris virtute viri nova palma Niceti,
urbem Lugdunum qui fovet ore, sinu.
horum pastor opem corde, ore Gregorius orat,
vivat ut altithrono vir sine fine deo.

XI

In nomine domini nostri Iesv Christi

Versus facti in mensa in villa sancti Martini ante discriptores

Cum videam citharae cantare loquacia ligna
dulcibus et chordis admodulare lyram
(quo placido cantu resonare videntur et aera)
mulceat atque aures fistula blanda tropis:
quamvis hic stupidus habear conviva receptus,
et mea vult aliquid fistula muta loqui.
ecce dies, in quo Christus surrexit ab imo,
infernae legis rumpere vincla potens,
quando et vinctorum lacrimantia milia solvit
et revomunt multos Tartara fracta viros.
additur hic aliud, quod Martini aula beati
emicat haec ubi nunc prandia festa fluunt,
qui valuit gestis aures pulsare Tonantis,
obtinet et meritis quod petit alta fides,
qui pie restituit defuncta cadavera vitae
atque dei prompte praebet amicus opem;
cui successor ovans modo rite Gregorius extans,
ille quod adquirit, hic regit ore, fide.
qui rogat hic praesens, alibi licet insidet absens,
exhibet atque cibos pastor in urbe bonus.
nunc igitur celebrate diem sollemniter omnes
quos deus omnipotens hic dedit esse pares,
quos sibi Martinus collegit amore benignus
et facit ecce escas hic epulare suas.

19 qua L   post 20 in P sequitur X, 5   21 huic F   23 ueteres C^1M 24 lucdunum C   fo*et C^1 (corr. C^1?)   subscr. v. XXVI MD, XXIV A

XI extat in H f. 204   tit. om. C   in — christi om. GBLH   domini] DOMINI DEI AMR   nostri om. A   FACTI G] FACTVS AMR, FACTOS D, EDITI H, om. BLF   ANTE DISCRIPTORES AMDR] ANTE DEI (DI) SCRIPTORES B, ANTE DESCRIPTORES GF, om. LH   cf. Greg. H. F. IX, 30   1 cytharae AB, chitharae C   lingua DFH, digne C   2 cordis CGBL   biram C   3 canto AM   r**sonare G^1 4 blandotropis C   5 stupidos A^2 habeor R, habeas BL, om. D   receptos A   7—10 extant in P f. 66r inter III, 9, 38 et 39   7 ecce] ista P   quo] co C, qua P, cf. III, 9, 40   12 e*micat (eras. t) C   fluunt] soluunt R   14 obstinet G^1 quo A   15 pia H   16 prumpte CM, prote G^1 probet G   17 qui D   egregius H   18 adquiret A   19 insedet CM^1BL, inde sed A   20 exibet DBR   cibus AMDG   urbe] orbe codd.   21 hunc H   sollempniter M   22 pa*res (eras. t) C, paries B   23 colligit C   benigno R

ergo sub incolumi Childeberctho ac Brunichilde,
    quos tribuit celsos regna fovere deus,
vos, quos miserunt, populum moderate fidelem
    et relevate inopes, si quis et extat egens;
ac bona de dominis noscendo et agendo benigna
    sint quoque laetitiae pabula vestra fide.
quos invitavit Martini mensa beati,
    sumite gaudentes quod dat amore dies.
quae bonus antistes noscendo Gregorius expers
    plaudat et haec populus gaudia vestra canat.
cuius et haec domus est a Christo exoret amator,
    reges, vos, populos ut tegat arce deus.

XII

Pro puella a iudicibus capta

a Ad Gregorium episcopum

Exemplo domini mihi vel venerabilis orbi,
    qui minimas non vis perdere, pastor, oves,
sollicitis animis curam per pascua tendens,
    ne desint caulis, circuis ore greges:
hic igitur gerulus genitam flens impie demptam,
    captivam subolem tempore pacis habens;
Martinique pii successor honore, Gregori,
    qui pater es populi, hanc, rogo, redde patri.
iugiter ille sacris meritis inluminat orbes:
    orbato hanc patri redde videndo diem.

b Item pro eadem re ad Romulfum

Si rapidis oculis te semper, amice, viderem,
    sic quoque vix avidum me satiaret amor;
qui, si praesentis non possum cernere vultum,
    te mihi vel scriptis, care, saluto libens.
hunc etiam famulum commendo, benigne, verenter,
    et si iusta petit, hunc tua lingua iuvet.

---

25 incolumi] incolomi *codd.* childeberctho] childebercto *R*, childebertho *CGBF*, childeberto *AMDLH* brunihilde *M*, brunechilde *L*, brunchilde *D* 26 celsus *AFM*² 27 moderate] moderare *codd.* 28 releuate] releuare *codd.* et] e• *C*¹, *om.* *M*¹*D*¹ (*suppl.* *D*¹) 29 domnis *BLRF* et agendo *initio versus* *C* benignas *C* 30 sunt *BL* 31. 32 *extant in P f.* 69ʳ *post XI*, 9, 6 32 summite *PR* gaudentis *M*¹ quos (*M*)*BL* *in P sequitur XI*, 4, 9 33 antestis *A* exspera *G*, expres *R* 34 populus] populis *codd.* cana•t (*eras.* n?) *D* 35 cristo *CR* 36 rege suos *R*, rege suo *H*, reges ac (*M*) *subscr.* v. XXXVI *MD*, XXVI *A*

XII^a *tit. om.* *C* AD G. *initio tituli* *G* ep. *om.* *G* 3 animis *om.* *B*¹ 4 nec *D* circuir *A* 5 gerolus *A* flet *F* 6 subolem *CM*] sobolem *rell.* 7 que *om.* *C* 9 orbes *RG*²] orb•s *B*¹, orbos *rell.* 10 orbati *R* redde] re *CM* *subscr.* v. X *AD*

XII^b *tit. om.* *C et praeter* ITEM *G ut in sqq.* item *om.* *LF* ROMVLFIM *M* 1 uide••• *eras.* uir *D* 5 hinc *M*¹ comendo *C* •erenter *C*¹ *corr.* *C*¹ 6 ut *A* hinc *BL*

qui tortus graviter genitam sibi luget abactam,
per vos ut redeat filia clausa, rogat,
paupere ut audito, dum estis medicina dolenti,
et vestris curis sit pia cura deus.

c Item pro eadem re ad Gallienum

Officiis exerte tuis, moderamine sollers,
sollicitus studiis, utilitate, comes:
more mihi solito, dulcis, tibi debita solvo;
qui colo devinctus, reddo salutis opus.
sit commendatus homo quem male torsit iniquus,
perdidit et genitam, heu, miser iste suam.
huic da iustitiam de vulnere corporis emptam
et pie captivam fac remeare suam.
inter utramque necem cui lex et filia defit,
unus in ambabus rebus adesto salus.

d Item pro eadem re ad Florentinum

Dum pergit hinc quisque viam, mea pagina currat,
prodat ut eloquio quod sibi debet amor.
nunc quoque care mihi, bone semper, amice fidelis,
pectore devotus reddo salutis opus.
commendo hunc etiam famulum, dure ante redactum,
tortus qui legem nec meruisse gemit,
illa dolens gravius quam vulnera corpore fixa,
quod sibi subducta est filia parva, rudis.
audiat hanc vocem pietas miserando benigne;
quae sibi cum tribuis, hinc tibi magna dabis.

XIII

Ad episcopos in commendatione peregrini

Pontifices summi, fidei via, semita vitae,
quos dedit omnipotens luminis esse duces
custodesque gregi caelestis contulit agnus,
vos bene pastores, ut foveantur oves:

---

8 clausa] causa *codd.* *subscr.* v. x *M*

XII[c] item *om.* *F* p. e. r. *om.* *L* GALIENVM *AL* 1 exerte *ACDG*] exerce *BLRF*, experte (*M*) *Browerus*, *cf.* *V*, 3, 3 tuis] *fort.* piis moderamina *BL* sollers *AC*] solers *DGBL* 3 mihi*** (*eras.* rum) *C* 4 reddo *ACMG*] redde *DBLRF* *subscr.* v. x *D*

XII[d] item *om.* *F* p. e. r. *om.* *L* FLORENTIANVM *A* 1 currit *F* 4 redde *R*[1] (*corr.* *R*[1]) *F* 6 gemit] legemit *C*, git *D* 7 ille (*M*) 8 rudes *ACM*[1]*R* 9 hunc *ACMD* *recte sine dubio*, *fort.* hunc inopem uoce *R* *subscr.* v. x *AM*, XII *D*

XIII *extat in P f. 81*[v] *post 10, 8 hoc titulo:* AD PONTIFICIS ET AD DIVITES DE ELIMOSINE FACIENDA *tit.* *om.* *C* a. e. i.] AD PONTIFICES PRO *G* COMMENDATIONEM *D* PEREGRINVM *A* 2 duces] luces *B*[2], lucem *L* 3 custodisque *AC*, custodes *BL* regi *L* 4 bene *om.* *P*[1]

ecce viator adest peragens iter inscius illud
finibus Italicis, heu peregrina gemens.
exulis auxilium, errantis via, norma salutis,
ad reditum patriae sitis honore patres.
semina iactetis, mercedis ut ampla metatis
et redeat vobis centuplicata seges.
Fortunatus enim humilis commender opimis
ac per vos domino, culmina sancta, precor.

XIV

De Platone episcopo

Provida disponunt reges solacia plebi
pontificem dantes quem probat alma fides,
ut colat Hilarium, quem dat Martinus alumnum,
et confessoris protegat ala potens,
dirigat hic populum successor honore beato.
et clerum ecclesiae qui moderetur ope.
floreat arce decens rex Childebercthus in orbe
cum genitis populo matre sorore iugo.
gaudia laeta paret praesentia sancta Gregori
et geminas urbes adiuvet una fides.
qui modo discipulo Platone antistite summo
sollemnem ecclesiae hic dedit esse diem.

XV

Ad Armentariam matrem domni Gregorii episcopi

Felix bis meritis sibi Machabaea vel orbi
(nobilitas generis nobilior genitis),
quae septem palmas caelo transmisit ab alvo,
martyriique decus protulit ille uterus.
tu quoque prole potens, recte Armentaria felix,
nec minor ex partu quam prior illa suo.

---

6 *om. P* fontibus C^1 7 exulis *L*] exsulis GBM^2, exolis *AP*, exsolis CM^1, excilis *D* errantes AP^1 nurma *C* 8 *om. P* redditum *M* 9 semino *C*, simino *A* iactetis] iectatis *P*, iecantae ACM^1, iactantes $DGRFM^2$, *om. BL* mercedes *A* meatis M^1R, metetis *A* 10 reddeat *M* centuplecata M^1, centiplicata *A* *post* 10 *in P sequitur 17, 11* *subscr.* v. XII *AM*, XI *D*

XIV *tit. om. C* PLATONO *R* 1 regis *ACDBL* (solacia *M*) 4 alma *B* 5 beat* (o *eras.*) *M*, beatus *F* 6 c*lerum (e *eras.*) *M* 7 tenens *R*, dentens *expuncta priore* n *D* childebercthus] childeberthus *CG*, hildibertus *F*, childebertus *rell.* 8 iugo *i. e.* coniuge 9 gregorii FG^2 10 urbis *A* adiuuat *D* 11 quo *D* antestite *ABR*, an***tite (*eras.* tis) *C* 12 solemnem G^1 *subscr.* v. XII *AMD*

XV *extat in Ven. p. 219* *tit. om. C* AD GREGORIVM EPISCOPVM *G* AD ARMENTARIAM MATREM AFB^2] AD ARMENTARIA MATREM *D*, AD ARMENTARIA MATRE MB^1R, DE ARMENTARIA MATRE *GL* DOMNI *AD*] DOMNO *MR*, *om. GBLF* GREGORIO *MR*, *om. G* EPISOPO *MR*, *om. GL* 1 machabaea] machabea *AGBLF*, maccabea *CMDR* 4 ille uturus *R*, illa heu testis *A* 6 suo] sinu *codd.* (sinum *R*)

illa vetus numero maior, tu maxima solo:
quod poterant plures, unicus ecce tuus.
fetu clara tuo, geniti circumdata fructu,
est tibi Gregorius palma corona decus.
me Fortunatum humilem commendo verenter
ac mihi caelestem quaeso preceris opem.

XVI

Pro comitatu eius Sigoaldo

Finibus Italiae cum primum ad regna venirem,
te mihi constituit rex Sigiberethus opem,
tutior ut graderer tecum comitando viator
atque pararetur hinc equus, inde cibus.
implesti officium custos, revocaris amico;
et mihi vel tandem iam mea cura redit.
dic, meus, [unde] venis post tempora plurima dulcis,
magnus honore tuo, maior amore meo,
promptus in affectu, Sigoalde benigne, clientum
et Fortunato nomen, amice, pium?
rex Childeberethus crescens te crescere cogat:
qui modo dat comitis, det tibi dona ducis.
de domino tali videant sua vota fideles,
cursibus et fiat prospera vita via.

XVII

Ad Sigoaldum comitem, quod pauperes pro rege paverit

Actibus egregiis praeconia fulgida fulgent:
laus tua, Christe, sonet, dum bona quisque gerit.
unde genus hominum placeat tu, summe, ministra,
nam nisi tu dederis, prospera nullus agit.

---

7 solo] loco *C*, illo *A*, caelo *vel* celo *rell.* (*in communi archetypo fuit* colo) 8 ecce tuus] hoc tuus *CM*, hocque tuus *A*, hoc tuus est *DGBLRF*, hicce tuus *Ven.* (*non scripsit* hoce) 9 genitu *R*, genito *DBL* 10 est] et *BLRF* decus] nouus *codd.* 12 precaris *A* *subscr.* v. XII *AM*

XVI *tit. om. C* EIVS *om. F* SIGVALDO *B*, SIGOALDI *L* 2 sigiberethus] sigiberchtus *M*, sigiberctus *R*, sigiberthus *CG*, sigeberthus *A*, sigibertus *D*, childeberctus *B*, childebertus *L* opem *om.* B^1 4 indicibus *C* 5 custus *C* reuocares C^1 6 dedit *D*, edit *R* 7 dic meus unde *DBLRF*] dic meus *CMG*, dicque meus *A* 9 prumptus *MR* sigoalet C^1 *corr.* C^1 10 furtunato *M* amice] *praeter* a *i. ras. G*, amicice *D* 11 childeberethus] childeberchtus *M*, childeberthus *ACGB*, childebertus *LR*, hildibertus *F* 12 comites A^2 duces *AC* *subscr.* v. XIV *AD*, XI *M*

XVII *extat in H f. 204ᵛ* *tit. om. C* SIGOALDO *MR*, SIGOBALDVM *H* COMITE *MR* QVANDO *BL* PAVERIT *AH*] PAVERET *MG*, PAVIT *BL*, PAVERVNT *R*, PAVERINTVS *sic D* quod — pauerit] DE PAVPERIBVS *F* 1 fulgent G^2] fulgens *rell.* 2 criste *C* 3 ministrat *C*

divitibus largus forte hinc et parcus egenis,
    se ut redimat dives quando fovetur egens.
dulciter ista tui pia sunt commercia regni:
    dum escam sumit egens, divitis auget opes.
pauper ventre satur satiat mercede potentem:
    parva capit terris, praeparat ampla polis.
divitibus plus praestat egens quam dives egenti:
    dat moritura cibi, sumit opima dei,
dans terrae nummum missurus ad astra talentum,
    e modicis granis surgat ut alta seges.
dent, iactent, spargant, commendent semina Christo,
    hic dare nec dubitent quae reditura manent.
da: sic Christus erit tibi thesaurarius inde;
    praesta inopi quidquid reddere Christus habet,
hac animatus ope exposcens meliora Tonantis
    nec dubitante fide quod deus ista dabit.
pro Childebercthi regis florente salute,
    surgat ut in solio qui fuit altus avo,
fiat ut hinc iuvenis validis robustior annis,
    ceu viguit proavus, sic sit in orbe nepos,
ergo suus famulus Sigoaldus amore fidelis
    pauperibus tribuit, regis ut extet apex.
hinc ad Martini venerandi limina pergens
    auxilium domini dum rogat ipse sui
et dum illuc moderans rex pro regione laborat,
    ut precibus sanctus hunc iuvet, illud agit.
denique procedens * * sacra festa tenere
    pauperibus Christi praebuit ipse dapem.
dispensata placent alimenta per agmina Christi,
    pascitur et populus quem fovet arce deus.
plurima caecorum refovetur turba virorum,
    est quibus in tenebra lux deus atque via.
hinc alitur clodus quem dirigit ordine Christus
    quique sui domini pendulus implet opus.
quis referat tantos memorare sub ordine morbos,
    occurrens pariter quos sua cura fovet?

5—18 *extant in P f. 81ᵛ post 13, 10 hoc ordine: 11—18. 5—10* 6 se ut *APMGBF*] seu *CBL*, set *D* redimet *G*, redima P^1 *corr.* P^1 7 tui] *** *P* regni] re*** P^1 8 diuites PM^1 9 *om. F* uenter *CPR* satiatur *A* mercide CM^1 10 paruo *A* *in P sequitur v. 33* 11 egens] aeges *P* 13 misurus B^1, missirus M^1, misserus *D*, missuris P^1 talendum *C*, lentum M^1 14 e] et *codd.* 15 cristo CPG^1 16 nec *C*] ne *rell.* 17 da sic christus] da si cristus *CG*, da sic acristus *P*, da si christus *rell.* tesaurarius *M* 18 praestat *PR*, dat *F* quidquid AG^1] quicquid $CPMBLG^2$ reddire *C* cristus *P* abet *M* 20 ne *C* 21 childebercthi *M*] childebercdi *G*, childebercti *R*, childeberthi *AD*, childeberti *CBL*, hildeberti *ex* hildeberto *F* 23 hunc *BLF*, huc *R*, hic *H* ualedis *M*, ualidus *R* 24 urbe *A* 25 famulus *bis A* amore] in orbe *L*. 28 suae *A* 29—32 *om. H* 29 illic *DG* 30 hinc *M* iuuet *GL*] iubet *rell.* 31 procedens] procedens cupidus *Browerus*, *fort.* procedens Turonos (*v.* 27) 33. 34 *in P post v. 10* 33 cristi *P* 34 et] hinc *P* *in P sequitur IX, 1* 35 plurima *a*corum M^1, plurimae aequorum *C* reuouetur G^1 36 in tenebra] inta *C*, in tua *BLRF*, interna *DGH*, hinc uita *A* 37 clodus *FH*] chlodus *ACDGBR*, claudus LM^2, chladus M^1 dirigitur dine *C* 38 quisque BLG^2, quinque *R* 39 tantus *CMD*

unde catervatim coeuntia milia pascens
erogat ut habeat, rex quoque cuncta regat.
te Fortunatus, comes, hinc, Sigoalde, salutans
regis [ut] auxilio des meliora precor.

XVIII

De prandio defensoris

Paschale hic hodie donum memorabile floret;
defensor pascit, quo comes ipse favet.
delicias domini quas tempora vota ministrant
undique conveniunt flumine fruge polo.
Childeberchthi etiam dominatio longa refulgens
te, Sigoalde, diu sublevet arce, gradu.
sit regio felix felicis regis amore
atque boni comitis crescat honore fides.

XIX

Ad Galactorium comitem

Venisti tandem ad quod debebaris, amice,
ante comes merito quam datus esset honor.
Burdegalensis eras et, cum defensor, amator:
dignus habebaris haec duo digna regens.
iudicio regis valuisti crescere iudex,
famaque quod meruit regia lingua dedit.
debet et ipse potens, ut adhuc bene crescere possis,
praestet ut arma ducis, qui tibi restat apex,
ut patriae fines sapiens tuearis et urbes,
adquiras ut ei qui dat opima tibi,
Cantaber ut timeat, Vasco vagus arma pavescat
atque Pyrenaeae deserat Alpis opem.
aut (quasi grande loquor) facit hoc sacer unicus auctor:
a domino erigitur parvus et altus homo.
de tirone ducis venit, et de milite princeps,
ut reliquos taceam, Iustinianus erat.

---

41 pascens] passim L^1 *corr.* L^1 42 reget C^1 *glossae in G:* erogat] diuitias; habeat] illas; regat] si fuerint seruati a fame 43 fortunatum *A* segoalde *CMR*, sagoalde *B* 44 regis ut auxilio] regis ut auxilium $DBLG^2$, regis auxilium *M*, G^1 *corr.*, *BF*, regis auxiliom G^1, reges auxilium *AC* *subscr.* v. XLIV *AMD*

XVIII 1 odie B^1R 2 defenso *AC* qui *AR* ipsa *A* 3 dilicias *B*, deliciae *DG*, diliciae *R* domino *G* quas *DG*] quae *rell.* uota] *fort.* grata ministrat *DF* 4 conueniant (*MR*) 5 childeberethi *G*] childeberchti *M*, childeberoti *R*, childeberthi *CD*, childeberti *ABL*, hildiberti *F* 6 sigualde *C* gradu] g***du C^1 8 comites M^1R *subscr.* v. VIII *D*, XVI *M*

XIX GALLACTORIVM *F*, GALATORIVM *A*, SALACTORIVM *L* 1 ad *ACMG*] *om.* *DBLRF* quo *F* 3 burdegalinsis *A* 5 indicio *BL* 8 praestit M^1 duces *A* 9 urbes] ***fes C^1 *corr.* C^1 10 atquiras *C*, acquiras M^1 11 uuasco *BL* pauiscat *C* 12 disserat *MRF* 13 aut] *fort.* at 15 tirone *ACMG*] tyrone *DBL* ducis *A*] duces *rell.* (ducis *nominat.*) *glossa in G:* duces] sc. ueniunt uenit et] ueniunt *Browerus*, uenient *Mommsenus* limite *B*

hoc et in ecclesia Christo tribuente refertur:
    de exorcista aliquo pontificalis honor.
egregius merito Martinus testis habetur,
    qui fuit ante sacer quam sacra iura daret.
hoc agit omnipotens, totum qui condidit orbem,
    magnaque sola putes quae facit ipse potens.
laetior ergo, precor, maneas in culmine rector,
    maiora sperans, vir ratione sagax,
rege sub hoc florens aeternaque regna requirens
* * * * *
iustitia ac pietas tecum comitata coruscet:
    illa tuum pectus protegat, ista latus.
alta fides etiam, dilectio fida nitescat,
    et Fortunato sis, comes, amplus amor.

---

17 refer*ur A^1, referetur CM^1 18 exorzista *F*, exorcistas A^1M^1, exorcistis *C* aliquos *R* 19 habetor M^1 20 iure *G*, *om.* *R* 21 ait *D* condedit M^1 22 ipsa potens *R* (ipse potens *ad* putes) *in D* (*f. 132 in.*) *nova manus incipit* 23 laetitior *D* 24 maior asperans *R*, maior adsperans *F* (*vix scripsit* maiora aspirans) 25 regina *M* 26 *om. codd.*, *spatium 1 v. relinquunt MDLRF*, G^2 *in marg.*: hic deest uersus 27 comita *DR*, comitante A^1 coruscet] coruscent *codd.* 29 nitiscat CM^1 30 furtunato *M* amplius *DF* *subscr.* v. XXX *AMD*

EXPLICIT LIBER X INCIPIT (INC. EXPOSIT̄ SYMB̄ *A*) LIBER (L. *om.* *GF*) XI *AMDGBRF*, EXPLICIT LIBER X FORTVNATI INCIPIT LIBER EIVSDEM VNDECIMVS *L*, *subscr. om.* *C*

LIBER VNDECIMVS

I

Expositio symboli

Summam totius fidei catholicae recensentes, in qua et integritas credulitatis ostenditur et unius dei omnipotentis, id est sanctae trinitatis, aequalitas declaratur et mysterium incarnationis filii dei, qui pro salute humani generis a patre de caelo descendens de virgine nasci dignatus est, quo ordine vel quando pertulerit, quomodo sepultus surrexerit et in carne ipsa caelos ascendens ad dexteram patris consederit iudexque venturus sit, qualiter remissionem peccatorum sacro baptismate renatis contulerit et resurrectio humani generis in eadem carne in vitam aeternam futura sit, quia multa in symbolo paucis verbis conplexa sunt, mediocriter nobis sermo temperandus est, ne aut breviter dicendo non aperiat intellectum aut prolixitate verbi generetur fastidium. (2) Itaque resurgente Christo et ascendente in caelum, misso sancto spiritu, conlata apostolis scientia linguarum, adhuc in uno positi hoc inter se symbolum, unusquisque quod sensit dicendo, condiderunt, ut discedentes ab invicem hanc regulam per omnes gentes aequaliter praedicarent. (3) Denique symbolum graece conlatio dicitur, quia hoc ipsi inter se per sanctum spiritum salubriter contulerunt. dicitur et indicium, quod per hoc qui recte crediderit indicetur. ergo cunctis credentibus quae continentur in symbolo salus animarum et vita perpetua bonis actibus praeparetur.

I *Rufini expositionem symboli (p. 51—114 Vall., XXI p. 335—386 Mign.) in curtam epitomen redegit et pauca (ut § 1) de suo adiecit* *extat in cod. Ottoboniano 122 memb. 8. s. XI f. 74 sq. (O) hoc titulo:* INCIPIT EXPOSITIO SIMBOLI A FORTVNATO PRESBITERO CONSCRIPTA *tit. om. C* EXPOSITIO SYMBOLI *R*] E. SYMBVLI *MDF*, E. SYMB̄ A (*v. s.*), DE EXPOSITIONE SYMBVLI *GB*, DE E. SIMBOLI *L* 1 recensentis *CR* qua et *ACMO*] qua $DGBLF^2$, que *R*, q *sic* F^1 2 dei *om. DR* 3 fili CM^1G^1 4 discendens *A* quo] qui *D* 5 resurrexerit *D*, surrexit *L* consederit $ABLOM^2$] considerit M^1, consideret *CDRF*, consederet *G* 6 renatus C^1 7 resurrectio OG^2] resurrectione *CM*, resurrectionem ADG^1BLRF eandem *L* carne *AGBFO*] carnem *CMDLR* 8 symbolo *GL*] symbulo *ACMDB* conplexa *AMDG*] complexa *L* sermone *D* 9 aperiat G^2] aperiant *rell.* generatur *CMRF* 10 caelum $DGLOM^2$] caelo ACM^1BRF 12 symbolum *GL*] symbulum *ACMDBR* quod sensit *om. M* (*Rufin. p. 53* in unum conferendo quod sentiebant unusquisque) discendentes *D* 13 symbolum *AGLR*] symbulum *MDB* 14 graece] graece latine *O* colatio G^1B ipse A^1, *om. BLRF* spiritum sanctum *A* contulerunt] condiderunt *codd.* 15 recte] recte non *O* *Rufin. l. s.* symbolum enim graece et indicium dici potest et collatio, hoc est quod plures in unum conferunt. id enim fecerunt apostoli in his sermonibus, in unum conferendo unusquisque quod sensit. indicium autem *e. q. s.* 16 symbolo *GL*] symbulo *ACMDBR* 17 praeparatur $MBLF^1$

(4) Credo in devm patrem omnipotentem. Praeclarum in primordio ponitur fidelis testimonii fundamentum, quia salvus esse non poterit quin recte salutem crediderit, apostolo praedicante: *credere oportet accedentem ad deum;* item: *corde creditur ad iustitiam;* et: *credidi propter quod locutus sum;* vel illud: *iustus ex fide vivit* et: *nisi credideritis, non intellegetis.* (5) Ergo vel in rebus humanis nullum opus incipitur, nisi labor omnis ad effectum venire credatur. unde credendum est in deum, a quo tam praesens vita quam futura tribuitur. (6) Deus autem appellatio est substantiae sempiternae sive timoris divini. igitur deus est sine principio, sine fine, simplex incorporeus inconprehensibilis. (7) Patrem autem cum audis, agnosce quod habeat filium veraciter genitum, quomodo possessor dicitur qui aliquid possidet et dominus qui alicui dominetur. deus ergo pater secreti sacramenti vocabulum est, cuius vere filius est verbum et speculum et character et imago vivens patris viventis, in omnibus patri similis, eiusdem naturae et in divinitate genitus, genitori per omnia coaequalis. (8) Nec quaeratur quomodo genuit filium: quod et angeli nesciunt, prophetis est incognitum. unde illud dictum est: *generationem eius quis enarrabit?* quam secretam originem cum proprio filio novit ipse solus qui genuit. (9) Nec a nobis deus discutiendus est, sed credendus: qui in nobis ipsis nescimus quod sapimus, quomodo sapientia ingenium aut intellectus consilium aut mens nostra generat verbum. (10) Sed, ut breviter dicamus, sufficit nos scire quia lux genuit splendorem, propheta testante: *in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te;* et illud: *hic deus noster, et non reputabitur alter ad eum;* et post: *in terris visus est et inter homines conversatus est.* (11) Omnipotens vero dicitur eo quod omnia possit et omnium obtinet potentatum; quia pater omnia creavit per filium.

(12) Et in Iesvm Christvm. Iesus Hebraice salvator dicitur; hoc nomen digne convenit principi qui populo se sequenti possit salutem tribuere: cuius figuram Iesus Nauae gerens populum de deserto in terram repromissionis certum est induxisse, et iste de tenebris et terra ignorantiae se sequentes ad caelos educit. (13) Christus dicitur a chrismatis unctione, et hoc nomen pontificale est vel regale, quoniam reges unguebantur oleo corruptionis: hic autem ab spiritu sancto oleo exultationis divinitus unctus est, propheta dicente: *spiritus sanctus super me propter quod unxit me.* (14) Iesus ergo dicitur eo quod salvet populum; Christus, quod sit unctus pontifex

---

1 deo *A* 2 *fidelis *A*, fidei *O* q. s. e.] quia salus esse quia salus M^1 non C^1] *om. rell.* quin] qui *codd.* recta G^2 salutem *MO*] salute *ACDGRF*, saluti *BL* 3 aposthblo M^1 *Hebr. 11, 6 (Ruf.)* credere portet *G*, crede oportet *D* accedenti *A*, accedente *B* dominum *D* *Rom. 10, 10* cor *A* 4 *psalm. 115, 1* crededi *A* loquutus *M* *Rom. 1, 17* 5 *Ies. 7, 9 (Ruf.)* crederitis *M* intellegetis *DQB*^{2}] intelligetis *L*, intellege B^1, intellegitis *ACMGRF* (*item Rufinus*, permanebitis *Vulg.*) 7 tribui*** A^1 est *om. M* 8 timores A^1 timoris diuini, *quod ineptum est, non habet ex Rufino (p. 57)* 9 inconprehensibiles M^1 agnusce *M* quo M^1 11 qui alicui *ADG*] quia cui *CMRFO*, quia est cui *BL* dominatur *Browerus* 12 peculum *R*, poculum *O* character] caracter *codd.* 14 quoaequalis *CR* 15 *Ies. 53, 8* generationes *O* enarrauit *ACMR* 17 credendus] credendus est *G* 19 'lux splendorem' *Rufin. p. 60 in.* 20 *psalm. 109, 3* 21 *Baruch. 3, 36 (Rufin. p. 61 ext.)* hic] hic est *O* *ibid. v. 38* 22 inter homines] cum hominibus *L* uero] ergo *L* 23 omnia *O* optinet *B*, obtineat *Browerus* potenstatum *D*, potestatem *O* (*Rufin. p. 60* omnipotens autem ab eo dicitur quod omnium teneat potentatum) 24 et — christum *om. G in confiniis paginarum 351 et 352* in] *sup. vers. i. ras. 1 m. D, om. C* christum] christum filium eius *BL* iesus] iesus enim *L*, iesus autem *R* hebraice *A*] hebrahice *L*, ebraice *BFO*, ebraicae *MG*, aebraicae *CR* 25 possit *A*] posset *rell.* figuram] *fort.* lucernam 26 nauae] naue *codd.* (Ναυή *Septuag.*, Nun *Vulg.*, Nauae filius *Rufin. p. 62*) de *om. CM* 27 educit] ducit *BLRF* 28 chrismatis *L*] χrismatis *B*, crismatis *rell.* 29 ungebantur *B ex corr.* 30 profeta *M* *Ies. 61, 1* 31 eo] propter *L* saluit M^1, saluat *LO* christus] christus eo *A*

in aeternum. (15) VNICVM FILIVM ideo, ut nihil in hoc intellegas terrenum sive corporeum, ubi de uno est unus, de luce splendor, de corde verbum, de mente sensus, de forte virtus, de sapientia sapiens, de aeterno natus est coaeternus, per omnia idem, quod pater hoc filius. (16) Nam unicus ideo, quia nec conparationem recipit cum reliquis creaturis nec similitudinem, quia omnium rerum summus ipse creator est; homines autem filii dei vocantur per gratiam: ille solus filius genitus per naturam. hucusque de deitate patris atque filii textus ordo secutus est. (17) QVI NATVS EST DE SPIRITV SANCTO EX MARIA VIRGINE. Ille qui de patre ante saecula natus est, postea de spiritu sancto eius templum in virgine fabricatum intellegendum est. nam sicut in sanctificatione spiritus nulla fragilitas extitit, sic nec in partu eiusdem causa corruptionis apparuit; qui in caelis unus, in terris unicus, per portam virginis ingredi mundum dignatus est. (18) Hinc plurima prophetae de virginis conceptu et de partu locuti sunt. unum tamen exemplum pro brevitate proponemus, de quo Ezechiel dicit: *porta quae respicit ad orientem clausa erit et non aperietur et nemo transiet per eam, quoniam dominus deus Israhel ipse transibit per eam, et clausa erit.* (19) Hoc tamen notandum est, quia dum spiritus sanctus est dominicae carnis creator, spiritus sancti hinc maiestas ostenditur. quod vero deus maiestatis de Maria in carne natus est, non est sordidatus nascendo de virgine qui non fuit pollutus hominem condens de pulvere. (20) Denique sol aut ignis si lutum inspiciat, quod tetigerit purgat et se tamen non inquinat: nec fuit deo iniuriae causa misericordiae, neque sit incredibile quod est ipse natus de virgine qui Adam de pulvere et primam mulierem potuit de costa formare. (21) CRVCIFIXVS SVB PONTIO PILATO. Hinc multa prophetae qualiter confixus in cruce, foratis pedibus, aceto vel felle aut vino murrato potatus, spinis coronatus, lancea percussus, super veste eius sorte missa et in conspectu populi maligni manibus extensis in die pependerit praedixerunt [quae] diligens lector inveniet. (22) Tamen ut breviter dicatur: in cruce suspensus est, ut nos a damnatione ligni vetiti dissolveret; felle vero potatur, ut amaritudinem praevaricati pomi et nimis acidi amputaret; spinis coronatur, ut maledictae terrae vetustum crimen erueret; lancea percutitur, ut per plagam lateris aqua fluente vel sanguine baptismum vel mysterium martyrii promulgaret; et ut dicatur aliquid altius: in costa Christus percutitur, ut vulnus nobis infixum per Evam, quae de costa viri formata fuerat, amputaret. (23) Vt tamen ad hoc intellegendum aliquantulum extendamur

---

1 intelligas *AL* 2 ubi] ubi corporeum ubi *A* 4 idem] id est *L*, item *A* conparationem *AM*] comparationem *G* recepit *A* 6 hominis autem A^1, hominesotuitem *sic* M^1, homines aut *R* fili M^1 7 patres *D* fili *CD* quia C^1 natus] conceptus *MF* 8 est *om. D* sancto] sancto natus *F* ex *Browerus* (*Rufinus*)] et *codd.* 9 intellegendum *om. BL* 10 extetit *A* 11 porta *D* 12 plurimi *L* 13 locuti sunt] locutu* G^1 *plura proponit Rufinus p. 72 sq.* proponimus *A* 14 ezechiel *AD*] aezechiael *R*, ezechihel *GL*, hezechiel *CMF*, hiezechiel *B* *Ezech. 44, 2* respicet *M* et *om. BL* non aperietur] nominaperietur C^1 nemo] nomen *C* 15 transiet *A*] transit *rell.* (pertransit *L*), transibit *Rufin. cum vulg.* israhel *MBLF*] *per compend. ACG* 16 *§ 19. 20 contraxit Rufini p. 75. 76* notum B^1 17 sancti] sanctus *LRF* in carne natus] incarnatus *R* 18 est sordidatus] consordidatus *BL* 19 lotum *M* 20 nec] ne *MDR* iniurii *A*, in uarie *D* neque] neq*** G^1 fit *R* 21 esto *D* ipsi *C* qui adam] quidam *C* 22 cr. s. p. p.] passus sub pontio pilato. crucifixus. mortuus *F* multae *A*, multi *BL* 23 myrrato G^2, morrato *C*, mirrato *O* 24 uestem *BLF* 25 quae *O*] *om. rell.* 26 inueniet] inueniens legat *O* *componit ista Rufinus p. 82—89* ut breu.] ubi breu. *A* 27 dampnatione *MF* uetiti *AL*] uetusti *rell.*, *cf. II, 3, 10; laud. Mar. 129* dissoluerit *CMRF* potatus DB^2 28 coronatus *BL* *Rufin. p. 86* maledictum uetustae terrae crimen *L* 29 lancia *AM* aquae *A* sanguinem *AMR* bapt. u. myst. mart.] baptismi mysterium *O* 30 *Rufin. p. 87* aliquid *om. M* 31 aeuuam *R* 32 *Rufin. p. 76 c. 14* ad hoc B^2] adhnc DGB^1LRF, adhuc ad *ACMO* intelligendum *L*

(sicut dicit scriptura: *cordis oculi aperti sint ad intellegendum quid sit altitudo, latitudo et profundum:* quod est crucis significatio): quare dominus in patibulo se pati elegerit quaeritur; ratio tamen haec redditur: crux species tropaei est quod devictis hostibus solet fieri triumphanti; et quia dominus tria regna sibi subiecit, suspensus in aera victoriam de caelestibus et spiritalibus nequitiis est adeptus; expandens autem manus ad populos, palmam de terrenis. quod vero sub terra crux fixa est, ostendit eum et de Tartaro triumphare. (24) Et quia de aliis brevitatis causa praeteriemus plurima, non generemus fastidium, si pro honore sanctae crucis nobis hic sermo distenditur, ut vobis aedificatio et illi crescat praeconium. (25) Ergo quia nec ipsa sidera in conspectu dei pro humano crimine non erant pura et erat tota terra polluta, ideo suspensus est Christus in aera, ut simul terras et astra purgaret; aut quia ipse dixerat: *sicut Moyses exaltavit serpentem*, ideo cruci suspenditur, ut adimplerentur verba quae creator praedixerat; aut quia inter caelum et terram grandis erat discordia, ut tolleret reconciliator se mediante scandalum, in aera suspenditur, ut se in medio posito inter caelum et terram inter hominem et deum pax rediret post odium. (26) Aut ideo quia ante gravis latro in cruce configebatur, ergo ad hoc elegit Christus principale supplicium, ut hominem absolveret originali peccato quod erat principale tormentum. aut ideo dominus in cruce suspenditur, ut pro captivitate nostra pretium sui corporis mercator in statera pensaret. (27) Aut ideo crucifigitur, quia mortui eramus per pomum et arborem, ut denuo crux et Christus, id est arbor et pomum, per ipsam similitudinem nos a morte liberaret. pomum dulce cum arbore! (28) Svb Pontio Pilato. Bene hoc est additum, ut iudice cum tempore designato non esse videretur incertum: sub Herode rege, qui eo tempore tetrarcha erat, ad quem Pilatus misit dominum vinctum; et per hoc inter iudices pax provenit post odium, et ligatus dominus, magis legatarius, pax inter partes extitit et iudices a livore dissolvit. (29) Descendit ad infernvm. Hinc prophetae plura dixerunt, unde est illud dictum: *vita mea in inferno adpropiavit* et *factus sum inter mortuos liber;* et illud: *tu es qui venturus es* quod lector requirens inveniet. sed descendens ad infernum iniuriam non pertulit, quod fecit causa clementiae, velut rex intrans carcerem, non ut ipse teneretur, sed ut noxii solverentur. (30) Tertia die resvrrexit. De resurrectione eius idem

---

1 *Ephes. 1, 18 et 3, 18* sint *AML*] sunt *rell.* intelligendum *L* quid] qui *B*¹*L*, quae *B*² latitudo] longitudo *F* ('quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum' *vulg. Eph. 3*) 3 ratio tamen h. r.] ratio haec redditur *BR*, haec ratio redditur *F*, haec redditur ratio *L* tropaei] tropei *G*, trophaei *vel* trophei *rell.* 4 trihumphanti *G* aere *C*, erea *D*, area *F* 5 et] in *A* spiritalis *M* 6 palma *A* crux fixa] crucifixa (ci *ex* xi *1 m.*) *C*, crucifixus *L* 7 tartarum *M*¹*RF* trihumphare *G* *cf. Rufin. p. 86 c. 22 ext.; sequentia fere de suo addidit* praeteriemur *G*, praeterimus *BLFO* 8 non] ne *F* generamus *O* 9 nobis *G* 10 humanu ger*mine (*eras.* i *vel* e) *D* non *om. DGL* 11 ęra *C*, era *D*, aere *R*¹ *corr. R*¹ 12 *Ioh. 3, 14* serpentem] serpentem in desertis et cetera *F* cruce *BL*, crucifixus *F*, crucis in patibulo *O* 14 reconciliante se mediante *C*, *sed* mediante *1 m. corr. ex* mediato (*i. e.* reconciliante se mediator) scandalo *A* era *D* suspendatur *C*¹ se in] se*i *M* medium *A* posito *BL*] positum *rell.* inter *BLF*] et inter *rell.* 16 graues *M*¹*R* 17 supplicium *i. ras. 1 m. C* absolueret *AGFO*] absoluerit *CDR*, absoluit *M*, absolueret ab *BL* originali *BL*] originale *rell.* peccato *BL*] peccatum *rell.* tormentum] peccatum *L* 18 dominus] deus *R* 19 crucifigetur *M* 20 id est] idem id est *D* 21 dulcem *A* arborem *M* 22 *Rufin. p. 80 c. 18* iudicem *DL* tempora *M* 23 tethrarcha *ML*, tetarcha *D*, tetharca *A*, dethrarcha *G* 24 dominus *D* prouenit] uenit *L* ligatus *MGB*] ligatur *L*, legatus *ACDRFO* 25 dominus *om. D* ligatarius *B*, legitarius *D*, *fort.* ligaturus extetit *A* et] in *B*, *om. L* 26 illut *M* 27 *psalm. 87, 4* infernum *A*¹ *corr.*, *CRO*, infernom *A*¹ adpropinquauit *G cum vulg. psalm.* *ibid. v. 5. 6* (*cf. Rufin. p. 91 ext.*) *Matth. 11, 3* (*adfert Rufinus p. 89*) 28 inueniat *G*¹ *cf. Rufin. p. 80 c. 17* discendens *A* 30 die *om. M*¹ res. a mortuis *F* eius idem] eius id est *R*, eius item *A*, eiusdem *C*

prophetae plura locuti sunt; quod et Ionas ipse triduo in ventre ceti permanens designavit. (31) Ascendit in caelvm. Hoc psalmographus, prophetae et apostolus meminit, unde illud dictum est: *ascendens in altum captivam duxit captivitatem.* ergo post passionem dominus caelos ascendit, non ubi [non] erat deus verbum, qui semper in caelis est, sed ubi adhuc verbum caro factum non sederat: unde videntes angeli carnis naturam caelos intrare stupuerunt dicentes: *quis est iste rex gloriae?* (32) Nam et ipsum sedere mysterium est carnis adsumptae et provectum sedis non divina, sed humana natura requirit: inde et hoc dictum est: *parata sedes tua, domine* et: *dixit dominus domino meo, sede a dextris meis* et illud: *a modo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis.* (33) Ivdicatvrvs vivos et mortvos. Aliqui dicunt vivos iustos, mortuos vero iniustos; aut certe vivos quos in corpore invenerit adventus dominicus et mortuos iam sepultos; nos tamen intellegamus vivos et mortuos, hoc est animas et corpora pariter iudicandas. (34) Nam de adventu domini et Malachias ait: *ecce venit dominus omnipotens* et Daniel: *ecce in nubibus caeli quasi filium hominis;* et illud: *sicut fulgor ab oriente, ita erit adventus filii hominis.*

(35) Credo in sanctvm spiritvm. In huius commemoratione mysterium trinitatis impletur: unus pater, unus filius, unus spiritus sanctus; ut fiat distinctio personarum, vocabula secernuntur: pater ex quo omnia et qui non habet patrem; filius ex patre genitus; spiritus sanctus de dei ore procedens et cuncta sanctificans. (36) Ergo una divinitas in trinitate, quia dixit symbolum: *credo in deum patrem et in Iesum Christum et in spiritum sanctum.* ergo *in* ubi praepositio ponitur, ibi divinitas adprobatur, ut est: *credo in patrem, in filium, in spiritum sanctum.* nam non dicitur *in sanctam ecclesiam* nec dicitur *in remissionem peccatorum*, sed *remissionem peccatorum* credit. (37) Sanctam ecclesiam. Sancta, quia una est ecclesia sine ruga, sicut

---

1 prophetae *om.* M^1 loquuti *M* *cf. Rufin. p. 89 sq. (qui non memorat Ionam)* ipse *om. BL* permanes *C* 2 ascendens *L* i. c.] ad caelos sedet ad đ *F* *Rufin. p. 93* psalmigrafus *O*, psalmigrauus *F*, salmographus *C*, salmographos *R* propheta *AD* apostolos G^1 3 *Ephes. 4, 8* 4 non erat *DG*] deerat *O*, erat *rell.* (*Rufin. l. s.* non ubi uerbum deus ante non fuerat) 5 c. f.] caro non factum C^1, caro factum est *RO* (*Rufin.* sed ubi uerbum caro factum ante non sederat) 6 *psalm. 23, 8* *Rufin. p. 94* 7 ipse *LF* misterium B^1, mystirium M^1, ministerium *D* est] et *C* adsumptae *AMG*] assumptae *CBL* prouectum] profectum *Rufinus* (neque enim incorporeae illi naturae conuenienter ista absque adsumptione carnis adduntur, neque sedis caelestis profectum diuina natura, sed humana conquirit) 8 requiret *A* *psalm. 92, 2* sedis *CM* *psalm. 109, 1* 9 a] ad A^1M meis *om.* M^1R et illud — dextris *om. R* *Matth. 26, 64* ad modo *C* 10 a] ad *om.* A^1M iudicaturus u. e. m.] iudicaturos u. e. m. *AD*, iudicatur u. e. m. *B*, inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos *F* aliqui] et aliqui *B*, et aliquid *L* dicunt] inter *L* 11 quos] quae os *D* 12 nos tamen *etc.: haec est explicatio Rufini p. 95* intelligamus *AL* 13 indicandas *BL*, iudicadas *ex* iudicatas *1 m. D* aduentum *D* 14 *Malach. 3, 1* daniel *AMR*] danihel *rell.* *Dan. 7, 13* 15 *Matth. 24, 27* fulgor ACG^1F] fulgur *rell.* fili *C* *plura adfert Rufinus p. 95 sq. c. 34* 16 sanctum spiritum BM^2] sancto spiritum *R*, sancto spiritu ACM^1, spiritum sanctum *GLO*, spiritu sancto *D*, spiritum sanctum sanctam aecclesiam *F* *Rufin. p. 98 sq.* commemorationem *CL*, memoratione *A* mystirium *M* trin.] sanctae trin. *L* 18 secernuntur *ACDG Rufinus p. 99 init.*] esse cernuntur *MBLR*, sese cernuntur *O*, cernuntur esse *F* 19 de dei ore] de utroque *Rufinus* sanctificans *ACMGO Rufinus*] significans *DBLRF* ergo] er *C* 20 una *om. BL* in *om. C* symbulum *B* deum *om. BL* ieso christo M^1 21 sancto *DR* ergo — spiritum sanctum *sententia ex Rufino expressa extat* $ACDGOM^2$, *om.* M^1BLRF ibi] ubi *A* approbatur *D* 22 patrem G^2] patre* *M*, patre ADG^1OC^2, deo patre C^1 (*sic Rufinus, sed etiam* in Christo filio; *ablativum Rufini editores ubique praebent*) in filium in CMG^2] in filio in DG^1O, et filio et *A* spiritum sanctum CMG^2] spiritu sancto ADG^1O dicit *M* 23 sanctam ecclesiam LFM^2G^2] sanctam ecclesia *CB*, sancta ecclesia AM^1DG^1RO dicitur] *om. L*, dicit *M* remissionem $CBLFOG^2$] remissione $AMDG^1R$ sed remissione *R* 24 credit (credo *O*) *delendum* (*codd. fere coniungunt cum sq.* sancta ecclesia) sanctam ecclesiam *MLO*] sancta ecclesia *ACBRF*, in sancta ecclesia *D*, sancta ecclesiae est *G* *Rufin. p. 101 sq.* sancta] *om. D*, sanctam *L* *cf. Ephes. 4, 5*

una fides, unum baptisma, in qua unus deus, unus dominus, unus spiritus sanctus creditur; de qua in canticis legitur: *una est columba mea:* nam haeretici congregant ecclesiam ubi ruga et perfidiae macula conprobatur. (38) REMISSIONEM PECCATORVM. Nobis in hoc sermone sola credulitas sufficit, nec ratio requiritur ubi principalis indulgentia conprobatur. ipse rex terrenus a nullo discutitur, si quodcumque largitur. nam ille, qui potuit de luto hominem facere, idem potens est etiam lutulentum purgare, et valet innocentiam perditam restituere qui sepultos et membra perdita revocat ad salutem. (39) RESVRRECTIONEM CARNIS. Summa perfectionis concluditur et caro ipsa quae cadit resurrectura erit, inmortalis ut maneat, licet resurrectio a paganis et a quibusdam haereticis non credatur; tamen Esaias dicit: *surgent mortui et suscitabuntur;* et Daniel ait: *resurgent tunc qui sunt in terrae pulvere.* (40) Christus dicit: *quod autem resurgent mortui non legistis?* et: *non est deus mortuorum, sed viventium.* item apostolus dicit: *tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur.* et dicit scriptura: *post resurrectionem erunt sicut angeli dei.* (41) Ergo nec hoc credentibus inpossibile iudicetur, quia qui potuit hominem de terra conponere, poterit hunc ex homine in angelum transformare et post hanc vitam temporalem vitam aeternam tribuere. (42) Ergo moritur homo quasi granum in sulco, ut resurgat cum spico et multiplicetur in fructu, adsimiletur et angelo: quod ipse salutis auctor nobis tribuere dignetur, qui triumphato Tartaro cum patre et sancto spiritu gloriosum principatum intrans victor regnat in caelo. Amen.

II

Item aliud ad domnam Radegundem

Quo sine me mea lux oculis [se] errantibus abdit
nec patitur visu se reserare meo?
omnia conspicio simul: aethera flumina terram;
cum te non video, sunt mihi cuncta parum.
quamvis sit caelum nebula fugiente serenum,
te celante mihi stat sine sole dies.
sed precor horarum ducat rota concita cursus
et brevitate velint se celerare dies.
consultum nobis sanctisque sororibus hoc sit,
ut vultu releves quos in amore tenes.

---

2 legitur *i. ras. 1 m. C* *cantic. 6, 8* eretici *D* 3 (conprobatur *AMG*, *item v. 5*) *haereticorum opiniones fuse persequitur Rufinus* 4 requiretur *C* 5 *Rufinus l. s.* cum terreni regis liberalitas discussioni non sit obnoxia, ab humana temeritate discutitur diuina largitio discutitur *ACDGO*] discitur *MBLRF* quotcumque *A* 6 lutolentum *C*, lotolentum *M* 7 sepultus *A* 8 *de resurrectione Rufinus p. 105—113; excerpsit tantum c. 41 (p. 105) et 47 (p. 113)* et *delet Mommsenus* 9 (inmortalis *codd.*) 10 *Esai. 26, 19* resurgent *BL* 11 daniel *AM*] danihel *rell.* *Dan. 12, 2* qui sunt *om. BL* terra *A* 12 *Matth. 22, 31. 32* 13 *1. Cor. 15, 36* 14 *Matth. 22, 30* 15 (inpossibile *AMDGL*) qui *om. D* (conponere *AMDG*) 16 hinc *G¹O* hanc] hunc *AMRF* 18 spico *ACDGO*] spicio *R*, spica *MBLF* in *ACMGO*] *om. DBLRF* 19 tribumphato *G* gloriosum principatum] glorioso principatu *codd.* 20 amen *om. CF*

II *tit. carm. 2—16 om. C* item aliud *om. LF* aliud *om. G* DOMINAM *B* 1 quo** sine *G* oculis se] oculis *codd.* (*glossa in G:* scil. se) 5 nubila *L* 6 te] teque *A* 7 ora*rum *G* cur*us *C¹ corr. C¹*, cursu *A* 8 uelin *C* celare *RF* 10 ut] *t *G¹* uultum *A* amora *M* *subscr.* v. x *A*

III

Item aliud ad eandem de natalicio abbatissae

Mater opima, decens, voto laetare beato,
gaude: natalem filia dulcis habet.
hanc tibi non uterus natam, sed gratia fecit;
non caro, sed Christus hanc in amore dedit.
quae sit in aeternum tecum, tibi contulit auctor,
perpetuam prolem dat sine fine pater.
felix posteritas quae nullo deficit aevo,
quae cum matre simul non moritura manet!
sit modo festa dies, sancto Radegundis honore:
Agnen hanc vobis agnus in orbe dedit.
gaudia distensos pariter celebretis in annos
et per vos populus vota superna colat,
virgineosque choros moderamina sancta docentes
perpetuae vitae distribuatis opes.
hinc longinqua salus teneat vos corpore iunctas,
rursus in aeterno lumine iungat amor.

IV

Item aliud ad eandem, ut vinum bibat

Si pietas et sanctus amor dat vota petenti,
exaudi famulos munere larga tuos.
Fortunatus agens, Agnes quoque versibus orant,
ut lassata nimis vina benigna bibas.
sic tibi det dominus quaecumque poposceris ipsum,
et tibi, sicut amas, vivat uterque rogans:
suppliciter petimus, si non offendimus, ambo,
ut releves natos, mater opima, duos.
non gula vos, sed causa trahat modo sumere vina,
talis enim potus viscera lassa iuvat.
sic quoque Timotheum Paulus, tuba gentibus una,
ne stomachum infirmet sumere vina iubet.

III item aliud a. e. *om. L* item aliud *om. G* aliud *om. M* NATALICIO *AG*] NATALIT:O *rell.* (N. SVO *B*) 2 gaudo *C* 5 aeternum *AR*] aeterno *rell.* 9 sancto radegundes honore *M*, s. radegunde h. *R*, cum radegunde honore *BL* 10 agnem *B*, agmen *DRF*[1] *corr. F*[1] hanc] ac *C* 12 et] ut *M* populos *AC* 13 coros *M*, claros *D* modolamina *L* 14 opes *Par.*] opus *codd.* *subscr.* v. XVI *AMD*

IV it. al. a. e. *om. L* it. al. *om. G* ut u. b. *om. R* 2 famulus *M*[1] munera *G*[1] 3 agens *fere quod* instans, instanter; *ludit cum Agnetis nomine* 4 nimus *C* 5 posceris *C* 6 animas *D* 7 ofendimus *G* ambo] om*** (omnes?) *A*[1] 9—12 *extant in P f. 69*[v] *post X, 11, 32* 9 trabit *P* 10 iuuat *i. ras. 1 m. C* *post* 12 *in P sequitur XI, 8, 7* *subscr.* v. XII *AD*

V

Item aliud ad abbatissam de natali suo

Dulce decus nostrum, Christi sanctissima virgo,
Agnes quae meritis inmaculata manes:
sic tibi conplacuit hodiernum ducere tempus,
ut mihi nec solitam distribuisses opem?
nec dare nunc dominae modulamina dulcia linguae,
cui dum verba refers pascitur ore tuo?
abstinuisse cibis etiam vos ipse probavi
et quasi pro vobis est mihi facta fames.
audio, somnus iners radiantes pressit ocellos;
an nimias noctes anticipare volis?
cui non sufficiant haec tempora longa quietis,
cum prope nox teneat quod duplicata dies?
nubila cuncta tegunt, nec luna nec astra videntur;
si sis laeta animo, me nebulae fugiunt.
gaudia vera colat quae nos haec scribere iussit
et tecum faveat ducta sub arce poli.

VI

Item aliud ad eandem

Mater honore mihi, soror autem dulcis amore,
quam pietate fide pectore corde colo,
caelesti affectu, non crimine corporis ullo:
non caro, sed hoc quod spiritus optat amo.
testis adest Christus, Petro Pauloque ministris,
cumque piis sociis sancta Maria videt,
te mihi non aliis oculis animoque fuisse,
quam soror ex utero tu Titiana fores,
ac si uno partu mater Radegundis utrosque,
visceribus castis progenuisset, eram,
et tamquam pariter nos ubera cara beatae
pavissent uno lacte fluente duos.

V it. al. *om.* *L* al. *om.* *GB* NATALI *DB*^{2}] NATALE *rell.* 2 (inmaculata *codd.*) 3 conplacuit *AMDG*] complacuit *L* 4 nec solitam] nec spletam *CMDRG*^{2}, nec spleta *BL*, nec spetam *G*^{1}, nec spretam *F*, *G*^{2} *v. l.*, nec expletam *A*, inexpletam *vulg. post Browerum* 5 dare *scil.* conplacuit modolamina *DBL*, modulamine *C* 9 audio] *fort.* at puto somnos *A* radianter *R*, randiantes *M*, radientes *G*^{1}*B*^{1}*L* 10 minimas *A* antecipare *D* uolis *ACMGR*] uoles *BL*, uelis *F*, uellis *D* 11 cui] cum *G* 13 nobilia *C* lunam *L* 15 scribe *C* 16 polo *A* *subscr.* v. XVI *AMD*

VI it. al. *om.* *LF* *carmen post mortem Radegundis scriptum* (*v. 11*) 2 peccatore *C*^{1} cole *R*, *o*o *M*^{1}, loco *A* 7 que *om.* *G*^{1} 8 tu ti*iana *M*^{1}, tu ticiana *F*, tutiniana *B* (*codd. fere* tutitiana *coniunctim*) fures *A* 9 unu *M*^{1}, una *A* radegundes *MGR* utroque *C*^{1} 10. 11 *om.* *C*^{1}, *suppl.* *C*^{1} 10 progenuissit *M* 11 tamquam *ABL*] tanquam *C* pariter *i. ras. 1 m.* *C* 12 pauissint *M*^{1}

heu mea damna gemo, tenui ne forte susurro
impediant sensum noxia verba meum;
sed tamen est animus simili me vivere voto,
si vos me dulci vultis amore coli.

VII

Item aliud ad eandem

Quae carae matri, quae dulci verba sorori
solus in absenti cordis amore loquar?
quas locus excludit mens anxia voce requirit
et simul ut videat per pia vota rogat.
te peto, cara soror, matri pietate benigna
quod minus inpendi tu famulare velis.
illa decens tecum longo mihi vivat in aevo
et tribus in Christo sit precor una salus.
nos neque nunc praesens nec vita futura sequestret,
sed tegat una salus et ferat una dies.
hic tamen, ut cupio, vos tempora longa reservent,
ut soror et mater sit mihi certa quies.

VIII

Item aliud ad eandem

Accessit votis sors iucundissima nostris,
dum meruere meae sumere dona preces.
profecit mihimet potius cibus ille sororum:
has satias epulis, me pietate foves.
qua probitate micans partes conponis utrasque!
me recreas animo has saturando cibo.
pascunt membra dapes, animam dilectio nutrit:
quae, cui plus opus es, dulcior esca venis.
audiat omnipotens et te pia vota petentem,
ut tibi perpetuos fundat in ore cibos.
saecula longa simul cum matre superstite vernes
et vestro freno stet chorus ille deo.

---

13 domna *R*, domina (dn̄a) *F*, clam M^1 *corr.* M^1 14 nobia *LR*, *om.* *F* uerba] *fort.* uota 15 uiuere] u*****e A^1 toto G^1 *subscr.* v. XVI *AM*, XV *D*

VII it. al. *om.* *L* al. *om.* *GRF* 1 dulcia G^2, duci *C* 3 mens anxia *Browerus*] menanxia *ACMDF*, menaxia *R*, me nanxia *B*, me nancxia *G*, menus (men') anxia *L* (*qui si voluit* mene anxia, *non recte coniecit*) requirit C^1] requiret *rell.* 5 matri *Luchius*] mater *AG*, matre *rell.* *fort.* benignae 6 inpendi *ACD*] impendi *MG*, impedi B^1LR, impedit B^1 *corr.*, *F* 7 dicens *A* 9 neque nunc *Par.*] que nunc *CMDGBR*, quae nunc *ALF* 10 sed protegat *G* 11 uos *om.* *MR* 12 ut] et *BL* *subscr.* v. XII *AMD*

VIII it. al. *om.* *L* al. *om.* *GF* 1 iocundissima *CDBL* 2 dum] du *C* *in P f. 70ʳ post XI, 4, 12 hi versus hoc ordine leguntur:* 7. 4. 3. 6 3 profecit *DGL*] proficit *CPMBR*, proficiat *A* mimet G^1 cibus i. s.] quibus ille et amoris *P* 4 hos *P* 5 (conponis *AG*) 6 hos *P* *in P sequitur c. 22ᵃ* 7 delectio *P* 8 esca] esse (ēē) *D* 9 te *eras.* *C* 11 superstete A^1 12 deo] *fort.* diu *subscr.* v. XII *A*

IX

Item ad eandem pro eulogiis transmissis

Sollicita pietate iubes cognoscere semper,
qualiter hic epulis te tribuente fover.
haec quoque prima fuit hodiernae copia cenae,
quod mihi perfuso melle dedistis holus;
nec semel aut iterum, sed terque quaterque cucurrit,
cuius me poterat pascere solus odor.
portitor ad tantos missus non sufficit unus;
lassarunt totiens qui rediere pedes.
praeterea venit missus cum collibus altis
undique carnali monte superbus apex,
deliciis cinctus quas terra vel unda ministrat;
conpositis epulis hortulus intus erat.
haec ego nunc avidus superavi cuncta gulosus:
et mons et hortus ventre tenetur iners.
singula nec refero, quia me tua munera vincunt:
ad caelos victrix et super astra voles.

X

Item aliud de eadem re

Multiplices epulae concurrunt undique fusae;
quid prius excipiam, me bonus error habet.
carnea dona tumens argentea gavata perfert,
quo nimium pingui iure natabat holus.
marmoreus defert discus quod gignitur hortis,
quo mihi mellitus fluxit in ore sapor.
intumuit pullis vitreo scutella rotatu,
subductis pinnis quam grave pondus habens!
plurima de pictis concurrunt poma canistris,
quorum blandifluus me saturavit odor.

IX it. a. e. *om.* *L* it. *om.* *G* 1. 2. 3. 6 *in P f. 69ᵛ leguntur post v. 16* 1 cognuscere *P* 2 hinc *A* ebulis *P* foues *A* 3 prima] p tanta *expuncta* p (*i. e. scripturus erat vocabulum a* p *incipiens*) *P* odierne *D* quaenae *P* 4. 5 *om.* *P* 4 mella *A* 5 terque] uterque *A*, ter *BF* *post* 6 *in P sequitur X, 11, 31* 7 missus A^1*BL*] missos *rell.* 8 lasserunt *D* 9 collabus *D* 10 montes *AD* superibus A^1 11 deliciis cinctus *ACDG*] deliciis cunctus *MRF*, delicias cunctas *BL* (deliciis cunctis *Browerus*) 12 (conpositis *AMDG*) ortulus *D* inter *M* 13 gulosu* M^1, gulosis *D*, golosus *A*G^1 14 ortus *DR* 15. 16 *extant in P f. 69ᵛ post 20, 2* 15 refero *L*] fero *rell.* (fer** M^1) numera P^1 16 uictrex M^1, uictri* P^1 *subscr.* v. XVI *D*, XXI *M*

X *extat in P post X, 5, 8; om. F* it. al. *om.* *GL* DE EADEM RE *AMDL*] AD EANDEM *B*, AD EANDEM RE *R*, AD EANDEM D. E. R. *G* 2 qui *A* pris M^1, piis *R* 3 canata *AM* *fort.* praefert 4 olus *R*P^2, o*** P^1 5 hortus *AC*, hortas R^1 *corr.* R^1 7 uetreo *R*, uetereo *C* rotaui *D* 8 pennis *DBL* habens *om.* *BL* 9 canestris $A^1M^1G^1$, canestres A^1 *corr.*

olla nigella nimis dat candida pocula lactis
atque superba venit quae placitura fuit.
haec dominae matri famulans, haec munera natae
iunctus amore pio tertius ipse loquar.

XI

Item aliud de floribus

Respice delicias, felix conviva, beatas,
quas prius ornat odor quam probet ipse sapor.
molliter adridet rutilantum copia florum;
vix tot campus habet quot modo mensa rosas,
albent purpureis ubi lactea lilia blattis
certatimque novo fragrat odore locus.
insultant epulae stillanti germine fultae;
quod mantile solet, cur rosa pulchra tegit?
conplacuit melius sine textile tegmine mensa,
munere quam vario suavis obumbrat odor;
enituit paries viridi pendente corymbo:
quae loca calcis habet, huc rosa pressa rubet.
ubertas rerum tanta est, ut flore sereno
mollia sub tectis prata virere putes.
si fugitiva placent, quae tam cito lapsa recedunt,
invitent epulae nos, paradise, tuae.
Daedalicis manibus nituit textura sororis;
tantum digna fuit mater habere decus.

XII

Item aliud pro eulogiis

Munera direxi, sed non mea, crede fatenti:
ad te quae veniunt sunt tua dona magis.
melle superfusas cunctorum porrigis escas,
cuius ab ore pio dulcia mella fluunt.
copia quanta mihi maneat de munere vestro
credite, dum spargit iam gula victa cibos.

---

11 olla] oua *D* nimis *om.* *G*[1] *post* 12 *in P sequitur 20, 3* 14 iunctus *MDGR*] uinctus *ACBL* loquor *M* *subscr.* v. XIV *AMD*

XI it. al. *om.* *GL* al. *om.* *MF* DE *AMDL*] E *R*, AD EANDEM DE *GF*, PRO *B* 1 dilicias *A*, dilitias *B* felix *om.* *C* 2 quam *BL* ordat *A* probat *D* 3 rutulantum *A* forum *C* 4 uox *G* quot *MGRF*] quod *CDBL*, quo* *A* 5 purpureus *D* blatis *D*, blatthis *G* 6 que] quo *D* nouos *G* fragrat *Par.*] flagrat *codd.* hodore *D*, odolore *C* 8 quur *A* rosae *C* 9 conplacuit *AMDG*] complacuit *L* texile *A* 10 odor] ***or *A*[1] 11 corimbo *L* 12 calcis *BL*] calces *rell.* (*cf. Prob. cath. p. 20 K.*) hunc *C* 14 uirore *BRF* 15 recidunt *A* 16 inuident *A* paradise *BL*] paradisi *C*, paradyse *G*, paradisse *MDR*, paradysse *A* 17 detalicis *G*[1] (ded. *rell.*) *subscr.* v. XVIII *MD*, XIIII *A*

XII it. al. *om.* *L*, ITEM ALIVS *M*, AD EANDEM *F* 1 direxi sed] direxisset *C* 3. 4 *extant in P f. 69v post 20, 4* 3 su*fusas *P*[1] *corr.* *P*[1], super superfusas *D* cuntorum *C*, cunctis iam *P* 4 pia *P* *in P sequitur 20, 1*

sed mihi da veniam, venerando corde benigna:
quod praesumpsit amor sit veniale mihi.
nunc Christum pro me chorus ille verendus adoret,
ne peccatorem me mea culpa gravet.

XIII

Item aliud pro castaneis

Ista meis manibus fiscella est vimine texta:
credite mi, carae, mater et alma soror;
et quae rura ferunt, hic rustica dona ministro,
castaneas molles, quas dedit arbor agris.

XIV

Item aliud pro lacte

Aspexi digitos per lactea munera fixos,
et stat picta manus hic ubi crama rapis.
dic, rogo, quis teneros sic sculpere conpulit ungues?
Daedalus an vobis doctor in arte fuit?
o venerandus amor cuius faciente rapina
subtracta specie venit imago mihi!
spes fuit, haec quoniam tenui se tegmine rupit:
nam neque sic habuit pars mihi parva dari.
haec facias longos domino tribuente per annos,
in hac luce simul matre manente diu.

XV

Item aliud pro lacte

Quid tam dulce darent mihimet materque sororque,
quam modo quod tribuunt congrue lactis opem,
sicut apostolico praecepit dogmate Paulus,
cum infirmis animis lac iubet ipse dari?
sollicitam mentem geritis de nomine nostro:
de vobis semper sit pia cura deo.

---

7 benigno *F*, benignos *BL* 8 amor] *praeter* a *i. ras. M*, mor *C* 9 hunc *LRF* uenerandus *AF* (hunc pro me chorus ille mihi uenerandus adoret *F*) 10 ne *CDG*] nec *rell.* *subscr.* v. x *AMD*

XIII it. *om. B* it. al. *om. L* ALIVS *M*, *om. G*, AD EANDEM *F* 1 fiscilla *D* uimi texta *C*, uimine texa M^1 2 mi *Browerus*] me *codd.* (me care *bis* C^1) 4 castaneis *A* *subscr.* v. IV *AMD*

XIV it. al. *om. L* al. *om. GR* 2 hinc *D* crama rapis (*sic codd.*) *om. F* 3 te**neneros *sic G* sclulpere G^1 conpulit $ACDGM^2$] conpolit M^1, compulit *BL* ungues ACM^2] unguis M^1, utens *DGBLR*, *om. F* 4 doctior *D* 7 spes fuit *scil.* uana tenui *AGLF*] tenuis *CMDBR* rubit *M* 8 *fort.* abiit pars m. p. dati 9 facies *D* *subscr.* v. x *AMD*

XV al. p. l. *om. L* aliud] AD EANDEM *F* 1—4 *extant in P f.* 70^r *post* 22^a, 5 1 darent mihi uel quid gratius esset *P* 2 lacti M^1 3 apostholico *PM* praecipit *CP* docmata *P* 4 dare *A* *in P sequitur* 22, *1* *subscr.* v. VI *AMD*

XVI

Item aliud pro prandio

Nescivi, fateor, mihi prandia lassa parari:
    sic animo merear posse placere tuo;
nec poterant aliqui vultu me avellere vestro,
    si non artificis fraus latuisset inops.
quis mihi det reliquas epulas, ubi voce fideli
    delicias animae te loquor esse meae?
a vobis absens colui ieiunia prandens,
    nec sine te poterat me saturare cibus.
pro summis epulis avido tua lingua fuisset,
    replessent animum dulcia verba meum.
ordine sed verso medicus fera vulnera gignit
    et fallax artem decipiendo probat.
quem numquam saturat quidquid mare, terra ministrat,
    credebat solo me saturare meo.
sed modo da veniam, quaeso, pietate parata,
    alterius facinus ne mihi constet onus.

XVII

Item aliud pro munere suo

Conposui propriis manibus hoc munus amoris,
    sed tibi vel dominae sit rogo dulce meae,
quamvis exiguo videantur inepta paratu:
    crescant affectu quae modo parva fero.
si bene perpendas, apud omnes semper amantes
    muneribus parvis gratia maior inest.

XVIII

Item aliud pro prunellis

Transmissas epulas, quae pruna nigella vocantur,
    ne rogo despicias, quae mihi silva dedit.
si modo dignaris silvestria sumere poma,
    unde placere queam dat meliora deus.

XVI it. al. *om. L* al. pro *om. F* PRADIO *D* 1 lassa] *fort.* iussa (*a medico*) 3 uetro *A* 5 det] de *A*, *om.* G^1 uocem G^1 fideli *i. ras. 1 m. C* 8 cibos *BLR* 9 fauisset *A* 10 replessint M^1 11 *uerso *M*, reuerso *ACR* 12 decipiando *D* 13 quam *A* quidquid *A*] quicquid *rell.* 14 *glossa in G:* solo] cibo meo] me *ACM* 15 parat M^1 *subscr.* v. XVI *A*, VI *D*

XVII (*sic AMD*, XVI *B*, XV *G*, XIV *C*, *om. L: haec fere taceo, cf. ind. capit.*) it. al. *om. L* al.] *om. R*, AD EANDEM *G* pro] DE (*M*) 1. 2 *in P post v. 6* 1 conposui *ACPMG*] composui *DBL* manibus propriis (*M*) 2 uel] nunc *P*, *om.* G^1 domino *P* dulci *A* meo *P* *in P sequitur 18, 3* 4 crescat *D* effectu *BL* 5. 6 *extant in P f.* 70^r *post 18, 2* 5 aput *P* *subscr.* v. VI *MD*

XVIII it. al. *om. L* al. *om. GF* 1—4 *extant in P f.* 70^r *post 22, 4* 2 rego *D* despicias *L*] dispicias *rell.* *in P inter 2 et 3 intercedit 17, 5. 6. 1. 2* 3 dignares *ACR*, digneris *P* *post 4 in P sequitur III, 6, 41*

hoc quoque non metuas quod ramo umbrante pependit:
non tellus fungos, sed dedit arbor opes.
non ego crudelis, qui matri incongrua praestem:
ne dubites puros sumere fauce cibos.

XIX

Pro aliis deliciis et lacte

Inter multiplices epulas ieiunia mittis
atque meos animos plura videndo cremas.
respiciunt oculi medicus quod non iubet uti,
et manus illa vetat quod gula nostra rogat.
attamen ante aliud cum lactis opima ministras,
muneribus vincis regia dona tuis.
nunc cum matre pia gaudens soror esto, precamur:
nam nos laetitiae mensa benigna tenet.

XX

Pro ovis et prunis

Hinc me deliciis, illinc me pascitis herbis,
hinc ova occurrunt, hinc mihi pruna datur.
candida dona simul praebentur et inde nigella:
ventre utinam pax sit sic variante cibo!
me geminis ovis iussistis sero cibari;
vobis vera loquor: quattuor ipse bibi.
atque utinam merear cunctis parere diebus
sic animo, ceu nunc hoc gula iussa facit.

XXI

De absentia sua

Si me non nimium pluviatilis aura vetaret,
dum nesciretis, vos repetisset amans.
nec volo nunc absens una detenter ut hora,
cum mea tunc lux est quando videtur amans.

---

5 uerbrante *D* 6 fungus *A*, funguos *C* 7 credulis *D* *subscr.* v. VIII *AD*, EXPL. V. VIIII *M*.

XIX pro] ITEM PRO *CGF* DILICIIS *AD*, DILITIIS *BR* 1 mittes *AC*, mites *RF* 2 dura *A* cresmas *C* *subscr.* v. VIII *AMD*

XX pro] ITEM PRO *CF* PRVNELLIS *G* 1. 2 *extant in P f. 69v post 12, 4* 1 diliciis *APMG*[1], dilitiis *R* pasceris (*M*) 2 una *M*, *ou* *G*[1] *in P sequitur 9, 15* 3. 4 *extant in P f. 69v post 10, 12* 3 negella *D* 4 uentri *P* (*idem coniecit Browerus non recte*) uariente *P* 6—8 *et carmina quae secuntur usque ad finem libri extant in Σ f. 52 sq.* 6 uero *D* 7 perere *Σ* *subscr.* v. VIII *MD*

XXI ITEM ALIVD *Σ*, *atque idem carminibus sqq. inscribit* de] ITEM DE *CF* 2 reppetisset *G* 3 detentur *Σ* 4 quantum uidetur *D*, quando uidebatur *C* *fort.* amor *subscr.* v. III *sic M*

XXII
De convivio

Per pietatis opus, per qui pius imperat astris,
per quod mater amat, frater et ipse cupit,
ut, dum nos escam capimus, quodcumque loquaris:
quod si tu facias, bis satiabor ego.

a Item de eadem re

Deliciis variis tumido me ventre tetendi,
omnia sumendo: lac holus ova butur.
nunc instructa novis epulis mihi fercula dantur,
et permixta simul dulcius esca placet.
nam cum lacte mihi posuerunt inde buturum:
unde prius fuerat, huc revocatur adeps.

XXIII
Item versus in convivio factus

Inter delicias varias mixtumque saporem
dum dormitarem dumque cibarer ego
(os aperiebam, claudebam rursus ocellos
et manducabam somnia plura videns),
confusos animos habui, mihi credite, carae,
nec valui facile libera verba dare.
non digitis poteram, calamo neque pingere versus,
fecerat incertas ebria Musa manus.
nam mihi vel reliquis sic vina bibentibus apta
ipsa videbatur mensa natare mero.
nunc tamen, ut potui, matri pariterque sorori
alloquio dulci carmina parva dedi.
etsi me somnus multis inpugnat habenis,
haec dubitante manu scribere traxit amor.

XXII *extat in P f. 70ʳ post 15, 4* DE *CGLR*] ITEM DE *AMDBF* SVO *add. CG* 1 pieta-tis *Σ*, pieta P^1 opus *i. ras. 1 m. C* imperat] semper erat *C* 2 *om. P* quid *Σ* 3 dum *om.* G^1 loquaris *Σ*] ciberis *rell.* (cibiris *R*, *om. F*) 4 sacibor P^1, saciabor $ΣAMP^2$ *in P sequitur 18, 1*

XXII^a *tit. om. GL* item *om. C* 1—5 *extant in P post 8, 6 interpositis carminis VII, 14* (*ubi adnotare omisi*) *quattuor versibus postea inductis, hoc ordine: v. 1. VII, 14, 27. v. 2. VII, 14, 28. v. 3—5. VII, 14, 36. 29* (*haec ita disposita, ut versus carminis VII, 14 ex margine inlatos esse appareat*); *sequitur XI, 15, 1* 1 diliciis *D* 2 olus *CPMR* butur *ΣACP*] buttur *R*, butyr *MDG*, B^1 *corr.*, *LF*, botyr B^1 *in C finit f. 177, in f. 178, quod est codicis ultimum, sequitur 25, 25 omissis quae intercedunt* 4 et] ut *BLRF* dultius *M*, dulcies *D*, dulcis hic *A* 5 buturum *ΣAP*] butirum *F*, butyrum *MDGBLR* 6 hoc *A*, hunc *B*, hinc *L* *subscr.* v. x *AMD*

XXIII *tit. in L:* DE EADEM RE FACTVS *BR ind. cap.*] FACTOS *AD*, FACTI *MG*, *om. F* 1 iter *Σ* dilicias *A*, dilitias *DR* 2 cibares G^1 ergo *D* 3 aperiebam] meum aperiebam *B*, meum aperibam *L*, *fort.* adaperiebam ocellus M^1R 4 somnia plura *Σ*] omnia plura *rell.*, *sed* omnia iura *A*, omnia lura *R*, omnia *F* (*om.* plura uidens) 5 habuit *A* 6 facele G^1 7 pingnere *A* 13 etsi me] et sine *DR* inpugnat *ΣAMDG*] impugnat *L*

a Item de eadem re

Blanda magistra suum verbis recreavit et escis
et satiat vario deliciante ioco.

XXIV

Item de munere suo

Si non conplestis quod hic conpleta vocatur,
haec, rogo suppliciter, suscipe, sume libens.
nec parva spernas: nam si mea vota requiras,
munus in angustum cernitur amplus amor.

XXV

Ad easdem de itinere suo

Casibus innumeris hominum momenta rotantur
instabilique gradu pendula vita meat.
ipsa futurarum titubans mens anxia rerum
ventura ignorat quid sibi lux pariat.
nam me digressum a vobis Eomundus amator
illa suscepit qua bonitate solet.
hinc citus excurrens Cariacae devehor aulae;
Tincillacensi perferor inde loco.
hinc sacer antistes rapuit me Domitianus,
ad sancti Albini gaudia festa trahens.
inde relaxatus, per plura pericula fessum
puppe sub exigua fluctus et imber agit,
quo gravis incumbens Aquilo subverterat amnem
et male curvatos extulit unda sinus;
nec sua commotos capiebant litora fluctus:
invadunt terras aequora fusa novas.

XXIII[a] *cohaeret in Σ cum priore sine titulo* PRO E. R. *B*, *om. L* 1 blandia *D* *subscr.* V. XVI *AM*, IIII *D*

XXIV item de] PRO *L* *in D ipsum carmen hoc loco omittitur, ut c. 25 isti titulo subiciatur. sed in fine codicis post subscriptionem cruce adpicta cum nota* REQVIRE RETRO AD ISTVM SIGNVM *carmen cum titulo repetito* (V. XVI. XXIV. ITEM DE MVNERE SVO) *suppletur* 1 conplestis *ΣDG*] complestis *BL*, coplestis *M* conpleta *DG*] completa *ΣABL*, copleta *M* 3 *om. F* nam si *Σ*] nam *rell.* 4 munus in angustum] munus in angusto *ΣARF*, munere in angusto *MDGBL* (munus ad angustum '*in altero cod. Vat.*' *Luchius vix recte*) amplius *DR* *subscr.* V. IV *A* (*D sub XXIII[a]*)

XXV *hoc et sq. carmen extant in cod. Laurent. 45, 26 s. XII f. 116^{v} (E)* *tit. in E:* DE ITINERE SVO AD CIVITATEM ANDECAVAM *qui videtur genuinus titulus esse, quandoquidem Andegava Domitiani sedes in ipso carmine non nuncupatur* *tit. om. D* ad easd.] AD EANDEM *B*, ITEM *F*, *om. L* suo *om. L* 2 instabileque *Σ* 4 quod G^{1} 5 amatur *ΣF* 7 caricae deuehor *F*, caricae deueor *D*, caria cede uehor *E* 8 tincillacensi *ΣAEMDR*] tunc illacensi *GBLF* (*cf. Fortun. vit. Alb.* 5) 9 antistes *GBLR*] antistis *MD*, antestis *ΣA* domicianus *ΣA* 10 alenni *F*, allenni *R* 11 relaxatum *E* fessum *ΣE*] fessa *rell.* 12 pubpe *D*, quippe *E* ymber *AG* 13 quod *MDBL* incubens *E*, *om. D* aquilo *ΣAE*] aliquo *rell.* subuerteret *A* 14 extullit *Σ* sonus A^{1} *corr.* A^{1} 15 commotus *ARF*

pascua rura nemus segetes viburna salictum
    viribus iratis una rapina tenet.
huc mihi commisso per confraga murmura ponti
    flatibus horrificis laxa fremebat hiems
surgebatque cadens per aquosa cacumina puppis,
    ascendens liquidas monte vagante vias;
quo rate suspensa modo nubila nauta tenebat,
    gurgite subducto rursus ad arva redit.
fluctibus infestis pelagi spumante procella
    assidue rapidas prora bibebat aquas;
aequora lambebant inimica pace carinam,
    tristius amplexu nos nocitura suo.
sed mora nulla vetat varias memorare querellas:
    post referenda simul murmura corde tego.
hoc mihi praecipue divina potentia praestet,
    ut cito felices vos revidere queam.

XXVI

Item aliud

Passim stricta riget glacies concreta pruina
    nec levat adflictas flexilis herba comas.
terra iacet crustata gelu sub cortice duro,
    mollis et arboreas nix tegit alta comas.
proflua crustatum struxerunt flumina murum
    et densata gravem vestiit unda cutem.
mole sua frenantur aquae, se lympha ligavit,
    obice sub proprio vix sibi praebet iter.
fluminibus mediis nata est crystallina ripa,
    nec cupimus subter, nec super itur iter.
asperius tumuit glacies Aquilone fremente:
    cui dabit illa viam quae sibi pugnat aqua?
sed si concipitur nunc spiritus ille caloris,
    qui tum in principio perferebatur aquis,

---

17 salutum Σ 19 hic *A*, huic *E*, he *et i. mg. 1 m. v. l.* tum *B*, tum *L* commissi *DG* murmora ΣD^1G^1 20 flantibus *R* horrificis ΣAE] horriferis *R*, horrisonis *F*, horrendis *MDGBL* hiemps ΣAM 21 spargebatque *F*, surgensque *E* cacamina A^1 *corr.* A^1 22 uagante ΣE] uacante *rell.* 23 raete Σ naute *D* 24 subducto] suspenso *L* redit] tendit *E* 25 *rursus incipit C* 26 rabidas *EL* 27 aquora B^1, aequoram *D* inimice G^1 28 nocitura] citura M^1 29 mora nulla *i. e. tempus deficiens* uetat uarias] uetuarias *C*, uetat rabidas *L* querelas *L* 30 murmora Σ, murmure *F* corda *AR* 31 potentie prestaet Σ 32 ceto felicis A^1 uos reuidere] peuidere *C* *subscr.* v. XXXII *D*, XXXIII *M*, XXXIIII *A* *in Σ inter hoc et sequens carmen intercedit I, 7*

XXVI *tit. om. CL* ALIVS *A*, *om. E*, DE FRIGORE *F* *titulus in indice capit.* (de oratorio Piliacensi *vel* Apiliacensi) *ex 25, 8 natus videtur* 1 friget F^1 *corr.* F^1 concreata D^1 *corr.* D^1 pruina Σ] pruinis *rell.* (proinis *A*) 2 adflictas ΣAMD^1G] afflictas BLD^2 flexibus Σ erba *E* 4 molles *A* 6 cutem] curam Σ 7 molle *C* franantur Σ, densantur *L* limpha *DBL*, lypa *M* 8 obuice Σ 9 crystallina] cristallina *codd. cum* Σ 10 capimus *Browerus* 11 timuit *D* 12 quae] qui *D* *subscr.* VER. XII *MDG* 13—18 *tantum in Σ extant, in reliquis post v. 12 subscriptio sequitur*

assiduis precibus si flectitis omnipotentem,
　　et mihi, ceu cupitis, prosperiora datis.
nam vobis parere animo quodcumque iubetur
　　posse utinam sic sit quam mihi velle placet!

---

15 flectibus

EXPLICIT LIBER IN QVANTVM AVCTOR HABVIT *A* (*sequitur* prologus de priuilegio *cui in eadem pagina terminato subscriptum est litteris quadratis maximis* AS. AMEN | DEO GRATI | NATI. | FORTV | EXPL. LIB.)　　EXPLICIT IN QVANTVM HABVIT AVCTOR (ACTOR *R*) VSQVE FINEM (FINE *R*) *MR*　　EXPLICIT IN QVANTVM AVCTOR VSQVE FINEM. EXPLICIT LIBER XI FORTVNATI FELICITER *D*　　EXPLICIT LIBER XI PROLOGVS AD AGNEN ET RADEGVNDEM DE VITA SANCTI MARTINI *B*　　VENANTI HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI | PRESBITERI ITALICI LIBER VNDECIMVS EXPLICIT | AC DVODECIMVS SVBSEQVITVR | PRAEFATIO AD AGNEN ET RADEGVNDEM DE VITA | SANCTI MARTINI SCRIBENDA *L*　　*nulla subscriptio in ΣCGF*

APPENDIX CARMINVM

I

De excidio Thoringiae

Condicio belli tristis, sors invida rerum!
quam subito lapsu regna superba cadunt!
quae steterant longo felicia culmina tractu
victa sub ingenti clade cremata iacent.
aula palatino quae floruit antea cultu,
hanc modo pro cameris maesta favilla tegit.
ardua quae rutilo nituere ornata metallo,
pallidus oppressit fulgida tecta cinis.
missa sub hostili domino captiva potestas,
decidit in humili gloria celsa loco.
stans aetate pari famulorum turba nitentum
funereo sordet pulvere functa die.
clara ministrorum stipata corona [potentum]
nulla sepulchra tenens mortis honore caret.
flammivomum vincens rutilans in crinibus aurum
strata solo recubat lacticolor amati.
heu male texerunt inhumata cadavera campum,
totaque sic uno gens iacet in tumulo.
non iam sola suas lamentet Troia ruinas:
pertulit et caedes terra Thoringa pares.
hinc rapitur laceris matrona revincta capillis,
nec laribus potuit dicere triste vale.
oscula non licuit captivo infigere posti
nec sibi visuris ora referre locis.

I *edidit cum II et III ex codice Trevirensi Browerus ed. I p. 343, ed. II p. 337* (*Br.*); *carmen primum est codicis* Σ (*f.* 39^r) *tit. secundum cod. Trev.* ITEM ALIVD INCIPIT OPVS EIVSDEM FORTVNATI DE EXCIDIO THVRINGIAE *Br.* (*ed. II not. p. 257*) *tit. in* Σ: INCIPIT OPVS FORTVNATI PRESPITERI *Ioh. Trithemius catal. script. eccles. p. 243 ed. 1601:* Excidium regni Thuringorum lib. I 1 conditio *Br.* 3. 4 *post* 5. 6 *Br.* 3 tactu Σ[1] 4 glade Σ[1] 8 testa Σ 9 captiuo Σ[1] 13 potentum *Br.*] *om.* Σ 15 fami uomum Σ rutilans in *Br.*] rutilantis Σ crinibus Σ *et Br. v. l.*] curribus *Br.* 16 amati *corruptum*, mulier *Mommsenus* 20 pertullit Σ thoringa] toringa Σ *Br.* paras Σ[1] 21 lateris Σ 22 ne claribus Σ[1] 24 uisurus Σ[1] (uisuris *fort. pro* uidendis) ferrae Σ[1]

nuda maritalem calcavit planta cruorem
blandaque transibat fratre iacente soror.
raptus ab amplexu matris puer ore pependit,
funereas planctu nec dedit ullus aquas.
sorte gravi minus est nati sic perdere vitam:
perdidit et lacrimas mater anhela pias.
non aequare queo vel barbara femina fletum
cunctaque guttarum maesta natare lacu.
quisque suos habuit fletus, ego sola sed omnes:
est mihi privatus publicus ille dolor.
consuluit fortuna viris quos perculit hostis;
ut flerem cunctis una superstes ago.
nec solum extinctos cogor lugere propinquos:
hos quoque, quos retinet vita benigna, fleo,
saepe sub umecto conlidens lumina vultu;
murmura clausa latent nec mea cura tacet.
specto libens, aliquam si nuntiet aura salutem,
nullaque de cunctis umbra parentis adest.
cuius in aspectu tenero solabar amore
solvit ab amplexu sors inimica meo.
an, quod in absenti te nec mea cura remordet,
affectum dulcem cladis amara tulit?
vel memor esto, tuis primaevis qualis ab annis,
Hamalafrede, tibi tunc Radegundis eram,
quantum me quondam dulcis dilexeris infans
et de fratre patris nate, benigne parens.
quod pater extinctus poterat, quod mater haberi,
quod soror aut frater tu mihi solus eras.
prensa piis manibus heu blanda per oscula pendens
mulcebar placido famine parva tuo.
vix erat in spatium, quo te minus hora referret;
saecula nunc fugiunt, nec tua verba fero.
volvebam rabidas inliso in pectore curas,
ceu revocareris, quando vel unde, parens.
si pater aut genetrix aut regia cura tenebat,
cum festinabas iam mihi tardus eras.
sors erat indicium, quia te cito, care, carerem;
inportunus amor nescit habere diu.
anxia vexabar, si non domus una tegebat,
egrediente foris rebar abisse procul.

28—30 *admonent Senecae Oedip. 56—59* 29 manus Σ 30 perdedit Σ[1] 31 fletum] fletu Σ *Br.* 32 nutare Σ 33 quisquis Σ[1] suis Σ omnis *Br.* 34 priuatae *Br.* 35 quas *Br.* percolit Σ[1] 36 *fort.* cunctos agor Σ 37 quogor Σ 38 benigna Σ] beata *Br.* 39 humecto collidens Σ[2] *Br.* 46 clades Σ 48 hamalefrede *Br.* radegundes Σ[1] *Br.* 49 quodam Σ[1] 50 patre **tris Σ[1], patre patris Σ[2] 54 flamine *Br.* 55 uix erat] uixerat Σ *Br.* in] *fort.* id spacium Σ 57 rabidas *Br.*] lapides Σ[2], lapidem Σ[1] illiso Σ[2] 58 reuocareris] reuocare res Σ[1], reuocare reres Σ[2], reuocarer eis *Br.* (ceu *i. e.* quomodo) 59 genitrix *Br.* 61 sors] *fort.* fors (*i. e.* fortasse) 62 importunus Σ[2] *Br.* diu Σ] diem *Br.* 64 fores *Br.* rebar abisse procul] reparabis senoras Σ[1], reparauisse noras Σ[2], te pauitasse uocas *Br.* (noras *non emendavi*)

vos quoque nunc Oriens et nos Occasus obumbrat,
me maris Oceani, te tenet unda rubri,
inter amatores totusque interiacet orbis:
hos dirimit mundus quos loca nulla prius.
quantum terra tenet tantum divisit amantem:
si plus arva forent, longius isses iter.
esto tamen, quo vota tenent meliora parentum,
prosperior quam te terra Thoringa dedit.
hinc potius crucior validis onerata querellis,
cur mihi nulla tui mittere signa velis.
quem volo nec video, pinxisset epistula vultum,
aut loca quem retrahunt ferret imago virum:
qua virtute atavos repares, qua laude propinquos,
ceu patre de pulchro ludit in ore rubor.
crede, parens, si verba dares, non totus abesses:
pagina missa loquens pars mihi fratris erat.
cuncti munus habent, ego nec solacia fletus.
o facinus, quae dum plus amo, sumo minus!
si famulos alii pietatis lege requirunt,
cur, rogo, praeterear sanguine iuncta parens?
ut redimat dominus vernam, saepe ipse per Alpes
frigore concretas cum nive rumpit aquas;
intrat in excisis umbrantia rupibus antra,
ferventem affectum nulla pruina vetat,
et duce cum nullo, pede nudo, currit amator
atque suos praedae hoste vetante rapit.
adversas acies et per sua vulnera transit,
quod cupit ut capiat nec sibi parcit amor.
ast ego pro vobis momenta per omnia pendens
vix curae spatio mente quiete fruor.
quae loca te teneant, si sibilat aura, requiro,
nubila si volitant pendula, posco locum:
bellica Persidis seu te Byzantion optat
ductor Alexandrae seu regis urbis opes?
an Hierosolymae resides vicinus ab arce,
qua est genitus Christus virgine matre deus?
hoc quoque nulla tuis patefecit littera chartis,
ut magis hinc gravior sumeret arma dolor.
quod si signa mihi nec terra nec aequora mittunt,
prospera vel veniens nuntia ferret avis!
sacra monasterii si me non claustra tenerent,
inprovisa aderam qua regione sedes.

---

69 tenet *pro* tendit *ut v. 71* 70 isses Σ^2] issis Σ^1, isset *Br.* 72 prosperior] prosperius Σ *Br.* thoringa Σ^1] thuringa Σ^2, toringa *Br.* 73 potior Σ^1 querellis] querillis Σ^1, querelis Σ^2 *Br.* 75 pinxisti Σ epistola Σ *Br.* 76 quae *Br.* 77 quia u. adauos Σ^1 78 *fort.* ludat 81 solatia Σ *Br.* 82 minus] nimis Σ^1 84 rogo] ego *Br.* *fort.* praetereor 86 frigora *Br.* concrea tas Σ^1 87 umbratica *Br.* 88 priora uetant *Br.* 90 atquae suos praede Σ^1, atque suas praedas *Br.* 94 spacio Σ 95 require Σ^2 *ut vid.* 96 uolitem *Br. ed. 1*, uolites *Br. ed. 2* 97 byzanthion Σ 98 ductur Σ^1 99 hierusolimam Σ residis uicinis Σ^1 101 hoc quoque (quoquae Σ^1) nulla tuis Σ] quoque haec nulla tenus *Br.* cartis Σ^2 104 nuncia Σ 105 monasteria Σ^1 106 improuisa Σ^2 *Br.*

prompta per undifragas transissem puppe procellas,
flatibus hibernis laeta moverer aquis.
fortior eductos pressissem pendula fluctus,
et quod nauta timet non pavitasset amans.
imbribus infestis si solveret unda carinam,
te peterem tabula remige vecta mari.
sorte sub infausta si prendere ligna vetarer,
ad te venissem lassa natante manu.
cum te respicerem, peregrina pericla negassem,
naufragii dulcis mox relevasses onus;
aut mihi si querulam raperet sors ultima vitam,
vel tumulum manibus ferret harena tuis.
ante pios oculos issem sine luce cadaver,
ut vel ad exequias commoverere meas.
qui spernis vitae fletus, lacrimatus humares
atque dares planctus qui modo verba negas.
Quid fugio memorare, parens, quid differo luctus?
de nece germani cur, dolor alte, taces,
qualiter insidiis insons cecidisset iniquis
oppositaque fide raptus ab orbe fuit?
ei mihi, quae renovo fletus referendo sepultos
atque iterum patior, dum lacrimanda loquor!
ille tuos cupiens properat dum cernere vultus,
nec suus impletur dum meus obstat amor.
dum dare dura mihi refugit, sibi vulnera fixit:
laedere quod timuit, causa doloris adest.
percutitur iuvenis tenera lanugine barbae,
absens nec vidi funera dira soror.
non solum amisi, sed nec pia lumina clausi
nec superincumbens ultima verba dedi,
frigida non calido tepefeci viscera fletu,
oscula nec caro de moriente tuli,
amplexu in misero neque collo flebilis haesi
aut fovi infausto corpus anhela sinu.
vita negabatur: quin iam de fratre sorori
debuit egrediens halitus ore rapi?
quae feci vivo, misissem listra feretro:
non licet extinctum vel meus ornet amor?
impia, crede, tuae rea sum, germane, saluti;
mors cui sola fui, nulla sepulchra dedi.
quae semel excessi patriam, bis capta remansi
atque iterum hostes fratre iacente tuli.

---

107 prumta Σ^1 109 *fort.* fortiter eductos] eductus Σ, eluctans *Br.* presissem Σ^1 111 inbribus Σ^1 116 r. o. *Br. ed.* 2] releuastis o. *Br. ed. 1*, releuassis manus Σ^1, releuasse manus Σ^2 119 essem Σ^2 122 at qua Σ^1 uerbis Σ^1 123 differe Σ^1 124 germanii Σ^1 126 *fort.* compositaque urbe Σ 127 et mihi quare nouo *Br.* 128 patiar d. lacrimando *Br.* 129 tuus c. properans Σ 132 quod] qui Σ *Br.* 133 percutitur *Luchius*] perculitur Σ *Br.* 135 clausa Σ^1 141 quin] quia Σ *Br.* iam *ad* egr. 142 habitus Σ 143 q. f. uiuo m. l. f.] q. f. uico m. l. f. Σ^2, q. f. uico mes sis sem l. f. Σ^1, quid feci ut non comes irem lecta pheretro *Br.* (*de listris cf. Guerard. not. et extr. XII*, 2 *p.* 82) 144 orner Σ 148 hostis f. iacenta Σ^1

tunc, pater ac genetrix et avunculus atque parentes,
quos flerem in tumulo reddidit iste dolor.
non vacat ulla dies lacrimis post funera fratris,
qui secum ad manes gaudia nostra tulit.
sic miserae dulces consummavere parentes
regius ac serie sanguis origo fuit?
quae mala pertulerim neque praesens ore referrem,
nec sic laesa tuo consulor alloquio.
quaeso, serene parens, vel nunc tua pagina currat,
mitiget ut validam lingua benigna luem.
deque tui similis mihi cura sororibus haec est,
quas consanguineo cordis amore colo.
nec licet amplecti quae diligo membra parentum,
osculer aut avide lumen utrumque soror.
si, velut opto, manent superis, rogo redde salutes
proque meis votis oscula cara feras.
ut me commendes Francorum regibus oro,
qui me materna sic pietate colunt.
tempore longaevo vitalibus utere flabris
et mea de vestro vernet honore salus.
Christe, fave votis: haec pagina cernat amantes
dulcibus et redeat littera picta notis,
ut quam tarda spes cruciat per tempora longa,
hanc celeri cursu vota secuta levent.

II

Ad Iustinum et Sophiam Augustos

Gloria summa patris natique ac spiritus almi,
unus adorandus hac trinitate deus,
maiestas, persona triplex, substantia simplex,
aequalis consors atque coaeva sibi,
virtus una manens idem, tribus una potestas
(quae pater haec genitus, spiritus ipsa potest),
personis distincta quidem, coniuncta vigore,
naturae unius, par ope luce throno,
secum semper erat trinitas, sine tempore regnans,
nullius usus egens nec capiendo capax.
gloria summa tibi, rerum sator atque redemptor,
qui das Iustinum iustus in orbe caput.

149 *fort.* tu pater 153 dulcis Σ^1 154 ac] hac Σ *Br.* 155 pertullerim Σ^1 referrem *Luchius*] referre Σ *Br.* 156 tua Σ 157 currit Σ^1 158 mitigat Σ^1 162 osculer] osculor Σ *Br.* 163 superius Σ^1 salutis Σ 165 me] *fort.* te 167 uabris Σ^1 171 quam] quem Σ *Br.* 172 curso Σ^1 sequuta Σ

II Σ *f. 43ʳ hoc titulo:* ITEM INCIPIVNT VERSVS *tit. om. cod. Trevir.* (*Brow. not. p. 258*) *Trithemius l. s. adfert:* Ad Iustinum iuniorem lib. I. Gloria summi patris natique | Ad Sophiam Augustam lib. I. Cui meritis compar nu (*v. 51*) 1 summi Σ^1 (*cf. Trithemii catalog.*) 5 eadem *Br.* 6 ipse Σ^2

rite super reges dominantem vindicat arcem
caelesti regi qui famulando placet.
quam merito Romae Romanoque imperat orbi
qui sequitur quod ait dogma cathedra Petri,
quod cecinit Paulus passim, tuba milibus una,
gentibus et stupidis fudit ab ore salem,
cuius quadratum linguae rota circuit axem
eloquiique fide frigida corda calent.
gloria summa tibi, rerum sator atque redemptor,
qui das Iustinum iustus in orbe caput.
ecclesiae turbata fides solidata refulget
et redit ad priscum lex veneranda locum.
reddite vota deo, quoniam nova purpura quidquid
concilium statuit Calchedonense tenet.
hoc meritis, Auguste, tuis et Gallia cantat,
hoc Rhodanus, Rhenus, Hister et Albis agit.
axe sub occiduo audivit Gallicia factum,
Vascone vicino Cantaber ista refert.
currit ad extremas fidei pia fabula gentes
et trans Oceanum terra Britanna favet.
quam bene cum domino curam partiris amator!
ille tuas causas, tu facis ecce suas.
dat tibi Christus opem, tu Christo solvis honorem:
ille dedit culmen, reddis et ipse fidem.
nil fuit in terris quod plus daret ille regendum,
nec quod plus reddas quam valet alma fides.
exilio positi patres pro nomine Christi
tunc rediere sibi, cum diadema tibi.
carcere laxati, residentes sede priore
esse ferunt unum te generale bonum.
tot confessorum sanans, Auguste, dolores
innumeris populis una medella venis.
Thrax Italus Scytha Phryx Daca Dalmata Thessalus Afer
quod patriam meruit nunc tibi vota facit.
haec tua laus, princeps, cum sole cucurrit in orbe:
quo genus est hominum huc tuus intrat honor.
gloria summa tibi, rerum sator atque redemptor,
qui das Iustinum iustus in orbe caput. —
Cui meritis compar nubens felicibus annis
obtinet augustum celsa Sophia gradum.
quae loca sancta pio fixo colit, ornat amore
et facit hoc voto se propiare polo.

---

13 rege Σ 14 caeleste Σ^1 15 meroto Σ^1 17 millibus *Br.* 18 gentilis Σ 21 adque Σ^1 24 redet Σ^1 25 purpora Σ^1 quicquid Σ^2 *Br.* 26 cum filium Σ^1, cunsilium Σ^2 calch.] calcedonense Σ *Br* 28 rodanus Σ ister *Br.* 30 istare refert Σ 32 britana Σ fauit Σ^1 37 regendum] regendi Σ *Br.* 40 deadema Σ^1 41 resedentes Σ^1 priore] priori Σ *Br.* 44 medela Σ^2 *Br.* 45 trax Σ scytha] schyta *Br.*, scitha Σ phrix Σ daga Σ^1 tessalus Σ 46 uota *Br.*] meruit Σ 47 orbem *Br.* 49 summi Σ^1 redemtor Σ 51 *littera initiali insignis* Σ (*cf. Trithemii tit.*) 53 pia Σ, animo *Mommsenus; fort. in* fixo *substantivum latet*

cuius opima fides Orientis ab axe coruscans
    misit ad Occasum fulgida dona deo:
regina poscente sibi Radegunde Thoringa
    praebuit optatae munera sacra crucis,
qua Christus dignans adsumpta in carné pependit
    atque cruore suo vulnera nostra lavit.
gloria summa tibi, rerum sator atque redemptor,
    quod tenet augustum celsa Sophia gradum.
o pietas huc usque rigans de fonte benigno,
    cuius amor Christi fundit ubique fidem!
ecce pari voto, Augusti, certatis utrimque:
    ipsa tuum sexum subrigis, ille suum;
vir Constantinum, Helenam pia femina reddis:
    sicut honor similis, sic amor ipse crucis.
illa invenit opem, tu spargis ubique salutem,
    implet et Occasum quod prius Ortus erat.
gloria summa tibi, rerum sator atque redemptor,
    quod tenet augustum celsa Sophia gradum.
per te crux domini totum sibi vindicat orbem:
    quo nescita fuit, hoc modo visa tegit.
accessit genti maior fiducia Christi,
    quando salutis opem spes oculata videt,
sensibus et duplicata fides, cum munere vestro
    plus animae credant quod cruce teste probant.
hoc Augusta colens, quod apostolus, instat aratro:
    tu ligno, hic verbo laetificatis agrum.
haec iam fama favet qua se septentrio tendit,
    Ortus et Occasus militat ore tibi.
illinc Romanus, hinc laudes barbarus ipse,
    Germanus Batavus Vasco Britannus agit.
pars tua cum cruce sit florens, Augusta, per aevum,
    cui facis extremis crescere vota locis.
hanc prostrata solo supplex Radegundis adorat
    et vestro imperio tempora longa rogat,
atque rigans lacrimis coniuncta sororibus optat,
    ut hinc vestra fides gaudia larga metat.
felix Iustino maneas cum principe coniunx
    ordine patricio cincta, Sophia, sacro.
Romula regna regens tribuas sua iura senatu
    teque sibi dominam plebs trabeata colat.
vota superna deus votis felicibus addat
    nec vobis pereat quod Radegundis amat,

55 opima Σ] prima *Br.* orientis ab axe *Br.*] oriens ab an ae Σ 57 thorenga Σ[1], toringa *Br.* 58 obtatae Σ[1] 59 assumpta Σ[2] *Br.* 61 adque Σ[1] 65 utrum quae Σ[1] 66 sub regis Σ 67 reddas Σ 70 prior *Br.* ortus *genetiv.* 71 summi Σ[1] 74 teget Σ[1] *Br.* 76 oculta Σ[1] 77 et Σ] o *Br.* uestro] uestrum Σ *Br.* 79 augus Σ[1], auguste Σ[2] arare *Br.* 80 tu Σ] in *Br.* 84 brittannus Σ[1] 87 solo Σ] loco *Br.* 90 hic *Br.* 91 *uncialibus rubricatis xaratus* Σ coniux Σ[1] *Br.* 93 tribuit *Br.* senatu] senatus Σ[2] *Br.*, sanatus Σ[1] 94 colit Σ

assiduo cantu quae pulvere fusa precatur,
temporibus largis ut tibi constet apex.
voto animo sensu studio bona semper agendo
sit tibi cura sui, sit memor ille tui.

III

Ad Artachin

Post patriae cineres et culmina lapsa parentum,
quod hostili acie terra Thoringa tulit,
si loquar infausto certamine bella peracta,
quas prius ad lacrimas femina rapta trahar?
quid mihi flere vacet? pressam hanc funere gentem
an variis vicibus dulce ruisse genus?
nam pater ante cadens et avunculus inde secutus
triste mihi vulnus fixit uterque parens.
restiterat germanus apex, sed sorte nefanda
me pariter tumulo pressit harena suo.
omnibus extinctis (heu viscera dura dolentis!)
qui super unus eras, Hamalafrede, iaces.
sic Radegundis enim post tempora longa requiror?
pertulit haec tristi pagina vestra loqui?
tale venire diu expectavi munus amantis
militiaeque tuae hanc mihi mittis opem?
dirigis ista meo nunc serica vellera penso,
ut, dum fila traho, soler amore soror?
siccine consuluit valido tua cura dolori?
primus et extremus nuntius ista daret?
nos aliter lacrimis per vota cucurrimus amplis?
non erat optanti dulcia amara dari.
anxia sollicito torquebar pectora sensu:
tanta animi febris his recreatur aquis?
cernere non merui vivum nec adesse sepulchro,
perferor exequiis altera damna tuis.
cur tamen haec memorem tibi, care Artachis alumne,
fletibus atque meis addere flenda tuis?
debueram potius solamina ferre parenti,
sed dolor extincti cogit amara loqui.
non fuit ex longa consanguinitate propinquus,
sed de fratre patris proximus ille parens.

---

98 *fort.* longis   100 sit memor ille tui] s. m. illa t. *Br.*, sit me merlliic tua *sic* Σ

III   Σ *f. 45ʳ hoc titulo:* ITEM VERSVS AD αρταχη   *tit. cod. Trevir.* (*Brow. not. p. 260*): ARTACHI RHADEGVNDIS NEPOTI   *Trithemius l. s.* In persona Radegundis lib. I   2 quod Σ] quae *Br.*   thoringa] thorenga Σ¹, thuringa Σ², toringa *Br.*   tullit Σ¹   5 quod Σ   6 uiciis Σ   12 hamalafrede] hamalefrede Σ² *Br.*, hamalefredae Σ¹   13 post Σ] per *Br.*   14 tristi] triste Σ *Br.*   nostra *Br.*   15 *praestat* spectaui   16 haec Σ   17 uellere Σ¹   19 sic cinae Σ¹   20 nuncius Σ   21 amplis *Br.*] ampli Σ¹, ampla *corr. ex priore correctura* amplis *ut vid.* Σ²   22 non erat Σ] uenerat *Br.*   24 febres h. recreauit Σ (*fort.* tantam a. febrem h. recreauit)   26 efferor *Mommsenus*, *fort.* perfero in   27 care artachis] carear ta chis Σ, care artarchis *Br.*   28 *fort.* addo reflenda

nam mihi Bertharius pater, illi Hermenefredus:
germanis geniti nec sumus orbe pari.
vel tu, care nepos, placidum mihi redde propinquum
et sis amore meus quod fuit ille prius,
meque monasterio missis rogo saepe requiras
ac vestro auxilio stet locus iste deo,
ut cum matre pia vobis haec cura perennis
possit in astrigero reddere digna throno.
nunc dominus tribuat vobis felicibus ut sit
praesens larga salus, illa futura decus.

IV

Versus ad Sigimundum

Christicolas animas haec conscia cura fatigat,
ut circa cunctos stet sine labe salus.
ast ego prae reliquis circum tua lumina pendens
qui venit atque redit prompta requiro frequens:
sollicitis oculis volitantia flabra recurro,
quando vel unde tui nuntiet aura boni.
hoc [tibi] praecipue mea, dulcis, epistula signet,
quod dolor atque metus sit tuus ille meus:
et quia nos animo cognoscis currere tecum,
det de te incolumi pagina missa fidem.

V

De Childeberctho rege

Rex regionis apex et supra regna regimen,
qui caput es capitum, vir capitale bonum,
ornamentorum ornatus, ornatius ornans,
qui decus atque decens cuncta decenter agis,
primus et a primis, prior et primoribus ipsis,
qui potes ipse potens, quem iuvat omnipotens,
dulcia delectans, dulcis dilecta potestas,
spes bona vel bonitas, de bonitate bonus,
digne nec indignans, dignos dignatio dignans,
florum flos florens, florea flore fluens,

---

33 hermenefredus] hermenfredus Σ, ermenefredus *Br.* 34 patri Σ 35 nepus Σ[1] 36 meum Σ 41 dominus tribuat Σ] dum distribuat *Br.* *subscr.* EXPL̄ VEȒ Σ

IV *cf. VII, 20. 21* Σ *f. 46v* SIGIMVNDO Σ[1] 4 prumta Σ 7 tibi *om.* Σ[1] epistola Σ 9 cognuscis Σ[1] 10 incolomi Σ[1] *subscr.* EXPLICIT

V Σ *f. 48v hoc titulo:* DE CHIL DE BERTO REGE *edidit (M) Mabillonius (Analect. p. 387 ed. a. 1723) 'ex codice Virdunensis coenobii sancti Vitoni, ab annis fere 800 (analecta edidit a. 1675) manu scripto, in quo Theodulfi carmina continentur' hoc titulo:* Venantii Fortunati uersus ad Childebertum regem Sigiberti r. filium. *hinc Luchius X, 9* 1 supra *M*] super Σ 4 decenter] decentes Σ 7 dilectans *Mommsenus* 9 dignos] dignus Σ*M* 10 florum *M*] florem Σ

Childeberethe eluens: haec Fortunatus amore
    paupere de sensu pauper et ipse fero.
Audulfum famulum commendo supplice voto.
    me quoque: sic nobis hic domineris apex.

VI

De Brunichilde regina

Regia progenies, praecelsi et mater honoris,
    undique regnantum cincta decore pio,
Gallia cuius habet genus et Hispania fetum,
    masculus hinc moderans, inde puella regens:
auspicium felix sit prosperioribus annis:
    hic tegat Allobrogas, dirigat illa Getas,
gentibus et geminis pariter tua germina regnent
    et tibi det fructus iste vel ille locus,
quo te circumdet, pia, blanda corona nepotum,
    de genito et genita bis genitalis ava,
illos auditu, hos visu laeta recensens,
    praesens hinc gaudens, inde sed aure favens
subque tuis cernens regiones mater utrasque
    cum populo et patria laetificeris ava.
Audulfum famulum commendo, me quoque secum:
    sic maneat cunctis gloria vestra nitens.

VII

Ad Agiulfum

Nomen dulce mihi, mihi semper amabile nomen,
    omnibus unanimis, plus mihi mente nitens,
qui corde amplectens cunctos tibi reddis amantes
    (dum colis et coleris, carus haberis apex),
moribus excellens, Agiulfe, benigne sodalis,
    praecipuis dominis qui famulando places,
vir bonitate decens, concordia vincta per omnes,
    laetitiae facies, pectore fida fides:
stet tuus amplus honor longe his regnantibus
    illorumque salus sit tibi, care, decus.
supplico commender per te dominantibus altis:
    sic valeas felix, dum tenet ista dies.

---

11 childeberethe] childeberte *M*, childebertę *Σ* furtunatus *Σ* 12 censu *M* 13 audulfo *Σ* famulum *Σ*] comitem *M*

VI *Σ f. 48ᵛ* BRVNCHILDE 3 fętus 4 masculus *Guerardus*] musculus 12 hinc] hic

VII *Σ f. 49ʳ* ITEM ALIVD AD A. 1 mihi mihi] hi mi *eras.* 3 amantes *Guerardus*] amanter 8 laeticiae 9 *suppleas* ipsis

Audulfum proprium commenda, magne, relatu:
    sic tua vita decens hoc sit in orbe manens.
regale ad votum felicia cuncta sequantur
    detque deus vobis tempora temporibus.

VIII

Epitaphium Nectarii

Triste sub hoc tumulo crudeli funere rapti
    Nectarii iuvenis membra sepulta iacent.
ipse quater quinos valuit superesse per annos,
    quem fugiente die mors inimica tulit.
hic Proculo genitore satus, sed sorte nefanda
    ante tenet lacrimas quam sua vota parens;
gratus in aspectu, sensu moderatus opimo,
    qualem non puduit spem generasse patrem.
sunt tamen ingenti solacia magna dolori,
    quod quod in orbe venit non sine morte manet:
haec via pauperibus, haec est et regibus una,
    sed vivit semper quem bene facta fovent.

IX

Versus pro pomis directis

Cardinis occidui regio quae sumpsit ab ortu,
    mittit amicalis dulcia poma manus;
haec quoque, quae nostro pendentia vidimus horto,
    admonet affectus munera ferre pius.
non animi metuant, haec sunt quod ab arbore carpta:
    iam fraus nulla nocet quod paradisus habet;
namque redemptrici postquam in cruce Christus adhaesit,
    per lignum rediit quod prius Eva tulit;
iam meruit mulier purgari crimine sexus:
    mors fuit illa vetus, virgo novella salus.
et quia silvestrem tribuunt elementa paratum,
    misimus exiguum, quod dedit unda, cibum.
deprecor ergo, pares vel poma vel ostrea fratri:
    eligat alterutrum, quod sibi maius amat.
sed Dagaulfum haec rumpat cervesia tristis,
    faece lagunari turbida, tendat hydrops:

---

13 commendo relatu *Guerardus*] relato 16 *fort.* uestris prospera temporibus *post v. 16 proprio versu:* tempora temporibus det uobis deus

VIII Σ *f. 51*ᵛ ITEM VERSVS E. N. 4 tullit 9 solatia *subscr.* EXPLICIT VERSVS

IX Σ *f. 51*ᵛ ITEM ALIVD INCIP̄ VER̄ VERSVS PRO POMIS MIRECTIS (directis *Guerardus cf. XI, 12, 1*) *carmen Radegundis et Agnetis nomine scriptum (v. 35)* 3 horto *Guerardus*] ortu 4 pios 5 carpta] r *sup. scr. 1 m.* 6 paradysus 8 tullit 11 siluestrem *Mommsenus*] sic uestrum 12 *fort.* quem 13 fratres 15 d. h. r. *Guerardus*] da ga ulfum hec um pat 16 lagunari *Mommsenus*] lacunari ydros

faucibus in stupidis talem bibat ille liquorem,
tam male sinceras qui vitiavit aquas.
at sicuti meritis exposcit opima voluntas,
dulcia vineti Dracco Falerna bibat.
hoc tamen in domino, qui te regat, oro benigne,
rite salutetur mi Papiana soror;
addo preces [pariter]: capias sic munera Christi:
ne tibi post uxor, sed sit honesta soror.
quid ventura dies portat nescimus in orbe;
quis morti obsistat, si furibunda ruit?
furem animae nemo ante videt quam tollere possit,
nec placitum poterit dissimulare diem.
causa cavenda prius, subito quam mergat ad umbras,
est ubi nemo parens nec levat ulla manus.
sed bene quod placuit constanti perfice voto,
ne spatium rediens mors inimica neget;
nunc meliora tene, iam, quod fuit, inde recede
et cape caelestes huc redivivus opes.
per dominum votis utraeque rogamus utrumque,
detur ut in nostro filia vestra sinu;
officio vestro ad nos migret cura parentum,
vos generando utero, nos refovendo sinu.

X

Item aliud

Dulcibus alloquiis quae fabula fertur in aure?
si mihi iam placidas mensa benigna tenet.
placatos animos tabula redeunte notate,
prodat ut affectum littera picta manu.
dulcis amore pio pariter materque sororque
gaudia festivo concelebrate sono.

XI

Item aliud

Hodie festivum celebravi diem, in orbem
domini natalem sacratum venisse diem.
ubique inprimis venerunt caseum —
dein veniunt lignea scutella rotata —

---

17 liquorum   20 bibat *Guerardus*] bibit   21 regat *Guerardus*] segat   23 pariter *om.*   27 possit *scil.* fur   28 placito   34 opes *Guerardus*] opus   35 utrumque *scil. ad quem epistula datur* (*cuius nomen non comparet*) *et Papianam eius uxorem*   36 detur ut] ut detur   37 migrat   *subscr.* EXPLICIT

X   *Σ f.* 54[r]   1 aure] ore (aurem *Guerardus*, *cf.* 22, *6*; *24*, *14*)   3 placitos

XI   *Σ f.* 54[r]   *aut carminis epitomati frustula aut, quae Guerardi opinio est, componendi carminis adumbratio*   4 *cf.* XI, *10*, *7*

carnem, pullum simul discus ornatus undique —
temporis quae spacio cunctis feras cibos in ore
et a cunctis longum sem . . .
domina super te et te simul semper cum ipsa
quae die noctuque melliflua diffundis ab ore.

XII

Item aliud

Dum volo carminibus notum percurrere plectrum,
 incipio solito pigrius ire pede,
nec mihi doctiloqua consentit harundine Musa,
 quae desueta suum pandere nescit opus.
sed quamvis dubio trepidet mea chorda relatu,
 audacter solo promptus amore loquor.
cara benigna decens dulcis pia semper habenda,
 cuius in affectu stat mihi patris honor,
per quam, quae genuit, recolunt mea viscera matrem,
 et mores aviae te renovante colo:
suppliciter humilis verbo trepidante saluto,
 commendans animam sed famulando meam,
et pariter natam, peperit quam gratia cordis:
 quas rex caelorum servet in orbe diu.

XIII

Item aliud

Sic vos Caesarii monitis honor ornet in orbe
 atque ambas caro cum patre Christus amet;
sic hic Caesaria et praecelsa Casaria surgat,
 ut per vos priscus hic reparetur honor;
gratia sic talis niteat, qua crescat in aevo
 per vos Pictavis Arelatense decus;
sic pie caelesti mereamur vivere regi
 et mea vobiscum membra sepulchra tegant:
si quod in offenso retinetur pectore murmur,
 in vice laxatum sit veniale precor;
pacem Christus amans, mira dulcedine plenus,
 pectora vestra sacer se mediante liget.
obtineat pariter veneranda Casaria mecum,
 quae simul amplexu vos cupit esse pio.

---

5 *cf. ibid. v. 3 sq.* undequae 6 *cf. XI, 12, 3* 7 *sic fere:* longum sem[per benedicaris in aeuum, *sed haec melius intacta manent* 8 *Radegundem et Agnen compellare videtur* 9 qui

XII *Σ f. 54ᵛ* 4 de suata 5 trepident mea corda 6 prumtus 8 affęcta

XIII *Σ f. 54ᵛ* *carmen ad componendas inter Radegundem et Agnen simultates scriptum* 1 urnet 2 ambas *Guerardus*] amas 3 *cf. Guerard. p. 94* 5 talis *Guerardus*] tales 8 tegunt

XIV

Item aliud

Quam prius inscribam fixam pietate parentem,
quo geminae matres, extat et una [soror]?
hanc praeponit honor, quae iunior extat in annis;
his aetas gravior iure senile favet.
sed mihi dulce tribus pariter mandare salutem,
est quoniam vobis carus et unus amor.
felix quae retinet pariter tria lumina mensa
et paschale bonum multiplicare facit!
angelico coetu sic participante fruantur
deliciae vobis in regione dei.

XV

Item aliud

Nocte salutifera maneant materque sororque:
hoc nati et fratris prospera vota ferant;
angelicus coetus praecordia vestra revisat
et regat alloquiis pectora cara suis.
tempora noctis agunt, ut hac brevitate salutem:
sex modo versiculis vel duo ferte, precor.

XVI

Item aliud

Quamvis quod cuperem fugit me vespere facto,
te mihi non totam nox tulit ista tamen:
etsi non oculis, animo cernuntur amantes;
nam quo forma nequit, mens ibi nostra fuit.
quam locus ille pius qui numquam abrumpit amantes,
quo capiunt oculis quos sua vota petunt
in medio posito bonitatis principe Christo,
cuius amore sacro corda ligata manent!
hic quoque sed plures carmina iussa per annos:
hinc rapias tecum, quo tibi digna loquar.

XIV *Σ f. 55r* 2 soror *add. Guerardus* *quam praeter Radegundem matrem appellet non liquet* 4 fauit 9 fruantur *passive* 10 diliciȩ

XV *Σ f. 55r* 1 salufera *fort.* ualeant 2 fratris *Guerardus*] fratres 3 angelicos reuisit 4 et relegat alloquia pȩctoris cara sua 5 agunt *i. e.* cogunt 6 ferte *i. e.* referte

XVI *Σ f. 55r* 1 fugeit 2 tullit 4 nequid 5 quam illȩ locus pius numquam *Guerardus*] numquid 9 carmina iussa] *scribendum videtur* camina iusta

XVII

Item aliud

Plaudite voce deo, pia reddite vota, sorores,
quod sic vobiscum gaudia tanta sedent.
me foris excluso vos hanc retinetis amantes:
quod commune placet, non simul esse licet.
haec longaeva diu maneat per singula nobis
floreat et cunctis participanda bonis.

XVIII

Item aliud

Cuncti hodie festiva colunt: ego solus in orbe
absens natali conqueror esse tuo;
qui si forte latens alia regione fuissem,
ad vos debueram concitus ire magis.
nunc alii tibi dant, ego munera nulla sorori,
vel dare qui potui pomula, mora ioti.
sed quamvis absens specie, sum pectore praesens
et rogo quae misi dona libenter habe:
sic deus omnipotens parcat matri atque sorori,
quae non egerunt me retinere sibi.
haec pia festa diu multos, senis ipsa, per annos
laeta matre simul, me quoque fratre colas.

XIX

Item aliud

Haec mihi festa dies longos superinstet in annos,
gaudia magna ferens haec mihi festa dies.
praestet amore deus tam prospera vota per aevum,
Martini meritis praestet amore deus.
participata mihi vobiscum haec gaudia Christus
servet in orbe diu participata mihi.
mitis in aure sonus suavi dulcedine tinnit,
organa vocis habens mitis in aure sonus.
blandior esca favis vestra de fauce rigavit
et nova mella dedit blandior esca favis.
huc variante choro vox inde rotata cucurrit,
sensibus angelicis huc variante choro.
carmina sancta diu vox illa ministret ab ore
et recreent animos carmina sancta diu.

XVII Σ *f.* 55[v]

XVIII Σ *f.* 55[v] 1 cuncti *Guerardus*] cunctis 2 tuo] meo 4 debueram *Guerardus*] dubieram 6 mora ioti] more ioci *Guerardus*, *expecto* uerba dedi (*cf. v.* 8) 12 fratre *Guerardus*] frater

XIX Σ *f.* 55[v] 6 seruet *Guerardus*] seruer 11 ro ata 13 ministrat 14 animus

XX

Item aliud

Sollicitat famulum dominae sua cura benignae,
qualiter a vobis laeta sit acta dies;
nam dum plaudis ovans, mea sunt tua gaudia maius:
tunc mihi vota favent, dum tibi membra vigent.
ni vale iam fecit, spectet bona nostra parumper,
nec sub nocte volet: stet veniente die.

XXI

Item aliud

Sic hesterna dies totas mihi transtulit horas,
ut matris vocem non meruisse querar:
qualiter agnus amans genetricis ab ubere pulsus
tristis et herbosis anxius errat agris
(nunc fugit ad campos feriens balatibus auras,
nunc redit ad caulas, nec sine matre placent),
sic me de vestris absentem suggero verbis;
vix tenet incluso nunc domus una loco.
sed refero hinc grates placidae caraeque [sorori],
quod me consuluit de pietatis ope.
tu retines medium, medium me possidet illa:
cum geminas video, tunc ego totus ago.
nunc tibi, cara, precor Martinus, Hilarius adstent,
et te vel natos spes tegat una deus.

XXII

Item aliud

Si nequeo praesens, absens tibi solvo tributum,
ut probet affectum, mater amata, meum.
si non essem [absens], facerem quodcumque iuberes:
obsequiis parvis forte placeret iners;
pectore devoto set rustica lingua dedisset
pastoris calamo matris in aure sonum;
imperiis famulans tererem mea membra diurnis,
servirent dominae subdita colla suae;

XX Σ *f.* 56^r 1 sua] *fort.* pia benigne 3 dum *Guerardus*] dudum maius *cf.* 9, 14 *inter v. 4 et 5 interciderunt versus nomen eius continentes qui Radegundem convenerat* 5 ni] si

XXI Σ *f.* 56^r 1 hesterna *Guerardus*] sterna transtullit 4 erbosis ancxius 8 tenit 9 refero h. grates *Guerardus*] refer h. gratis sorori *add. Guerardus* 10 consoluit 11 medium *i. e.* dimidium possedet 12 agor

XXII Σ *f.* 56^r 1 nequeo *Guerardus*] nequae 3 absens *add. Guerardus* 4 inhers 7 terrerem

nulla recusarent digiti, puteoque profundo
    quae manus hoc scripsit prompta levaret aquas,
protraheret vites et surcula figeret hortis,
    plantaret, coleret dulce libenter holus.
splendor erat tecum mea membra ardere coquina
    et nigra de puro vasa lavare lacu.
hinc tibi nunc absens Marcelli munera misi,
    cui dedit excelsum vita beata locum,
et si displiceant indigno verba relatu,
    conplaceant animo signa superna tuo.
sis longaeva mihi cum nata et messe sororum,
    virgineoque choro crescat ovile dei.
si tua verba dares, essent plus dulcia quam si
    floribus electis mella dedisset apes.

XXIII

Item aliud

Flumine nectareo meritis mihi dulcior Agnes,
    quam praesente deo pectore, mente colo,
aspice quam celeri mutantur cuncta rotatu,
    dum veluti pinnis tempora nostra volant.
casibus incertis scripulos nescimus et horas;
    cras sit homo an non sit quis dabit inde fidem?
arboris oppressit hodie nix alta cacumen
    duraque ramorum brachia curvat hiems:
crastina forte dies puro si fulserit ortu,
    si qua pruina iacet, sole calente liquet.
sic quoque mens hominum dubio de fine salutis
    ignorat quantum vivere vita queat.
sed quoniam vario transcurrunt omnia lapsu,
    quem numquam perdas dilige corde sagax:
sit tibi Christus honor, Christus spes, Christus amator,
    in solo semper fige salutis opem;
temporibus cunctis hunc per tua viscera volve:
    sic sponso servent membra pudica fidem.
si sopor obripiat, retinendo in pectore Christum
    tempore sub noctis luminis arma geris:
illum mente colens muro tutaris opimo
    et si latro furit, pax tua corda tegit.
huius in amplexu te totam effunde licenter:
    illum quisquis habet crimina nulla timet.
hoc age ut, ad thalamos cum venerit arbiter orbis,
    visceribus puris inmaculata mices;

---

10 prumta 11 sarcula 13 ardere coquina] tradere cocinae, *cf. VI, 8, 9* 17 uerba *Guerardus*] uerbo 20 choro *Guerardus*] thoro crescat] restat, *cf. V, 2, 65*

XXIII *Σ f. 56ᵛ* 5 *potuit* nescimus scripula et horas, *cf. III, 9, 42* 6 *fort.* unde 8 hiepms 10 liquet *Guerardus*] liquid 19 obripiat *pro* obrepat *cf. X, 2, 1; V. M. IV, 5* 25 ad thalamos *Guerardus*] ad** ala mos 26 inmaculat amices

lampade fulgenti tunc te veniente sorores
excipiant laeto Thecla, Susanna choro.
haec modo dum redeo breviter mandata relinquo:
tu quoque, dum religis, me memorare velis.

XXIV

Item aliud

Anxius, afflictus curarum pondere curvor,
pectore confuso nec dare verba queo;
murmure sub dubio laceror neque carmina laxo,
nescio certa loqui mente vagante mihi.
heu, tristem si vota velint audire fatentem,
me subito ferrent nubila missa tibi;
Daedalico lapsu si pinnas sumere nossem,
ad vos quantocius iam revolasset amans:
novit enim dominus, qui corda latentia pulsat,
quae mea, sed tacite, viscera cura domet.
reddite, cum nequeo, dominae promissa benignae;
nec tamen hic culpam crede fuisse meam:
excusa, si forte potes, per sidera testor,
me neque velle moras matris in aure feras.
oret pro famulo: citius remeare parabo,
et cum praesentor, verbere, voce domet.

XXV

Item aliud

Supplicibus votis referat mandata salutis
matribus ac dominis pagina missa loquens,
dumque recusat iter nostrum tibi reddere vultus,
affectum saltim sollicitudo probet:
nec sumus absentes, si nos oratio dulcis
praesentes semper cordis amore tenet.

XXVI

Item aliud

Matri natus ego, frater simul ipse sorori
pectore devoto parvula dona fero.
tertius unitus tria munera porto duabus:
tam dulces animas dulcia poma decent.
sed date nunc veniam mihi quod fano tali habetur:
munera quae portet, charta canister erit.

---

30 me memorare *Guerardus*] memora se

XXIV Σ *f.* 57^r 3 murmorae 4 certo uacante 7 dedaliquo 8 quantotius 14 feres

XXV Σ *f.* 57^r 3 *fort.* uultum

XXVI Σ *f.* 57^v 1 ipsi 3 tercius porta 5 fano tali *quomodo emendem non habeo. excusare videtur quod calathum non habeat*

XXVII

Item aliud

Hoc tibi pro summo direxi munere signum,
ut pariter fratres crux tegat una duos;
alternis vicibus haec pectora nostra gubernet
et commune bonum participetur amor.
ad te quando venit, mecum magis ista manebit;
plus mihi proficiet, cum tua corda tenet.
sit huius species intra tua viscera semper,
tunc ibi perpetuam Christus habebit opem.
in cruce sacrata qui tunc pietate pependit,
haec tibi cum pendet, porrigit ille manum.
communem matrem venerando voce saluto,
quae maneat vobis consociata diu.

XXVIII

Item aliud

Dulcis opima decens, cui tanta est cura laboris,
ut tibi sit modico semine magna seges,
quae modo membra libens fugitivo tempore lassas,
cum Christo dabitur perpetuanda quies.
[dextra,] ubi nempe paras sudando sororibus escas,
undis et flammis hinc riget, inde calet:
assiduis votis inter tua brachia volvor
atque meos animos sarcina vestra terit.
nunc faciendo focos epulasque coquendo recurris,
nec valeo matrem quippe iuvare piger.
filia sed portet praesens onus omne vicissim
et reddat pondus participando leve.
det tibi auxilium mundi reparator utrisque
atque diu pariter hanc foveatis opem.

XXIX

Item aliud

Pergimus inclusas a gurgite cernere terras,
qua vagus Oceanus fertque refertque vices,
fluctibus assiduis cum surgit ad aethera pontus,
huc feritate sua mobilis unda latrat;

XXVII Σ *f.* 57[r] 2 fratres *i. e. Agnen et Fortunatum* crux] cru* 10 pendit (pendet *scil. in pariete*)

XXVIII Σ *f.* 57[v] 3 fugitiua 5 dextra *om.* sudanda 7 *scilicet ut a labore te prohibeam* 11 onus *Guerardus*] om *detersa tertia litterae* m *lineola* 12 participanda 13 *fort.* det pius *subscr.* EXPLICIT

XXIX Σ *f.* 58[r]

litus harenosum refugit, nunc suscipit aestus,
nunc, mare dum turget, naufraga terra latet;
quo gelidum abscessit, rediens [hoc] occupat ardor,
atque loco huc uno sunt tria dona dei.
quamvis sit sterilis, fructus fert illa beatos,
dum caelo dignos pascit harena viros.
ast ego vel si qua sine vobis urbe tenerer,
inter multa tamen milia solus eram.
cernere vos laetas merear, materque sororque,
cum venit excelsi cena beata dei.
si citius redeat frater Simplicius, oro,
a me mandatae ferte salutis opus;
et rogo per vestras me commendate sorores:
sic faciat cunctas Christus amore suas.

XXX

Item aliud

Audivi, fateor, ieiunia longa parari:
ad me si veniant, non toleranda gravent:
expavesco famem quae iam vicina susurrat:
ne parietis iter, transeat illa celer.
mox quoque diffugiens vacuis me abscondo cavernis,
dum modo ieiuno non ego ventre domer.
sed si nunc alios pietas et gratia pascit,
de me nulla mihi causa timoris erit.

XXXI

Item aliud

In brevibus tabulis mihi carmina magna dedisti,
quae vacuis ceris reddere mella potes:
multiplices epulas per gaudia festa ministras,
sed mihi plus avido sunt tua verba cibus:
versiculos mittis placido sermone refectos,
in quorum dictis pectora nostra ligas.
omnia sufficiunt aliis quae dulcia tractas,
at mihi sinceros det tua lingua favos.

---

5 harenosum *Mommsenus*] arena suum refugi* (t *eras.*) suscepit aestu 7 quo gelidum abscessit] quo gelidas se esse (quo gelide cessit *praeivit Mommsenus*) rediens hoc *Mommsenus*] re**dicus (*eras.* nc) 8 una 9 sterelis 13 *sic duobus versibus scriptus:* c. u. l. | m. m. s. 14 excelsi c. beata dei *Guerardus*] exelc caena dei beata 15 cicius 18 cunctis *subscr.* EXPLICIT

XXX *Σ f. 58r* 1 *cf. XI, 16, 1* 2 grauant 3 expauisco 4 *fort.* ne pereatis item 5 difugiens *subscr.* EXPLICIT

XXXI *Σ f. 58v* 3 *sic divisus:* M. e. | P. g. f. m. 7 tractas *Mommsenus*] tractant 8 sincerus de tua l. fauus

supplico me recolas inter pia verba sororum,
verius ut matrem te mea vota probent:
omnibus et reliquis te commendante reformer,
ut per vos merear quod mea causa rogat.

XXXII

Pectore vena loquax, mundano culta sapore
venit ad aeternos lingua colenda libros.

XXXIII

Militiam peragens, capiens nova praemia regis.

XXXIV

De Magnerico Treverensi episcopo

Culmen honorificum, patrum pater, archisacerdos,
pontificale decus, proficiente gradu
quem fidei titulus meritis erexit in altum,
ecclesiaeque caput distribuente deo,
discipule egregii, bone Magnerice, Niceti,
nominis auspicio magne canende tui,
clare sacro merito tanto informante magistro,
quem reparas operum fructificante loco,
cuius, opime, sequax sancta et vestigia servans
rite minister agens ecce magister ades
auctorisque pii successor dignus haberis
heredisque sui frugiparensque manes.
crevit post obitum pater et te crescere fecit:
dum capit ille polum, tu capis arce locum.
grex alitur per te vice praecessoris, alumne,
nec sua damna dolet, dum tua lucra tenet.

---

11 *sic divisus:* O. e. r. | T. c. r. commendanter eformer *1 m.* *reliquum paginae spatium* (*14 vv.*) *vacuum. a f. 59r codex incipit diversus*

XXXII *v. ad IV, 5, 8*

XXXIII *v. ad IV, 6, 18*

XXXIV *carmen sine dubio genuinum ex vitae Magnerici ab Eberwino abbate conscriptae codice monasterii S. Martini apud Treveros edidit Browerus III, 11 ed. pr., III, 13 ed. sec.* (*Br.*); *ex eodem libro 'vetustissimo' accuratius expressum est in Act. Sanct. Iul. VI p. 190, cf. p. 183* (*E*) *vit. Magn. § 50* nec nostro ista necesse est de eo approbare testimonio, cum ueridicus [ille] de tali sacerdote auctor Fortunatus metrice ita scribit: culmen e. q. s.' 4 ecclesiae caput *E* 6 auspicium magne canendo *E* 7 informate *Br.* 9 '*forte* opima' *Bolland.* sequax] sagax *codex Maximinianus* (*cuius varia lectio in margine codicis S. Martini adscripta erat* sancto *E* 12 heredis *nominativus* manes] manet *E Br.* 15 per *E*] pro *Br.* alumni *E*

fratribus optandus, iucundus honore ministris
carius et populis pastor amore places.
te panem esuriens, tectum hospes, nudus amictum,
te fessus requiem, spem peregrinus habet.
haec faciens intende magis, venerande sacerdos,
ut commissa tibi dupla talenta feras.
pro Fortunato exorans quoque dulcis amator
spem mihi dans veniae, sit tibi palma, pater.

---

post 24 *vit. Magn.* § *52* de quo idem Fortunatus dicit:
templa antiqua dei in priscum renouauit honorem.
cf. III, 11, 21 (I, 15, 41; IV, 8, 27)

VITA S. MARTINI

Epistula ad Gregorium

DOMINO SANCTO ATQVE APOSTOLICO PIISSIMO IN CHRISTO ET PECVLIARI GREGORIO PAPAE FORTVNATVS. Apud pietatis animum quod opere minus inscribitur dilectionis intuitu dilatatur. nam ἐπιχειρήματα ἐλλείψεις διαιρέσεις παρενθέσεις et reliqua orationibus dialectici et apud quos ceterae artes perplexis florent artibus, satagentes suis affectare syrmatibus, soliti sunt adsuere vel proferre: date pietatis et caritatis animo veniam, postposita pro parte tetrica periti censura; quia quidquid in his vel stropha veterum vel praesentium sophisma plerumque disertat, totum novisti quod minus novimus; quamquam in opere messium, id est in ipsa messe, ut praesens explicare portitor poterit, nec expedire licuit nec temptare singula. (2) Quapropter sanctae coronae atque dulcedini vestrae me peculiariter et instanter commendans et ut pro humili tuo iugiter orare digneris expectans suggero: cum iusseritis ut, opus illud Christo praestante intercessionibus domni Martini, quod de suis virtutibus explicuistis versibus debeat digeri, id agite ut mihi ipsum relatum iubeatis transmitti. (3) Nam pietate domini concedente quod de vita eius vir disertus domnus Sulpicius sub uno libello prosa descripsit et reliquum quod dialogi more subnectit, primum quidem opus a me duobus libellis et dialogus subsequens aliis duobus libellis conplexus est, ita ut brevissime iuxta modulum paupertatis nostrae in quattuor libellis totum illud opus versu in hoc ter bimenstri spatio audax magis quam loquax, nec efficax, cursim inpolite inter frivulas occupationes sulcarem. (4) [Quos] domino meo et pio domno

---

haec epistula legitur in uno codice Vaticano Palatino 845 s. IX f. 143^v sq. (*N*) *qui etiam Luchio praesto erat; fortasse ex codice Treverensi Browerus edidit* (*Br.*), *om. edd. Ven. et Par.* 1 FINIT OPVS PAVLINI (de orantibus) FELICITER. domino *etc. N* adque *N* 2 inscribitur *Br. vix recte*] inferebitur *N* 3 intuitur *N* nam enexiPHOTAεΛLecIC. ΔIePeCIC ΠΑΡeΝΘΘCIC (ἐπιχειρηματα λεζις (*voluit* λεξις) διαιρεσις παραινεσις *Br.*) reliquam *N* o. d. e.] orat*oribus (*eras.* i) dialecticis et *N*, oratoribus et dialecticis permittantur *Br.* 4 quod *N* artibus, satagentes *Mommsenus*] artibus satagent *N*, artibus. ista satagent *Br.* 5 syrmatybus *N* soliti] quae soliti *Br.* adsuere *Br.*] adsurae *N* proferre .... Vos date *sic Br. cum v. l.* data 6 ueniam *Br.*] uenia *N* (*Br. v. l.*) metrica *Br.* perici *N* 7 strofa *N* dissertat *Br.* nouisti] nobis tu *N*, nobis tu praestabis *Br.* (noris tu *praeivit Mommsenus*) 8 quamquam] quam quod *N*, quod *Br.* expl*icare (*eras.* a) *N* 9 portitur *N* temptare singula] tentare singula *Br.*, tamtare singultat *N* 10 atque] ac *Br.* 11 iuss. ut] iuss. autem ut *Br.* 12 explicuisti *Br.* 13 m. i.] ipsum mihi *Br.* *cf. Greg. Tur. de mirac. S. Martini praef. p. 995 et I, 2 p. 1004 R.* 14 sulpicius] sulpitius *Br.*, sulpiius *N* 15 prosua discripsit *N* 17 iuxta] et iuxta *N* 18 uessu *N* i. h. t. bimenstri spatio] in hoc ter bimenstrae spatium *N*, inter hoc bimestre spacium *Br.* 19 inpolite] et impolite *Br.* sulcarim *Br.* quos] quos libellos *Br.*, *om. N* domino] domno *Br.*

Martino, si ipse commeatum obtineo, in quaternionibus quos direxistis, ipsi per vos oblaturus, confestim transcribendos curabo, illud certe postulans, ut eius a vobis pietas reparata pro nobis humilibus et suis peculiaribus intercedere non desistat. date, dulcis, veniam, quia lituram tantam in messe scribenti pluvia superlapsa suffudit. ora pro me, domine sancte et mihi dulcis pater.

Praefatio ad Agnen et Radegundem

Nauta rudis tumido cum vult dare vela profundo
    atque procellosas nescius intrat aquas,
raucisono latrante salo cum perstrepit aequor
    et vaga terrifico murmurat unda freto,
exiliens pelagus colles ubi volvit aquosos
    planaque dorsa maris mobile rupe tument,
naufragii cumulos rapiens per confraga pontus,
    qua crepitat rapidus monte natante liquor:
certatim inplicitam quatiunt vada caerula cumbam,
    cum liquidi campi pensile transit iter.
si fera crescat hiems, ut spumis verberet auras
    et mare caeruleum tollat ad astra caput,
fluctibus excussus per nubila navita currit,
    intrat et aerias pendula prora vias.
pars subit una ratis, pars altera vergit harenis,
    nutat et in dubio lubrica libra freto.
nunc sursum inspicitur pelagi furibunda ruina,
    pontus et iratas desuper armat aquas,
nunc quoque prosiliens Zephyri pelagique repulsu
    fluctibus ex imis evolat acta ratis.
afficitur tremulis temerarius arbiter undis
    et stupet inplicitas quas petat arte vias.
attonitus trepidus hebetans vagus anxius anceps
    confuso ingenio mox ope nauta caret.
iamque gubernaclum amittens ratione regendi
    pondere victus aquae nescius arte iacet.

---

1 obtineo *Mommsenus*] obtinet *N Br.* dirixistis *N* 2 confestim] coniunctim et confestim *Br.* 3 dato *Luchius* 4 dulcis] pater dulcis *Br.* 5 domine] domne *N Br.*

INCIPIT PRAEFATIO *N*, INCIPIT PROEMIVM *P*, PROOEMIVM *T* (*i. e. cod. Paris. 2204 s. IX*), PROLOGVS (PRAEFATIO *L*) AD AGNEN ET RADEGVNDEM. DE VITA SANCTI MARTINI (M. SCRIBENDA *L*) *BL* (*cf. subscr. carm. l. XI*), INCIPIT LIBER QVINTVS *F* (*v. ad calcem carm. l. IV*), *tit. om. MS* (*i. e. cod. Sangall. 573 s. IX*) *proprios librariorum errores praeter PN fere omittam ubi inter se consentiunt reliqui* 1 rudes PS^2 2 **intrat (*eras.* in) *P* 3 raucison* P^1 4 murmorat *PN* 5 exsilens *P* aquosus *PMS* 6 mobile] mocule B^1 (*corr.* B^1 *v. l.*) *MS* 8 rabidus *T* 9 inplicitam *PTM*] inplicita *N*, implicitam LSB^2, plicitam B^1 caeru*la *P* cumbam P^1N] cumba *T*, cymbam *BMS*, cimbam LP^2 11 rera *N* hiems *BL*] biemps *PNMS* 12 ad] ad ad *N* 13 excusus *N* curret *TF* 14 et aerias *NTF*] eterias *P*, etherias *M*, et aetherias *BLS* 17 sursum *PTF*] *item, sed prior* s *i. ras. 1 m. N*, rursum BL^1 (*corr.* L^1) *MS* 18 iratus S^2 19 zephiri *P*, zepheri *T* pelaique *N* 20 eximiis S^1 21 efficitur *MS* tremuli*s *N* uindis P^1 *corr.* P^1 22 inplicitas *PNT*] implicitas *BLS*, *fort.* inplicitus 23 hebetans BLF^2] hebitans *rell.* (hebitas *M*, hebitan P^1) 25 gubernaclum *BL*] gubernaculum *rell.*

sic ego de modicis minimus, venerabilis Agnes
cum Radegunde sacra, quas colo sorte pia,
tendere pollicitum quia cogor ad ardua gressum,
imperiis tantis viribus impar agor.
fluctuat ingenium cui non natat unda Camenae,
sensus harenosus non rigat ore lacus.
nam celsum meritis Martinum ad sidera notum,
cum sint vota, mihi non valet arca loqui.
poscendum est vobis, ne naufraga prora laboret,
flatibus ille suis ut mea vela iuvet.
credere tunc potero ad portum mea carbasa ferri,
adspirante fide si sua flabra favent.
ferte precanter opem et de verbo poscite verba:
si fons ille rigat, rivulus iste meat.
vos date quod vobis cum fenore reddat alumnus,
addam ut thesauris parva talenta suis.

LIBER PRIMVS

Altithronus postquam repedavit ad aethera Christus
carne triumphali victricia signa reportans,
inclitus inferni spoliato carcere dives,
Tartarei reprimens feralia iura tyranni,
et Stygis omnipotens adamantina claustra revellit,
sede fera populi longa caligine tecti
captivum retrahens portis bipatentibus agmen:
milibus ereptis ergo est ut redditus astris
et patris in solio sedit sua dextera dexter,
quae conversatus dederat miracula terris
multa euangelici reserante volumine libri
Hebraicus cecinit stilus, Atticus atque Latinus,
prosaico digesta situ, commune rotatu.
primus enim docili distinguens ordine carmen
maiestatis opus metri canit arte Iuvencus.

27 uenerabelis *N* 30 ago *M* 32 ligat *BS*, l*gat L^1 *corr.* L^1 36 ut] sed (*B*) 37 carbassa P^1T 38 sua flabra] sullabra P^1 39 forte *TM* precabor *S* 40 riuolus *M* 42 ut] et *TF* tesauris *M* talanta *N* *subscr.* FINIT *M*

I INCIPIT OPVS FORTVNATI (FVRTVNATI *N*) PRBI DE VITA SCI MARTINI (EPI *add.* *N*) LIBER PRIMVS *PNT*, TEXTVS VITAE SANCTI (BEATI *L*) MARTINI (INCIPIT LIBER I *add.* *B*) *BL*, *tit. om.* *FS* 1 aetha *N* 2 carne] XPS carne *N* 3 inclitus *LMS*] inclytus *PNT* 4 tiranni *T* 5 stigis *PL* 6 sede fera $PNTFL^2$] effera sed BL^1M, sed effera *S* 7 rethrahens *N*, rettrahens *M* 10 *om.* BLM^1S dederat] dedit at M^2, dedit ad *PNT*, dedit in *F* (*om. rell.*) 11 euangeli** S^1 13 degesta *MS* 15 mereti canit are P^1

hinc quoque conspicui radiavit lingua Seduli
paucaque perstrinxit florente Orientius ore,
martyribusque piis sacra haec donaria mittens
prudens prudenter Prudentius immolat actus.
stemmate corde fide pollens Paulinus et arte
versibus explicuit Martini dogma magistri.
sortis apostolicae quae gesta vocantur et actus
facundo eloquio sulcavit vates Arator.
quod sacra explicuit serie genealogus olim,
Alcimus egregio digessit acumine praesul.
ast ego sensus inops, Italae quota portio linguae,
faece gravis, sermone levis, ratione pigrescens,
mente hebes, arte carens, usu rudis, ore nec expers
parvula grammaticae lambens refluamina guttae,
rhetorici exiguum praelibans gurgitis haustum,
cote ex iuridica cui vix rubigo recessit,
quae prius addidici dediscens et cui tantum
artibus ex illis odor est in naribus istis.
non praetexta mihi rutilat toga, paenula nulla
flammea, nuda fames superest de paupere lingua.
scilicet inter tot sanctorum culmina vatum,
fulmina doctorum et gemmantia prata loquentum
nullo flore virens ego tendam texere sertam
mellis et inrigui haec austera absinthia miscam?
quod tamen ut facèrem, fieri res illa coegit,
quominus ipse reus pro crimine redderer amplo,
convenienter enim ratio quia plena poposcit
huius pontificis solvi praeconia verbis
cuius causa fuit hac me regione venire.
    Ergone dignus ero Martini gesta beati,
Pannoniae geniti qua clara Savaria vernat,
attrectare manu trepida vel pangere lingua?
non eget ille meis tenebris, quia luce coruscans
Gallica celsa pharus fulgorem extendit ad Indos.

Sulpic. Sever. Vit. Mart. 2, 1 ed. Halm. Igitur Martinus Sabaria Pannoniarum oppido oriundus fuit, sed intra Italiam Ticini altus est *e. q. s.*

---

16 sedulii *F*, siduli *N* 17 prestrinxit *PT* orientius *PNTFM*^{2}] orentius *BLM*^{1}, *S*^{1} *v. l.*, prudentius *S*^{1} 19 prodenter *N* prudentia immalat *P*^{1} 20 *in marg.* XX *P* stemate *N*, stemnate *M* cordi *MS* 21 docma *N* 22 apostholicae quaemagesta *N* 23 uatis *PTMS*^{2} 26 sensu* inops *T*, sensu inopis *F* 27 leuis *P*^{2}*F*^{1} *corr.*] leues *NT*, legis *F*^{1}, grauis *BLMS*, graues *P*^{1} pigriscens *PNT* 28 habes *N* rudes *PNTM* 29 paruola *N* 30 rhetorici *NFM*] rethorici *PTL*, raethorici *S*, retthorici *B* 31 iuridica *NT*] iuredica *BLMS*, iuradica *P* rubigo *TFBLP*^{2}] rubigu *N*, rubi *P*^{1}*M*^{2}, *om.* *M*^{1}*S* 32 addedici *PNT*, addici *S*^{1} tandem *L* 34 rutulat *P*^{1}*M* penulla nulla *P*^{1} 35 flammea] famae *NTFP*^{2}, iamea *P*^{1}*MS*, iam mea *BL* famos *N*, famae *P*^{2}, faues *B* 36 scilicit *N* 37 fulmina *BMSP*^{2}] flumina *NTFL*, fulmine *P*^{1} gemmentia *N*^{1} *corr.* *N*^{1}, geminantia *M*, gemmata *F*^{1} *corr.* *F*^{1} 38 uire*** *P*^{1}, uires *P*^{2} serta *N*, sertum *L*^{2} 39 irrigui *S*, *fort.* mellique inriguo *cf. IV, 546* 40 facerent *TF* fieri *om.* *F* 43 cuius *P* praecunia *N* 45 *in mg.* I *NM*, *litt. initial. S ut solet*, *T* *inscr.* DE SANCTA CONVERSATIONE ADOLESCENTIAE *F*, PANNONIAE ORTVS *N* dignos *P* 46 panoniae *P* quas *P*^{1}*MS* sabaria *codd.* 47 adtrectare *PM*, adtractare *N* plangere *P*^{1} 49 *de dub. nomin. V p. 588, 14 K.:* pharus generis feminini ut Fortunatus 'Gallica celsa pharus' galliga *P*, galli *L*^{1}

Qui puer in teneris vix pubescentibus annis
frigore sub gelido terras crispante pruina,
cum undas tristis hiems freno glaciale ligasset
et vaga libertas fluviorum inclusa lateret
asperiore gelu, de se sibi vincula nectens,
plus aqua frigidior, tunica vestita rigoris:
occurrenti igitur portae Ambianensis egeno,
qui sibi restiterat, chlamydis partitur amictum
et fervente fide membris algentibus offert.
frigoris iste capit partem, capit ille teporis,
inter utrosque inopes partitur fervor et algor
et nova mercandi fit nundina frigus et aestus,
unaque paupertas satis est divisa duobus.
hac se veste tamen tectum obtulit ipse creator
Martinique chlamys texit velamine Christum.
nulla Augustorum meruit hunc vestis honorem:
militis alba chlamys plus est quam purpura regis.
prima haec virtutum fuit arra et pignus amoris.
Post fera barbaries peteret cum Gallica claustra
ac prope Vangionum premeret loca fervidus hostis,
militiae sanctus cuncta emolumenta recusat.
hinc sibi Caesareas fremuit Iulianus in iras:
imperat ut clausum teneat custodia iustum
ac veniente die primus properaret in agmen;
quo tamen ante aciem sacer ire fatetur inermis.

3, 1 Quodam itaque tempore, cum iam nihil praeter arma et simplicem militiae vestem haberet, media hieme, quae solito asperior inhorruerat, adeo ut plerosque vis algoris extingueret, obvium habet in porta Ambianensium civitatis pauperem nudum: qui cum praetereuntes ut sui misererentur oraret omnesque miserum praeterirent, intellexit vir deo plenus sibi illum, aliis misericordiam non praestantibus, reservari. (2) quid tamen ageret? nihil praeter chlamydem, qua indutus erat, habebat: iam enim reliqua in opus simile consumpserat. arrepto itaque ferro, quo accinctus erat, mediam dividit partemque eius pauperi tribuit, reliqua rursus induitur. interea de circumstantibus ridere nonnulli, quia deformis esse truncatus habitu videretur: multi tamen, quibus erat mens sanior, altius gemere, quod nihil simile fecissent, cum utique plus habentes vestire pauperem sine sua nuditate potuissent. nocte igitur insecuta, cum se sopori dedisset, vidit Christum chlamydis suae, qua pauperem texerat, parte vestitum. intueri diligentissime dominum vestemque, quam dederat, iubetur agnoscere *e. q. s.*

4, 1 Interea inruentibus intra Gallias barbaris Iulianus Caesar coacto in unum exercitu apud Vangionum civitatem donativum coepit erogare militibus, et, ut est consuetudinis, singuli citabantur, donec ad Martinum ventum est. (2) tum vero oportunum tempus existimans, quo peteret missionem — neque enim integrum sibi fore arbitrabatur, si donativum non militaturus acciperet —, (3) hactenus, inquit ad Caesarem, militavi tibi: patere ut nunc militem deo: donativum tuum pugnaturus accipiat, Christi ego miles sum: pugnare mihi non licet. (*4*) tum vero adversus hanc vocem tyrannus infremuit dicens, eum metu pugnae, quae postero die erat futura, non religionis gratia detractare militiam. (5) at Martinus intrepidus, immo inlato sibi ter-

50 II *NM* *inscr.* CLAMIS DIVISA *N* tenebris *N* pubiscentibus *PNM* 52 cun *N* hiemps *PNS* 55 plus] *fort.* ipsa tonica NP^2 56 occurrenti *PM*] occurrente *rell.* ambianensis $PTFN^2L^2$] ambienensis BL^1MS, ambinensis N^1 57 sib restiterat *N*, sibi prestiterat *BS*, sibi praestiterat L^1 chlamydis] clamydis *NM*, clamidis *rell.* partietur *ut vid.* N^1, partis P^1 60 *in mg.* LX *P* 61 nudina P^1 63 obtullit P^1 64 chlamys] clamys *N*, clamis *rell.* 65 honore *PTMS* 66 chlamys] clamis *codd.* 67 arra *sic codd.* 68 III *NM*, II *T*, *litt. init.* *L* *ut solet* DE CLAMIDE DIVISA ET PAVPERE VESTITO *F*, INERMIS IN HOSTAE *N* barbarees P^1, barbareis P^2 69 uuannionum *F* 71 hinc sibi] hunc sibi *P*, *fort.* hinc ubi caesaries TF^1, caesarias F^1 *corr.* 73 agmen] hostem S^1 *corr.* S^1 74 inermes $PNMT^2$

venerat ergo dies belli: pacem expetit hostis
atque orante uno cecidit furor omnibus armis
innumerasque acies solus sine sanguine vicit.
  Hinc loca latronum incedens, ratus ire per Alpes,
vinctis post tergum manibus deductus ab uno,
tempore sub mortis hostis conpendia tractans,
credit latro deum dum praedicat iste colendum,
et dare qui voluit mortem capit ore salutem.
ducitur ille ferox a religione ligatus
atque suus praedo Martini praeda fit ultro.
quam bonus ille isti, sed plus pius hic fuit illi.
servantur simul, ille fide, hic corpore vivens;
ambo valent, dum nemo cadit: sic vicit uterque.
  Hinc loca praeteriens pulcherrima Mediolani,
florea rura terens per amoena virecta viator,
obvius occurrit vetus et temerarius hostis,
mentitus speciem humanae sub imagine formae.
falsiloquax pereunte fide, male doctus in arte
quod peteretur iter quaerit: cui comminus ille
huc properare refert qua se deus ire vocaret.
cui ferus hostis ait: 'quacumque accedere tendes
tecum pergo nocens, vota in contraria currens'.
voce prophetali sanctus cui protinus infit:
'est meus adiutor dominus, mala nulla verebor.
ne timeam timidum, timor est deus arma timentum.
tutus in adversis gradior rectore superno.
insidiae via nulla patet sub tegmine divo'.

Sulp. Sev. V. M.

rore constantior, si hoc, inquit, ignaviae adscribitur, non fidei, crastina die ante aciem inermis adstabo et in nomine domini Iesu, signo crucis, non clipeo protectus aut galea, hostium cuneos penetrabo securus. (*6*) retrudi ergo in custodiam iubetur, facturus fidem dictis, ut inermis barbaris obiceretur. (7) postero die hostes legatos de pace miserunt, sua omnia seque dedentes. unde quis dubitet hanc vere beati viri fuisse victoriam, cui praestitum sit, ne inermis ad proelium mitteretur *e. q. s.*

5, 4 Ac primum inter Alpes devia secutus incidit in latrones. cumque unus securi elevata in caput eius librasset ictum, ferientis dexteram sustinuit alter: vinctis tamen post tergum manibus uni adservandus et spoliandus traditur. qui cum eum ad remotiora duxisset, percontari ab eo coepit, quisnam esset. respondit Christianum se esse *e. q. s.* (*6*) ingressusque euangelicam disputationem verbum dei latroni praedicabat. quid longius morer? latro credidit prosecutusque Martinum viae reddidit, orans ut pro se dominum precaretur. idemque postea religiosam agens vitam visus est, adeo ut haec, quae supra rettulimus, ex ipso audita dicantur.

6, 1 Igitur Martinus inde progressus cum Mediolanum praeterisset, diabolus in itinere, humana specie adsumpta, se ei obvium tulit, quo tenderet quaerens. (2) cumque id a Martino responsi accepisset, se quo dominus vocaret intendere, ait ad eum: quocumque ieris vel quaecumque temptaveris, diabolus tibi adversa-

---

75 hostes *PTF*¹*M* 78 IV *NM*, III *PT*, *spat. vac. 1 v. F* A LATRONE VINCTVS *N* alpens *P* 79 uictis *N*, uin**** *P*¹ pos tergum *MS*, pos tergo *N* 80 *in mg.* LXXX *P* hostia *P*¹ (conpendia *PTS*) trectans *P* 83 religione *PTS*] relegione *N*, relligione *BML*², rellegione *L*¹ 84 suos *N*, suis *TF* 87 cadet *M* 88 V *NM*, IV *PT* DIABVLVS SE OPTVLIT *N*, *inscr. eras. F* 90 XC *P* hostes *T* 91 mentitur *M*, mentibus *T* 93 preteretur *P* communis *P*¹ 94 properante *BL*¹*MS* fert *N* 95 quocumque *L*, quicumque *P* tendis *N*, temptes *FL*² 96 currens] uertens *F* 97 protenus *T* 99 timentium *P*¹ 101 insidiae *sic codd.*

haec ait, et validi transfixus cuspide verbi
daemon abest. sic umbra fugit quem Christus obumbrat.
Interea matrem gentili errore resolvens
illa istum mundo, hic illam generavit Olympo
decrepitamque senem sancto facit amne renasci
et meliore sinu generant sua viscera matrem.
Dogmaque sacrilego quod fuderat Arrius ore
tempestate gravi totum populaverat orbem:
per magis Illyricum male naufraga lingua natabat.
hinc quoque coeperunt nasci nova proelia iusto,
fortior ut fieret reparatis belliger armis,
ad virtutis opus per multa pericula crescens.
vir pius ergo sagax fideique fidelis athleta,
sparsa venena heresis reprimens dum dimicat hosti,
suppliciis lacerus, flagris datus urbe repulsus.
rem patris ac geniti aequalem vel spiritus almi,
vim, genus et specimen, virtutem lumen honorem,
unum velle trium sua per tormenta fatetur.
dulcia membra viri per amara flagella cavantur
et Christi iuvenem veterata piacula torquent.
sed gravior fit poena levis per nomen amantis.
Et quia summus apex fidei virtutis honoris
Hilarius famae radios iaculabat in orbem
rite sacerdoti penetralia iura gubernans,
bucina terribilis, tuba legis, praeco Tonantis,
pulchrior electro, ter cocto ardentior auro,
largior Eridano, Rhodano torrentior amplo,
uberior Nilo, generoso sparsior Histro,
cordis inundantis docilis ructare fluenta,
fontibus ingenii sitientia pectora rorans,
mens euangelici bis bini plena libelli,
quattuor ore suo manans nova flumina mundo,

bitur. tunc ei prophetica voce respondens, dominus mihi, inquit, adiutor est: non timebo, quid faciat mihi homo. statimque de conspectu eius inimicus evanuit.

6, 3 Itaque ut animo ac mente conceperat, matrem a gentilitatis absolvit errore, patre in malis perseverante: plures tamen suo salvavit exemplo.

6, 4 Dehinc cum haeresis Arriana per totum orbem et maxime intra Illyricum pullulasset, cum adversus perfidiam sacerdotum solus paene acerrime repugnaret multisque suppliciis esset adfectus — nam et publice virgis caesus est et ad extremum de civitate exire conpulsus — Italiam repetens, cum intra Gallias quoque

---

102 *super* cuspide *scriptum* smeribirga N^2 cuspite *T* 103 adest P^2 104 vi *NM*, v *PT* 105 olimpo *TBL* 106 amne] amen P^1 108 vii *N* (*num. om. PTM, sed litt. init. in LS*) sacriligo B^1M^1 110 cx *P* illyricum *T*] illiricum *rell.* 114 ergo] atque *F* athleta fidelis *F ex corr.* 115 *super* spassa (*sic*) *erasum vocab. 9 litterar. 2 m. scriptum N* heresi P^1MS^1, heres *B* reprimens dum $BLMS^2$] repremens dum PS^1, repraemens dum *N*, depremendum *T*, deprimit dum *F* hostis *T*, hostes *F et in marg.* R[equirendum] 116 sulpiciis *T* datur *BS* urbe repulsus *PNBL*] uerbere pulsus *TFMS* repulsus *scil.* est 118 *om.* P^1 120 cxx *P* 122 sit *BS* 123 viii *N*, vii *M*, vi *T*, *spat. vac. F* 125 sacerdoti *BL*] sacerdotii *rell.* guuernans *N* 127 pulcrhior S^1 128 *om.* L^1 *spatio relicto*, largior erit orrentior amplo *S cum spatio post* erit (*in marg.* R) *et item B, sed nullo spatio* (*in marg. man. rec.* eridano reno uel rodano) eridiano *P*, eridanno *N* 131 scientia M^1S 132 bina NP^2 (*fort.* P^1 *corr.*)

ornatum ecclesiae pollens, diadema coruscum,
in membris Christi capitis velut infula fulgens,
pectore belligerans, adamantinus arte topazos,
ad virtutis opus mens inconcussa palaestris,
gemmifer eloquiis, radiantior ore lapillis,
doctor apostolicus vacuans ratione sophistas,
dogmate luce fide informans virtute sequaces.
hostibus hic quoniam gravis insuperabilis esset,
ducitur exilio qua longa Seleucia tendit,
regis et auxilio petit hinc sua praemia miles.
cuius in abscessu errori vaga Gallia cedit
et regio titubat tanta se turre movente.
hoc ubi praepropere Martinus conperit inde,
constituit cellam sub vertice Mediolani,
expulit unde virum tum Auxentius auctor iniquus.
    Hinc pius exul adit qua Gallinaria turget
insula, frugis inops, pascens radicibus herbae.
ergo venenatum helleborum mox sumpsit ab ore,
incipit inde mori qua vivere credidit escis.
sed grave virus agens oratio sola fugavit
et vivente viro intra se sua mortua mors est.
    Rursus ut Hilario redeundi est cessa facultas,
excurrit properus sua post vestigia iustus.
excipit hic cupidum cupiens et amator amantem
fitque monasterium Pictava comminus urbe.
iungitur inde sacro catechumenus ore docendus,
atque absente viro rapuit grave funus amicum.

Sulp. Sev. V. M.

discessu sancti Hilari, quem ad exilium haereticorum vis coegerat, turbatam ecclesiam comperisset, Mediolani sibi monasterium statuit. ibi quoque eum Auxentius, auctor et princeps Arrianorum, gravissime insectatus est, multisque adfectum iniuriis de civitate exturbavit.

6, 5 Cedendum itaque tempori arbitratus ad insulam, cui Gallinaria nomen est, secessit comite quodam presbytero, magnarum virtutum viro. hic aliquamdiu radicibus vixit herbarum: quo tempore helleborum, venenatum, ut ferunt, gramen, in cibum sumpsit. (*6*) sed cum vim veneni in se grassantis vicina iam morte sensisset, imminens periculum oratione repulit statimque omnis dolor fugatus est.

6, 7 Nec multo post, cum sancto Hilario comperisset regis paenitentia potestatem indultam fuisse redeundi, Romae ei temptavit occurrere profectusque ad urbem est. (*7, 1*) cum iam Hilarius praeterisset, ita eum est vestigiis prosecutus: cumque ab eo gratissime fuisset susceptus, haut longe sibi ab oppido monasterium conlocavit. quo tempore se ei quidam catechumenus iunxit, cupiens sanctissimi viri institui disciplinis: paucisque interpositis diebus languore correptus vi febrium laborabat. (2) ac tum Martinus forte discesserat: et

135 uelud *PN* insula *N* 136 pectare *N*[1] adamantinos *BL*[1]*S* topazus *L*[2] 137 at *F*, atd *expuncta* d *M* 139 uacans *F*, uacuas *B* 140 infirmans *N* 142 *om. F spatio relicto in quo erasus est v. 143* selucia *S*[1] 143 exilio *P*[2] *in N finit f. 147* (*quat. XIX*), *abscissum est f. 148 continens v. 144—197; inter f. 147 et 149 insertum est duplex folium continens vv. 144—178 manu non multum prima recentiore scriptos* 145 torre *P*[2], corre *N* 146 praep**pere *P*[1] *corr. P*[1], praepore *L*[1] (conperit *PT*) 147 *om. P* 148 inde *T*[1] (*corr. T*[1]) *F*, uinde *M* aucxentius *M*, auentius *BL*[1] iniquos *N*, iniquis *BMS* 149 IX *N*, VIII *M*, VII *PT* DE PRESBITERO *N* exsul *M* turgit *NTP*[2] 151 heleborum *BLM* *fort.* ad ora 152 quia *T* 155 VIII *T* (*om. PNM*), *spat. vac. F* DE CATICVMINO *N* 158 sique monasterius *N* pictaui *F*[2] orbe *N* 159 catechumenus] caticuminus *codd.* (catuminus *T*) *post* 159 *spat. vac. 1 vers. F* 160 etque *N*

en subito Martinus adest qui defuit absens.
ecce redit pietas, redit et simul arra salutis.
ergo ubi conspexit gelidum de febre cadaver,
flet gemit accurrit dolet heiulat uritur angit,
concipiensque fidem cella omnes iussit abire
exclusitque foris foribus, sine teste relictus;
tum super algentis corpus prosternitur ardens,
iudicis exactor, revomant ut Tartara functum.
interea geminis spatio remorante sub horis
ecce redit facies, saliunt per membra vapores,
stat rubor inde genis, oculos pupilla repingit,
rursus et insertus renovat specularia visus,
vena tumet rivis animato fonte cruoris.
paulatim adsurgit fabrica titubante columna
erigiturque iacens pariter domus et suus hospes,
ipse iterum post se vivens, idem auctor et heres.
qui redivivus ait se iudicis ante tribunal
ductum damnandum, Martino orante reductum.
  Lupicini demum celerans dum praeterit agrum,
conperit, heu, famulum crudeli funere raptum,
elidendo suum fera per suspendia collum,
accessitque ubi sic male pendula praeda iacebat,
expulit hinc cunctos, solus solita arma requirens.
incubuit super exanimis pallentia membra,
et premit arca sacri hunc ne premat arca sepulchri.
mox tamen ore precem ut viventis misit in aurem,

cum per triduum defuisset, regressus exanime corpus invenit: ita subita mors fuerat, ut absque baptismate humanis rebus excederet. corpus in medio positum tristi maerentium fratrum frequentabatur officio, cum Martinus flens et eiulans accurrit. (3) tum vero tota sanctum spiritum mente **concipiens** egredi cellulam, in qua corpus iacebat, ceteros iubet, ac foribus obseratis super exanimata defuncti fratris membra prosternitur. et cum aliquamdiu orationi incubuisset sensissetque per spiritum domini adesse virtutem, erectus paululum et in defuncti ora defixus, orationis suae ac misericordiae domini intrepidus expectabat eventum: vixque duarum fere horarum spatium intercesserat, videt defunctum paulatim membris omnibus commoveri et laxatis in usum videndi palpitare luminibus. (4) tum vero magna ad dominum voce conversus gratias agens cellulam clamore conpleverat: quo audito qui pro foribus adstiterant statim inruunt. mirum spectaculum, quod videbant vivere, quem mortuum reliquissent. (5) ita redditus vitae, statim baptismum consecutus plures postea vixit annos, primusque apud nos Martini virtutum vel materia vel testimonium fuit. (6) idem tamen referre erat solitus, se corpore exutum ad tribunal iudicis ductum deputandumque obscuris locis et vulgaribus turbis tristem excepisse sententiam: tum per duos angelos iudici fuisse suggestum, hunc esse pro quo Martinus oraret: ita per eosdem angelos se iussum reduci et Martino redditum vitaeque pristinae restitutum.

8, 1 Nec multo post, dum agrum Lupicini cuiusdam honorati secundum saeculum viri praeteriret, clamore et luctu turbae plangentis excipitur. (2) ad quam cum sollicitus adstitisset et quis esset hic fletus in-

---

161 defuerat P^2, fuerat *N* 162 simul et redit T^1 *ex corr.*, *F* 163 conspecxit *N* genitum BL^1MS 164 heiulet M^1S, ululat *N* (heiulat *rell.*) 165 conspiciensque BL^1MS cellam omnes *LM*, cellula omnes *T*, omnes cellula *F* 166 exclussitque *N* 167 tunc (*T*) 168 remouant NT^1 (*corr.* T^1) P^2 170 saliuunt *N* uaporis *P* 171 stat rubor] **R rubor *sic* *N* 172 in*ertus P^1 *corr.* P^1, infertus *M* 175 eregiturque *T* ospes *N* 176 uiens M^1, ueniens *BL* 177 redeuiuus *PN* 179—197 *om.* *N* (*v. ad v. 144*) 179 xi *M*, ix *T*, *spat. vac.* *F* 180 (conperit *M*) 181 conpendia P^2 182 sic] tunc *F* male *PFBL*] mala *TMS* 183 cunctos] cantus BL^1 requaerens *T* 184 exanimi *F* 185 ne premat TLB^2] ne primat PFB^1M, ne deprimat *S* 186 uiuentes P^1

mors pede versa retro praedam fugitiva reliquit
evomuitque vorax avida de fauce rapinam.
protinus exiluit lento conamine functi
iam levior se terra movens animata calore,
languida colla levans oculosque ex morte soporos,
vix reserans gravido vigilantia lumina visu,
mortis odore adhuc remanente in naribus illis;
sed prensante manu totos simul erigit artus
et stetit intrepidis membrorum machina plantis.
vivificatus enim gressum meditando rediscens
reddidit obsequium vitae pro munere sancto,
usque ad vestibulum domus illum ducere tendens,
defunctum eripuit subito qui ex limine mortis:
pro mercede manens haec conpensatio iusto.
gloria, Christe, tibi, facis haec qui mira per orbem!
    Accidit ut Toronum praesul peteretur ad urbem
nec tamen educi posset de limine cellae;
Rusticius quidam simulata febre iugalis
obtinet egressum sancti ad vestigia supplex.
urbibus ex reliquis nova conciliabula currunt,
laetificata simul sanctam se ferre rapinam:
ne tamen effugiat, iustum custodia vallat.
interea paucis tunc obsistentibus insons
eligitur, trahitur, sacratur et arce locatur.
aemulus unus erat Defensor episcopus obstans,
ne Martinus oves pastor curaret alendas.
nec mora, iudicio domini lectore canente
versiculo psalmi Defensor sponte notatur.

Sulp. Sev. V. M.

quireret, indicatur unum ex familia servulum laqueo sibi vitam extorsisse. quo cognito cellulam, in qua corpus iacebat, ingreditur, exclusisque omnibus turbis superstratus corpori aliquantisper oravit. (3) mox vivescente vultu, marcescentibus oculis in ora illius defunctus erigitur: lentoque conamine enisus adsurgere, adprehensa beati viri dextera in pedes constitit: atque ita cum eo usque ad vestibulum domus, turba omni inspectante, processit.

9, 1 Sub idem fere tempus ad episcopatum Turonicae ecclesiae petebatur: sed cum erui monasterio suo non facile posset, Rusticius (*sic V*, ruritius *A*, ruricius *F*) quidam, unus e civibus, uxoris languore simulato ad genua illius provolutus ut egrederetur obtinuit. (2) ita dispositis iam in itinere civium turbis, sub quadam custodia ad civitatem usque deducitur. mirum in modum incredibilis multitudo non solum ex illo oppido, sed etiam ex vicinis urbibus ad suffragia ferenda convenerat. una omnium voluntas eadem vota *e. q. s.* (*4*) inter episcopos tamen qui adfuerant praecipue Defensor quidam dicitur restitisse: unde animadversum est graviter illum lectione prophetica tum notatum. (5) nam cum fortuito lector, cui legendi eo

---

187 reliquid *P* 189 protenus *TS* functus *F* 190 l. s.] se leuior *P*[1] terra *i. e.* cadauer colore *S*[1] 191 sopores *MS*, soporis *P* 194 prensante *PFB*[2]] praesente *B*[1]*LMS*, praesens ante *T* eregit *T* 196 meditado *M*[1], meditatur (tur *i. ras.*) *S* 197 reddit *P*[1] obsequiem *P* 198 *N f. 149* 200 conpensatio *PNTM*] compensatio *LS* 202 XII *NM*, X *PT*, *spat. vac. F* AD EPISCOPATVM VOCATVR *N* accedit *NT* turonum *TFS* 203 posset *FBL*[2]] possit *rell.* 204 rusticius *TL*] rustitius *rell.* 205 obtenet *T* subplex *N* 206 uerbibus *P*[1] *desinit F* (*f. 22; sequens folium, quo vita Martini continuata erat, abscisum. f. 23 sequitur VII, 1, 45*) 210 arte *P* 211 defensor] desor *N*[1]

'ex ore infantum et lactantum perfice laudem
nunc defensorem qui sic bene destruis' inquit.
mox fragor astra petit, clamor vagus atria complet
et docet ille favor de Defensore reatum
addictusque vir est se iudice, teste propheta.
    Inde monasterium sibi condit rupe sub alta,
vir monachus perstans in pontificatus honore,
plurima conveniunt ubi sancta examina fratrum.
ergo aderat propius locus et celeberrimus olim:
ampla vetustatis cum tempora transiluissent,
martyris esse pium spargebat opinio cultum.
quo sacer exorans tumulo, salit umbra sepulchro,
laeva ex parte loquens meritis res ipsa sinistra.
imperat ut nomen fateatur imago vel actum.
latronem se voce refert, pro crimine caesum,
nil cum martyribus sibi participare beatis,
his quia palma manet, nam se male poena teneret.
omnibus auditur, Martino cernitur uni.
illa superstitio tali sub sorte vetatur,
sic altar pariter removetur, larva fugatur.
    Post iter arripiens comitatu religioso
exequiis subito gentilibus obvius exit.
dum putat inde vehi cultu simulacra profano,

die officium erat, interclusus a populo defuisset, turbatis ministris, dum expectatur qui non aderat, unus e circumstantibus sumpto psalterio, quem primum versum invenit, arripuit. (*6*) psalmus autem hic erat: 'ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et defensorem'. quo lecto clamor populi tollitur, pars diversa confunditur. (*7*) atque ita habitum est, divino nutu psalmum hunc lectum fuisse *e. q. s.*

10, *2* Atque ita, plenus auctoritatis et gratiae, inplebat episcopi dignitatem, ut non tamen propositum monachi virtutemque desereret. (*3*) aliquandiu ergo adhaerenti ad ecclesiam cellula usus est: dein cum inquietudinem se frequentantium ferre non posset, duobus fere extra civitatem milibus monasterium sibi statuit *e. q. s.* (*5*) discipuli fere octoginta erant, qui ad exemplum beati magistri instituebantur. (*6*) nemo ibi quicquam proprium *e. q. s.* (*11*, *1*) sed ut reliquas virtutes eius, quas in episcopatu egit, adgrediar, erat haut longe ab oppido proximus monasterio locus, quem falsa hominum opinio, velut consepultis ibi martyribus, sacraverat: (*2*) nam et altare ibi a superioribus episcopis constitutum habebatur. sed Martinus non temere adhibens incertis fidem *e. q. s.* (*3*) — quodam die paucis secum adhibitis fratribus ad locum pergit. (*4*) dehinc super sepulchrum ipsum adstans oravit ad dominum, ut quis esset vel cuius meriti esset sepultus ostenderet. tum conversus ad laevam videt prope adsistere umbram sordidam, trucem: imperat nomen meritumque loqueretur. nomen edicit, de crimine confitetur: latronem se fuisse, ob scelera percussum, vulgi errore celebratum: sibi nihil cum martyribus esse commune, cum illos gloria, se poena retineret. (*5*) mirum in modum vocem loquentis qui aderant audiebant, personam tamen non videbant. tum Martinus quid vidisset exposuit iussitque ex eo loco altare, quod ibi fuerat, submoveri, atque ita populum superstitionis illius absolvit errore.

12, *1* Accidit autem insequenti tempore, dum iter ageret, ut gentilis cuiusdam corpus, quod ad sepulchrum cum superstitioso funere deferebatur, obvium haberet: conspicatusque eminus venientium turbam, quidnam id esset ignarus, paululum stetit: nam fere quingentorum passuum intervallum erat, ut difficile

---

215 *psalm. 8, 3* infantium *NM*[1] lactantium *P*[1]*NM*[1] perfece *T* 216 defensore *ex* defonsore *1 m. N* destruis *L*] distruis *rell.* inquid *P*[1] 217 atria] tria *P*[1] 220 XIII *NM*, XI *PT* DE FALSO MARTIRE *N* 223 olym *N* 226 tumulos alit *B*, tumulos adit *L*[1] sepulchro] sepulchrum *codd.* (sepulcrum *S*) 232 cernitur *om. T* 234 altare *N*[2] 235 XIV *NM*, XII *PT* relegioso *P*[1], relligioso *BL* 236 gentibus *M*. pergentibus *BL*

pingit inadversus signum crucis. illa cucurrit
ante virum, sua bella gerens, pietatis amica.
obvia turba riget gressuque extorpuit aegro
atque inmota gradu vertigine rapta rotatur.
additur illud: onus deponunt colla, cadaver
nec iam ferre valent et mors in pondere crescit.
tunc sacer inspiciens opus hoc esse exequiarum,
iussit abire procul, digitis crucis arma repingens.
unde ligavit iter, miseratus et inde resolvit,
una eademque manu mandata per aera mittens,
hoc mirum faciens de suspicione sacerdos.
    Protinus antiquum cupiens exurere fanum
iussit et adclinem propius succidere pinum.
obvia congreditur cui rustica contio pugnax,
ne succidatur res nata et debita flammis.
proinde paciscuntur hac lege excidere pinum,
si Martinus eam valeat retinere ruentem.
annuit hoc populus, hoc spondet sponte sacerdos.
mollia subduntur rigido sub stipite membra
et suspectatur pini peritura ruina.
interea rapidis sonat icta bipennibus arbor
atque subincrepitans casura cacumine nutat:
paulatim inclinans iam victa secure ruebat.
turbati monachi expectant extrema magistri,
credentes ramos transfigere viscera iusti.
vir tamen intrepidus perstat pinoque cadenti

Sulp. Sev. V. M.

fuerit dinoscere quid videret. (2) tamen quia rusticam manum cerneret et agente vento lintea corpori superiecta volitarent, profanos sacrificiorum ritus agi credidit: quia esset haec Gallorum rusticis consuetudo, simulacra daemonum candido tecta velamine misera per agros suos circumferre dementia. (3) levato ergo i n a d v e r s o s (adverso *V*, adversum *A*) signo crucis imperat turbae non moveri loco onusque deponere. hic vero mirum in modum videres miseros primum velut saxa riguisse. (*4*) dein, cum promovere se summo conamine niterentur, ultra accedere non valentes ridiculam in vertiginem rotabantur, donec victi corporis onus ponunt: attoniti et semet invicem aspicientes, quidnam sibi accidisset, taciti cogitabant. (5) sed cum beatus vir conperisset exequiarum esse illam frequentiam, non sacrorum, elevata rursum manu dat eis abeundi et tollendi corporis potestatem. ita eos et cum voluit, stare conpulit, et cum libuit, abire permisit.

13, 1 Item, cum in vico quodam templum antiquissimum diruisset et arborem pinum, quae fano erat proxima, esset adgressus excidere, tum vero antistes loci illius ceteraque gentilium turba coepit obsistere *e. q. s.* (3) tum unus ex illis qui erat audacior ceteris: si habes, inquit, aliquam de deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, nosmet ipsi succidemus hanc arborem, tu ruentem excipe: et si tecum est tuus, ut dicis, dominus, evades. (*4*) tum ille intrepide confisus in domino facturum se pollicetur. hic vero ad istius modi condicionem omnis illa gentilium turba consensit, facilemque arboris suae habuere iacturam, si inimicum sacrorum suorum casu illius obruissent. (5) itaque cum unam in partem pinus illa esset adclinis, ut non esset dubium, quam in partem succisa corrueret, eo loci vinctus statuitur pro arbitrio rusticorum, quo arborem esse

---

238 in aduersos LS^2, in aduersis PM^2, *cf. II, 171* 240 exturpuit *N* 241 inmota *PTM*] immota *LS* rotantur *M* 243 mori *N* 244 hoc esse PNT^1] esse hoc T^2, esse *BLMS* 245 digitus BM^1 247 aere *N* 249 xv *NM*, xiii *PT* PINVS SVCCISA *N* 250 succedere NB^1MS 251 contia MS^1 252 succidiatur N^1 253 pasciscuntur N^1 lige *N* 254 retenere *NT* 255 populus *N* hoc spondet P^1TM] hoc spondit P^2NBS, spondit hoc *L* 258 acta *M* bipinnibus *PNTM* 259 adque *P* cassura *PM* 260 ruebat] ruina *S* 261 expectant LS^2] spectant *PT*, expectantes BS^1, exspectantes *NM* 262 ramos] ramis *codd.* 263 prestat *TS* pinuque *P*

obtulit arma crucis, cumulans sua bella triumphis.
extimuit fugitiva virum repedabilis arbor
et ruitura procul suspendit in aere lapsum;
excutiens retro versa comas sine more caducum
continuit saltum sese per inania librans;
contra naturam succisa et curva repugnans
mox petit illud iter qua non sua pondera torquent.
hinc ad ruricolas vertigo infesta rotatur
in montem exiliens, vindex ut puniat hostes,
resque parata neci fuit ultio facta saluti.
fit fragor in partes, monachi per gaudia deflent,
gentiles stupidi nova per miracula pallent.
iudicio ligni hominum mollita voluntas
expetit arma crucis conversa errore repulso
et timor hic pini Martinum fecit amari,
maiorem generans fructum cum decidit arbor.
Hinc iubet alterius succendere culmina fani;
vicinamque domum cum flammea lingua voraret,
viribus ardor agens totis laxatus habenis,
obvius ipse volat qua tum globus igneus ibat,
scandens tecta domus; hinc verba precantia mittit.
mox tota in ventos revoluta incendia fervent
et contra Boream Vulcanius ardor anhelat.
seditione movent elementa domestica rixas:
adversis Zephyris videas pugnare favillas,
hinc furor Australis premit, hinc velocibus alis
flamma volans Borinas mordebat in aera pinnas.
obluctata diu tandemque evicta per auras,
quas armare solent, fugiebant flamina flammas

casuram nemo dubitabat. (*6*) succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gaudio laetitiaque coeperunt. aderat eminus turba mirantium. iamque paulatim nutare pinus et ruinam suam casura minitari. (*7*) pallebant eminus monachi et periculo iam propiore conterriti spem omnem fidemque perdiderant, solam Martini mortem expectantes. (*8*) at ille confisus in domino intrepidus opperiens, cum iam fragorem sui pinus concidens edidisset, iam cadenti, iam super se ruenti, elevata obviam manu, signum salutis opponit. tum vero — velut turbinis modo retro actam putares — diversam in partem ruit, adeo ut rusticos, qui tuto in loco steterant, paene prostraverit. (*9*) tum vero in caelum clamore sublato gentiles stupere miraculo, monachi flere prae gaudio, Christi nomen in commune ab omnibus praedicari: satisque constitit eo die salutem illi venisse regioni *e. q. s.*

14, 1 Nec minorem sub idem fere tempus eodem in opere virtutem edidit. nam cum in vico quodam fano antiquissimo et celeberrimo ignem inmisisset, in proximam, immo adhaerentem domum agente vento flammarum globi ferebantur. (2) quod ubi Martinus advertit, rapido cursu tectum domus scandit, obvium se advenientibus flammis inferens. tum vero mirum in modum cerneres contra vim venti ignem retorqueri, ut

---

264 crucis] lucis B^1L^1 bella] dona *L* 266 aere *BL*] aera *rell.*, *cf. 290* labsum *T* 268 contenuit *T* 269 *om. P* succisam *MS* 270 quia P^1 271 ruricolas *TL*] ruriculas *rell.* notatur *P* 272 puniad *N*, poniet P^1, puniet P^2 273 salutis P^1T 275 gentili *N* 277 orrore S^1, horrore S^2 280 XVI *NM*, XIV *PT* culmine *N* 282 laxatis *BLM* habens P^1 283 obuiis *P* qua tum *PT*] quantum *rell.* 284 hinc *T*] hic *rell.* pre***tantia (*eras.* can) *T* 286 arbor *N*, ignis *L* 287 elementa *BLS*] elimenta *PNTM* 288 aduersas *LMS* zephiris *PBLS* 290 pennas *BL*, pinnis T^1 *corr.* T^1, ***nnas P^1 *corr.* P^1 291 eui**a P^1 292 flammina NTB^1, fla**** P^1 *corr.* P^1

condicione nova: satis haec res mira per orbem:
flabra timent ignem, timet ignis ligna vorare
atque avidae flammae sua nutrimenta pavescunt
paulatimque foci se languida lingua resorbet;
urere qui solet, a se ipso consumitur ignis
Martinique fides sine nubibus intulit imbres.
Rursus ut hinc aliud cuperet subvertere templum,
rustica turba vetat divelli fana profana.
unde repulsus adit loca proxima, sed biduano
contectus cinere et saetis ieiunia ducens
numinis auxilium ad templa inminuenda precatur.
militiae angelicae coram duo protinus adsunt
siderei proceres, hastas et scuta tenentes.
comminus his sanctum conpellant vocibus ultro:
'praesidiis, Martine, tuis delabimur astris.
squalidus ipse sedes, sed fit tua cura Tonantis
suffragiisque tuis caeli fremit arduus axis
belliger et totis conspirat Olympus in armis.
ut coepta efficias, per nos tibi militat aether.
mittimur a domino gemini tua castra regentes,
hac pro parte duces, melior qua causa laborat.
nunc age rumpe moras, neu rustica turba rebellet
arma ministra vides: nostrum est superare superbos.
inrue, ne trepides, ope nostra ad templa ruenda,
nec titubare decet favor est ubi numinis almi'.
tum sacer adgrediens properus dissolvere templum,
idola comminuit, fana eruit, obruit aras
totaque sublimis iacuit sub pulvere moles.
rusticitas inimica prius favet ipsa ruinae
instat et excidio quae defendebat iniquum,

Sulp. Sev. V. M.

compugnantium inter se elementorum quidam conflictus videretur. ita virtute Martini ibi tantum ignis est operatus, ubi iussus est.

14, 3 In vico autem, cui Leprosum nomen est, cum itidem templum opulentissimum superstitione religionis voluisset evertere, restitit ei multitudo gentilium, adeo ut non absque iniuria sit repulsus. (*4*) itaque secessit ad proxima loca, ibique per triduum cilicio tectus et cinere, ieiunans semper atque orans, precabatur ad dominum, ut, quia templum illud evertere humana manus non potuisset, virtus illud divina dirueret. (*5*) tum subito ei duo angeli hastati atque scutati instar militiae caelestis se obtulerunt, dicentes missos se a domino, ut rusticam multitudinem fugarent praesidiumque Martino ferrent, ne quis, dum templum dirueretur, obsisteret: rediret ergo et opus coeptum devotus impleret. (*6*) ita regressus ad vicum, inspectantibus gentilium turbis et quiescentibus, dum profanam aedem usque ad fundamenta dirueret, aras omnes atque simulacra redegit in pulverem. (*7*) quo viso rustici, cum se intellegerent divino nutu obstupefactos atque perterritos, ne episcopo repugnarent, omnes fere Iesum dominum crediderunt *e. q. s.*

---

293 conditione *codd.* 295 pauiscunt *N* 296 focis elanguida *TB* resobet P^1 297 ipso *TS*] ipsum P^1NL^1M, ipsu P^2L^2, ipsam B^1, ipsa B^2 299 XVII *N*, XV *PT* CELESTIBVS ADIVTVS AVXILI *sic N* aliut *N* 302 *N in marg.:* de seta non de siti 303 nominis P^1 inminuenda *PMS*] imminuenda NLB^2, imminuanda B^1, iniminenda *T* 304 protenus *PNTS* 305 syderei *S* proceris *P* 306 cominus *PT* conpellant *PS*] conpellunt *T* 309 axes *ATM*, axaes *N* 310 olimpus *LM*, olimphus *B* 311 officias P^1 ubi P^1 314 repellet P^1T 316 irrue *S* 317 est] e* (em?) P^1 320 moles] molis *codd.* 321 fauet *PT*] fauit *rell.* ipse *P*

idola proiciens, nomen confessa Tonantis:
uno eodemque ictu hoc respuit, eligit illud.
Post Aeduorum templum dum evellere vellet,
obstant inculti cultores ruricolares,
ne colerent melius sua si cultura periret.
ex quibus audaci nisu male fortior unus
dum cuperet gladio caput obtruncare sacratum,
cui nuda cervice pater sese obtulit ultro.
ast ubi mente ferox totas collegerat iras,
exacuens rabiem, sed cordis acumine tonsus,
acrius insiliens totos suspenderat artus,
bis furor armatus iuguli ruiturus in ictum,
tam gravius feriens, quantum alte educitur ensis,
adstrictis capulo digitis dum temperat ungues,
noxius, horrifica meditatus vulnera dextra,
mortis amicus amans, facinus crudeliter ausus:
iam ferro incumbens capiti, mucrone reducto
sternitur ipse solo qui sic pendebat in ictum
ac resupinat humo qui pronior ibat in ausum,
mittit et ore precem cum membra superba iacerent,
iusto stante cadens, quo credit stare cadente:
dum vice diversa stat inops, ruit ille superbus.
Rursus opus peragens dum verteret idola pernix,
vir quidam tractans Martini de nece cultrum
dum rapit, eripitur rapienda rapina rapaci
excussumque fugit sine more volatile ferrum
iam leviore via, neque post conparuit usquam.
sic cultro ablato manibus latro extitit insons,
redditur et mitis postquam fit nudus ab armis.
nec furor ante animi periens, nisi tela perissent.
invita haec pietas, quae perdidit unde noceret.
Saepe beatus item contradicentibus ipsis
agricolis praestante fide se orante iubebat

15, 1 Quid etiam in pago Aeduorum gestum sit, referam. ubi dum templum itidem everteret, furens gentilium rusticorum in eum inruit multitudo. cumque unus audacior ceteris stricto eum gladio peteret, reiecto pallio nudam cervicem percussuro praebuit. (2) nec cunctatus ferire gentilis, sed cum dexteram altius extulisset, resupinus ruit, consternatusque divino metu veniam precabatur.

15, 3 Nec dissimile huic fuit illud. cum eum idola destruentem cultro quidam ferire voluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum non conparuit.

15, 4 Plerumque autem contra dicentibus sibi rusticis, ne eorum fana destrueret, ita praedicatione sancta gentiles animos mitigabat, ut luce eis veritatis ostensa ipsi sua templa subverterent.

---

323 numen P^1T tonantes P^1 324 elegit *T* 325 XVIII *N*, XVI *T*, XX *P* GLADIO ADPETITVS *N* aeduorum] eduorum *codd.* euellere P^1] auellere *rell.* 326 ruricolares T^2] ruriculares *LS*, roricolares PNT^1MB^2, roriculares B^1 328 audacii *P* 329 capud *P* 331 colligerat *P*, collegeras *T* 335 alte P^1T] alto *rell.* enses *PNT* 336 adstrictis *PNTM*] atstrictis *S*, astrictis *BL* 337 moxius *BM* 340 ictum] i**um P^1 341 resupinat *PNT*] resupina *S*, resubina *M*, resopina *BL* in ausum PTL^2] *om.* NBL^1MS 342 mittet P^2 et $NTLP^2$] *om.* P^1BMS 344 stat inobs ruit T^1 *corr.* T^1, stat inruit *B*, statim ruit L^1 345 XVII *PT* CVLTRO APPETITVS *N* pernix TL^2] pernia *sic rell.* 348 fuit *N* 349 conparuit *PT*] comparuit *LS* umquam P^1 350 sie ultro *sic N* exstitit *L*, extetit *T* 353 inuita] innuit L^1 perdedit *PN* 354 XVIII *PT* IPSI SVA DISTRVEBANT TEMPLA *N* 355 *fort.* perstante

ut male culta suis caderent fera fana ministris.
sic quoque pontificem soliti inpugnare rebelles,
dum templa evertunt, ipsi sunt arma beato
hostilique manu Martini bella geruntur,
partibus atque suis alieno milite vincit.
    Quin etiam fuerit curatio quanta patrono,
quanta medellifero manarit gratia tactu,
laudibus in tantis muta est facundia mundi.
quem cunctis vidisse fuit meruisse salutem.
est satis ipse suus testis generosus et auctor.
qui quondam ingrediens Treverorum moenia mitis,
qua resoluta diu per viscera fluxa rigebat
tabida paralysis gelido languore puella,
flatibus extremis quasi iam de funere vivens;
cuius erant oculi vigilis custodia mortis,
funeris exequias reddentia lumina membris;
solvere festinans animatae vincula carnis
spiritus arcano vix mobilis ibat anhelo,
fine trahens dubio perituram naribus auram;
pes manus ora genae recubabat imago sepultae,
nec tumulata quidem, sed portio tota sepulchri.
cuius amore pio patris exanimata senectus
dilacerata genis, niveis male compta capillis
cum inpatiens ageret nec adesset cura medellae,
conperit ut sanctum advectum dignanter ad urbem,
advolat inde senex vetulis iuvenaliter annis
inpiger exiliens, cursu sua tempora vincens.
pontificum vallante choro populoque fremente
inruit in medios clamoribus inverecundus;
nam dolor insignis non respicit arma pudoris.
conruit ergo senex sancta ad vestigia pronus,
genua, manus plantasque per oscula mollia lambens.
vix gemitu laxante loqui sic incipit aeger:

Sulp. Sev. V. M.

16, 1 Curationum vero tam potens in eo gratia erat, ut nullus fere ad eum aegrotus accesserit, qui non continuo receperit sanitatem: quod vel ex consequenti liquebit exemplo. (2) Treveris puella quaedam dira paralysis aegritudine tenebatur, ita ut iam per multum tempus nullo ad humanos usus corporis officio fungeretur: omni ex parte praemortua vix tenui spiritu palpitabat. (3) tristes ad solam funeris expectationem adstabant propinqui, cum subito ad civitatem illam Martinum venisse nuntiatur. quod ubi puellae pa-

---

356 culpa *P* fere *P*[1] 357 (inpugnare *PNTMS*) 361 xx *N*, xix *PT* PARALITICAM SANAT *N* patroni *S*[2] 362 medellifero *N*] medillifero *TMS*, medillafero *P*, medelifero *BL* manarit] manauit *codd.* 366 condam *P* 367 resolutam *P*[1] 368 paralysis *NT*] paralyssis *P*, paralisis *BLMS* 370 uigilis *Ven.*] uigiles *codd.* 371 funeres *N* exsequias *P* 372 animatae *TBL*] animate *P*[1], animata *NMSP*[2] 373 archano *LS* *post* anhelo *in marg.* TALAMO *T* 375 recubat *T* 376 sepulcri *deleta* r *N* 377 amare *N* examinata *PT* 378 niuais *P*[1] cumpta *P*[2], contempta *N* 379 (inpatiens *codd.*) agaret *N* medelae *BL* 380 (conperit *MS*) 381 senix *N* iuueniliter *LS*[1] 382 (inpiger *MS*) 383 uallente *M*, ualente *S* choro] manu *L*[1] frequente *Ven.* 384 irruit *S* medius *P* inuericundus *PT* 386 conruit *PN*] corruit *rell.* sancti (*T*), s** *P*[1] 387 osculo *N* 388 luxante *P*[2]

'vir Martine dei, populari nate saluti,
vir cunctis bonitate parens, tibi suggero luctus,
ne miseri pereant lacrimae, pietatis amice,
quem mea causa trahit loca tam longinqua venire,
ut labor iste viae tribuat conpendia vitae.
est mihi nata domi decumbens vulnere morbi,
exequiis vicina suis sine sorte medellae.
quae quondam incolumis stabat mea sola voluptas,
obsequiis intenta piis, placabilis, in qua
vita mihi haec dulcis erat solando senectam.
ecce perit secumque trahit mea viscera leto
canitiemque patris miserandi in Tartara ducit.
ire sed ipse prior cuperem, si forte liceret.
quaenam vita seni vel quo mihi vota parenti
spe pereunte patris cum nomine prolis ademptae?
qua nubente viro per dona futura nepotum
aridus in ramis poteram revirescere prolis;
cum magis haec reputem praesentis damna salutis,
me spectante rapi natam, mea lumina, luci,
ordine disposito melius cui causa placeret,
ut senis illa patris oculorum clauderet orbes.
unde, sacer, dignare avidam suspendere mortem
atque minister opis rapiendae occurre puellae.
si mora fit, mea causa perit: succurre duobus.
nam me cura necat, si illi curatio cessat'.
qua sacer erubuit confusus voce sacerdos,
'indignum sese tali virtute ministrum'.
sed pater instabat conpellans vocibus isdem:
'debitus insanis medicus venis, exere curas,
sentiat adventum medici purgatio morbi'.
his inpulsus adit qua lassa puella iacebat,
turba adstante foris, faceret quid pastor ovili.

ter conperit, cucurrit exanimis pro filia rogaturus. (4) et forte Martinus iam ecclesiam fuerat ingressus. ibi inspectante populo multisque aliis praesentibus episcopis, eiulans senex genua eius amplectitur dicens: filia mea moritur misero genere languoris, et quod ipsa est morte crudelius, solo spiritu vivit, iam carne praemortua. rogo ut eam adeas atque benedicas: confido enim quod per te reddenda sit sanitati. (5) qua ille voce confusus obstipuit et refugit dicens, hoc suae non esse virtutis: senem errare iudicio, non esse se dignum, per quem dominus signum virtutis ostenderet. perstare vehementius flens pater et orare ut exanimem visitaret: (6) postremo a circumstantibus episcopis ire conpulsus descendit ad domum puellae. ingens turba pro foribus expectabat (expectans *AFV*), quidnam dei servus esset facturus. (7) ac primum quae erant illius

---

389 saluzati *T* 391 pereat *BMS*[1] 393 (conpendia *PTS*) 394 nata *PTSL*[2]] data *NBL*[1]*M* decumbens] decumpensu *sic BL*[1]*M*[1] 395 exsequiis *P* forte *P* medellae *TMS*] medillae *PN*, medelae *BL* 396 incolomis *codd.* sola *om. NS* 399 leto *TP*[2]] laeto *NL*, laeta *B*, loeta *S*, letu *P*[1], lecta *M* *de dub. nomin. V p. 593, 4 K.* uiscus de uiscere generis neutri, quia uiscera dicuntur ut — Fortunatus 'uehit sua uiscera secum' 403 adeptae *T* 405 reuiuescere *S*, reuiuiscere *L*[1]*M* 407 spectante *PNT*] expectante *BLMS* 411 opus *N*[1] rapidae *BL*[1]*S* occurrere *P*[1]*B* 412 fit *PTL*] sit *NBMS* succurrere *P*[1] *in 413 desinit T (f. 206*[v]*)* 414 eru*buit *N* confusa uoce *L*[2], confusa mente *L*[1] 415 sese *PL*[2]] se *rell.* tale *P* 416 (conpellans *PS*) isdem *S*[1]] istem *N*, hisdem *PBLS*[2], iisdem (*M*) 418 atuentum *N* curatio *L* 419 inpulsus *PNMS*] impulsus *L*

hinc sua bella gerens orator ad arma recurrit
sternens membra solo sensu super astra reducto.
hinc ubi consurgens faciem conspexit alumnae,
ilico vox rediit peregrinis sedibus hospes
et rediviva suae cecinerunt organa linguae.
paulatimque artus liquor ut penetravit olivi,
vivificata pedum geminis stetit arca columnis
et fundata suo viguerunt culmina gressu.
Post quoque Tetradii famulus proconsulis exspes
mancipium alterius sub hospite daemone factus,
dentibus ut rabiens alienis frenderet armis
nec sua sed hostis fieret se milite pugna.
quem dominus famulum supplex purgare precatur,
sed duci ad sanctum vetuit ferus hospes et hostis.
Tetradius rursus iusti vestigia lambens
supplicat ut pergant ubi saevus latro latebat.
sed sacer ipse domum gentilis adire recusat.
spondet Tetradius humilis cum fascibus altis,
si eripiat hosti famulum, se credere Christo.
inposita ergo manu puero fera larva recedit
et mala iucundum pastorem bestia fugit.
Tetradius pariter catechumenus esse meretur
atque salutiferi baptismatis amne novatur.
sic puer et dominus maculis purgantur ademptis:
iste hostis laqueis, erroribus ille solutus,
ille carens animae poenis, hic carnis erinis,
liber uterque manens gemino micuere triumpho.
condicio famuli libertas facta patroni:
excipit iste fidem, cum de illo perfidus exit.

Sulp. Sev. V. M.

familiaria in istius modi rebus arma, solo prostratus oravit. deinde aegram intuens dari sibi oleum postulat: quod cum benedixisset, in os puellae vim sancti liquoris infundit, statimque vox reddita est. (*8*) tunc paulatim singula contactu eius coeperunt membra vivescere, donec firmatis gressibus populo teste surrexit.

17, 1 Eodem tempore Tetradii cuiusdam proconsularis viri servus daemonio correptus dolendo exitu cruciabatur. rogatus ergo Martinus, ut ei manum inponeret, deduci eum ad se iubet: sed nequam spiritus nullo proferri modo de cellula, in qua erat, potuit: ita in advenientes rabidis dentibus saeviebat. (*2*) tum Tetradius ad genua beati viri advolvitur, orans ut ad domum, in qua daemoniacus habebatur, ipse descenderet. (*3*) tum vero Martinus negare se profani et gentilis domum adire posse: nam Tetradius eo tempore adhuc gentilitatis errore implicitus tenebatur. spondet ergo se, si de puero daemon fuisset exactus, Christianum fore. (*4*) ita Martinus inposita manu puero inmundum ab eo spiritum eiecit. quo viso Tetradius dominum Iesum credidit: statimque catechumenus factus nec multo post baptizatus est, semperque Martinum salutis suae auctorem miro coluit affectu.

---

421 cucurrit *L* 422 reducta *BMS* 423 aluminae *P*[1] 424 redit *L*[1]*P*[2] 426 loquor *N* oliui *PNL*[2]] ouili *M*, *om* *BL*[1]*S* 428 gresu *N* 429 XXII *N*, XX *P* TETRADI SERVVS *N* famulos *MS* proconsules *P* expes *BL* 431 rabiens *PNS*] rapiens *M*, rabians *BL* 432 hostes *NP*[2]*S*[2] 434 sed duci *PNL*] redduci *BMS* hospes et hostis] hospes et hostes *PN*, hospis et hospes *M*, hostis et hospes *BLS* 436 pergat *L* 437 gentile *N* 438 spondet *BL*] spondit *rell.* 440 inposita *PNMS*] imposita *L* recessit *S* 441 iocundum *BLM* 442 catechumenus] caticuminus *codd.* 443 saluteferi *N* babtismatis *PS*[1] nouauit *BL*[1] 445 solut*s *P*[1], salutis *N*[1], salutus *N*[2] 446 erinis *L*[1]] erumnis *L*[2], erynis *rell.* 448 condicio *BL*] conditio *NMS*, condictio *P*

Nec longo spatio sub eodem tempore sanctus
forte domum ingrediens in limine substitit ipso,
terribilem referens se cernere daemonis umbram.
arreptoque coco vexat fera belua praedam,
dentibus armatis lacerans se sive sodales.
terga dabant socii nec quisquam ire obvius audet,
vix loca tuta fugae capientes praepete saltu
hoc satis esse suum vel se subducere morsu.
Martius ergo chalybs, Martinus belliger armis
nec pede diffugit nec sivit abire fugacem,
pestem stare iubens, acuit qui fauce molares.
cui digitos vir sanctus in os dum mitteret, infit:
'si potes, ecce vora oblatam, lupe noxie, praedam.
quam peteres alibi datur ultro dentibus esca'.
quo dicto fauces geminae revocantur utrimque:
ne violet digitos, suspendit belua rictus
et manibus tangi timuit qui dente voraret.
qui dum intra obsessum poenis ageretur acerbis
nec tamen ob digitos exire per ora liceret,
foeda ministerii foedus vestigia linquens
sordidus egreditur qua sordibus est via fluxu.
tale iter arreptum sic te decet ire viator.
Hinc cum barbariem sparsisset fama per urbem
proventumque trucem crudelia semina ferrent,
pastor adesse iubet quendam ex grege daemoniacum;
imperat ut prodat, si nuntia vera vagarent.
tortus ut ore reus, veluti sub iudice missus,
gressibus humanis advectus larva fatetur,

17, *5* Per idem tempus in eodem oppido ingressus patris familias cuiusdam domum, in limine ipso restitit dicens, horribile in atrio domus daemonium se videre. cui cum ut discederet imperaret et patrem familias (*sic V*, quendam e familia *AF*, cocum patris familias *BM*), qui in interiore parte aedium morabatur, arripuisset, saevire dentibus miser coepit, et obvios quosque laniare. commota domus, familia turbata, populus in fugam versus: Martinus se furenti obiecit, ac primum stare ei imperat. (*6*) sed cum dentibus fremeret hiantique ore morsum minaretur, digitos ei Martinus in os intulit: si habes, inquit, aliquid potestatis, hos devora. (7) tum vero, ac si candens ferrum faucibus accepisset, longe reductis dentibus digitos beati viri vitabat attingere: et cum fugere de obsesso corpore poenis et cruciatibus cogeretur nec tamen exire ei per os liceret, foeda relinquens vestigia fluxu ventris egestus (egressus *M*) est.

18, *1* Interea cum de motu atque impetu barbarorum subita civitatem fama turbasset, daemoniacum ad se exhiberi iubet: imperat ut, an verus esset hic nuntius, fateretur. (2) tum confessus est decem daemonas secum fuisse, qui rumorem hunc per populum dispersissent (disseminassent *AF*), ut hoc saltim metu ex illo

---

450 RABIDVM SANA *sic N* ne *L*^{1}*MS* 451 domus *P*^{1} *corr.* *P*^{1} subs**tuit *P*^{1} 452 demones *P*^{1} 453 praeda *P* 456 praepitc *PN* 457 suum] *fort.* putant morti *L*^{1} 458 chalybs] calybs *NBMS*, calyps *P*, calibs *L* 459 siuit *PNL*^{2}] sinit *BMS*, si*it *L*^{1} 460 molares *scil.* dentes 461 os] hos *N* 462 ollatum *N* 463 escam *P* 464 geminae *L*^{2}] gemine *P*, gemina et *rell.* 465 ditos *P*^{2}, *om.* *P*^{1} belfa *P* 467 ageretur *PNL*^{2}] argueretur *M*, arguetur *S*^{1}, urguetur *BS*^{2}, urgetur *L*^{1} aceruis *PNM* 469 linquens] lambens *S* 471 tale iter] taliter *P* 472 XXIV *N* RVMOR BARBARICI (*i. e.* BARBARIEI) *N* sparsisset *PLS*^{2}] sparsissit *N*, sparsisse *BMS*^{1} orbem *P* 474 daemoniacum] demoniacum *P*, daemoniaco *NB*, demoniaco *L*, demoniaca *M*, doemoniaca *S* 475 nuntiae *N* 476 tortus *PNL*^{2}] tortur *MS*, tortor *BL*^{1}

hanc famam in populum bis quino daemone fusam,
ut cogente metu Martinus abiret ab urbe.
barbara tempestas tranquilla lege quiescit:
formidanda tibi nulla est inruptio gentis
nec causam armorum verearis pacis amator.
Martino praesente aditum fallacia perdit,
mendax vera refert et certum nuntiat error.
insatiata malis quae sic fremit ore cruento
bestia bella movens revocavit munera pacis.
Inde Parisiacam sacer intrans concite portam
obviat in faciem leprosum versus euntem,
qui sibi dispar erat nec iam a se cognitus ibat,
vir maculis varius, cute nudus, vulnere tectus,
tabe fluens, gressu aeger, inops visu, asper amictu,
mente hebes, ore putris, lacerus pede, voce refractus,
induerat miserum peregrino tegmine pallor.
inprovisus enim hunc sanctus ad oscula traxit
astringensque virum fuso medicamine laxat.
nam simul ut tetigit benedictas ore salivas,
effugit unguiferum languoris sarcina tactum,
mersa figura redit, faciem cutis advena vestit,
ad speculum remeat peregrina fronte character
et deleta diu rescribitur oris imago.
virtutum quam celsa fides, ubi concite sancti
pacis ab officio perierunt proelia morbi!
conplexu res dira fugit, languoris iniqui
peste cadente novam gesserunt oscula pugnam.
inclita religio Martini, cuius honore
foedere fida fides formosat foeda fidelis!
o felix regio sancti pede lumine tactu,
inlustris lustrante viro loca lustra ligustra

Sulp. Sev. V. M.

Martinus oppido fugaretur: barbaros nihil minus quam de irruptione cogitare. ita cum haec inmundus spiritus in media ecclesia fateretur, metu et turbatione praesenti civitas liberata est.

18, 3 Apud Parisios vero, dum portam civitatis illius magnis secum turbis euntibus introiret, leprosum miserabili facie horrentibus cunctis osculatus est atque benedixit, statimque omni malo emundatus. (*4*) postero die ad ecclesiam veniens nitenti cute gratias pro sanitate, quam receperat, agebat.

---

478 populum] populo *codd.* (populos *P*, *cf. II, 174*) demon effusam *P*, daemone factam *L* . 480 lege *PN*] pace L^2, *om.* BL^1MS quiescet *N* 481 formida P^1 487 XXIII *P*, XX *sic N* LEPROSVS MVNDATVS *N* parisiaca *N*, perisiaca *P* 489 sibi *PN*] sic *BL*, si *MS* 491 gressu — amictu *om. NS* inobs *P* asper amictu L^2] asperametu BL^1M, aspera metu *P* 492 refractus] refrictus *codd.* (restrictus *S*) 494 introuisus P^1 enim hunc *PN*] enim hinc *rell.* 495 adstringensque *M*, astrigensque *N* 496 benedictus *M*, benedictos S^1 497 langoris *M*, languores P^2, laguores *N* 498 facie $NBMP^2$ uestit *NL*] ucstis P_r uertit *BS*, uerit *M* 499 character] caracter *codd.* 502 morbi] mundi L^1 503 conplexu $PMSN^2$] complexu *L*, conplexusu N^1 uira *P* languores *N* 504 noua P^2 505 inclyta *PN* religio *NS*] relegio *P*, relligio BML^2, rellegio L^1 506 foedere *PN*] foedera *rell.* formosat *PN*] firmosat *BM*, firmos ad *L*, firmafat S^1, firmarat S^2 507 religio S^1

urbes rura domus templa oppida moenia villas,
quaeque viri insignis tam insignia signa mereris!
cuius ab ore sacro, magnalia cetera vincens,
leprosi ad curam Iordanis in oscula fluxit
et fontem fluidae maculae lavat unda salivae.

---

510 insignia] insigna *BN*², signa *N*¹ 512 hoscula *P* 513 fluuidae *PNS*¹ salutis *L* EXPLICIT LIBER PRIMVS HABET VERSVS DXIIII (*sic*) INCIPIT LIBER II DE VITA SANCTI MARTINI *N*, OPVS FORTVNATI PRESBITERI DE VITA SANCTI MARTINI EXPLICIT LIBER I. INCIPIT EIVSDEM LIBER II *P*, EXPLICIT LIBER I INCIPIT LIBER II *BL*, *inscriptio nulla, sed spatium relictum trium versuum M, unius S*

LIBER SECVNDVS

Pendula iam dudum laxavi carbasa pinu,
dum pelagus conponit, iter dum nauta resumit,
et restricta semel levius se sarcina ducit.
me quoque iam primi finita parte libelli
ad cursum levis aura vocat, paro lintea ventis:
spiritus altevolans, imple mea vela secundus,
ne trepidam classem contraria flabra flagellent.
Martinum mea prora vehat: sancta entheca nautae,
dulcis apex, spes fida ratis, leve pondus amantis,
mercis onus suave est, etsi veheretur in ulnis.
Qui tetigit quodcumque manu vel tactus ab ullo est,
a digitis salit alta salus, fluit unguen ab ungue.
fimbria quin etiam quod nobilis attigit umquam,
sparsit abundantem modica de veste salutem,
fontis et huius aquis restricta est unda cruoris
siccavitque suo refluamina fluxa fluento.
sumens aeger opem per furta salubria fili,
dum nescit medicus, finit discrimina morbus.
Arbiter Arborius, vir praefectorius idem,
quartano genitam graviter cruciante camino,
plurima dum faceret neque cura mederet alumnae,
missa beata viri restrinxit epistula febrem:
qua superinposita charta recubante puella,
mox sudoris aquas ubi littera sicca rigavit,

Sulp. Sev. V. M.

18, 4 Nec praetereundum est, quod fimbriae vestimento eius cilicioque detractae crebras super infirmantibus egere virtutes. nam digitis inligatae aut collo inditae saepe ab aegrotantibus morbos fugaverunt.

19, 1 Arborius autem, vir praefectorius, sancti admodum et fidelis ingenii, cum filia eius gravissimis quartanae febribus ureretur, epistulam Martini, quae casu ad eum delata fuerat, pectori puellae in ipso ac-

---

II 1 iam PNL^2] tam BL^1MS binu *MS* *fort.* laxauit c. pinus 2 (conponit *PNS*) 3 ducti P^1 4 primi PNL^2] prima BL^1MS 5 uentis PNB^2L^2] uentus *M*, uentris *S*, uestis B^1L^1 6 alteu. *sic codd.* implo mea] iam remea *N* secundis L^2, secundans (*B*) 8 entheca] enteca L^2, emptica *rell.*, *cf. v. 375* 10 etsi] si *N* 12 fluet *N* ungen ab unge *MS* 13 adtigit *M* 15 fontes *P* restincta BL^1 18 fine P^1 19 I *PN* QVARTENA (*sic*) SCRIPTIS REPVLSA *N* 21 aluminae P^1N 22 beati *NM* restinxit *BL*, restixit *N* epistula *N*] epistola *rell.* 23 qua] quae *codd.* superinposita *PNMS*] superimposita *L* 24 u. l.] ubilit terra *P*, tibi littera *N*

febris ab internis extracta est arida membris:
axe serenato madidans sine vellere nimbi
rore atramenti restincta est flamma camini.
Israhelitarum veluti Moysiticus alter,
ne vapor excruciet, protendit pagina nubem.
quam mirum artificem dantem per scripta salutem!
sic operabatur praesens ubi non erat ipse.
quae patre ab Arborio Martino offertur opimo
consecranda manu qua salvificata sit ipsa.
quam bene bis sanam cum virginitate puellam
reddidit iste patri proprio pater, ille superno!
sic meruit geminam solo curante medellam,
dum caram subolem morti subduxit utraeque.
Paulinique oculum tetra caligine mersum
inpositis manibus radius penetravit acutus
atque serena dies detersa nube refulsit,
lumen et emicuit facies non lusca gemellum
Martini digitis oleo manante lucernae,
cuncta salutifero superans collyria tactu.
Ipse etiam casu scalarum vertice lapsus
dinumeransque cadendo gradus, capite, ore relisus,
attritus membris, descendens saltibus amplis,
multorum medicus tam plurima vulnera portans
dum cellae recubat graviter sub nocte sopora,
pervigilis domini venit angelus aere fusus.
ulcera quaeque viri tractans dum singula palpat,
tangens membra manu solidat vestigia gressu
excutiturque lues fugitivo tabida saltu
et sudibus laceros rediit cutis una per artus.
crastinus incolumi processit corpore comptus
angelicamque fidem testis praesentia fecit.

cessu ardoris inseruit, statimque fugata febris est. (2) quae res apud Arborium in tantum valuit, ut statim puellam deo voverit et perpetuae virginitati dicarit: profectusque ad Martinum puellam ei, praesens virtutum eius testimonium, quae per absentem licet curata esset, obtulit, neque ab alio eam quam a Martino habitu virginitatis inposito passus est consecrari.

19, 3 Paulinus magni vir postmodum futurus exempli, cum oculum graviter dolere coepisset et iam pupillam eius crassior nubes superducta texisset, oculum ei Martinus penicillo contigit pristinamque ei sanitatem sublato omni dolore restituit.

19, 4 Ipse autem cum casu quodam esset de cenaculo devolutus et per confragosos scalae gradus decidens multis vulneribus esset adfectus, cum exanimis iaceret in cellula et inmodicis doloribus cruciaretur, nocte ei

---

25 extracta *PNL^2*] restincta *BL^{1}MS* menbris *N* 26 acse serenato (*expuncta altera* s) *P*, ac sese renato *B*, ac serenato *L^1*, atque serenato *L^2 in marg.* mandidans *P* 27 restricta *S^1* 28 israbelitarum *sic codd.* 29 excutiat (*M*) 30 arteficem *N* scribta *N*, scruta *P* 31 presens ubi non *i. ras. 1 m. P* 33 quae *S^1*, que *M* saluificata *PNL^2*] saluifacta *B^{1}L^{1}MS*, salua facta *B^2* 34 sanam — puellam *Ven.*] sana — puella *codd.* 36 medellam *M*] medillam *PN*, medelam *BLS* 37 sobolem *N* utraeque *sic codd.* 38 II *PN* OCVLVM PAVLINI *N* tethra *P* 39 inpositis *PNMS*] impositis *L* radia**t *P* 43 *fort.* superas collyria *PS*] colliria *rell.* 44 III *P* lapsum *P* 45 dinumerasque *P* lisus *M^{1}S* 46 adtritus *NM* discendens *PM* amplis *PNL^2*] altis *BL^{1}MS* 48 cella recuba *N* soporem *P^1* 50 tractrans *N* singula] in singulā *P*, signacula *MS* 52 excutitur luces *P* 53 lacerus *P^{1}M* 54 incolumi] incolomi *codd.* cumptos *P* 55 uestis *N*

nec perferre pium longinqua flagella decebat,
quando flagellari graviter non pertulit ullum.
Praetereunda mihi neque sunt haec maxima rerum.
Maximus Augustus, nece regis maximus armis
imperium indeptus, civili clade superbus,
dum regit insolitas frenorum infrenus habenas,
pontificum cui tunc adulatio laxa favebat
principis et nutu cleri tum circulus ibat,
Martino veniente tamen rex ipse precatus,
ut sanctum ad mensam habeat: qui saepe repulsus
tandem promeruit fieri conviva beati.
imperio plaudente simul sedet, urbe favente,
convivam caeli quod terrena excipit aula.
conveniunt proceres, praefectus consul honores
certatim adsciti, regalia festa colentes,
principe postposito mirateri acta sacrati.
Augusti obsequiis fremit undique concitus orbis,
divitias pariter producens deliciasque
quas habet Indus Arabs Geta Thrax Persa Afer Hiberus,
quod fert meridies arctos occasus et ortus,
quod Boreas Aquilo Libs Circius Auster et Eurus,
quod Geon et Phison, Tigris Eufratesque redundant,
Rhenus Atax Rhodanus Tibris Padus Hister Orontes,
quod mare terra polus pisce alite fruge ministrat.
emblema gemma lapis toreumata tura, Falerna
Gazaque, Creta Samus Cypros Colofona Seraptis,
lucida perspicuis certantia vina lapillis,
vix discernendis crystallina pocula potis.

Sulp. Sev. V. M.

angelus visus est eluere vulnera et salubri unguedine contusi corporis superlinire livores: atque ita postero die restitutus est sanitati, ut nihil umquam pertulisse incommodi putaretur.

20, 1 Atque ut minora tantis inseram — quamvis, ut est nostrorum aetas temporum, quibus iam depravata omnia atque corrupta sunt, paene praecipuum sit, adulationi regiae sacerdotalem non cessisse constantiam —, cum ad imperatorem Maximum, ferocis ingenii virum et bellorum civilium victoria elatum, plures ex diversis orbis partibus episcopi convenissent et foeda circa principem omnium adulatio notaretur seque degenere inconstantia regiae clientelae sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martino apostolica auctoritas permanebat. (2) nam et si pro aliquibus regi supplicandum fuit, imperavit potius quam rogavit, et a convivio eius frequenter rogatus abstinuit, dicens se mensae eius participem esse non posse, qui imperatores unum regno, alterum vita expulisset. (3) postremo — — victus vel ratione vel precibus ad convivium venit, mi-

56 pium *BL*] piam *P*, reptum *NM*, remptum *S*², hunc tum *S*¹ flagellat decedebat *P* 57 grauiter pertullit ultum *P*¹ 58 IV *P*, III *N* CONVIVM (*sic*) MAXIMI *N* mihi neque *PN*, *L i. ras.*] mireque *M*, mire quae *B*, mirae quae *S* haec] *fort.* nec 60 imperium indeptus *L*²] imperio indeptus *rell.* (indemptus *PS*¹) ciuile *P* 63 principes *P* cum *B* 65 habea* *P* 70 adsciti *sic codd.* 73 deliciasque *L*] diliciasque *NB*, dilitiasque *PMS* 74 trax *PLS* 75 seridies *N* arctos] arcthos *PBMS*, archtos *L*, arathos *N* occasos *PN* 76 libs] lybs *codd.* circius *L*²] cirtius *B*², cercius *PN*, certius *B*¹*L*¹*S*, certicus *M* 77 phison *PN*] fison *rell.* tygris *P* eufratisque redundante *N* 78 rhenus *P*] renus *rell.* rhodanis *N*, hrodanus *L*, rodanus *S* tibris *L*] tybris *rell.* iister orantes *N*, hystorontes *S*, istorontes *M* 80 gem*na (*eras.* i) *P* toreumata *L*] toremmata *S*¹, thoreumata *rell.* 81 *fort. post v. 78 ponendus* cipros *LS* colofona *L*²] colafona *N*, colofana *BL*¹*MS*, colona *P* (*sup.* on *2 m. posuit* f) seraptis *sic codd.* (seraptus *L*¹) 83 dicernendis *N* crystallina] christallina *P*, cristalli *N*¹, cristallina *rell.*

inde calix niveus variat per vina colores,
hinc mentita bibunt patera fucante Falerna.
hic abacum picto bombycina flore decorant
arte laborata et vel qualia pensat Aragne;
serica purpureis sternuntur vellera villis;
inlita blatta toris aurumque intermicat ostro
totaque permixtis radiant velamina gemmis.
inde pari pariter rutilant aetate ministri:
in cunctis varius habitus, nitor omnibus unus.
quod valet ore loqui, potuit sub principe ferri.
ordine Caesareo Martino haec pompa paratur,
qui modicis contentus erat, satiandus in uno.
accubat interea princeps, simul ordo senatus,
presbyter inde toro veneranda adclinat in ulna.
at iuxta regem sella sacer adsidet arta.
porrigit hinc regi mox pocula prima minister.
qui sancto iubet ante dari, quo possit ab ipso
Augustus calicem excipere et potare secundus.
Martinus patera oblata ut bibit ore parumper,
divino sitiens potius se fonte rigari,
principe postposito partem libaminis imam
presbytero tribuit, sciens quod dignior esset.
miratur princeps proceres conviva ministri
iudicioque suo se pensavere minores.
ilico percurrit res gesta palatia conplens,
hoc quod apud sanctum fuit ordine presbyterali
Augustus conviva minor: vox una per urbem
Martinum fecisse canit sub principis ora
iudicis in minimi mensa quod nemo valeret.
erubuitque aliud hinc dicere turba satelles.
si quid enim voluit pro supplice forte precari,

rum in modum gaudente rege, quod id impetrasset. (*4*) convivae autem aderant, velut ad diem festum evocati, summi atque inlustres viri, praefectus idemque consul Euodius, vir quo nihil umquam iustius fuit, comites duo summa potestate praediti, frater regis et patruus: medius inter hos Martini presbyter accubuerat, ipse autem in sellula iuxta regem posita consederat. (*5*) ad medium fere convivium, ut moris est, pateram regi minister obtulit. ille sancto admodum episcopo potius dari iubet, expectans atque ambiens, ut ab illius dextera poculum sumeret. (*6*) sed Martinus ubi ebibit, pateram presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se prior biberet, nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum aut eos, qui a rege erant proximi, presbytero praetulisset. (*7*) quod factum imperator omnesque qui tunc aderant ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant, placeret. celeberrimumque per omne palatium fuit, fecisse Martinum in regis prandio, quod in infimorum iudicum conviviis nemo episcoporum fecisset. (*8*) ei-

---

85 fucante PL^2] fugante *rell.* 86 hinc ML^2 bombycina] bombicina *BL*, bombocina *PNMS* 88 purporeis *P* uillis P^1L^2] uelis *rell.* 91 rutulant *P* ministris P^1, ministrit N^1 92 uarius *PBL*] uariis *NMS* habitur *MS* intor M^1 93 sup *S ut v. 111* prinpe *N* *fort.* cerni (loqui *passive*) 94 pompa] pom P^1, poni P^2 96 sanatus *N* 97 presbyter *NS*] presbiter *PBLM* toro *PN*] thoro SL^2, coro *M*, choro *B*, *horo L^1 ulla *P* 98 adsidet L^1] assidet L^2, adsedit *NMS*, atsedet *B*, accedit *P* 99 haec N^1 100 posset L^2 ad P^1 101 accipere S^1 102 patere *N* 105 presbytero *S*] presbitero *rell.* (*per comp. P*) 106 ministra *BMS* 107 iudicioque $P^1S^1L^2$] indicioque $NL^1P^2S^2$, inditioque *BM* 108 (conplens *S*) 109 aput *N* presbyterali *S*] presbiterali *rell.* 113 satelles L^2] satellis *rell.*

induperatori Martinus et imperat ipsi.
qui tamen Augusto praedixit sorte futura
prospera quae meteret, quae mox contraria ferret.
motibus Italiae pugnante Valentiniano
Maximus ut cecidit post bella secunda tyrannus,
qui grave succubuit Aquileia protinus urbe,
Martini dictis et verbo libra pependit.
Coetibus angelicis visus saepe atque locutus
miscuit humanas turmis caelestibus aures,
voce salutatus vel nutibus ipse salutans
aligeros proceres tenuata per aera lapsos,
mitibus alloquiis ageret qui saepe monerent,
qui caelo expeterent terrena sede parentem
et consanguineum quasi longa in saecula civem,
voce requirentes et amore perenne vocantes:
quid faceret terris anima haec tam libera culpis?
ut subeat caelis peregrinus et hospes ab arvis.
daemonicas etiam species falsasque figuras
quaslibet in formas si verteret infitiator,
perspicuas habuit penetralis acumine visus
Martinique oculos neque falsa fefellit imago.
nam quamvis varia tegeretur larva figura,
sancto nuda fuit, cum non se absconderet umbra.
et quia perfidiis inlusio nulla valebat,
prensus in arte ferox iaculabat probra beato,
et cum fraus cessat, hostis convicia iactat.
Tempore nam quodam cornu bovis ecce cruentum
ipse cruentus habens infert ad tecta sacrati.
inruit in cellam causamque exponit iniquam:

Sulp. Sev. V. M.

demque Maximo longe ante praedixit futurum ut, si ad Italiam pergeret, quo ire cupiebat, bellum Valentiniano imperatori inferens, sciret se primo quidem impetu futurum esse victorem, sed parvo post tempore esse periturum. (9) quod quidem ita vidimus. nam primo adventu eius Valentinianus in fugam versus est: deinde post annum fere resumptis viribus captum intra Aquileiae muros Maximum interfecit.

21, 1 Constat autem etiam angelos ab eo plerumque visos, ita ut conserto apud eum invicem sermone loquerentur: diabolum vero ita conspicabilem et subiectum oculis habebat, ut sive se in propria substantia contineret, sive in diversas figuras spiritalis nequitiae transtulisset, qualibet ab eo sub imagine videretur. (2) quod cum diabolus sciret se effugere non posse, conviciis eum frequenter urguebat, quia fallere non posset insidiis.

21, 2 Quodam autem tempore cornu bovis cruentum in manu tenens cum ingenti fremitu cellulam eius

---

115 induperaturi P^1 117 quem mox *N* 118 montibus P^1 pugnanti *P* 120 subcubuit *N*, succumbuit *P* aquilegia *N* orbe *P* 122 v *P*, iv *NL* ANGELI CVM EO LOCVTI *N* adque *N* loquutus *P* 124 ipsa *P* 125 alligeros *P* lapsus B^1L, ylapsos *sic N* 126 qui] quid *codd. praeter* quod *S* (ageret *i. e.* aliquid ageret, properaret); *contra Mommsenus 126 post 127 poni iubet* (*distinctione post 128 sublata*) 127 parentem P^1LS] parentum $NBMP^2$ 131 peregrinas *LMS* 132 fuguras N^1 *ut* fugura *v. 136* 133 si] se *codd.* infitiator *B*] inficiator P^1LS, inficiatur NMP^2 134 perspecuas B^1S 135 oculus n. f. fellit *N* 138 illusio *S* ualebit *P*, uolabat L^1 139 proba *P*, propra *M* beato P^1L^2] beatum *rell.* 140 frus *N* conuicta *NM* iactae *N* 141 vi *P*, v *N* CVM CORNV BOVIS *N* corno *NM* bobis *N* cruentum L^2] cruento *rell.* 142 cruendus N^1, cruentes *M* at *N* 143 irruit *S* in PNL^2] ad BL^1MS

'quo virtus, Martine, tua est? hoc aspicis'? inquit.
'unum namque tuum nuper hac caede peremi
et mihi praeda iacet pecuali capta ministro
iniunctumque nefas sceleris bos armiger implet.
damno cresco tuo, congaudens ubere fletu'.
protinus his dictis fratres simul advocat omnes
et pater ore refert quidquid ferus indicat hostis,
sollicitus ne quid lupus abripuisset ovili.
perquirunt socios monachi numerumque recensent,
sed grege de niveo modicus neque defuit agnus.
conductus mercede tamen deest rusticus unus
ligna trahendo focis nemorum vectore bubulco.
quo propero iubet ire gradu causamque requiri.
semianimem inveniunt missi, suprema gementem,
indicat atque necem dum adhuc super halitus errat,
quod sua laxato taurus foret inguina cornu;
explicitaque fide vitam cum voce reliquit.
nec sanctum hoc errare facit quod fecerat error.
    Additur hinc etiam rerum mirabilis ordo:
mille nocendi artes dum perfidus exerit hostis,
nunc Iovis in faciem, nunc se mentitus Anubem,
saepe habitu Veneris, saepissime fronte Minervae
sedulus insidiis sancto sua seria rumpens
diversis formis [se], ut terror cresceret, offert
et vacuus generet specie variante timorem,
qui virtute nequit, superatus ut arte rebellet.
sed tamen intrepidus persistit inania temnens,
semper inadversus iaculans crucis arma beatus,
belliger hoc clipeo hostilia tela relidens:

inrupit, cruentamque ostendens dexteram et admisso recens scelere gaudens 'ubi est' inquit, 'Martine, virtus tua? unum de tuis modo interfeci'. (*3*) tunc ille convocatis fratribus refert quid diabolus indicasset: sollicitos ire praecipit per cellulas singulorum, quisnam hoc casu adfectus fuisset. neminem quidem deesse de monachis, sed unum rusticum mercede conductum, ut vehiculo ligna deferret, isse ad silvam nuntiant. iubet igitur aliquos ire ei obviam. (*4*) ita haut longe a monasterio iam paene exanimis invenitur. extremum tamen spiritum trahens indicat fratribus causam mortis et vulneris: iunctis scilicet bubus dum dissoluta artius lora constringit, bovem sibi excusso capite inter inguina cornu adegisse. nec multo post vitam reddidit *e. q. s.*

22, *1* Frequenter autem diabolus, dum mille nocendi artibus sanctum virum conabatur inludere, visibilem se ei formis diversissimis ingerebat. nam interdum in Iovis personam, plerumque Mercuri, saepe etiam se Veneris ac Minervae transfiguratum vultibus offérebat: adversus quem semper interritus signo se crucis et

---

144 inquid *PN* 145 haec aede *NS*, haecede *M* 147 iniuctumque nefal *N* implet] inquit L^1 *ut vid.* 148 congaudens *PL*] cumgaudens *rell.* 149 protenus P^1 tictis *N* simul PL^2] sacer *NMS*, *om.* BL^1 150 quidquid *PN*] quicquid *rell.* 151 ouili P^1BL] ouile $NMSP^2$ 152 socius NP^2 recenserunt *N* 155 trahendo L^1] trahenda *rell.* uectore P^1ML^2] uictore NBL^1SP^2 bobulco *N* 156 requiri *BLS*] requirit *P*, requiret *N*, requirem *M* 157 semianimeṇ *P*, simianimae *N* supprema *P* gentem P^1, *cf. X, 6, 49* 158 halitus] alitus *NLS*, allitus *M*, alitur *B*, litus *P* errat] iret L^2, *fort.* esset 159 ferit L^2 (foret *coniunct. praes.*) 160 reliquid *P* 161 *habent* PL^2, *om.* NBL^1MS 162 VII *P*, VI *N* DEVERSE FORME DEMONVM *N* hic L^1S^1 167 se ut terror] aut error P^1, ut terror *rell.* 169 nequid *N* superatis NBP^2 rebelleret P^1 170 tempnens *M* 171 inaduersus *N*] in aduersos PL^2, in aduersis BL^1MS, *cf. I, 238* 172 clipeo *LS*] clypeo *rell.* hostili BL^1M

qua penetrante acie se machina falsa resolvit.
saepe etiam in sanctum vacuos acuere tumultus
infitiatores falso minitante flagello.
sed fremitus fragilis per inania cymbala tinnit
oppositisque minis interritus ipse resistit,
nec fundata decet contra evacuata moveri.
Hinc quoque letiferi suffusus felle veneni
perfidus horribilis trux lubricus invidus anguis
ore cruentatis Martinum provocat armis:
cur habeat monachos oneroso crimine pressos?
cur maculosa cohors habitet pia saepta magistri?
ne rea turba malis violet consortia iusti
morbida neu reliquos vitii contagia fucent,
qui male polluerint lavacri venerabilis undam
ac sua perdiderint baptismata crimine mersi,
nec via sit veniae periit quibus orbita lapsis,
cum semel in foveam vix sit revocare ruentem
ac neque restitui vastato in corpore florem,
nec redeat miseris ultra indulgentia Christi.
tunc Martinus ait haec contra daemonis iram:
'perfide desipiens, quia non tua commoda cernis,
hostis inique tibi, tibi noxie te pereunte:
si nunc paeniteas, si nunc resipiscere velles,
praecipitare animas ut iam per crimina nolles
nec tua servirent alienae tela ruinae
erroresque tuos damnares ultime iudex,
de pietate dei fidens promittere possem,
ut tibi tam misero misereri Christus haberet
et cito donaret scelerata piacula culpae.

Sulp. Sev. V. M.

orationis auxilio protegebat. (2) audiebantur plerumque convicia, quibus illum turba daemonum protervis vocibus increpabat: sed omnia falsa et vana cognoscens non movebatur obiectis.

22, *3* Testabantur etiam aliqui ex fratribus, audisse se daemonem protervis Martinum vocibus increpantem, cur intra monasterium aliquos ex fratribus, qui olim baptismum diversis erroribus perdidissent, conversos postea recepisset, exponentem crimina singulorum. (*4*) Martinum diabolo repugnantem respondisse constanter, antiqua delicta melioris vitae conversatione purgari, et per misericordiam domini absolvendos esse peccatis, qui peccare desierint. contra dicente diabolo, non pertinere ad veniam criminosos, et semel lapsis nullam a domino praestari posse clementiam, tunc in hanc vocem fertur exclamasse Martinus: (*5*) 'si tu ipse, miserabilis, ab hominum insectatione desisteres et te factorum tuorum vel hoc tempore, cum dies iudicii in proximo est, paeniteret, ego tibi vere confisus in domino Iesu Christo misericordiam pollicerer'. o quam sancta de domini pietate praesumptio, in qua etsi auctoritatem praestare non potuit, ostendit affectum.

---

173 quae PL^1 174 sanctum *L*] sancto *NBMS*, sanctos *P* 175 infitiatoris *M*, inficiatoris *BS* minidante *NM*, miniante P^2 177 obpositisque *N* 178 mundata P^1 ecuata *N* 179 VIII *P*, VII *NM* EXPROBRATIO DIABOLI *N* 182 monachus *M*, mo**nachus (*eras.* ch) *N* pressus NMP^2 184 mali *Mommsenus* 185 neo P^1, seu *M* fucent P^2] fuscent L^2, fugent *rell.* 186 polluerint PL^2] polluerent *rell.* 187 babtismata *PNS* 188 ne *P* 189 sit] est *codd.* 191 redeant *P* 192 tum *NMS* 194 tibi tibi noxie te NL^2] tibi tibi noxiae *P*, tibi noxie te BL^1S, tibi noxiae te *M* 195 poeneteas *N* uelles *BL*] uellis *PNM*, uelis *S* 196 cl*mina nollem *P* 197 seruirent L^2] saeuirent *rell.* 198 damnatos P^1 ultime *i. e.* tandem 199 pietate *praeter* pi *i. ras. 1 m. N* possem L^2] possim *rell.* 201 *fort.* scelerate

ob hoc arce poli descendit ad arva redemptor,
perdita ut eriperet, peritura nec ipsa perirent.
inmaculatus enim maculas detergere venit
vulneribusque suis curaret ut ulcera mundi.
funeris ordo sui nostrae fuit arra salutis:
sputa flagella chlamys fel acetum lancea clavi,
crux, pia mors, tumulus lapis, inferus umbra tyrannus:
victa simul triduo premit, et redit auctor ad astra,
descensusque suus meus est ascensus in altum.
nec peccatoris mortem magis eligit ultor,
quando suis poenis nobis dedit arma salutis'.
sic pius indomitam pestem mansuescere temptat
promisitque lupo bona pastor ovilia reddi.
quanto magis homini reserarit praemia Christi,
propter quem ipse deus homo fit, iacet atque resurgit?
o pietas et celsa fides, praesumptio dulcis,
quae promittit opem deceptori et perituro!
explicuit votum, si non valet ire iuvandum:
cui minus in posse est, satis est ostendere velle,
nam totum inpendit qui non abscondit amorem.
    Hinc Clarus, placidis adulescens moribus expers,
Martinum amplectens patrem et sua cuncta relinquens,
tempore quique brevi micuit virtute fideque,
cum prope pontificem habitacula constituisset
ac sua complures peterent consortia fratres,
huic se tunc monachus socians Anatolius addit.
in commune prius humilis censura sodalis.
qui rudis ingenii, versuto inlusus ab hoste
post ait ad sese quod caelitus angelus iret
ac reserare sibi mysteria clausa Tonantis,
et cito siderea volitent sua nuntia pinna
atque remissa viri responsio nubila tangat,
inter se et dominum memorans iter esse propinquum,
ac sibi contigui iactat confinia caeli,

23, 1 Clarus quidam, adulescens nobilissimus, mox presbyter, nunc felici beatus excessu, cum relictis omnibus se ad Martinum contulisset, brevi tempore ad summum fidei virtutumque omnium culmen enituit. (2) itaque cum haut longe sibi ab episcopi monasterio tabernaculum constituisset multique apud eum fratres commorarentur, iuvenis quidam ad eum Anatolius (anath. *AF*) nomine, sub professione monachi omnem humilitatem atque innocentiam mentitus, accessit habitavitque aliquamdiu in commune cum ceteris. (*3*) dein procedente tempore angelos apud se loqui solere dicebat. cum fidem nullus adhiberet, signis quibusdam plerosque ad

---

202 IX *P*, VIII *NM*   arte *P*   discendit *PN*   206 aura *B*   207 chlamys] clamis *codd.*   208 umbra *appositio ad* inf. tyr.   tyrannis *N*   209 ad] et *N*   210 descensusque *L*²] discensusque *rell.*   211 elegit *PN*   ultor *PL*²] ultro *N*, auctor *BL*¹*MS*   214 reddit *N*¹   215 reserarit] reserari *BLP*², reserare *P*¹, reseraria *NMS*   216 fit *NBL*] sit *PMS*   adque *P*   resurget *P*, resurgat *N*   217 o *PL*²] et *rell.*   et celsa *PNL*²] excelsa *rell.*   219 *fort.* ualet ipse iuuando   221 inpendit *PNMS*] impendit *L*   amorem *PL*] amore *BMS*, amore**quens *N*   222 X *P*, IX *NM* TEOMEN FANTASMATICVM *N*   adulescens *NB*] aduliscens *P*, adolescens *LMS*   expers *cf. s. 1*, 28   224 breue *NMS*   226 complures *BL*] cum plures *rell.*   227 anatolius *P*¹] anatholius *rell.*   229 rudes *NMP*²   uersutu *NM*   231 *fort.* reseraret ibi   mysteria *P*¹*BL*] mysit tiria *P*², misit tyria *NMS*   232 penna *PBL*

se secreta dei sciendo iam esse prophetam.
sed Clarum, ut credat, nec opinio falsa movebat.
tunc sine more furens Anatolius adserit audax,
quod sibi de caelo dominus transmittat amictum,
induat et vestem delatam nocte silenti,
ut signa stupeant cuius modo verba cavillant.
elevat hinc varium monachorum turba tumultum
et suspensa tenet spectatio vana sodales.
interea medias quasi nox transcurrerat horas
et rota flexa aequo gyrabat cardine metam:
fit subito strepitus, quatitur locus, arva moventur
et confusa simul vario fremit aula susurro,
murmure raucisono frangente lepore loquellas.
credas pugnaces volitare per astra falanges
et videas rapidas discurrere turbine turmas.
hinc ubi concussis redierunt otia turbis
motaque tempestas tranquilla silentia sumpsit,
advocat ex monachis confestim Anatolius unum,
comminus et tunicam ostentat iactantior albam,
qua vacue tumidus falso umbrabatur honore,
candidus exuviis, sed nigri daemonis arte.
inde ciet reliquos, occurrit Clarus et ipse,
palpat mollitiem vestis candore nivali,
serica confingunt tenuato stamina filo,
nec contacta manu discerni vellera possunt.
ducitur interea monachis nox pervigil hymnis,
et conpacta choris Davitica canna resultat,
ut coram altithronus velamina visa revelet.

Sulp. Sev. V. M.

credendum coartabat. postremo eo usque processit, ut inter se ac deum nuntios (angelos *AF*) discurrere praedicaret, iamque se unum ex profetis haberi volebat. (*4*) Clarus tamen nequaquam ad credendum cogi poterat. ille ei iram domini et praesentes plagas, cur sancto non crederet, comminari. (5) postremum in hanc vocem erupisse fertur: ecce hac nocte vestem mihi candidam dominus de caelo dabit, qua indutus in medio vestrum diversabor: idque vobis signum erit, in me dei esse virtutem, qui dei veste donatus sim. (*6*) tum vero grandis omnium ad hanc professionem expectatio. itaque ad mediam fere noctem fremitu terram (*t. om. AF, s. v. 246*) insultantium commoveri omne monasterium loco visum est: cellulam autem, qua idem adulescens continebatur, crebris cerneres micare luminibus, fremitusque in ea discurrentium et murmur quoddam multarum vocum audiebatur. (7) dein facto silentio egressus unum de fratribus ad se vocat tunicamque ei, qua erat indutus, ostendit. (8) obstupefactus ille convocat ceteros, ipse etiam Clarus adcurrit, adhibitoque lumine vestem omnes diligenter inspiciunt. erat autem summa mollitie, candore eximio, micanti purpura, nec tamen, cuius esset generis aut velleris, poterat agnosci: curiosis tamen oculis aut digitis adtrectata non aliud quam vestis videbatur. interea Clarus fratres admonet orationi insistere, ut manifestius eis domi-

---

236 esset *P* 238 anatolius *P*] anatholius *rell.* asserit *L*[2] 239 amictum *P*[1]*SL*[2]] amitum *P*[2], amicum *NBL*[1]*M* 240 delatam *PNL*[2]] dilatam *BL*[1]*MS* 241 ut *P*[1]*L*[2]] et *rell.* signum *PL*[2] 242 exleuat *L*[1], et leuat *B* hic *B* 243 sodales *P*[1]*L*[2]] sodalis *rell.* 244 quas *P* transcurrerat *L*[2]] transcurreret *P*[1], transcurrere *rell.* 245 gyrabat *N*] girabat *rell.* 246 arma *Ven.* 247 surro *P*[1] 248 faucisono *P* loquellas *M*] loquillas *PN*, loquelas *BLS* 249 falangas *L*[2], phalanges *S* 250 rabidas *N* 251 turmis *S* 253 anatolius *P*] anatholius *rell.* 254 tonicam *MS* 255 qua *L*[2]] qui *rell.* falso umbrabatur *PN*] falso umbratur *M*, falso obumbratur *BLS* 256 exuuiis *NLP*[2]*B*[2]*S*[2]] exuuis *P*[1]*S*[1], exuuius *M*, exiuiis *B*[1] 259 confingunt *PML*[2]] configunt *NBL*[1]*S* tenuata *BL*[1], tenuatus *P*[1] 260 uellara *P* 261 ymnis *P* 262 conpacta *PNMS*] compacta *L*

iam spumabat equis Aurorae auriga rubores,
Sol quoque lucifluas curru flectebat habenas
atque renata dies revocabat in arva labores:
mox Clarus monachum Martino ostendere tendit.
noscens pontifici fantasmata nulla latere,
cum sancti ante oculos vario fuit una figura
decipulamque suam deceptor perdit in illum.
coeperat his demens Anatolius ergo reniti,
interdicta sibi ne Martini occurrat ovili.
dum tamen invitus traheretur passibus haerens,
tegmina falsiloqui vanescunt alba nigelli
et male destituunt monachum vaga pallia nudum
nec stat imagineis simulatilis umbra figuris.
territa Martini sic nomine larva refugit.

Hostis iners maiora suis dehinc viribus audens,
perfidus et totiens elisus nec sibi credens,
debilis arma movens et degener ardua temptans,
ut sua laus fieret vel sollicitasse potentem,
cresceret et titulis, fortem pulsasse sagittis:
denique cum sanctus recubaret in aggere fusus,
insinuando preces domino pro plebe sacerdos,
constitit ante oculos deformis forma rebellis,
sulphurea sub luce micans, radiatilis umbra,
lumine mentito tenebrosus et atra vorago
fulgidus exuviis, regali veste satelles,
tectus bratteolis, vacuo diademate pulcher,
ordine gemmarum numerosa luce coruscus,
falsa veste potens, cui calceus inlitus auro,
laetior et tumido iactans se pompa triumpho.

nus quidnam id esset ostenderet. (9) itaque reliquum noctis hymnis psalmisque consumitur. ubi inluxit dies, adprehensum dextera ad Martinum trahere volebat, bene conscius inludi illum diaboli arte non posse. (10) tum vero reniti ac reclamare miser coepit, interdictumque sibi esse dicebat, ne se Martino ostenderet. cumque invitum ire conpellerent, inter trahentium manus vestis evanuit. (11) unde quis dubitet hanc etiam Martini fuisse virtutem, ut fantasiam suam diabolus, cum erat Martini oculis ingerenda, dissimulare diutius aut tegere non posset.

24, 4 Non praetereundum autem videtur, quanta Martinum sub isdem diebus diabolus arte temptaverit. quodam enim die praemissa prece et circumiectus ipse luce purpurea (*s. v. 286*), quo facilius claritate adsumpti fulgoris inluderet, veste etiam regia indutus, diademate ex gemmis auroque redimitus, calceis auro inlitis, sereno ore, laeta facie, ut nihil minus quam diabolus putaretur, oranti in cellula adstitit. (5) cumque Martinus primo

---

266 aque *N* dies] **** P^1 267 martino *PL*] martinum *rell.* 268 pontifeci *N* 269 fugit una L^1, fit uana L^2 271 anatolius *P*] anatholius *rell.* 272 ne *om.* L^2 occurarat N^1, occurrere L^2 *fort.* ne interdicta s. M. occurrat ad ora; *lacunam post* ne *statuit Mommsenus* 273 tam *P* inuitus *L*] inmutis *M*, inuitis *rell.* 274 uanescunt *BL*] uaniscunt *rell.* 275 destituunt PBS^1L^2] distituunt NL^1MS^2 uaca NB^1M, uana B^2 276 simulatillis *NM*, simulata illa *S* 278 XI *P*, X *N* CHRISTVM MENTITVS *N* hostes *NM* maiore *N* ardens S^2 280 degener LMS^2] deneger *P*, degenera NBS^1 temtans *N* 281 potentem *om. BM* 282 polsasse *P* 283 dum S^1 recubasset L^1 284 preceps *P* 285 rebelles *NM* 286 sulphorea *PNM* 289 bracteolis *NM* cacuo *P* 290 numerosas *N* coruscens *P*, coruscans S^1 291 illitus *S* 292 tumiodo *N*

cuius ad aspectum sanctus hebet ore represso
mutuaque ambo diu tenuere silentia fastu,
mirans ille virum, dum despicit iste superbum.
quem prior alloquitur reus et temerarius hostis:
'quae dudum, Martine, cupis penetrante precatu,
iam pia vota tenes: ego sum tua gloria Christus.
exigis ut veniam validos recreare labores
et sudata tuis ut soler bella tropaeis:
debita militiae dare oportet munera regem.
descensurus enim ad terras huc dirigo gressum,
ut tua sollicitis requiescant pectora curis'.
his sacer intrepidus nolens responsa referre
despicit et reticet, tractat neque verba relaxat:
mens solidata manens, rimans alta atque profunda
cardine nec tremulo vento neque flante rotatur.
lubricus hinc repetit mordacia sibila serpens:
'credere quid dubitas proprio quod lumine cernis?
en ego sum Christus, tecum qui consero voces,
et loquor haec secreta palam dignando futura.
neu de me trepides, testis mihi fulgida lux est'.
spiritus ut verax Martini ignivit acumen
ac patefecit iter, ne clausa venena laterent
hostis et anguini posset discernere fraudem,
libertate potens sanctis sermonibus inquit:
'non ita se dominus venturum dixit in orbem,
se neque purpureum nec sic diademate fultum
pandit apostolicis voce insinuante columnis,
cum sua carnalis raperetur ad astra figura
atque piis plantis straverunt flamina pinnas,
cum pede pressa sacro servirent aera regi,
angelicis vectus manibus celer aethera calcans,
ingrediens teneras neque frangens gressibus auras.
pendula planta volans cum nubila finderet intrans,
remige pinnigero qua non facit ala sigillum:
cum Galilaeis tunc spectantibus angelus adstans

Sulp. Sev. V. M.

aspectu eius fuisset hebetatus, diu multum (*BV*, multumque *AF*, mutumque ς) silentium ambo tenuerunt. tum prior diabolus: 'agnosce' inquit, 'Martine, quem cernis: Christus ego sum: descensurus ad terram prius me manifestare tibi volui'. (*6*) ad haec cum Martinus taceret nec quidquam responsi referret, iterare ausus est diabolus professionis audaciam: 'Martine, quid dubitas credere (crede *MV*, cerne *B*), cum videas? Christus ego sum'. (7) tum ille, revelante sibi spiritu, ut intellegeret diabolum esse, non dominum, 'non

---

293 sanctum *N* habet (*M*) 295 despicit *L*] dicit *P*, dispicit *rell.* 296 timerarius *N* 299 exignis *N* uarios *BL* 300 solers BL^1 tropaeis] trophaeis *PNM*, tropheis *BLS* 301 oportit *N* 302 descensurus *L*] discensurus *rell.* dirego *N* 305 despicit *L*] dispicit *rell.* reticit *N* tractat] *fort.* restat 306 adque *PN* 307 n. f.] neflante *P* 308 repitie *N* 309 cernis *L*] cernas *rell.* 310 confero L^1 311 loquar *N* 312 trepidis P^2, trepedis *N*, trepidus *S* 315 posset L^2] possit *rell.* 316 sanctus L^1 inquid *PN*, *fort.* infit 318 purporeum n. si *P* 319 p****t N^1 *corr.* N^1 apostholicis u. insi**nuante *N* 320 fugura *N* 321 stauerunt B^1, statuerunt L^1 flammina *N*, flamma *P* pennas L^2 322 pressas *N*, pressus *M* rigi *NM* 323 athera *N* 326 remice MP^2, remicere *N* pennigero L^2, pennigerae *B* ala PNL^2] aula BL^1MS

sic ait altithronum rediturum qualiter iret.
unde probanda probo, reprobo reprobantia probra:
non sunt signa mei regis, sed castra tyranni.
ast ego transfixas clavis nisi videro palmas
atque beata crucis tum stigmata carne gerentem
ac latus et fossas traiecto missile costas,
unde cruentati pariunt baptismata rivi
et sacra purpureo maculas lavat unda fluento,
quae dedit in pretium generosa talenta redemptor
inque crucis trutina pretii nomismata pensans,
totum auctor redimens thesauro corporis orbem,
cum gemma una fuit quae cuncta in vasa valeret;
hac nisi veste tegi videam qua pertulit auctor,
indicio sine hoc Christum venisse negabo.
nam decet ut victor doceat per signa triumphum
plagaque fixa potest laudem accumulare tropaei'.
mox inimicus iners, vibratus verbere verbi,
pestifer aerius tenuata per aethera lapsus,
in propriam speciem rediens ad inane solutus
effugit ex oculis liquidas quasi fumus in auras
et levis umbriferae volitavit imago figurae,
visibus exclusus cellam paedore cruminans,
agnitus indiciis, sua per vestigia sordens
et foetore sibi comitante satellite fugit,
Martinique fidem neque fulgida forma fefellit
nec radium mentis delusit splendor inanis,
luce superfusa qua se nox taetra tegebat.
numquid non poterat humilis superare superbum
aut non deiceret tam mente benignus iniquum,
pacificis armis doctus domitare rebelles?
    Cuius dulcis erat favor et honor altus amoris,
non solum abluere alterius, sed lambere plantas
hospitis atque novi vestigia tergere lingua,

se' inquit 'Iesus dominus purpuratum nec diademate renidentem venturum esse praedixit: ego Christum nisi in eo habitu formaque, qua passus est, nisi crucis stigmata praeferentem venisse non credam'. (*8*) ad hanc ille vocem statim ut fumus evanuit et cellulam tanto foetore conplevit, ut indubia indicia relinqueret diabolum se fuisse. hoc itaque gestum, ut supra rettuli, ex ipsius Martini ore cognovi, ne quis forte existimet fabulosum.

25, 2 Quo quidem tempore credi non potest, qua me humilitate, qua benignitate susceperit, congratulatus

post 328, *in cuius fine legebat* qualiter ire, *hunc versum inseruit Browerus:* uidistis coetuque supra uestigia ferre   329 reprobo *PL*²] *om. rell.*   reprobrantia *NS*, probrantia *Mommsenus* *in marg. 1 m. S:* al. reprobranda ac (ac *sup. scr.*) denique probro   330 tiranni *L*   331 uidero] dero *N*¹   332 regentem *P*   333 et fossas *L*²] effossas *rell.* (fossas *P*)   334 babtismata *PN*, baptysmata *S*   335 purporeo *P*   336 pretium] pretio *codd.* (precio *PS*)   redemtor *P*   337 numismata *B*², nummismata *L*   338 totum *PNL*²] tantum *BMS*, t**tum *L*¹   tesauro *LM*   339 uase uolaret *L*¹   340 hac *P*¹*L*²] hanc *rell.*   uaste *MS*   quam *PL*², quae *L*¹   342 per *om. P*   triumphum *LS*] triumpho *rell.*   343 accumolare *N*   tropaei *N*] trophei *rell.*   345 p. a.] pestifere rius *P*   tenuta *N*   aera *L*²   348 leues *N*   umbriferae — figurae *L*²] umbrifere — figure *P*, umbriferam — figuram *rell.*   349 exclusis *BL*¹*M*   354 quae *L*¹, que *B*, qu* *P*¹   356 deiceret *PBL*] deieceret *NMS*   tam mente *PL*] tamen te *NBS*, a mente *M*   357 rebellis *P*¹   358 amoris] honoris *L*¹

semper aquam manibus tribuens venientibus ipse,
caelestis cupiens homini servire minister,
et manus alma pedes de peccatore luebat,
cum sua porrigeret vel fimbria tacta salutem.
qui inlecebras mundi fugiendas instituebat
et saeclo sua lucra dari, nil quaerere terris,
ut censum fugeret qui ascendere vellet Olympum,
ut grave pondus agri vel nummi nullus haberet
nec retineret opes qui caelo occurreret heres.
namque onus ascensum vetat et descendere praestat,
imum versa trahunt nec in altum pondera ducunt,
in montem gradiens titubat sub fasce columna,
deficit et fragilis valido sub pondere planta;
mergit in undosum cumulatam sarcina proram:
ut petat ad portum, rerum facit entheca iactum.
Qui pater inlustris Paulini gesta beabat,
floruit Italiae quo post antistite Nola
qua regio Campana sedet rectore superno:
dives agris, opulens famulis, locupletus acervis,
vir censu vastus, lare celsus et ore rotundus,
ditior ipse fide pro Christo fit sibi pauper
et dedit innumeros redimentes crimina nummos.
cuius sparsa solo migravit ad astra facultas
fecit et in caelum pigras ascendere terras,
uno stando loco et dant bruta ad sidera saltum.
ergo euangelicum Paulino inplente relatum
Martinus monitat cunctis talem esse sequendum,
tramite difficili potuit quia pergere dives

Sulp. Sev. V. M.

plurimum et gavisus in domino, quod tanti esset habitus a nobis, quem peregrinatione suscepta expeteremus. (*3*) miserum me — paene non audeo confiteri — cum me sancto convivio suo dignatus esset adhibere, aquam manibus nostris ipse obtulit, ad vesperum autem pedes ipse nobis abluit. nec reniti aut contra ire constantia fuit: ita auctoritate illius oppressus sum, ut nefas putarem, si non adquievissem. (*4*) sermo autem illius non alius apud nos fuit, quam mundi inlecebras et saeculi onera relinquenda *e. q. s.*

25, *4* Praestantissimumque nobis praesentium temporum inlustris viri Paulini, cuius supra fecimus mentionem, exemplum ingerebat, qui summis opibus abiectis Christum secutus solus paene his temporibus euangelica praecepta conplesset: illum nobis sequendum, illum clamabat imitandum: (*5*) beatumque esse praesens saeculum tantae fidei virtutisque documento, cum secundum sententiam domini dives et possidens multa vendendo omnia et dando pauperibus, quod erat factu inpossibile, possibile fecisset exemplo.

25, 6 Iam vero in verbis et confabulatione (*s. v. 391*) eius quanta gravitas, quanta dignitas erat! quam a c e r (*BMV*, alacer *AF*), quam efficax erat, quam in absolvendis scripturarum quaestionibus promptus et facilis! (*7*) et quia multos ad hanc partem incredulos scio, quippe quos viderim me ipso etiam referente non credere, Ie-

---

362 homini *PL²*] hominis *BL¹*, homines *NMS* 366 saeculo *N* 367 uellit *P* olimpum *L* 368 agri *om. B* uel nummi *PL*] uelque nummi *NM*, uel quae nummi *BS* 369—426 *in B et M iterum scripti extant inter II, 284 et 285, in utroque prima manu ut videtur notati. Bᵇ et Mᵇ enotabo ubi ab BᵃMᵃ dissentiunt* 369 retinet *MBᵇ*, retinebat *S* 370 descendere *PN*] discendere *rell.* 372 titubabat *N* suf *M* 373 defecit *N* sup *S¹* 374 uergit *L²* cumulatam *L*] comulatam *P*, cumulata *rell.* 375 entheca *P*] enteca *L²*, emptica *rell.* 376 PAVLINVM IMITANDVM *N* illustris *S* 377 quo *SL²*] qui *rell.* antestite *PM* 378 sedet *PL²*] sedit *rell.* (redit *Bᵇ*) 379 diuis *Mᵃ* locopletus *P¹ corr. P¹* 385 sydera *S* 386 euuangelicum *P* inplente *P*] implente *BLMS* 388 tramiti *N*

depositoque onere ascendit quia liber in arcem
exemploque monens vocat altius ire sequaces.
Iam quoque Martini quae fabula fluxerit ore,
quae gravitas fuerit, quam acer, de lege disertus!
quaestio nec latuit caelesti iure peritum:
vir reserare valens quodcumque aenigma negaret,
ingenii dulcis prudentia larga redundans,
fonte perenne bibens quod rivulus ille rigaret,
sermo pius promptus placidus catus aptus amandus
intentis animis, caeli possessor in arvis,
pervigil orator mandando negotia Christo,
iudicis in vultus inopum querimonia pandens,
doctus in arte sacra miserorum exponere causas,
adsertor validus, superans fora iura togatos,
nobilis adstructor, facundus contionator.
qui prece profusa domini vadimonia placans
quantum voce valens viduis atque orfanatrofis,
cuius et ipsa polum taciturna silentia pulsant!
mens fundata deo, sine fuco, proxima caelo,
otia nulla terens et nulla negotia carnis,
quidquid agendum esset totum velociter inplens:
sed mora Christus erat, famulans sibi nocte dieque,
non cibus et somnus nisi quod natura necessat:
tardus edax, velox vigilans sopor, esca sub ictu,
nec faceret nisi quod sine his caro vivere nescit;
tempus utrumque dicans causis repetendo duabus:
lectio nunc resonans sibi, nunc oratio currens;
cuius erat requies tantum mutare labores.

sum testor spemque communem me ex nullius umquam ore tantum scientiae, tantum ingenii boni et tam puri sermonis audisse. (*8*) quamquam in Martini virtutibus quantula est ista laudatio! nisi quod mirum est homini inlitterato ne hanc quidem gratiam defuisse. (*26, 1*) sed iam finem liber postulat, sermo claudendus est, non quod omnia, quae de Martino fuerint dicenda, defecerint, sed quia nos, ut inertes poetae, extremo in opere neclegentes, victi materiae mole succumbimus. (2) nam etsi facta illius explicari verbis utcumque potuerunt, interiorem vitam illius et conversationem cotidianam et animum caelo semper intentum nulla umquam — vere profiteor — nulla explicabit oratio. illam scilicet perseverantiam et temperamentum in abstinentia et in ieiuniis, potentiam in vigiliis et orationibus, noctesque ab eo perinde ac dies actas nullumque vacuum ab opere dei tempus, quo vel otio indulserit vel negotio, sed ne cibo quidem aut somno, nisi quantum naturae necessitas cogebat, vere fatebor, non si ipse, ut aiunt, ab inferis Homerus emergeret, posset exponere: (*3*) adeo omnia maiora in Martino sunt, quam ut verbis concipi queant. numquam hora ulla momentumque praeteriit, quo non aut orationi incumberet aut insisteret lectioni, quamquam etiam inter legendum aut si quid aliud forte agebat, numquam animum ab oratione laxabat. (*4*) nimirum ut fabris ferrariis moris est, qui inter operandum pro quodam laboris levamine incudem suam feriunt, ita Martinus etiam, dum aliud

---

389 honore *M* quia] qui *codd.* 391 DE CONLOQVIORVM AC PATIA EI· (*i. e.* de conloquio ac prudentia eius) *N* fluxerit *PNL*^{2}] fluxerat *rell.* 392 quam] qu** *L*^{1}, quem *B*^{a}*MS* 393 nec *P*] non *B*^{a}*LS*, *om.* *NMB*^{b} latuit * *M*^{a}, latuit d *sic* *M*^{b} peritum *PBL*] perito *rell.* 395 retudans *P* 397 promptus *LSB*^{b}] prumptus *PNM*, promtus *B*^{a} cautus *N* amandis *P*^{1} 398 possesser *N*, posseruor *M*^{a} 399 peruigel *N* 400 inopum] p***orum *L*^{1} queremonia *NP*^{2} mittens *L*^{1} 402 fora iura togatos *L*^{2}] fura iura togatos *P*, oratura togatus *rell.* 403 adsertor *L*^{1} 405 orphanotrofis *B*^{b}, orfanotrosis *M*^{b} 407 deo] domino *N* 409 quidquid *PN*] quicquid *rell.* inplens *PN*] implens *LMS* 410 famulas *B* *utrubique 1 m.* 411 non] nam *Mommsenus* necesse est *L*^{2}, negasset *L*^{1} 412 terdus *P*^{1} sopor aesca *BL*, sopora esca *NM*^{b} subiectu *P*, sub iactu *S* 414 causa *P* duas *P*^{1} 415 resonas *P*

si foris isset, erat homo iugiter intimus orans,
caelo non carnis, sed tendens lumina cordis.
nec dolus inclusus latuit nec ab ore refluxit.
vir sine mundanis, domini possessio munda,
nullum iudicio damnans, mala nulla repensans;
haec sua forte fuit, si facta iniuria fratri est.
a minimis laeso non umquam erat ultio dulcis
deque gradu proprio neque reppulit officialem.
carus et adversis, pius aequis, blandus iniquis,
ira tumor risus maeror stetit exul ab illo.
non in fronte tenens nubem nec in ore cachinnum
idem semper erat facie cute corde colore,
nec variabat opus vir adhuc in corpore constans,
inmortale aliquid mortali ab imagine promens.
ora deus, sensum pietas, pax corda tenebat,
pro se parva gerens aliena misertus agebat,
naturae ut seriem postponens angelus esset.
alta supergrediens, mente ultra nubila tendens
liber ab humanis intrabat sidera civis.
inclita signa gerens et multa futura prophetans
stabat adhuc terris caelestibus intimus haerens,
noscens clausa dei quasi consiliator amici,
cum sua participat caro secreta clienti;
vir cui Christus amor, Christus honor, omnia Christus,
flos odor esca sapor fons lux via gloria Christus:
huius in affectu insertus solidatus adultus
ac velut arbor agri, secus est ubi cursus aquarum,
flore comis foliis et fructu perpete gaudens
ornata aeternae fert poma perennia vitae
inter apostolicas acies sacrosque prophetas
martyriique choros atque agmina fulgida caeli,
rege sub invicto qua exercitus ille coruscat
per turmas, proceres, legiones atque cohortes
milite seu comite et gradibus duce consule crescens,

Sulp. Sev. V. M.

agere videretur, semper orabat. (5) o vere vir beatus, in quo dolus non fuit: neminem iudicans, neminem damnans, nulli malum pro malo reddens. tantam quippe adversum omnes iniurias patientiam adsumpserat, ut, cum esset summus sacerdos, inpune etiam ab infimis clericis laederetur, nec propter id eos aut loco umquam amoverit aut a sua, quantum in ipso fuit, caritate reppulerit. (27, *1*) nemo umquam illum vidit iratum, nemo commotum, nemo maerentem, nemo ridentem: unus idemque fuit semper, caelestem quodammodo laetitiam vultu praeferens extra naturam hominis videbatur. (2) numquam in illius ore nisi Christus, numquam in illius corde nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inerat. plerumque etiam pro eorum, qui illius obtrectatores videbantur, solebat flere peccatis, qui remotum et quietum venenatis linguis et vipereo ore carpebant *e. q. s.*

417 issit *NM* 418 carni L^{1} 419 inclusus] in corde L^{1} 420 domino L^{1} 421 dampnans *M* repinsans NP^{2}, repensas $B^{b}M^{b}$ 422 sua] si *P* si fac i. f. e. *N*, si fratri iniuria facta est *L* 423 nonnunquam (*M*) 424 deque $PB^{a}L$] denique $NMSB^{b}$ 426 *desinit* $B^{b}M^{b}$ 429 uariebat *N*, uariat L^{1} 430 inmortale *NLM*] immortale *PS*, mortale *B* 435 sydera *S* ciues *P* 436 inclyta *P* 437 haerens] herens *P*, haeres *N*, heres *rell.* 438 clusa *P* conciliator (*B*) 439 caro] coram L^{2} 441 *extat P*, *om. rell.* uia] et *Ven. vulg.* 443 uelud PB^{1} secu**s *N* ub* N^{1} *corr.* N^{1} 446 probhetas S^{1} 447 chorus *MS* 448 qua PL^{2}] quae *NS*, que $BL^{1}M$ 449 ***iones P^{1} *corr.* P^{1} coortes *N* 450 consul *N*

lacteus iste toga, rutilus micat ille corona,
hunc praetexta nitens, illum diadema facetat,
hos chlamys, ast illos armilla topaza decorat,
balteus huic radiat, huic infula crine coruscat,
alter palmatae, trabeae nitet alter honore,
pingit et ornatum gemma aurum purpura byssus,
nec videt hoc oculus quod habet super astra senatus:
his frueris, Martine, bonis sub principe caeli,
coetibus angelicis sociabilis et patriarchis,
conpar apostolicis meritis, aequande prophetis,
addite martyribus, rubricat quibus unda cruoris,
fulgide confessor, candentia lilia vincens,
lumine purpureo redimite, decore corusce,
liberius gradiens per celsa palatia regis,
vir transcripte potens aeterna in saecula civis;
signifer arma crucis fers nobilitata triumphis,
dulcis, adorande et mihi pectore, voce colende.
cuius prosaicus cecinit prius acta Severus,
versibus intonuit Paulinus deinde beatus,
aequiperare valens inlustris uterque relator:
materie victi sed et ipsi carmine cedunt.
luminibus tantis ego nubilus inseror audax
e minimis minimus, de magno maxima temptans,
qui pede subtitubo, balbutio faucis anhelo,
et rudis eloquio carpo quod condere certor.
da veniam, quia te cecinit rea lingua relatu.
fer pietatis opem misero miserando misertor,
rector ut altithronus cum venerit arbiter orbis,
tu memor obtineas delicti oblivia nostri:
inter me ac dominum mediator adesto benigne,
quem sua culpa ligat tua ut interventio solvat.
spes Fortunati sit fida salutis egeni
suppliciter humilem tibi se stravisse, patrone,
qui leprae maculas medicata per oscula purgas
mortis et extremae revocas in origine finem
carnis adhuc fragilis quondam sub imagine constans.
nunc opus ut mites pietas tua commodet aures,
nam prece posse vales apud illum cuius haberis:
quod peto tu poteris, quia totum praestat amicis.
sic tibi quaeque petis tribuat praesentia regis.

452 diadima *P* facetum BL^1 453 chlamys] clamys *NM*, clamis *rell.* 454 baltheus *M* huic radiat huic *Ven.*] hinc radiat hinc *codd.* (hinc radiat *N*) 456 hornatum *P* porpura L^2 457 uidit *M* hoc oculus PNL^2] oculus hoc *MS*, oculus BL^1 458 fueris *N* 459 angel** (*eras.* or) *P* 460 conpar *PNMS*] compar *BL* probhetis S^1 462 fulgide] hic fulgide *N*, hinc fulgide *M* 463 porpureo L^2 corusco *M* 465 ciues *PN* 466 nobilitata PNL^2] nobilitate *rell.* 469 innotuit L^1MS 470 aequiperare *sic codd.* illustris *S* 471 materie *PBLS*] materiae *NM* 473 e L^2] et *rell.* minimus minimus *P* 474 balbuttio *N* 475 rudis PNL^2] rudio *BM*, rudi L^1S certo *B* 476 reatu S^1 478 altitronus *B* uenirit *N* 479 tum (*M*), te *P* 481 ut *om.* *P* 487 mites PNL^2] mitis BL^1MS 488 abheris *NM* 490 sit P^1 *subscr. om.* *M* (*2 vv. vacui*) *S* (*1 v. vac.*) EXPLICIT OPVS FORTVNATI PRESBITERI DE VITA | SANCTI MARTINI EPISCOPI LIBER SECVNDVS | INCIPIT EIVSDEM LIBER III *P*, EXPLICIT LIBER II. HABET VERSVS CCCCXC | INCIPIT LIBER III DE VITA SANCTI MARTINI *N*, EXPLICIT LIBER II. INCIPIT LIBER (L. *om.* *L*) III *BL*

LIBER TERTIVS

Hactenus in bibulis fixa stetit anchora terris,
otia lenta trahens et inerti dente quiescens,
leniter adludens dum sibilat aura soporem
et nos umbra tegit viridante crepidine ripae:
ecce serena dies rutilata crepuscula profert
et pelagus rate nauta petit; iam solvo rudentes
litus harundineum linquens, levo carbasa ventis.
ante per Hadriacas spumas dare vela videbar
turbine raptus aquae per murmura rauca fragoris
cum duce Sulpicio, bene cuius ab ore venusto
Martini sacros dulcis stilus edidit actus:
quos ego sub geminis claudo pede curro libellis,
infimus egregii contexens gesta patroni;
rursus in Oceanos videor mihi tendere fluctus,
maius iter gradiens, ubi se vada glauca relidunt
et crescit terrore timor rate nube profundo.
dum tamen alta peto, resonet mihi Gallus in aure
gesta beata viri, quo mitiget unda tumorem
et sermone viam relevet sale fabula dulcis.
deferor ecce freto, fugiunt et litora visum.
remiget hic Gallus, Martinus vela gubernet,
flamina Christus agat, portum quibus unda reducat.
nunc quoque gesta sacri, dum navigo, nauta loquatur.
Mensibus hibernis, dum Bosphorus alligat undas
et liquidos campos vetat imber arare carinis
Oceanusque negat commercia ferre Britannis,

Sulpic. dial. 1, 27, 7. Deinde cum paululum omnes conticuissemus, Gallus ita coepit: — — (*II, 1*) quo primo igitur tempore relictis scholis beato me viro iunxi, paucos post dies euntem ad ecclesiam seque-

---

III 1—19 *in N alia manu scripti* 1 terris] regis *P*, *fort.* ripis 2 et — quiescens *extat in PBL*, *om. NMS* 3 adludens *P*] alludens NL^2, adluens BL^1MS saporem *P* 7 harundineum *PNBL*] arundineum *MS* 8 hadriacas *NL*] adriacas *rell.* 10 cōmduce *sic N* 11 sacro L^1 13 infirmus *N* conte*ens N^1 *corr.* N^1 14 in oceanus *M*, innoceanos *P* uideor PSL^2] uideo NBL^1M 15 gradior *L* 16 crescet *N* nube: ub *i. ras. N* 17 alto *NM* 18 beati *LM* quo] qua *codd.* (quam *P*) mitigit *PN* timorem L^2 19 stabula *M* 20 littora *S* 21 guuernet *N* 22 portum *i. q.* in portum 24 I *P* PAVPER VESTITVR *N* bosphorus PL^2S^2] bosphoris *N*, phorus L^1BMS^1

cum sata sub rigido sua germina frigore celant
ac penetrante gelu riget unda et herba liquescit,
adstitit ante fores orans vestem aeger egenus:
lingua ligata gelu nec solveret ore loquellas.
ut tegeretur inops, sacer imperat ergo ministro.
ipse remota petens populi caret arte tumultu.
conperit ut sanctus nihil accepisse trementem,
exuitur tunica algentemque obtexit amictu;
quam sine teste dedit latitans et abire coegit.
ecce minister adest rogitans procedere sanctum,
sed sacer ante monet vestiri tegmine nudum.
haec memorante pio stupidus hebet archidiacon:
quid faceret, nudum dum non ibi cerneret ullum?
noscere nec poterat residente antistite nudo
qui tunicae interius non inspiciebat amictum,
amphibalo exterius dum membra obtecta laterent.
angit in ancipiti, quod hoc aenigma beati?
quaestio tanta ligat neque problema solvit egeni.
tunc ait ipse sacer: 'mihi tegmen defer abollae,
nec pauper defit qui vestibus indiget illis'.
succensus graviter tegimen fert vile minister,
ante pedes iactans ait: 'en sine paupere vestem'.
induitur sancto hirsuta bigerrica palla,
vix cui digna foret stola lactea et aurea fulva;
processit tum summus honor, sed pauper amictu,
despectus tunica, caelesti in sede senator.
interea populis ceremonia sancta retractans
cum holocausta sacrae manibus benediceret arae,

bamur. interim ei seminudus hibernis mensibus pauper occurrit, orans sibi vestimentum dari. (2) tunc ille arcessito archidiacono iussit algentem sine dilatione vestiri: dein secretarium ingressus, cum solus, ut erat consuetudo, resideret — — hoc secretum beati viri pauper ille captatus, cum ei archidiaconus dare tunicam distulisset, inrupit, dissimulatum se a clerico querens, algere deplorans. (5) nec mora, sanctus paupere non vidente intra amphibalum sibi tunicam latenter eduxit pauperemque contectum discedere iubet. dein paulo post archidiaconus ingressus admonet pro consuetudine, exspectare in ecclesia populum, illum ad agenda sollemnia debere procedere. (6) cui ille respondens ait, pauperem prius (de se autem dicebat) oportere vestiri: se ad ecclesiam non posse procedere, nisi vestem pauper acciperet. (7) diaconus vero nihil intellegens, quia extrinsecus indutum amphibalo, veste nudum interius non videbat, postremo pauperem non conparere causatur. mihi, inquit, vestis, quae parata est, deferatur: pauper non deerit vestiendus. (8) tum demum clericus necessitate conpulsus, iam felle commoto, e proximis tabernis bigerricam vestem, brevem atque hispidam, quinque conparatam argenteis rapit atque ante Martini pedes iratus exponit. en, inquit, vestem, sed pauper hic non est. (9) ille nihil motus iubet eum paululum stare pro foribus, secretum utique

---

28 rigit *P* liquiscit *PN* 29 adstetit *N*, astitit L^2, istitit *B* foris o. ueste *P* 30 ne (*B*) 32 arte *i. e.* consulto 33 conperit *MS*] comperit LN^2, comperat N^1 34 tonica a. obtexet amicum *N* 35 latitan *N* et] **** N^1 37 mouet B^1M nudum] *** L^1 38 habet *P* archidiacon SB^2L^2] arcediacon $P^1B^1L^1M$, arcediaconus (-oñ) P^2, arcediacon* *N* 39 non ibi PNL^2] ibi non *S*, ibi BL^1M 40 resedente *PN* antistite *LS*] antestiste *rell.* nudum *Ven.* (r. a. n. *nescio an accusativum valeat*) 42 amphibalo] amphybalo *S*, amphybali PN^1 *corr.*, L^2, amphyboli N^1, ***mphybali L^1, hicaphybali *B*, hic apybali *M* menbra *N* 43 angit *Ven.*] anget *codd.* 44 problima *M* egeni P^1L^2] egenti *rell.* 45 L^2 *in marg.:* ab olla scil. toga, S^2 *in marg.:* al. ab urbe 46 desit *Ven.*, deerit *Browerus* indigit NP^2 48 uestis *L* 49 sanctus PL^2 hirsuta *LS*] hyrsuta *rell.* 50 fulua] palla L^1 52 despectus *Ven.*] dispectus *codd.* 53 ceremonia *PNM*] cerimonia *BLS* retranctans *N* 54 IGNIS A CAPITE *N in marg.* arae] arce *N*

protinus a capite emicuit globus ignis amici,
lambens colla comasque, et flamma benigna volabat
tactu mollis, honore potens, splendore coruscans,
crine ornans, meritum prodens, pro tegmine fulgens,
praebuit obsequium minus inpendente ministro,
gesta occulta index in lucem lumine mittens.
o dives pauper, tunica contente nec una,
qui nec habes aliam neque vis retinere vel ipsam,
dum superesse putas vestitum simplicis usus,
cui gravis est vel palla levis, dum clamat egenus:
tegmine pro nudi cupiens procedere nudus
nec partiris opem, sed totum cedis egenti,
haec tua sola putans, petitus si nulla negasses,
ut magis esses inops, inopi dum cuncta dedisses;
nec puduit, verecunde pater, sine veste sedentem,
sed nihil erubuit pietas inpensa fidelis
nec minimum retinens, fieret quo maior honore.
est mihi velle loqui speciosa negotia nudi,
sed rapiunt avidum reliquarum insignia rerum.
    Dum recubaret humo fluitans Euantius aeger
fessus et extremus cum iam super halitus iret,
pontificem precibus celer evocat, ut properaret
et via coepta sacri fieret sibi vita reducti.
nec cunctatus iter Martinus adire viator
vix medium spatium emensus gradiente senecta
ante salutis opem misit, quam visus adesset,
atque medella aegro data nuntiat ire beatum,
significans etiam cursor medicina sequentem.
dum pede tardat heros, praecessit cura volatu
adventusque pii fert aura salubris odorem,
ut cito succurrant, unguenta per aera tranant.

Sulpic. dial. II.

procurans, dum sibi vestem nudus inponeret, totis viribus elaborans ut posset occultum esse quod fecerat. sed quando in sanctis viris latent ista quaerentibus? velint nolint cuncta produntur. cum hac igitur oblaturus sacrificium deo veste procedit. (2, *1*) quo quidem die — mira dicturus sum — cum iam altarium, sicut est sollemne, benediceret, globum ignis de capite illius vidimus emicare, ita ut in sublime contendens longum admodum crinem (l. a. c. *V*, longius collum crinemque *AF*) flamma produceret.

2, *3* Per idem fere tempus cum Euanthius (euantius *A*) avunculus meus, vir licet saeculi negotiis occupatus admodum Christianus, gravissima aegritudine extremo mortis periculo coepisset urgueri, Martinum

---

56 flama *N* 58 crinem *PL* 59 obsequii *P* munus *P*[1] inpendente *NMS*] impendente *L*[1]*B*, intendente *PL*[2] 62 retenere *PN* 67 negassis *PN* 68 dedissis *N* 70 (inpensa *PLMS*) 71—73 *om.* *N*[1] 71 minimum *S*] minimam *rell.* fieret *PL*[2]*S*[2]] fierit *NMS*[1], fuerit *BL*[1] 72 est] ex *N* spaciosa *L*[2], spatiosa *P*, *fort.* spatiosa encomia 73 insigna *P* 74 II *PNM* FEBRIS EVANTI REMOTA *N* humo *PBS*] homo *NLM ex sil.* ('*cod. Vat.* humo' *Luchius*) euantius *sic hic et infra codd.* 75 alitus *P* 76 aduocat *S*, uocat *N* 77 uicta *P* 79 medium spatium] medio spacio (spatio *P*) *codd.* 80 *om.* *P* 81 medella *NMS*] medilla *P*, medela *BL* 82—85 *om.* *BL* (*in marg.* *L*[2]: r[equire] u[ersus] IIII) 83 tartbat *M* heros *Ven.*] eros *PN*, erus *MS* 85 aera tranant *P*, *S v. l.*] aera trahant *N*, erat trahant *MS*

sol veluti radiis dat longius ore calores,
sic Martinus opem et quo non est exhibet arte.
admiranda nimis res est, ubi peste fugata
antea quam medicus pulsum tenet, exilit aeger
obvius occurrens sancto obsequiumque rependit.
duxit et ipse domum qui se sibi luce reduxit,
nunc alacer saltu, recubans paulo ante grabatto.
interea miris Euantius actibus expers
supplicat incolumis, domui ut mora crastina tardet;
hospitis et tanti tenet una diecula vultum,
sed mora tum fuit haec occasio danda salutis.
    Ilico percutitur puer atro dente chelydri
membraque percussi distenderat ira veneni.
cum spatium vitae mors inportuna negaret
flebile et in toto regnaret corpore virus,
exposuit puerum ante pedes Euantius almi,
omnia confisus Martinum posse mereri.
sanctus enim tactu mox singula membra pererrat
atque manu medica morientia viscera palpat.
inde super vulnus, qua bestia fixerat ictum,
ut posuit digitum, fluit undique vena veneni
et repedavit iter dederat qua vipera virus.
hinc sacer inspiciens collecta tabe tumorem,
pollice subducto quam fuderat ulcere serpens
cuncta veneni vis per hiatum vulneris exit.
sanguine concreto stillans, velut ubere caprae,
turgida plaga necem vomuit de vulnere filans,
concretam saniem vena saliente relaxans.
effert virus iners refluente canale liquorem
et data letiferum revocat retro fistula rivum.
expugnante fide morsus vim perdidit anguis
et quia non perimunt perierunt arma veneni.

evocavit. nec cunctatus ille properavit: prius tamen quam medium viae spatium vir beatus evolveret, virtutem advenientis sentit aegrotus, receptaque continuo sanitate venientibus nobis obviam ipse processit.

2, *4* Altera die redire cupientem magna prece tenuit, cum interim unum e familia puerum letali ictu serpens perculit: quem iam exanimem vi veneni ipse Euanthius suis umeris inlatum ante pedes sancti viri, nihil illi inpossibile confisus, exposuit. iamque se malum serpens per omnia membra diffuderat: (5) cerneres omnibus venis inflatam cutem et ad utris instar tensa vitalia. Martinus porrecta manu, universa pueri membra pertractans, digitum prope ipsum vulnusculum, quo bestia virus infuderat, fixit. (*6*) tum vero — mira dicturus sum — vidimus venenum ex omni parte provocatum ad Martini digitum cucurrisse: dein per illud ulceris foramen exiguum ita virus stipasse (s t i l l a s s e *v. l. in cod. Veneto*) cum sanguine, ut solet ex uberibus caprarum aut ovium pastorum manu pressis longa l i n e a (*s. v. 112*) copiosi lactis effluere. (7) puer

---

86 ore] ire *L* 87 exibet *P* arce *MS* 90 occurrunt *P*, *fort.* occurrit 91 domum *PL*[2]] domo *rell.* 92 grabatto *NBLS*] grabato *PM* 94 incolumis *BL*] incolomis *rell.* mora *PL*[2]] *om. rell.* trastina *N*[1] 95 tantae *N* teret *BL*[1], terat *L*[2] cultum *L*[2] 96 hoccasio *N* damna *BL*[1] 97 III *PNM* PVER A SERPENTE PERCVLSVS *N* percutitur *L*] perculitur *rell.* (perculitor *N*) chelydri] chelidri *BL*, celidri *MS*, cilydri *P*, cilidri *N* 99 (inportuna *PS*) 104 morienti *N*, m****ntia *L*[1], medientia *B* uulnera *L*[1] 105 bistea *NP*[2], bestea *P*[1] 108 acer *N* 109 pollice *PNL*[2]] police *BL*[1]*MS* qua f. ulcera *L* 111 ubera *L* 113 uene *NM* 114 refluente canale *PNL*[2]] refluente carnele *M*, refluente carne *L*[1], refluentem carne *BS*

stat puer incolumis, remanet neque pallor in ore.
miratur famulum dominus, stupet et domus omnis
currere servitio quem crederet ire sepulchro.
Hinc pius antistes, loca singula more requirens,
hispidus occurrit raedae fiscalis amictu.
quo iumenta, sacri dum pallia pendula cernunt,
fervida subductum rapuere per invia currum.
dimissis auriga rotis et miles habenis
Martinum flagris et fustibus urguet iniquis.
sed de caede viri pecudi datur ultio tristis.
ipse tamen patiens, iaculorum grandine pressus
atque flagellantum dum debacchatur erinys,
vulnera nulla refert manibus nec ab ore susurros.
hinc gravius cruciat caedentem ignobilis ira,
hic quia dum tolerat, se inridi conputat alter,
et magis ille furit, dum sustinet iste libenter.
interea ad raedam redeunt grassante querella,
dum satiat vindicta famem lymphatilis irae.
mulas ire monent qua publicus advocat agger.
voce premunt et fuste dolant lacerantque flagello,
sed neque conpulsae rapiunt iuga lora quadrigae:
fixa manent nec fessa movent velut aerea signa,
ceu liquefacta novo se glutine terra ligasset,

Sulpic. dial. II.

surrexit incolumis. nos obstupefacti tantae rei miraculo, id quod ipsa cogebat veritas, fatebamur non esse sub caelo, qui Martinum possit imitari.

3, *1* Consequenti itidem tempore iter cum eo, dum dioeceses visitat, agebamus. nobis nescio qua necessitate remorantibus aliquantulum ille processerat. (2) interim per aggerem publicum plena militantibus viris fiscalis raeda veniebat. sed ubi Martinum in veste hispida nigro et pendulo pallio circumtectum contigua de latere iumenta viderunt, paululum in partem alteram pavefacta cesserunt (haeserunt *F*). (*3*) dein funibus inplicatis protentos illos, quibus, ut saepe vidistis, misera ipsa animalia conglobantur, ordines miscuerunt: dumque aegre expediuntur, moram fecere properantibus. qua permoti iniuria militantes praecipitatis in terram saltibus se dederunt. (*4*) dehinc Martinum flagris ac fustibus urguere coeperunt, cum quidem ille mutus et incredibili patientia praebens terga caedentibus maiorem insaniam infelicibus commoveret, magis ex hoc furentes, quod ille quasi non sentiens verbera inlata contemneret. (5) nos ilico consecuti foede cruentum atque universa corporis parte laniatum, cum exanimis in terram procubuisset, invenimus: statimque eum asello suo inposuimus ac locum caedis illius exsecrantes raptim abire properavimus. interea illi regressi ad raedam suam furore satiato (fatigati *V*), agi quo ire coeperant iumenta praecipiunt. (*6*) quae cum omnia solo fixa ac si aenea signa (*V*, s. *om. AF*) riguissent, adtollentibus altius vocem magistris, flagris hinc atque inde resonantibus, nihil penitus movebantur. consurgunt deinde omnes pariter in verbera: consumit Gallicas mularum poena mastigias. (7) tota rapitur silva de proximo, trabibus iumenta tunduntur,

---

118 incolumis *BL*] incolomis *rell.* 119 stupe *P* 121 IV *NM* antistis *P*, antestis *M* 122 occurrens *L*[1] raedae] rhede *PL*[2], hede* *L*[1], hedem *NBMS* *debuit* fiscali 123 quo *PNBL*[2]] qui *L*[1]*MS*[2], quae *S*[1], quod *Mommsenus* 124 subdictum r. p. inua *P* 125 demissis *P* abenis *B* 126 urget *LS* 127 sed] *fort.* sic 128 iac. gr. pr.] datur ultio tristis *P* 129 flagellatus *P* dum deb. erinys] d. d. erinnys *Ven.*, d. d. erunis *N*, d. d. erumnis *BLMS*, iaculorum grandine pressus *P* 130 susurrus *M*, susorros *P* 132 irridi *S* conputat *PNMS*] computat *BL* 133 iste] ille *P* 134 raedam] rhedam *codd.* (hredam *L*) redeuunt *N* grassante *BL*] crassante *rell.* querella *NM*] querilla *P*, querela *BLS* 135 lymphatilis *P*] limphatilis *BL*, lymfatilis *NMS* 136 mouent *N* quia *BL*[1] puplicus *P* 138 conpulsae *PNMS*] compulsae *L* iaga *N* 139 fessa] *fort.* flexa uelud *N* signa] uelud *N*[1] *corr.* *N*[1] 140 gluttine *LS*, guluttine *M* ligassit *N*

a putre ut credas animalia pulvere nexa.
agnovere viri se numinis arte teneri.
accurrunt celeres, inquirunt nomen euntis,
Martinum inveniunt a se crudeliter actum.
confusi, flentes, rubricante pudore reclini
ante pedes sancti sternuntur et ore precantur,
ut veniam errori tribuat, sinat ire ligatos.
quos tamen ante sacer praedixerat esse retentos.
rem probat, ulcus amat, veniam dat, abire perorat.
quos virtus vinxit, pietas mollita resolvit.
ore pependit iter: verba artant, verba relaxant,
et iuga frena rotas mulas auriga recepit.
Carnutis hinc etiam dum praetereundo veniret,
ethnica per campos passim obvia turba fluebat,
excita amore sacri, licet et non crederet ipsi,
ad speculare novum concurrens undique visu,
cum necdum his Christi radiaret honore character
nec sacra verbigeni flueret super unda Tonantis.
at Martinus ovans, domino reserante profunda,
sensit adesse locum quo fertile surgeret arvum.
incipit alloquiis fera pectora cultor arare:
ore sacer nitido dumosa novalia purgans,
proscindens, iterans, bis terque quaterque resulcans
paulatim ad fructus stupidos animaverat agros.
hinc rudibus populis Christi nova semina iactat;
sensibus humanis lactantia germina surgunt,
leniter et rigidis coalescunt gramina sulcis.
quid faceret sanctus turbis coeuntibus amplis,
messe in tam multa veniens operarius unus?
excolit includit serit inserit alligat ambit.

sed nihil penitus saevae manus agebant: uno atque eodem in loco stabant fixa simulacra. quid agerent infelices homines nesciebant, nec iam ultra dissimulare poterant, quin quamlibet brutis pectoribus agnoscerent, divino numine se teneri. (8) tandem ergo in se regressi coeperunt quaerere, quis ille esset, quem in eodem loco ante paululum cecidissent, cum percontantes cognoscunt ex viantibus, Martinum a se tam crudeliter verberatum. tum vero apparere omnibus causa manifesta, nec ignorare iam poterant, quin ob illius viri iniuriam tenerentur. (9) igitur omnes rapidis nos passibus consequuntur. conscii facti ac meriti, pudore confusi, flentes et pulvere, quo se ipsi foedaverant, caput atque ora conspersi, ante Martini se genua provolvunt, veniam precantes et ut eos abire sineret postulantes *e. q. s.* (*10*) senserat etiam, priusquam occurrerent, vir beatus illos teneri, nobisque id ante iam dixerat: veniam tamen clementer indulsit eosdemque abire permisit, animalibus restitutis.

4, 4 Fuerat causa nescio qua Carnotum oppidum petebamus. interea, dum vicum quendam habitantium multitudine frequentissimum praeterimus, obviam nobis inmanis turba processit, quae erat tota gentilium: nam nemo in illo vico noverat Christianum. verum ad famam tanti viri campos omnes late patentes confluentium multitudo contexerat. (5) sensit (s. *V*, s. hic *AF*) Martinus operandum et adnuntiante sibi spiritu totus infremuit, nec mortale sonans verbum dei gentilibus praedicabat, saepius ingemescens, cur tanta domi-

---

141 a putre *PNL*[2]] apud se *BL*[1]*MS* 145 rubicante *MS* 153 v *PNM* TERTIVM MORTVVM VITAE REDDIT *N* carnutis *PN*] carnotis *BLMS* 154 ethnica per *P*] etnica per *L*[2], et hic aper *L*[1], et hinc aper *NB*, et hinc per *MS* campus *P* 155 ipsa *BL*[1] 156 uisu *scil.* nouum 157 character *B*] caracter *rell.* 159 at] et *P* martinum *P*[1] 160 suggeret *P* 163 proscidens *B*[1], proscendens *P* 165 iactet *P* 166 lactentia *L*[1], plactantia *P*[1] 167 calescunt *P*[1] 169 messe in] messem *P*

interea mulier defuncto pendula nato
bracchia distendens offert ante ora cadaver,
funeris increpitans misero fera cantica planctu;
dum dolor ad lacrimas trahit, haec vix explicat ore:
'fortis amice dei, toto venerabilis orbe,
quem semper lamenta movent pietate propinqua,
ardens quid cupiam corpus tibi nuntiet algens.
ecce obiit miserae mihi filius ubere raptus,
in quo mater eram: nec spes neque restitit heres;
occubuit genitus, cecidit domus et mihi fructus,
nulla remanserunt uteri solacia duri
nec superest quod dulce vocem, quo fessa reclinem,
ubere quod recreem: totus perit ordo parentis.
qui restas, precor, adfer opem medicamine verbi,
redde genus nec sit matris mihi nomen inane;
ni suboles redeat, secum mea funera ducat'.
adiuvat hanc populus clamans: 'sacer, adnue votis'
in cunctis vox una tonat, 'miserere precanti'.
tum pius antistes, genibus profusus in arvis,
sternitur ante oculos domini, pro plebe satagens,
ut mereretur ovem, per quam grex plurimus esset.
adnuit omnipotens, famulo dans culmen honorum.
mox bonus ore preces orator misit in aures,
ordine disposito postquam se oratio complet,
erigitur senior, simul infans vivificatur
porrigiturque suae populo sub teste mamillae.
fit fragor et populi nova pectore vota volutant,
mirantes hominem leti mutasse vigorem,
et qui in morte manet morti sua iura tulisse.
inde catervatim Christum dominumque deumque
confessi exorant fieri se lege beati.
fit subito in campis populus catechumenus omnis:
non templa expectant nec claustra dicata sacelli

Sulpic. dial. II.

num salvatorem turba nesciret. (*6*) interea, sicut nos incredibilis circumdederat multitudo, mulier quaedam, cuius filius paullo ante defecerat, corpus exanime beato viro protensis manibus coepit offerre dicens: scimus quia amicus dei es: restitue mihi filium meum, quia unicus mihi est. (*7*) iunxit se cetera multitudo et matris precibus adclamabat. tum Martinus videns pro expectantium salute, ut postea nobis ipse dicebat, consequi se posse virtutem, defuncti corpus propriis manibus accepit: et cum spectantibus cunctis genua flexisset, ubi consummata oratione surrexit, vivificatum parvolum matri reddidit. (*8*) tum vero multitudo omnis in caelum clamore sublato Christum deum fateri, postremo cuncti catervatim ad genua beati viri ruere coeperunt, fideliter postulantes ut eos faceret Christianos. (*9*) nec cunctatus, in medio ut erant campo,

---

172. 173 *extant in PN, om. BLMS, in marg.* L^2: r̄q. v̄. II 172 bracchia *PN*] brachia *rell.* 175 orber *N* 177 nuntiat *PL* 182 quod dulce PNL^2] quod luce S^1, quo luce BL^1MS^2 quo *PL*] quod *rell.* 183 regreem P^1 184 affer L^2, adfert *N* 185 ne *PB* inane *L, S v. l.*] inante *rell.* 186 suboles] subolis *PNM*, soboles *BLS* 187 populos *N* adnue *PNBM*] annue *LS* 188 cunctis *BLS*] cunctos *PNM* 189 antestis *M* 192 annuit *L* honorem *M* 195 simul *bis P* uiuificatus *M* 197 uoluntant B^1, uoluntate *M*, uoluuant N^2 200 deumque *om. N* 201 beatos *Ven.* (*intellege* ut Martini fiant secundum legem) 202 campis SL^2] campos *PNB*, campus *M*, campo L^1 catechumenus] caticuminus *codd.* 203 expectant] exspectant S^2, spectant *rell.* neque S^1

ecclesiaeque typum campus generosior explet,
quodque solet tectis pratis adhibetur apertis.
unica mors pueri sic vitae parturit agmen,
dumque unus terrae rediit, plebs astra recepit:
sub duce Martino felix exercitus hic est.
Dum regeret princeps data iura Valentinianus,
Romuleis opibus mundo famulante superbus,
tum pia causa sacrum comitatum compulit ire,
quem, quia praesensit se posci talia Caesar
quae nollet praestare, virum iubet arce repelli
et vetat a foribus penetrare palatia iustum.
instat ad haec uxor, cui tunc erat Arrius auctor.
sed sacer ut vidit tali se fraude repelli,
hinc aula exclusus redit arma domestica sumens,
contegitur saetis respergitur atque favillis,
ordine miles agens removet potumque cibumque.
nocte dieque vacans orandi iugiter usu.
septimus ergo dies aderat, quo sanctus amore
fortia castra movens his desudabat in armis:
quo angelus adsistens iubet ire palatia iustum.
fretus in auxilio Martinus pergit ad arcem.
limine nullus obest. ad principis ora perintrat.
qui sanctum inspiciens, quod adesset frenduit ore
atque adstante pio solio neque surgit ab alto.
regalem sellam mox ignibus ardor oberrat
et vaga flamma natat qua molle sedile coruscat,
undique fusa furens, sed culpae Caesaris ultrix,
cervicis durae solvens ardore rigorem.
inde flagella cocunt, hinc regem incendia caedunt,
vapulat et rapidis flammis augusta potestas.
hinc celer exiluit rapiens se Caesar et ardens,
Martini genua amplectens pedibusque volutans.

cunctos inposita universis manu catechumenos (cathecuminos *V ut i.*) fecit, cum quidem ad nos conversus diceret, non inrationabiliter in campo catechumenos fieri, ubi solerent martyres consecrari.

5, *5* Eo fere tempore, quo primum episcopus datus est, fuit ei necessitas adire comitatum. Valentinianus tum maior rerum potiebatur (r. p. *F*, r. summa p. *A*, r. omnium p. imperiuest *sic V*). hic cum Martinum ea petere cognovisset, quae praestare nolebat, iussit eum palatii foribus arceri: etenim ad animum illius inmitem ac superbum uxor accesserat Arriana, quae totum illum a sancto viro, ne ei debitam reverentiam praestaret, averterat. (*6*) itaque Martinus, ubi semel atque iterum superbum principem adire temptavit, recurrit ad nota praesidia: cilicio obvolvitur, cinere conspergitur, cibo potuque abstinet, orationem noctibus diebusque perpetuat. (*7*) septimo die adsistit (adstitit *AF*) ei angelus: iubet eum ad palatium ire securum, regias fores quamlibet clausas sponte reserandas, imperatoris spiritum superbum molliendum. (*8*) igitur istiusmodi praesentis angeli confirmatus adloquio et fretus auxilio palatium petit. patent limina, nullus obsistit: postremo usque ad regem nemine prohibente pervenit. qui cum venientem eminus videret, frendens (infrendens *AF*) cur fuisset admissus, nequaquam adsurgere est dignatus adstanti, donec regiam sellam ignis operiret ipsumque regem ea parte corporis, qua sedebat, adflaret incendium. (*9*) ita e solio suo superbus

---

205 pratis] p***** *P*¹ adhibitur *NM*, adhib*tur *B*¹ 209 vi *PNM* SEDES VALENTINIANI SVCCENSA *N* 211 com.] ad com. *Browerus* (*cf. 223*) conpulit *S* 212 posci *PB²L²*] poscit *rell.* 214—216 *omissos in ora infima supplet 1 m. S* 215 arrius *sic codd.* autor *NM* 216 *om. M* 219 milis *MS*¹ 220 uisu *P*¹ 222 his] quo *P*¹ 223 quo *om. P* adsestens *N*¹ 225 lumine *PS* mullus *N* 226 adesset] adest et *MS* 227 astante *P*¹ 230 sed] *fort.* et ultrex *PN* 232 cocunt *PNM*] coquunt *BL*, cogunt *S* 233 rapitus *P*¹ 234 exiliit *B*

sicque superbum hominem se agnoscere poena coegit,
vilia regna probans et celsa cacumina curvans,
imperiale caput sancti ad vestigia subdens.
nec spectare preces patitur reverentia iusti:
praestitit ante tumens, quam supplex danda rogasset.
regia rite parans convivia saepe beato
obtulit inde favens abeunti munera princeps;
paupertate potens sed reppulit omnia sanctus
donaque despiciens meruit plus principe ab ipso,
tanto maius habens quanto minus ambit avarus.
omnia sunt soli qui nulla requirit habenda.
   Hinc quoque Romuleam regeret cum Maximus arcem,
vir capiens apicem per publica gesta triumphis,
saepius hic sanctum per celsa palatia ducit,
hoc toto sermone loquens de luce futura,
quis sit honor iustis, laus gloria palma corona.
nec regina pedes cessat lacrimosa rigare,
sternens membra solo, suspendens gaudia voto.
inde precatur ovans, convivia ut ipsa pararet:
obtinet hoc bonitas quod non valet alta potestas.
ipsa manu sellam posuit mensamque paravit,
dans manibus lymphas rursus regina ministrat
laeta modesta suis palmis quas coxerat escas.
quo residente sacro stetit illa inmobile planta,
fercula subducens et pocula porrigit ipsa,
una ministra viro suffecit ad omnia soli.
cenula finivit, sed adhuc regina satagit

Sulpic. dial. II.

excutitur et Martino invitus adsurgit: multumque conplexus quem spernere ante decreverat, virtutem sensisse divinam emendatior fatebatur: nec expectatis Martini precibus prius omnia praestitit quam rogaretur. (*10*) conloquio illum atque convivio frequenter adscivit: postremo abeunti multa munera obtulit, quae vir beatus, ut semper, paupertatis suae custos cuncta reiecit.

6, *2* Maximus imperator rempublicam gubernabat, vir omni vita merito praedicandus, si ei vel diadema non legitime tumultuante milite inpositum repudiare vel armis civilibus abstinere licuisset *e. q. s.* (*3*) hic Martinum saepius evocatum receptumque intra palatium venerabiliter honorabat: totus illi cum eo sermo de praesentibus, de futuris, de fidelium gloria, de aeternitate sanctorum, cum interim diebus ac noctibus de ore Martini regina pendebat: euangelico illo non inferior exemplo pedes sancti fletu rigabat, crine tergebat. (*4*) Martinus, quem nulla umquam femina contigisset, istius adsiduitatem, immo potius servitutem non poterat evadere. non illa opes regni, non imperii dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat: divelli a Martini pedibus solo strata non poterat. postremo a viro suo poscit (poposcit *AF*), dicens (dein *AF*) Martinum uterque conpellant, ut ei remotis omnibus ministris praeberet sola convivium. nec potuit vir beatus obstinatius reluctari. conponitur castus reginae manibus apparatus: sellulam ipsa consternit, mensam admovet, aquam manibus subministrat, cibum, quem ipsa coxerat, adponit. ipsa illo edente (sedente *AF*) eminus secundum famulantium disciplinam solo fixa consistit inmobilis, per omnia ministrantis modestiam et humilitatem exhibens servientis: miscuit ipsa bibituro et ipsa porrexit. (*6*) finita cenula fragmenta panis

240 subplex *P* dando *BL* rogassit *N* 242 abeunte P^1 243 repullit *N* 244 despiciens *PN*] dispiciens *rell.* 245 tanto — quanto] tantum — quantum *codd.* 246 requi**** P^1 habenda] habenti P^2, *om.* P^1, habendi *rell.* 247 VII *P* reget *lineola sup. g erasa N* 248 sapiens S^1 sublica *N* 249 hinc BL^1 duxit (*B*) 251 quis PL^2] quid *rell.* 254 pareret *N* 255 obitinet *N* 257 limphas *LS* 259 resedente *PN* inmobile *P*] immobile *LS* 261 uiri P^1 sufficit B^1M

fragmina, reliquias, crustas et frusta recondens,
omnia praeponens haec imperialibus escis.
hoc Martinus agit quo clausos carcere laxet,
exilio ductos laribusque reducat avitis.
sed tibi, sancte pater, minus est Augusta quod explet:
hoc magis obsequio crevit regina peracto.
Est locus in Toronum fine et confine Biturgum,
incola quem vicum vocitavit Claudiomagum:
mansio forte fuit Martino praetereunti,
ecclesiae domini qua secretaria pollent.
virgineique chori sancto abscedente requirunt,
quo stetit aut sedit, iacuit genua atque reflexit:
lambunt cuncta simul vel ad oscula singula ducunt,
divisere sui veneranda stramina lecti
atque leves paleas virtutis pondere pensant.
quam tetigit stipulam sanctus, non ibat inanis:
denique post fragilis confregit fortia culmus.
nam graviter quendam ut rabiens invaserat hostis
et truculentus agens erroris spiritus iret,
dum rapiendo rotat vaesano cardine praedam,
hunc suspensa viri collo fistuca fugavit
inmanemque hostem palearis arista removit.
tibia fruge ferax larvam iaculata sagittat
et stipula exilis quasi dura falarica fixit.
nec sic ullius ferri expavisset acumen,
spicula nec tantum timuisset missa per arcum,
lubrica pinnigero venientia tela volatu;
Parthica ceu timidum si transfodisset harundo,
plaga ut vicino gravius lacerasset ab ictu,
stramina sic metuit trepidans adamantinus hostis.

absumpti micasque collegit, satis fideliter illas reliquias imperialibus epulis anteponens. beata mulier *e. q. s.* — — (7, 2) tum Gallus: — propone enim tibi ante oculos captum in palatio imperatoris precibus ambiri, reginae fide cogi, temporis necessitate constringi, ut clausos carcere liberaret, exiliis datos (dampnatos *A*) restitueret, bona adempta rehiberet: haec quanti putas constare episcopo debuisse, ut pro his omnibus non aliquantulum de rigore propositi relaxaret? *e. q. s.* (5) sed in Martino ista regina utrumque complevit: et ministravit ut Martha, et audivit ut Maria *e. q. s.*

8, 7 Claudiomagus (claudiomacus *AF*) vicus est in confinio Biturigum atque Turonorum (turonum *F*). ecclesia ibi est celebris religione sanctorum nec minus gloriosa sacrarum virginum multitudine. praeteriens ergo Martinus in secretario ecclesiae habuit mansionem. (*8*) post discessum illius cunctae in secretarium illud virgines inruerunt: adlambunt singula loca, ubi aut sederat vir beatus aut steterat, stramentum etiam in quo iacuerat (ς, iacuerunt *V*, quieverat *AF*), partiuntur. (*9*) una earum post dies paucos partem stra-

263 reliquias *NBS*] relliquias *LMP*², relliquas P^1 frustra *NM* 264 proponens *N* inperialibus *N* 265 ait *LM* quod *MS* clausus *PN*, ausus *M* 266 ductus P^1*NM* 267 sed] *fort.* si 268 peracti *BL* 269 VIII *NM*, III *sic P* toronum *PNBL*] turonum *MS* 270 incolo *N* claudiomagnum *PM* 273 uirgineique chori *PSL*²] uirgineique choris *N*, uirgineisque choris *BL*¹*M* 277 uirtute spondere *N*, uirtutes spondere *M* 278 sanctus *om.* P^1 inanis *BL*] inanes *rell.* 279 fragiliis *N* 280 rabians *BL* 283 fistuca *sic codd.* (fistuga P^1) ligauit *L* 284 (inmanemque *LS*) *de versibus ih BM intercalatis cf. ad II, 369* 285 frugiferax *B*²*L*² fagittat *N* 286 phalarica *M* 287 expauissit *N* 288 specula *NB*¹ 289 pennigero *BL* 290 parthica *PS*] partica *rell.* transfodissit *N*, transfudisset P^1 harando *N* 291 ut] et *BL* lacerassit *N* 292 trepidans *PN*] trepidus *rell.*

ac velut ex stipulis coqueret se flamma camini,
vir stetit incolumis fugiente voluciter umbra,
deserit et praedam lupus ingens et leo frendens.
Inde revertenti Treverorum ex urbe beato
obvia forte datur medio fera bucula campo,
quam daemon dorso incumbens agitabat anhelo,
pendulus aerio quatiens auriga flagello,
pestifer arte nova cursor, bove nempe veraedo,
cornigeri pecudis propulsor, mulio tristis,
exagitator iners, residens per terga bubulcus.
hic ubi millimodas animalis adegerat iras,
ibat ubique fero furibunda iuvenca ministro,
sub tortore gravi per curva, per invia cursans.
accessit propius sancto furiatile cornu,
elataque manu pecudem consistere mandat.
quae stetit adfixo minus inproba bucula gressu.
quem sacer instantem mox vidit comminus, inquit:
'perge ferox, fuge saeve, redi male, cede cruente,
innocuum pecudem desiste agitare, nocive'.
tunc animalis enim linquit fera belua tergum
et recipit proprium mitissima bucula sensum.
sternitur ante pedes sancti, veneranter adorans,
flexit et ipsa genu quae non habet intellectum,
contra naturam discernens gesta beati,
obsequiumque dedit, meriti quae nescit honorem,
inde magis humilis, quia libera colla gerebat,
ante ligata tumens, a peste soluta reclinis,
quae stetit ore fremens, cecidit post vincula supplex
et sine voce favet armo iactata priore.
tum sacer antistes pecudem praecepit abire,
moxque gregem repetit pastoris voce revincta.

Sulpic. dial. II.

minis, quam sibi pro benedictione collegerat, energumeno, quem spiritus erroris agitabat, de cervice suspendit. nec mora, dicto citius eiecto daemone persona curata est.

9, *1* Per idem fere tempus Martino a Treveris revertenti fit obviam vacca, quam daemon agitabat: quae relicto grege suo in homines ferebatur et iam multos noxie petulca confoderat. verum ubi nobis coepit esse contigua, ii qui eam eminus sequebantur, praedicere magna voce coeperunt ut caveremus. (2) sed postquam ad nos torvis furibunda luminibus propius accessit, Martinus elevata [obviam: *om. V*] manu pecudem consistere iubet: quae mox ad verbum illius stare coepit inmobilis, (*3*) cum interea vidit Martinus dorso illius daemonem supersedentem: quem increpans, discede, inquit, funeste, de pecude et innoxium animal agitare desiste. (*4*) paruit nequam spiritus et recessit. nec defuit sensus in bucula, quin se intellegeret liberatam: ante pedes sancti recepta quiete prosternitur, dein iubente Martino gregem suum petiit seque agmini cete-

---

293 quoqueret *P* 294 incolumis] incolomis *codd.* 296 VIIII *NM*, VIII *P* DEMON FVGATVS A PECVDE *N* 297 bucuala *N* 299 aerio *om. P*[1] quantiens aurigi *N* 300 ante *P* cursor] cursu *codd.* ueredo *codd.* 301 tristis *P*[1]*BL*] tristes *NMSP*[2] 302 exagitatur *NM* resedens *PN* 303 adegerat *BL*] adigerat *rell.* 305 curua] incurua *P* 307 pecodem *N* 308 affixo *BL* improba *L* 309 *om. P* inquid *N* 310 redi male *om. P*[1] 311 innocuam *LS* 312 enim *om. P*[1] linquit *BL*[1]] linquet *PNM*, liquit *SL*[2] 313 recepit *M* 317 honorem *L*] honore *rell.* 318 humiles *PN* 319 a] * *P*[1] 321 armo] *fort.* animo 322 tum *PN*] tunc *rell.* antistis *PN*, antestis *M* praecoepit *M*, praecipit *N*

id gestum est illo sub tempore, quando beati
per medias flammas nec fimbria senserat ignes.
De minimis etiam referantur maxima rerum.
tempore nam quodam, dum vicos circuit almus,
obvia (venandi studio volat agmen equorum)
nare sagace canum fit praeda reperta frutectis.
transiliunt campos equites et voce secuntur,
intendunt leporem fugitivum agitare molossi.
saltibus excussi latratu et dente minaci
diffusi excurrunt celeres in amore rapinae,
alter in alterius miscent vestigia saltus,
iste sequax tacitus, petit hic clamoribus auras,
hic frutice in vacuo delusus odore rotatur,
motibus arboreis saltu suspenditur alter,
capturae unius cunctorum frendet hiatus
saepe super leporem morsu deceptus inani;
unguibus iniectis dum praeda volubilis exit
ac se turba premit, sic lubrica bestula fugit.
non erat interea quo calle lepusculus iret:
mons vallis petra silva frutex defecerat omnis
per patulos campos fugienti tegmine nudo,
poplite defecto, pede lasso, nare reclina.
totus ab ore canis per singula murmura pendens
sensit adesse tamen Martini signa beati,
flexit iter trepidus hirsutas fraude per herbas.
auribus adclinis, vagus exagitatus anhelus
conruit ante pedes titubans lepus advena supplex,
si non voce potest, flatu pro luce precatur.
sic fera parva iacet Martini tegmine tuta
et recubat dulci defensa sub arboris umbra.
tum sacer ex solito miseratus more salubri
imperat ut catuli cessent abeunte fugace.
at sacer ille canum mox sermo cucurrit in aures,
torpescunt agiles verbo figente lyciscae,
gressibus instabiles pendentes saltibus ipsis,
et rediere canes quasi per vestigia cancri.

rarum ove placidior inmiscuit. (5) hoc illud fuit tempus, quo inter medias flammas positus non sensit incendium, quod mihi non arbitror esse referendum *e. q. s.*

9, 6 Quodam tempore, cum dioeceses circuiret, venantium agmen incurrimus. canes leporem sequebantur: iamque multo spatio victa bestiola, cum undique campis late patentibus nullum esset effugium, mortem inminentem iam iamque capienda crebris flexibus differebat. cuius periculum vir beatus pia mente miseratus imperat canibus, desisterent sequi et sinerent abire fugientem. continuo ad primum sermonis im-

---

325 ignes *LS*] ignis *rell.* 326 x *PNM* LVPVSCVLVS DISCESSIT INCOLOMIS *N* 328 *coniunge:* obuia fit praeda nare canum reperta 329 frutectis *sic codd.* 330 transiluit P^1 secuntur *N*] sequuntur *rell.* 331 molossi *PN*] molosi *rell.* 341 bestula B^2] bistula *rell.*, bestola *Browerus* 342 quo BL^2] quod *rell.* 343 ualles *PNM* omnes *PN* 344 *post* 345 BL^1 344 fugiente *M*, fugientem P^1 *fort.* nullo 348 hirsutas *PN*] hirsuta *rell.* 350 conruit *NBM*] corruit *PLS* suplex *P* 351 fletu BL^1 l*ce P^1, uoce L^2 354 dum *N* 357 torpiscunt ageles *N* liciscae *BLS* 358 gresibus *N* pendentes *PN*] pendentibus *S*, pententibus *B*, prudentibus *M*, pendent in *L* 359 redire P^1B^1, redere *M*

effugit incolumis per aperta lepusculus arva
et cane seposito tutus terit alta viator.
hic fugit, ille redit, nullus perit: ecce salutem.
sic quoque bestiolis pacem sacer intulit ipsis
debilitasque canum facta est pietatis imago,
qui potius vetito didicerunt parcere morsu;
et quia defuerant homines ubi mira facessit,
nil de laude perit: miracula bestia sensit.
  Quanta etiam sancti sermonis gratia fulsit!
qui cum nuper ovem vidisset vellere tonsam,
'haec euangelii' dicens 'mandata peregit:
namque duas tunicas gestans unam obtulit insons
et nudata suo de tegmine texit egentem'.
  Inspiciens itidem sanctus per rura subulcum
nudum, pellicia tantum sub veste trementem:
'ecce Adam, quondam paradisi sede repulsus,
exul ab elysio pascit gregis ora suelli:
deposito veteris potius carnalis amictu
Adam nempe novi nos induere instar oportet'.
  Hinc iterum cernens vernantia prata beatus
(pars pastus, pars fossus erat, pars floreus agger:
sed sue confossus, bove pastus, flore comatus),
comparat ergo tribus sanctus tria nomina rebus:
'turpis adulterii species est fossa carectis,
herbaque coniugii retinet detonsa figuram,
est par virginibus violis quae vernat imago,
herbis luxurians, faeno apta et flore decora,
digna deo, gemmis ratior, radiantior ostro'.

Sulpic. dial. II.

perium constiterunt: crederes vinctos, immo pòtius adfixos in suis haerere vestigiis. ita lepusculus persecutoribus alligatis incolumis evasit.

10, 1 Operae pretium autem est, etiam familiaria illius verba, spiritualiter salsa (*B*, s. sancta *V*, spiritali sale condita *et sim. AF*), memorare. (2) ovem recens tonsam forte conspexerat. euangelicum, inquit, mandatum ista conplevit: duas habuit tunicas, unam earum largita est non habenti: ita ergo et vos facere debetis.

10, 3 Item cum subulcum algentem ac paene nudum in pellicia veste vidisset, en, inquit, Adam eiectus de paradiso (e. d. p. *om. V*) in veste pellicea sues pascit: sed nos illo vetere deposito, qui adhuc in isto manet, novum Adam potius induamus.

10, 4 Boves ex parte prata depaverant, porci etiam nonnulla suffoderant: pars cetera, quae manebat inlaesa, diversis floribus quasi picta vernabat. speciem, inquit, gerit pars illa coniugii, quae a pecore depasta etsi non penitus gratiam amisit herbarum, nullam tamen florum retinet dignitatem: illa vero, quam porci pecora inmunda foderunt, fornicationis imaginem foedam protendit: ceterum illa portio, quae nullam sensit iniuriam, gloriam virginitatis ostendit: herbis fecunda luxuriat, foeni in ea fructus exuberat et ultra omnem speciem distincta floribus quasi gemmis micantibus ornata radiat *e. q. s.*

---

360 incolumis L^2] incolomis *rell.* 361 totus *P* terit *BL*] teret *rell.* 362 ille] iste *L* 363 besteolis *PM*, bisteolis *N* 364 debeletasque *N* 365 potio P^1 dedicerunt *PN* 366 facesset PL^2 367 bistea *N* 368 XI *PM* 369 tonsum P^1 371 tonicas P^2 obtullit *P* 372 texit] uestit *L* 373 XII *PBM* 375 paradysi *P*, paradyssi *N* 376 exsul *PM* elysio NBP^2] elyso P^1, elisio *L*, helisio *MS* suelli *sic codd.* 379 XIII *PBM* 380 agger PNL^1] ager $BMSL^2$ 381 confossus PNL^2] fossus BL^1MS pastos P^1 382 comparat *PLS*] coparat *NM* 383 carectis L^2] carictis *rell.*, *scribend.* carecta (*plur.*) *aut* carecti 385 imago] in agro L^1 386 luxorians L^1B^1M 387 geminis *LMS* ratior *NBMS*] ratio P^1L, radio P^2, grata et *Ven.* (ratior *i. e.* probatior)

Miles item monachum professus cingula linquens
coniuge cum propria cuperet quia degere vitam,
mutavit meliore via transcurrere metam
iure sacerdoti monitor hoc ordine dicens:
'belligeratori valeat ne femina iungi:
sola aciem melius conponit mascula virtus.
debilior teneat murorum claustra caterva
et sexus fragilis sese intra saepta recondat.
hoc satis, ut mulier timeat, res ipsa timori,
miles ad arma potens pergat galeatus in agmen,
loricae triplicis squama radiante coruscus,
thoraca ex humeris indutus, nixus in hasta,
adsuetus clipeo, transmittens vulnus ab arcu,
hinc capulum vibrans, hinc torquens missile telum,
ferratae tunicae rivos sub pondere sudans'.
his dictis mulcens iuvenem resipiscere cogit,
coniuge postposita et repetit heremita coronam.
Iugiter interea quia salsa et sancta canebat,
nec serie recipi neque possunt scripta teneri.
quaenam vita sacri fuerit, quis singula currat,
quanta fides animi, quam celsa et pura voluntas?
ad quem non solum homines longo orbe venirent,
verum etiam caelestis honor visebat amanter
angelicusque chorus properabat ad ora frequenter,
colloquiis placidis ut fessum animaret amicum
et quasi conplexum recreet per verba parentem.
res probat ista sequens, quae gesta priora renarrat.

11, 1 Miles quidam cingulum in ecclesia, monachum professus, abiecerat: cellulam sibi eminus in remoto quasi heremita victurus erexerat. interea astutus inimicus variis cogitationibus brutum pectus agitabat, ut coniugem suam, quam Martinus in monasterio puellarum esse praeceperat, voluntate mutata secum potius vellet habitare. (2) adit ergo Martinum fortis heremita et quid haberet animi confitetur *e. q. s.* (*4*) ad haec Martinus: dic mihi ergo: numquid in illa acie, quae armata in proelium parabatur aut iam adversus hostilem exercitum conlato comminus pede destricto ense pugnabat, ullam feminam stare aut pugnare vidisti? (5) tum demum miles confusus erubuit *e. q. s.* (*6*) Martinus autem conversus ad nos —: mulier, inquit, virorum castra non adeat, acies militum separata consistat: procul femina in suo degens tabernaculo sit remota. contemptibilem enim reddit exercitum, si virorum cohortibus turba feminea misceatur. (7) miles in acie, miles pugnet in campo: mulier se intra murorum munimenta contineat *e. q. s.*

12, 11 — verum ego ita virtutem huius virginis praedicabo, ut tamen nihil illis, quae ad Martinum videndum ex longinquis regionibus saepe venerunt, arbitrer derogandum, siquidem hoc beatum virum frequenter affectu etiam angeli frequentarint.

---

388 XIIII *PBM*, XVIIII *N* MILES HERIMITA *N* milis P^1 profusus angula linquens *M*, professus cingulari B^1, p. cingula L^1 390 uie *P* 391 sacerdoti] sacerdotii PNL^2, sacerdotum L^1B^2, sacerdotium B^1MS 393 conponit *PNS*] componit *L* 394 debelior *M* 395 recondant *M* 396 ipsa] *fort.* apta timor B^1, tumori B^2 397 peragat B^1L^1 caleatus *N* 398 lorica et P^1, luricae L^1, lorycae *B* triplici L^1 399 nixus PL^2] nisus *rell.* asta *S* 400 assuetus L^2 clipeo *L*] clypeo *rell.* 401 missi uel templum P^1 402 sup S^1 404 eremita *M* 405 XV *NBM* LAVS SANCTI *N* *vers. om.* P^1 quia] *fort.* quae 406 XV *P* recepi P^1 407 fuerint *N* 410 caelestibus P^1 413 *om.* S^1, *suppl.* S^1 conplexum *PNM*] complexum *LS* parentum P^1 414 ipsa *M* sequens] potens BL^1 renarrant *N*

Concilium allectum fuerat synodale Nemausum,
quo sacer antistes mediator adesse recusat.
ergo ratem scandens celerem parat ire per amnem,
coetibus in mediis habitans heremita remotus
ipse in puppe sedens: cunctos sua prora sequestrat;
angelus ecce tamen domini venit aliger alno
(ipsa nempe die qua se conventus abegit)
quidquid pontifices celebrarant ordine narrans,
pro vice Martini peragens synodalia praesens.
atque sui cura longinqua per aethera tranat.
quem pendente via nec in aera pinna fatigat,
sed natat ala celer, donec nova nuntia portet,
quae mandat dominus nihil absconsurus amico.
rettulit ut prius, haec sacer et post cuncta probavit,
nec frangunt praedicta fidem neque prodita fallunt.
Accidit hinc demum foribus sedente Severo
conpare cum Gallo, doctis et amore ministris:
murmure multivago conpletur cella beati,
ostia clausa tenens, diei geminante sub hora:
audivere loqui, sed quid nescire fatentur:
senserunt strepitum neque verba loquacia norunt.
pars fuit haec meriti, vel sic sensisse superna:
agnita si non sunt, satis est audita mereri.
post sacer egrediens cellam maiore sereno,
Sulpicio poscente diu quae gesta fuissent,
vix motus precibus tandem rem ex ordine pandit:
indicat hic Agnen, Theclam Mariamque locutam,

Sulpic. dial. II.

13, 8 A Martino autem saepe angelos visos familiariter et sensimus et experti sumus. rem minimam dicturus sum, sed tamen dicam. apud Nemausum episcoporum synodus habebatur, ad quam quidem ire noluerat, sed quid gestum esset scire cupiebat. casu cum eo iste Sulpicius navigabat, sed procul, ut semper, a ceteris in remota navis parte residebat. ibi angelus, quid gestum esset in synodo, ei nuntiavit. nos postea tempus habiti concilii sollicite requirentes satis conpertum habuimus, ipsum diem fuisse conventus et eadem ibi fuisse decreta, quae Martino angelus nuntiarat.

13, 1 Quodam die ego et iste Sulpicius pro foribus illius excubantes iam per aliquot horas cum silentio sedebamus, ingenti horrore et tremore, ac si ante angeli tabernaculum mandatas excubias duceremus, cum quidem nos, clauso cellulae suae ostio, ibi esse nesciret. (2) interim conloquentium murmur audimus et mox horrore quodam circumfundimur ac stupore, nec ignorare potuimus nescio quid fuisse divinum. (3) post duas fere horas ad nos Martinus egreditur: ac tum eum iste Sulpicius — coepit orare, ut pie quaerentibus indicaret, quid illud divini fuisset horroris, quod fatebamur nos ambo sensisse, vel cum quibus fuisset in cellula conlocutus: tenuem enim nos scilicet et vix intellectum sermocinantium sonum pro foribus audisse. (*4*) tum ille diu multumque cunctatus —: (5) dicam, inquit, vobis, sed vos nulli quaeso dicatis: Agnes,

---

415 XVI *PNM* ANGELVS A SYNODO *N* atlectum *M* synodale] sinodale *codd.* (senodale *N*) nemausum P^1] nemauso *codd.* 416 antestis *M* 418 herimita *N* 420 almo S^1 421 ipse P^1 422 quidquid *P*] quicquid *rell.* celebrant P^1 423 synodalia *P*] synotalia *N*, sinodalia *rell.* 424 adque *P* sua P^1 aera *Ven.* 425 aera *sic codd.* penna *BL* 426 ala celer] alacer P^1, alace* L^1 portat PB^1 428 retulit NB^1 probabit *N* 429 fragunt *N* 430 XVII *PNM*, XVI *B* MARIA AGNIS THECLA CVM EO *N* accedit *N* sequente BL^1, *fort.* residente 431 conpare *S*] cumpare *PM*, compare *NBL* dotis MS^2 432 murmore *P* (conpletur *NS*) 433 hostia *S* tenens *om.* *P* die ingeminante *P*, dei geminante *S* 435 neque *om.* P^1 437 meriri MP^2, merieri *N* 438 ma*are P^1 441 agmen P^1 teclam LS^2 loquutam *P*

sanctarum exponens vultus habitumque beatus,
quae facies oculi gena pes manus arca figura
(lumine tam puro vidit saepe ora sororum),
quis color atque decus, quae forma et gratia quanta,
et sermone pari placidam dixisse salutem.
hic petit ad fratres, illae petiere sorores:
sed redit iste gradu, illae nam rediere volatu.
culmen apostolicum celsas et honore columnas
saepe Petrum meruit Paulumque videre licenter.

Daemonicas etiam tolerans saepissime pugnas
nomine quemque suo increpitans cogebat abire.
maxime Mercurium infestum referebat adesse,
brutum namque Iovem et hebetem memorabat haberi.

O sinceri oculi, nulla caligine pressi,
mens radiata sopho, retinens sine nube serenum!
inspicis aeriam carnali lumine Theclam
atque vides Agnen redimitam fronte corona,
cernis et egregiam pretiosa luce Mariam.
vidisti templum domini diademate fultum,
vidisti thalamum sponsi super omnia pulchri,
conpositum gemmis auroque ostroque decorum.
qualis iaspis erat pedibus laterique topazus?
qui digitis anuli viridi fulgore venusti?
quales armillae dextrae ardescente hyacintho?
quanto zona die lapidum radiabat honore?
cycladis aut qualis cataclyzis effora rasis?
quae palla ex humeris mixto chrysoprase beryllis?
quodve monile decens collo rutilabat in illo?
forsan erat nitidis amethystina vitta capillis,
sculptilis inpressis et in auribus alba sigillis,
luminis ac varios spargens diadema virores?
quae frons ora oculi facies gena pes manus ulna?
unde repercussis florebant gramina gemmis?
dic, bone pastor, ovi: quae fabula vestra cucurrit?

Thecla et Maria mecum fuerunt. referebat autem nobis vultum atque habitum singularum. (*6*) nec vero illo tantum die, sed frequenter se ab eis confessus est visitari: Petrum etiam et Paulum apostolos videri a se saepius non negavit.

13, 6 Iam vero daemones, prout ad eum quisque venisset, suis nominibus increpabat. Mercurium maxime patiebatur infestum, Iovem brutum atque hebetem esse dicebat.

---

443 manus] man P^1 444 *post v. 448 ponendus videtur* saepe PNL^2] sae *B*, se L^1MS 445 tanta BL^1 446 placitam *P* 448 *debuit* nam illae 451 XVIII *PNM* DEMONVM FORMAE *N* pugnans *PN* 452 incripitans P^2 454 hebitem *PNM* 455 XVIIII *M* 457 inspici seriem P^1, inspicis aeriem P^2 teclam LS^2 458 redimitam] redimita *codd.* coronam *P* 462 (conpositum *MS*) 463 iaspis] lapis P^1 465 qualis P^1 dexterae P^2, dextra P^1L^2 ardescente LB^2S^2] ardiscente *rell.* hyacintho] iacinto *M*, iacynto *N*, iacincto *PBS*, iachinto *L* 467 cycladis] cyclades *P*, cicladis *BL*, excladis *NMS* (cycladis *nominat.*) quales *P* cataclyzis] cataclizis *M*, cataclycis *PN*, cataclysis *BS*, *cataclisis *L*, cataclistis *Browerus*, *cf. IV, 325* (*Du Cange II, 231 sq.*) 468 chrysoprase] chrisophrase *N*, chrissophrase *M*, crisophrase *S*, crisophara PLB^2, crisopha B^1 beryllis] berillis *codd.* (birillis *N*) 470 nitidis] niueis *codd.*, *cf. VIII, 3, 265* amethystina] amitystina *P*, ametistina LB^2, amitistina NMB^1, amatistina *S* 471 inpresis *M* (inpressis *rell.*) inauribus *vulg.* albas *N* 474 percussis P^1 475 oui *om.* L^1 uestra *om.* P^1

quid, rogo, quando Petrum ac Paulum tam saepe videbas,
prima ministerii radiantia vasa superni,
aurea, pulchra nimis, gemmata venusta corusca?
illa putas quanto rutilabant ora sereno,
dogmata quae Christi totum sparsere per orbem,
quae dixere prius: 'tu es Christus filius almi
altithronique dei dominantis et omnipotentis'?
ac super hac petra fundata ecclesia regnat,
quam nec flabra movent neque vertit turbo procellae
nec trahit undivagam pluviatilis imber harenam,
haec quia viva tenet petra fundamenta salutis,
contra quam portae inferni numquam arma valebunt.
quid sacer ille simul Paulus, tuba gentibus ampla,
per mare, per terras Christi praeconia fundens,
Europam atque Asiam, Libyam sale, dogmate complens?
et qua sol radiis tendit, stilus ille cucurrit:
arctos, meridies hinc plenus, vesper et ortus,
transit et Oceanum vel qua facit insula portum
quasque Britannus habet terras atque ultima Thyle,
bucina concrepuit regiones una per omnes.
dogmate tantorum Christi data munera pangit
Hebraeus Graecus Romanus barbarus Indus,
Israhelita canit, simul Atticus atque Quiritis,
principibus geminis, fidei sub principe Roma,
carnis apostolicae quo sunt duo celsa sepulchra:
prima tenent terris et utrique priora supernis,
dogmatis ore pares et sedis honore curules.
ambo triumphantes spargunt nova dona per orbem,
una nempe die quos passio sancta beavit,
et sacra sic geminus signavit tempora consul.
quis splendor paribus rutilabat ab ore coruscus?
lucifer ut radiis premeretur vultibus illis
(quippe nec ipsa micat tantum rota fulgida) solis.
O dulces oculi facies cernendo beatas!
vidistis Sion ternas quater ordine portas,
quas amat omnipotens ultra omnia culmina Iacob,
gemmarum vario redimitas lumine valvas,
sculptas bratteolis, inscriptas arte zmaragdis,

---

477 ministerio N^1 478 pulcra *S* gemmata PNL^2] gemma BL^1MS 479 rutilabunt *N* ore L^1M 482 dominantis] deo minantis *B*, minantis *MS* 483 hanc SL^2 petram *S* 485 pluuiatalis *P* arenam SL^2 487 mouebunt B^2 490 adque *P* libyam] lybiam *codd.* (libiam *L*) 491 radios L^2 stilus P^1LB^2] stelus NP^2, stellus B^1MS 492 arcthos *S*, archtos *L*, arathos *N* hortus *M* 494 quasque PNL^2] quas *S*, quae BL^1, que *M* britannus LP^2] brittanus *BM*, brittannus P^1NS thyle NMP^2] tyle *S*, thile P^1BL 496 tantorum *i. e. Petri et Pauli* pangit LB^2] panget *rell.* 498 israhelita *sic codd.* canet P^1 adque *P* quirites S^1L^2 500 apostholicae *N* duo *om. N* sepulcrha S^1, sepulcra S^2 502 dogmatias *N* amore S^1 curiles P^1 505 geminus PNL^2] geminos BL^1MS 506 qui BL^1, queis *Ven. vulg.* (*cf. ad II, 15 ubi hunc locum excipere non debui*) 509 dulcis P^1 beatus *PN* *post* 509 *in codd. praeter* P^1 *hic versus legitur:* uidistis Sion speciosas ordine portas *quae est dittographia ad v. 510* 510 uidisti P^1 513 bracteolis *P* smaragdis MS^2

chrysolithis rutilas, niveas stellantibus albis,
quidquid amor potuit quo totum gratia fudit,
omnicolora decens et in omnibus una topazos,
per quas hinc populi genus illud nobile regni,
intrant sideream meritorum gressibus urbem
et sine fine manent transcripti in saecula cives.
inter quos proceres et culmina celsa potentum,
patriciis mixtus generosis consulibusque
proximus et regi resides, Martine, senator.
cui dedit arma fides et cui fiducia rex est,
miles amore cliens et factus honore coheres,
qui potes, oro, mei veniam deposce reatus
et vitiata tibi quod lingua remurmurat audi,
ut de fonte pio fluat indulgentia laeso
ac te orante, sacer, redeat medicata cicatrix.

---

514 chrysolithis] crysolitis *PNMS*, crisolitis *BL* rutilans *P* stellantibus S^1] stillantibus *rell.* 515 quidquid *PN*] quicquid *rell.* quod PL^2 516 *versus corruptus nisi quid intercidit* (omnicolor adamas *Mommsenus*) topazos *P*] topazyos *N*, topazus *rell.* 519 transcripti] conscripti *codd.*, *cf. II, 465* 521 consolibusque *N* 522 proximis *P* resedes *N*, resedens *P* sanator *N* 524 coeheres *N* 525 potes L^2] potis P^1, petis *rell.* oro PL^2] ore *rell.* reatos P^1 528 *fort.* coeat cicatrex *N*

subscr. om. LMS versibus in M tribus, in LS singulis vacuis relictis EXPLICIT LIBER III HABENS VERSVS DXXVIIII (*computat dittographiam versus 510*) INCIPIT LIBER IIII. DE VITA SANCTI MARTINI *N*, EXPLICIT LIBER III. HABET VERSVS DXX** (DXXVI P^2) INCIPIT LIBER IIII *P*, EXPLICIT LIBER III. INCIPIT LIBER IIII *B*

LIBER QVARTVS

Post mare fluctivagum repetens ad litora portum,
floribus albicomis dum lilia pollice carpo,
ungue recido rosas et per violaria curro,
ruris amoeniferi varios situs inter odores,
obripit inde sopor, fessus quoque colla reclino
fultaque gramineo iacuerunt membra grabatto.
sed redit ecce dies et iam lucescit: eundum est,
dum matutino nos ore salutat hirundo
ac se nocte brevi celerata crepuscula rumpunt:
quo torpore natent quamvis mea lumina, surgam
evigilansque oculis detergam pollice somnum
et quod iter repeti Gallus vocat ibo, sodales.
fluctibus in trifidis tribus ii nauta libellis
ac velut ambiguas inter Symplegadis undas,
Ionii Aegei Maleique sequace procella.
me tamen in bibulis ne mergeret auster harenis,
summa gubernavit Martini vita patroni,
quam nitor scabridis indignus scalpere verbis
rusticus, arte rudis temptans formare monile,
quod nec lima polit neque malleus addit acumen,
non incudo terit fornaxque examinat igne
nec mordax gemino forceps trutinavit obunco,
sed magis incomptum profert mea lingua metallum.
res tamen illa iuvat, sine qualibet ullius arte
quod per se pulchram praefert sua gratia gemmam.
attamen officii quae restant debita solvam
et cui magna nimis modo debeo, parva rependo.

Sulpic. dial. III, 1, 1. Lucescit hoc (*V*, o *AF*), Galle: surgendum est *e. q. s.*

IV 1 littora *S* 2 albicomis *PNB*²*L*²] allicomis *L*¹*MS*, al*comis *B*¹ 4 sitos *P* 6 grabato *M* 7 luciscit *PN*, luc*scit *B*¹ 8 matutino nos *PL*²] matutinos *rell.* 10 turpore *P* 12 gallus *i. ras. 1 m. P*, galus *M* 13 trifidis tribus ii] trifidis tribus ɪɪ *PN*, trifidis tribus *L*, trifidis tribus duobus *BS*, trifidis duobus *M*, trifidis ignarus *Ven.* (*vulg.*) 14 uelud *N* symplegadis *Ven.*] symflegadis *N*, sumflegadis *BLMS*, sim flegalis *P* 18 nitro *P* sc*pridis *P*¹ indignis *L*¹ 19 ante *P* rudes *PN*, rude *M* 21 incude *S* igni *P* 22 trotinauit *PN* 23 incomtum *PN* 25 pulcram *S* profert *M*

Carnutis interea genitam pater anxius aegram,
ex utero mutam profert sacro ore medendam,
sex geminos graviter hebetem sine voce per annos.
nec differt Martinus opem pietatis amicam.
sternitur ergo solo, tacitus prece sidera pulsans,
corpore fusus humi, volitans super aethera sensu.
sensit ut effectum fidei meruisse precatum,
sanctificaturo ferri sibi poscit olivum
infunditque ori benedictum fruge liquorem,
atque tenens digito linguam miserando puellae
ipse patris nomen geniale requirit alumnam.
mox resoluta movet faucis lyra tinnile plectrum
atque insueta canit camerati concha palati,
dente relisa cavo producens verba fritillo,
responditque patris nomen pia filia dulce.
ventre prius genita hic visa est quasi voce renata,
reddit adulta vetus lactantes ore susurros,
incipiens tenero proscindere verba rotatu.
motu pigra rudi decurrens lingua gradatim
implicito sonitu rauca novitare cicuta,
donec plena suo cecinit symphonia flatu.
tum genitor genua amplectens veneranda beati,
vociferans et voce data sua gaudia plorans
laetitiae voto reboat praeconia Christo.
Iudicis inde feri coniunx aegra Avitiani
dirigit ad sanctum, morbi sperando medellam,
vas olei vitreum lance aequa dimidiatum,
unde salutifero depelleret unguine morbum.
mox super ampullam fecit crucis ipse sigillum,
surgit ad ora liquor spumansque exaestuat unguen
ubertate nova vitrea sub cortice obortum,

2, 3 Res in Carnutena (*V*, carnotena *AF*) gesta est civitate. paterfamilias quidam duodecennem filiam ab utero mutam (*V*, pater filiam d. a. u. m. puellam *AF*) Martino coepit offerre, poscens ut linguam ligatam meritis suis sanctis (sanctus *F*) vir beatus (v. b. *om. AF*) solveret *e. q. s.* (*5*) nec cunctatus ultra (utrumque praeclarum, et ostendendo humilitatem nec differendo pietatem) iubet circumstantis populi multitudinem submoveri: episcopis tantum et puellae patre adsistentibus in orationem suo illo more prosternitur. (*6*) dein pusillum olei cum exorcismi praefatione benedicit, atque ita in os puellae sanctificatum liquorem, cum et linguam illius digitis teneret, infudit. (*7*) nec fefellit sanctum virtutis eventus. patris nomen interrogat: mox illa respondit. proclamat pater cum gaudio pariter et lacrimis Martini genua conplexus, et hanc primam se filiae audisse vocem cunctis stupentibus fatebatur.

3, 2 Avitiani comitis uxorem misisse Martino oleum, quod ad diversas morborum causas necessarium, sicut est consuetudo, benediceret: ampullam vitream istiusmodi fuisse, ut rotunda in ventrem cresceret ore producto, sed oris extantis concavum non repletum, quia ita moris sit vascula conplere, ut pars summa um-

28 carnutis L^2] carnutus *rell.*, *cf. III, 153* 30 grauiter hebetem BS^2] g. hebitem *PN*, g. habeam *M*, hebetem grauiter LS^1 32 tacidus *P* 33 humi fusus uilitans *P* 34 precatum S^1] precatu *rell.* 35 sanctificaturo *Mommsenus*] sanctificaturum *codd.* 36 infunditque *Luchius*] infuditque *codd.* 37 tenes *N* 38 requiret *PNM* alumnam] alumnae *codd.* 39 lira *P* tynnile *S* 40 concha *Ven.*] conca PNL^2, cona BL^1MS 43 pius *PNB* 44 reddidit *N* lactantos *L*, laetantis *B*, latrantes *S* 46 gradatum *P* 47 implicitu *NM*, implicato *B* nouitare] nauitare L^2, *fort.* mouet ora 48 simphonia *BL* 49 amplectans P^2, cumplectans P^1 52 II *PN*, III *M* AMPVLLA OLEI *N* coniunx *BMS*] coniux *PNL* 53 medillam *N*, medelam *S* 54 uetreum *N* lancea *P* 55 unguene *P* 57 licor *P* spumasque P^1 unguem *P* 58 uitreo *BL*

et vase in sicco generosus nascitur humor.
currit in ascensum qui vergere novit ad imum,
fluxibus et liquidis olei petit alveus altum,
sed quem non genuit radix oleagina sucum
nec Syra baca dedit, merito virtutis adultum.
crescit et ad summum, patulo qua clauditur ore:
nec contentus agit liquor, ut vas expleat illud:
nam cumulata olei mox defluit unda superne
nec sese urna capit (tanta est benedictio dextrae)
exundansque omnes pueri madefecit amictus
et digiti de fonte rigans manavit olivum.
ac postquam inrigue fluviali more cucurrit,
vas plenum fidei merito matrona recepit.
  Nec minus inde subit rerum admiratio facti.
idem vas vitreum benedictum nobile reddens,
cum puer incautus posuisset in ore fenestrae,
utpote carbaseo venerans velamine tectum,
lintea dum retrahit fluitantia nescius alter,
lapsa pavimento ampulla stat marmore tenso,
sed nec saxa vitrum perdunt nec vasa liquorem:
integra servatur volitans quasi pensile pluma
aut subvecta levis geminis descenderet alis,
nullaque rima patet nec facta in vase cicatrix.
sic liquor interior facit exteriora tueri
et quem tutari decuit sua tegmina texit:
ne vitra depereant, olei custodia servat
inclususque humor proprium defendit amictum
ac fragmen fragile statuit benedictio forte.

Sulpic. dial. III.

bonibus obstruendis libera relinquatur. (*3*) testabatur presbyter vidisse se oleum sub Martini benedictione crevisse, quoad exundante copia superne diffiueret (*V*, d e f l u e r e t *AF*): eademque, dum ad matremfamilias vasculum referretur, ferbuisse virtute: (*4*) nam inter manus pueri portantis ita semper exundasse oleum, ut omne illius vestimentum copia superfusi liquoris operiret: matronam ita usque ad summum labrum plenum vasculum recepisse, ut presbyter hodieque fateatur, obdendi pessuli, quo claudi diligentius servanda consuerunt, in vitro illo spatium non fuisse.

3, *5* Mirum et illud, quod huic — me autem intuebatur — memini contigisse. vas vitreum cum oleo, quod Martinus benedixerat, in fenestra paululum editiore (e. *om. V*) deposuit: puer familiaris incautior linteum superpositum, ampullam (ampullulam *A*) ibi esse ignorans, adtraxit (*Fortunatus non post* deposuit, *sed post* incautior *sententiam distinxit*, adtraxit *de altero puero intellexit*). vas super constratum marmore pavimentum decidit. cunctis metu exterritis benedictionem dei perisse (b. d. p. *V*, ne benedictio d e p e r i s s e t *AF*), ampulla (ampullula *AF*) perinde incolumis est reperta, ac si super plumas mollissimas decidisset. (*6*) quae res non potius ad casum quam ad Martini est referenda virtutem, cuius benedictio perire non potuit.

---

60 *om.* P^1 62. 63 *extant PN*, *om. BLMS* 64 quo *L* elauditur *P*, oluditur *N* 66 comulata *PN* d*fluit P^1 *corr.* P^1 67 nec sese P^1] annec sese NP^2, ac nec se *L*, an necesse se *BMS* 70 irrigue *S* 71 recipit *P* 72 III *PN*, IV *M* VAS DECEDIT *N* renum *N* facti *P*] fasti L^2, facit *NBS*, f*cit L^1, fecit *M*, *fort.* sancti 74 fenetrae *N* 75 utpute *S* 76 lentea *P* fluuitantia *NMS* 77 ampulla *L*] ampu*la *P*, ampullula *NBMS* tensa *B* 79 pensele NP^2 80 descenderet *NL*] discenderet *P*, descenderat *BMS* 81 rima *om. P* 83 debuit P^1 84 nec *N* oleio *N*, oculi S^1

Cuius discipuli pariter dum comminus irent
et canis horrificus latratu insisteret amplo,
unus amore pio: 'Martini in nomine' dixit
'praecipio, taceas neque nos clamore fatiges'.
mox praecisa canis rabidi vox ore pependit
clamoremque vagum media de fauce resorbet
et fragor ille ferox avido sub gutture obhaesit,
stans rictu stupido frenata voce molossus,
cum furor urgueret, quia se nec hiare liceret.
sic redit incluso tremula sine voce susurro,
profuit et nomen sancti quo defuit ore.
Ergo iter inceptum lento pede pergere tendam,
dum licet ire viam, dum me vocat aura salubris
et trahit hora dies vestigia tarda moventem.
moribus ut tumidus comes Avitianus agebat,
terribili officio Toronos suffultus adivit:
agmina conveniunt et longa catena reorum,
adcrescente coma quorum caro tota fluebat
et consumpta artum laxabant brachia ferrum,
confectam macie vix declarante figuram.
poenarum genus omne iubet plus more parari
(deflentem videas populum spatiare per urbem)
indixitque, nefas, processum ad triste tribunal,
unde truces oculi spectarent membra cremari.
conperit ut sanctus feralia iussa satagi,
tempore sub noctis saeva ad praetoria tendit
et pietatis iter solus parat ire viator.
pervenit ut senior gressu miseranter anhelo,
sternitur ante fores per limina dira benignus,
qua recubat iudex torpente sopore sepultus.
angelus interea penetrat mox aliger aulam,
intonat et comiti dormitanti ore minaci:

3, 7 Canis nobis inportunior oblatrabat. in nomine, inquit, Martini iubeo te obmutescere. canis — haesit latratus in gutture: linguam abscisam putares — obmutuit. (*8*) ita parum est ipsum Martinum fecisse virtutes: credite mihi, quia etiam alii in nomine eius multa fecerunt.

4, 1 Avitiani quondam comitis noveratis barbaram nimis et ultra omnia cruentam feritatem. hic rabido spiritu ingressus Turonum civitatem, sequentibus eum miserabili facie ordinibus catenatis, diversa perdendis parari iubet genera poenarum, disponit postero die adtonita civitate ad opus triste procedere. (2) quod ubi Martino compertum est, solus paulo ante mediam noctem ad praetorium bestiae illius tendit. sed cum profundae noctis silentio quiescentibus cunctis nullus foribus obseratis pateret ingressus, ante limina c r u e n t a prosternitur. interea Avitianus gravi somno sepultus angelo ingruente percellitur: servus, inquit, dei ad tua limina iacet et tu quiescis? (*3*) qua ille voce percepta lecto suo turbatus excutitur, convocatisque servis

---

87 IV *PNB*, V *M* CANIS OBMVTVIT *N* 88 orrificus *L*1, ortificus *B*, horrificis *P*1 90 nos] me *S*1 91 rapidi *P* 93 guttore *P*, gatture *N* 94 rictus lupido *P* molossus *NSP*2] molossos *P*1, molosus *BLM* 95 urgeret *LS* imare *P* 97 quo* *L*, quod *M* 100 diem *S*1 (dies *genet.*) 101 tumidis *ML*2 auicianus *S ut solet* 102 toronos *Browerus*] toronas *codd.*, turonis *Ven.* 103 reorsum *N* 104 adcrescente *NMS*] adcrescenti *P*, accrescente *BL* 105 bracchia *S*1, braccia *P*2 106 confectam *BL*] confecta *rell.* 109 processum *Luchius*] processu *codd.* 110 trucis *P* 111 conperit *MS*] comperit *L* ferialia *N* 116 resubat *N* 117 penetrat mox *PNL*2] penetrat *M*, penetrauerat *BL*1*S* alier *N*

'te sopor hic retinet, Martinus stat foris' inquit,
'tu requie frueris et sustinet ille labores.
molliter ipse toro, iacet ille in marmore duro'.
excutitur trepidus mox e somno Avitianus,
Martinum exclamans foribus recubare sacratum,
imperat et famulis, reserent ut claustra beato,
ne servum Christi venerandum iniuria vexet.
hinc famuli inludunt domino crepitante cachinno,
dicentes stupidi se somnia vana videre:
prae foribus nullum residere vel esse virorum.
rursus praecipiti premitur somno Avitianus.
angelus inde virum violentior excitat urguens,
concutit et graviter, ne cederet ipse sopori.
territus hinc iudex, ultra neque credulus ulli,
postpositis famulis celer ad sua limina pergit
atque ibi Martinum reperit, ceu senserat olim.
tum ferus alloquitur sanctum his vocibus ultro:
'quid, Martine, mihi facis hoc, venerande sacerdos?
non mecum aequali, fateor, certamine pugnas:
absolvendo reos venis et me verbere torques.
an me pro cunctis poenas exsolvere mavis,
eligis aut facinus mea per tormenta pacisci?
sub tortore novo mutantur tempora caedis:
poena diurna reos cruciat, me nocte fatigas.
serve dei, patuit quam sit tibi celsa potestas,
quando flagellatur graviter te iudice iudex.
hinc tamen ipse probas, mecum sit qualiter actum,
cum per me venio nec amicum nec rogo servum:
non patitur differre moras quem poena coercet.
nil opus est verbis: tacito te nosco quod optas.
cede, precor, discede loco, concede quod oro,
ne tua me graviter cito puniat ultio vindex'.

Sulpic. dial. III.

trepidus exclamat, Martinum esse pro foribus: irent protinus, claustra reserarent, ne dei servus pateretur iniuriam. (4) sed illi, ut est omnium natura servorum, vix prima limina egressi, inridentes dominum suum quod s o m n i o (*de Prato*, somno *codd.*) fuisset inlusus, negant quemquam esse pro foribus, ex suomet ingenio coniectantes neminem nocte posse vigilare, nedum illi crederent, in illo noctis horrore iacere ante aliena limina sacerdotem: idque Avitiano facile persuasum est. rursum solvitur in soporem: sed mox vi maiore concussus exclamat Martinum stare pro foribus: sibi ideo nullam quietem animi corporisque permitti. (5) tardantibus servis ipse usque ad limina exteriora progreditur: ibi Martinum ut senserat deprehendit. perculsus miser tantae virtutis manifestatione, quid, inquid, mihi hoc, domine, fecisti? (6) nihil te loqui necesse est: scio quid desideres, video quid requiras: discede quantocius, ne me ob iniuriam tuam caelestis ira consumat: satis solverim hucusque poenarum. crede quia non leviter apud me actum est, ut ipse pro-

---

119 inquid *P* 121 toro] teora *N* 122 e somno *om.* P^1 124 famulus r. et *N* 125 uexit *N* 126 includunt *P* cacinno *PNB* 127 discentes P^1 128 pro *Browerus* resedere *P* 130 uirorum *P* *fort.* uiolentius urgens *LS* 132 crudulus *N* 133 sua] sa *P* 134 sibi *N* reperit BLS^1] repperit $PNMS^2$ 135 tum *PN*] tunc *rell.* 138 reus P^1 torquens *N* 139 absoluere (*B*) 140 elegis *N* ut *P* 141 torpure *P* mutantur PL^2] multantur *rell.* 142 reus P^1 147 patur *N* differri *N*, differi *M* cohercet *M*, coercit *P*

haec ait et propero pede discedente patrono
Avitianus inops animi vocat officiales
et reserare iubet tormenta ergastula claustra,
cumque relaxasset, procul ipse recedit ab urbe
et gravis ira fugit, sibi fit timor ipse timori,
ordine perverso et pacem fuga iudicis auget
ac sine caede lupum salvo grege pastor abegit.
Quique monasterio quotiens properaret ad urbem
sive pedem cellae foris adveniendo tulisset,
agmina larvarum trepidabant ore, rotatu;
et cum nescirent populi adventare patronum,
designabatur gemitu quoque daemoniorum.
adpropiante sacro pendentia membra videres
in sublime procul sublata per aera duci,
ast alios, pedibus superactis versus in altum
et caput inferius, veluti de nube ruentes
(nec tamen his vestes fluerent verecunda tegentes),
crimina vel merita edentes sub iudice missos
et sua praecipites examine facta fatentes:
ille Iovem stolidum, hic se testatur Anubem,
vasa ministerii se daemonis esse nefandi.
sed tortore pio feritas cruciata fugatur.
Quin etiam Senonum pago quid gesserit edam.
cum conpacta gelu premeret sata grando quotannis
cultoremque seges defrudaretur inanis
nec messoris opus flavescens spica rogaret
agricolaeque manum tritura vetaret adempta,
incola maturis totiens deceptus aristis,
cum ieiuna suo torperent iugera sulco
ac lapidata cibum populis seges aegra negaret,

cederem. (7) post discessum autem sancti advocat officiales suos, iubet omnes custodias relaxari et mox ipse proficiscitur. ita fugato Avitiano laetata est civitas et liberata.

6, 2 Monasterium beati viri duobus a civitate erat milibus disparatum: sed si quotiens venturus ad ecclesiam pedem extra cellulae suae limen extulerat, videres per totam ecclesiam energumenos rugientes, et quasi adveniente iudice agmina damnanda trepidare, ut adventum episcopi clericis, qui venturum esse nescirent, daemoniorum gemitus indicaret. vidi quendam adpropiante Martino in aera raptum manibus extensis in sublime suspendi, ut nequaquam solum pedibus adtingeret. (*3*) si quando autem exorcizandorum daemonum Martinus operam recepisset, neminem manibus adtrectabat *e. q. s.* (*4*) tum vero cerneres miseros diverso exitu perurgueri: hos sublatis in sublime pedibus quasi de nube pendere, nec tamen vestes defluere in faciem, ne faceret verecundiam nudata pars corporum: at in parte alia videres sine interrogatione vexatos et sua crimina confitentes. nomina etiam nullo interrogante prodebant: ille se Iovem, iste Mercurium fatebantur *e. q. s.*

7, 1 Pagum quendam in Senonico annis singulis grando vexabat (*V*, vastabat *AF*). conpulsi extremis

---

151 discendente *P* patronum *N* 152 officialis *P* 154 relaxassit *N*, relaxissit *P* recedit *PNL*[2]] resedit *BL*[1]*MS* 157 salua *P*[1] grece *N* 158 VI *PNM* ADVENTV EIVS DEMONAS NVNZIANT *N* quinque *N* 159 tolisset *P*[1], tuliset *N* 160 rotatu] *fort.* rugitu (*cf. Sulp.*) 164 aera *om.* *P*[1] 165 suberactis *N* 168 missos] missi *codd.* (misse *N*) 171 ministerii se *SL*[2]] ministerii sae *P*, ministeriis *NBL*[1]*M* demones *P* 172 torpere *P*[1] fugator *M*, fugata *P* 173 VII *PN*, VI *B* PAGVS SOLVATVR A GRANDINE *N* pagum *P* gresserit *N* 174 conpacta *LMSP*[2]] conpa**a *P*[1] quodannis *PM* 175 defraudaretur *LM* inanes *P*[1] 176 flauiscens *PN* spicam *P*[1] 178 maturis] mantris *N* 179 torporent iuiera *P* 180 seges] aeges *N*

mittitur ad sanctum legatio fida precatu,
ut removeret humo furibunda procella flagellum.
celsa viri quae mox oratio sola peregit.
nam statim atque preces fudit bonus ore sacerdos,
tempestate graves siccarunt nubila nimbos
et viduae segetes se fertilitate maritant.
quaeque quater quinos, per quos super extitit annos,
intemerata sacri viguerunt dona patroni.
vir tamen ipse dei ut sublatus ad astra recessit,
oblitae incubuit rediviva procella rapinae:
praesule subducto vastat fera clades agellum
ac male captivas imber populatur aristas;
defensorque obit et mox praedam grando requirit:
Martini abscessu repetunt elementa flagellum.
    Vir quoque iustus item cum occurreret Avitiano,
aspicit instantem huic saevi daemonis umbram,
horrificam facie, truculentam corpore pestem.
quam procul intendens sanctus flatu oris abegit.
iudex dum se ipsum putat exsufflasse beatum:
'cur, bone pastor' ait 'tua nos iniuria vexat
indignosque facit despectio flatilis aurae'?
quem pater egregius responso affatur amico:
'haec tibi non facimus probrosi sorte reatus,
sed, male quae incubuit cervici, flavimus umbrae;
mox tamen illa fugit subsellia larva satelles
et cervice sedens invasa sedilia liquit'.
libertate nova surgunt colla Avitiani.
exoneratus enim iudex revocatur honori,
mitior atque fuit, gravis inplacabilis olim.
    Mirum aliud vico quod contigit Ambaciensi:

Sulpic. dial. III.

malis incolae a Martino auxilium poposcerunt: missa — satis fida legatio *e. q. s.* (2) sed facta ibi oratione Martinus ita universam penitus liberavit ab ingruenti peste regionem, ut per viginti annos, quibus postea mansit in corpore, grandinem in illis locis nemo pertulerit.

8, 1 Sed ut ad Avitianum recurram — (2) memini quodam die ad eum venisse Martinum: qui ubi secretarium eius ingressus est, vidit post tergum ipsius daemonem mirae magnitudinis adsidentem. quem eminus, ut verbo, quia ita necesse est, parum Latino loquamur, exsufflans, Avitianus se exsufflari existimans, quid me, inquit, sancte, sic accipis (aspicis *AF*)? tum Martinus, non te, inquit, sed eum, qui cervici tuae taeter incumbit. cessit (*V*, incubuit ita recessit *AF*) diabolus et reliquit familiare subsellium: satisque constat post illum diem Avitianum mitiorem fuisse *e. q. s.*

8, 4 In vico Ambatiensi (ambaciensi *F*, ambaciacensi *A*), id est castello veteri, quod nunc frequens

---

181 ligatio *PN* 182 homo P^1 184 adque *N* 185 nobila P^2 nymbos *PN* 186 uiuae BL^1 mar*tant P^1 187 exstitit *N* 189 ut *om. N* ad *om.* P^1 190 procelle *P* 191 subdu**o P^1 (*cf. v. 174*) caldes B^1L^1 193 que] qui *N*, quis *M* 194 elementa *L*] aelementa *S*, elimenta *PNB*, aelimenta *M* 195 VIII *PNM*, VII *B* AVITIANVS INCREPITV *N* occurrerit auitrano P^1 196 umbra *N* 197 faciem L^1 truculentem *P* 199 exsufflare L^1 200 *uuor P^1, cuor P^2 bene BL^1 201 despectio *Ven.*] dispectio *codd.* 203 fa*imus P^1 probosi *BM* 204 ceruicti *N* fla***** P^1 205 satelles *L*] satellis *rell.* 206 liquid *N* 207 nou* P^1 auitiano L^2 208 exhoneratus *M* (*fort. sic scripsit propter verborum lusum*) 209 *om. N* inplacabilis *PMS*] implacabilis *L*, implicabilis *B* 210 VIIII *PNM*, VIII *B* EDIS AMBIACENSIS *N* ambaciensi *Ven.*] amba*iense P^1, ambiciense S^1, ambaciense *rell.*

idola turrito fuerant educta metallo,
eximie saxis moles onerata politis,
in sublime thronum procedens aede superba,
falsa superstitio, deceptio vera precantum,
grande opus ad facinus, faciens nihil esse colentes;
quod cum sanctus ovans mandasset rite ruendum
humanis opibus neque hoc avelleret ullus,
tum sacer antistes adsueta per arma recurrens,
pervigil insistens nocturnis excubat horis,
alloquiis domini taciturna silentia rumpens.
sed cum mane recens auroram spargeret orbi
tenderet et croceum per nubila Phoebus amictum,
ecce repens oritur variante fragore procella,
stridula sidereo volitatu et multa tumultu,
auxiliis fremebunda tuis, Martine, satagens
et tua castra movens, armata ferocibus austris.
quae fanum ut tetigit rapidae vertiginis ictu
inpulit ac fabricam furibundo inpacta rotatu,
idola comminuit molemque in pulvere solvit,
altaque turrigero ceciderunt moenia fastu.
o sacer antistes, dulce et memorabile nomen,
quis se non subdat tibi, pro quo et nubila pugnant?
Haec quoque mira loquar parili virtute peracta.
stabat celsa, rigens informis forma columnae,
inmanis habitu, tractu insuperabilis amplo,
quae superinpositum simulacrum hostile gerebat.
quam pius ut voluit, valuit neque solvere molem,
rursus ad orandi victricia signa cucurrit,
belliger eliciens ad se arma potentia caelis,
stratus humo recubans, precibus super astra relatus.
quo exorante diu multoque in pulvere fuso
caelitus est oculis descendere visa columna,

habitatur a fratribus, idolium (*Barth.*, idolum *codd.*) noveratis grande opere constructum. politissimis saxis moles turrita surrexerat, quae in conum (*Brix.*, thronum *VAF*) sublime procedens superstitionem loci operis dignitate servabat. (5) huius destructionem Marcello, ibidem consistenti presbytero, vir beatus saepe mandaverat. post aliquantum tempus regressus increpat presbyterum, cur adhuc idoli (*sic codd.*) structura consisteret. (*6*) ille causatus vix militari manu et vi publicae multitudinis tantam molem posse subverti, nedum id facile putaret per inbecillos clericos aut infirmos monachos quivisse curari. (7) tum Martinus recurrens ad nota subsidia nocte tota in oratione pervigilat: mane orta tempestas aedem idoli usque ad fundamentum provolvit.

9, 1 Aliam eius non dissimilem in simili opere virtutem Refrigerio adstipulante perhibebo. columnam immensae molis, cui idolum superstabat, parabat evertere, sed nulla erat facultas, qua id daretur effectui: tum ad orationem suo more convertitur. (2) visam certum est parilem quodammodo columnam ruere de

212 eximiei *N* 213 trhonum *S* superbum S^1 215 collentes *N* 218 tunc *B* antestis *PM* 219 peruigili NP^2, perinuice** P^1 existens *L* scubat choris P^1 222 phoedibus P^1 224 stidula *N* sydereo *S* 225 fremebunt da P^1 228 inpulit *PMS*] impulit *L* inpacta *PNMS*] impacta *L* 229 comnuit *N* 231 o] q**** L^1 antestis *PM* 232 quis] qui S^2, que L^1 233 x *PM*, ıx *B* miro *PN* loquor *S* 234 informes *PNM* 235 inmanis LSP^2] inmanes P^1 236 superinpositum *PNMS*] superimpositum *L* 238 recurrit L^2 240 stratur *BMS* 241 fusus S^1 242 est PSL^2] et *NBM*, ex L^1 discendere *PN*

molliter aerio dissulcans nubila lapsu,
quae molem oppositam ut vibrato perculit ictu,
fragmine dissiluit conpago soluta columnae
laxaque disperso pereunt simulacra metallo
et mentita novo feriuntur numina telo,
falsa quidem veram sumentia numinis iram:
quae subversa suis genuerunt lucra ruinis
ac resoluta feris creverunt templa favillis.
Pandere quin etiam decet illud honore beati:
pallida cum mulier stillante rubore cruoris,
cuius se inriguo siccarant viscera fluxu,
naufraga membra trahens secum, vaga sanguinis unda,
tempestate suae pluviae defessa laborans,
ipsa sibi generans secreti turbinis imbres
fluctibus et propriis iam submersura ruebat
nec super ullus erat portus sibi, norma salutis:
cui semel ut tacta est benedicti fimbria fili
nobilis ac summi palpantur stamina panni,
exilit inde salus, digitos prius unguine conplens,
transit in arcanum fiducia tanta medellae.
protinus inrigui siccatur origo fluenti,
prona etiam patulos damnavit fistula cursus
et restricta fluens redit in fontem unda cruoris,
assidui fluxus fugiens cava vena meatus,
veste sacra medici solidantur glutine rivi
et virtute viri senserunt frena liquores
incolumisque redit de furto femina felix
atque salutis opem medico ignorante resumpsit.
o Martine sacer, nescis et munera donas.
Inde procul gressum celerans antistes abibat:
obvius ecce venit serpens adnando per amnem,
pectoris inpulsu sulcans vada remige cauda,
squamea terga movens, spiris vaga caerula findens.

Sulpic. dial. III.

caelo, quae inpacta idolo totam illam inexpugnabilem molem solvit in pulverem: parum scilicet, si invisibiliter caeli virtutibus uteretur, nisi ipsae virtutes visibiliter servire Martino humanis oculis cernerentur.

9, 3 Idem autem Refrigerius mihi testis est, mulierem profluvio sanguinis laborantem, cum Martini vestem exemplo mulieris illius euangelicae contigisset, sub momento temporis fuisse sanatam.

9, 4 Serpens flumen secans in ripam, in qua constiteramus, adnabat: in nomine, inquit, domini iubeo

---

243 erio P^1 dissulcans *sic codd.* lapsa *N* 244 vibratum P^1 pertulit *BM* 245 fragmina L^1 dissiluit *Browerus*] dissoluit *codd.* (conpago *NS*) solita P^1 246 metall* P^1 247 noua *N* nomina *NMS* 248 numinus *P* 249 ruina *P* 250 feres P^1 fauellis P^1 251 XI *PNM* FLVXVS SANGVINIS *N* 253 siccarent BL^1, siccaren P^1 fluctu S^1 254 nofraga P^1 traens *P* 255 defensa *PM* 256 sibi] **bi P^1 257 et] ex *BL* 258 portus] p***us P^1 nurma *N* 259 tacta] tac *N* benedicta P^1 261 (conplens *N*) 262 archanum *L*, arianum S^1, arrianum S^2 medelae *BL* 263 irrigui siccatur *S*, inrigi sicatur *N*, inriguis siccátur L^1, inriguis uocatur *B* fluentis L^1 264 pronetiam *expuncta* t *P* 265 unda** L^1, undata *B* 266 assidui PNL^2] assiduis BL^1MS 267 glutine *P*] gluttine *rell.* 269 incolumisque] incolomisque *codd.* 270 resumsit *P* 272 XII *PNM* SERPENS NATTANS *N* antestis P^1M, antistis S^2, martinus S^1 274 impulsu *L* (inpulsu *rell.*) uaga (*B*) 275 uada *Ven.* L^2 *in marg.*: colla

quem sacer inspiciens ait haec: 'in nomine Christi
impero, dira, tibi: pete cursum, bestia, retro'.
quae procul in fluvium sinuamina lenta reflexit
atque retorsit iter mox sarcina tanta veneni;
inde petit bibulas ripae ulterioris harenas
gurgite lapsa natans, totasque renavigat undas
obsequiis famulans et vipera perdidit iras.
imperiis iusti nec iniqua venena repugnant.
Forte dies aderant paschalia festa gerentes,
in quibus antistes partem quoque piscis edebat
addebatque bonus tum fercula reptile gustu.
sollicitat monachos, si copia piscis adesset;
respondit cui cura fuit commissa minister,
se toto piscante die captura negasse:
nil valuisse hamum saetis ab arundine iactum
nec potuisse aliquam vel retia ducere praedam.
cui constanter ait placido moderamine pastor:
'perge modo ad fluvium, tibi nec captura negatur'.
artificem spes certa movet, petit inpiger amnem,
implentur pariter monachorum examine ripae,
ut sacra Martini spectarent dicta prophetae,
quem scirent non cassa loqui neque verba refelli.
proicit ut fluvio cassem de puppe magister
molliter ac vitreo Ligeri trahit humida lina,
mox ingentem esocem modico sub rete coercet
et trahitur cognatus aquis ad litora piscis,
non rete artificis, sed Martini ore ligatus,
usibus et sancti se praeda natatilis offert,
tali morte magis vitae pro munere currens.
Nobile quin etiam ex praefecto Arborius effert
signum quod vidit se teste fidelis in urbe.

te redire. mox se mala bestia ad verbum sancti retorsit et in ulteriorem ripam nobis inspectantibus transmeavit. quod cum omnes non sine miraculo cerneremus, altius ingemescens ait: serpentes me audiunt, et homines non audiunt.

10, 1 Piscem Paschae diebus edere consuetus paulo ante horam refectionis interrogat, an haberetur in promptu. (2) tum Cato diaconus, ad quem monasterii administratio pertinebat, doctus ipse piscari, negat per totum diem sibi ullam cessisse capturam, sed neque alios piscatores, qui vendere solebant, quicquam agere quivisse. (3) vade, inquit, mitte linum tuum, captura proveniet. contiguum flumini — habebamus habitaculum. processimus cuncti, utpote feriatis diebus, videre piscantem, omnium spebus intentis, non incassa futura temptamina, quibus piscis Martino auctore Martini usibus quaereretur. (4) ad primum iactum in rete permodico immanem esocem diaconus extraxit et ad monasterium laetus accurrens *e. q. s.*

10, 5 Christum in se monstrabat operantem, qui sanctum suum usquequaque glorificans diversarum munera gratiarum in unum hominem conferebat. (6) testatur Arborius ex praefecto, vidisse se Martini manum

277 tibi dira *P*¹ bistea *N* 279 ueneni] uenit** *P*¹ 280 ripae *PNL*²] saepe *BL*¹*M*, sepe *S* harenis *P*¹ 284 XIII *PNM*, X *B* PISCIS CAPTVS *N* pascalia *S* 285 antestis *P*¹*M* partem] per partem *P* 286 addibatque *P*¹ bonus] bonufruo *P*¹ 287 pisces *P*¹ 288 fuit *L*²] foret *rell.* ministr* *L*¹ 289 captura *cf. ad III, 40* negasset *BL* 290 ualuisset h. seti sub *BL*¹ arundine *PNS*] harundine *BLM* 294 spes certa] sep s cer *sic N* inpiger *PNMS*] impiger *L* 298 fluui *N* 299 mollitur *P*¹ 300 erocem *B*¹, efocem *L*¹ coercet *LS*] cohercet *M*, co*ercet *B*, cohercit *PN* 301 littora *NS* 302 set *N* 303 uisibus *BL*¹*S*² sanctus (scs) *N* se *om. P*¹ 304 tali] ta *N* uitae *om. BL*¹ 305 XIV *PNM*, XI *B* MANVS GEMMIS GLORIFICATA *N* arboriis *N*, arborus *M*

inmaculata deo cum dona inponeret arae
et pater attonitus ceremonia diva sacraret
munera vel Christi benediceret ore sacerdos
inposita altari rata corporis atque cruoris,
emicuit subito manus alma decore superbo,
nobilium vario lapidum splendore coruscans,
undique visa rotae spargens radiatile lumen,
brachia purpureis vibrantia fulgura gemmis,
lumen et ad solis radians lux fulva metallis,
credula quo potius fierent miracula rerum:
vir simul ipse potens se tunc Arborius inquit
gemmarum gravium crepitantem audisse fragorem.
sic geminante fide iusti pia dextera fulsit
inque loco manicae micuit translata zmaragdus.
o Martine decens, lapidum velamine compte,
quam nova palla tibi, cuius textura coruscans,
trama topazos erat rutilans et stamen iaspis
et tunicae insignes currunt pro vellere gemmae!
quae manus artificis cataclyzica fila rotavit?
quis fuit hic opifex, ubi lana hyacinthina currit?
quis potuit rigidas torquere ad licia gemmas?
haec venerando magis poterunt quam fando referri.
quid secreta petis nec in abdita luminis intrans?
est, homo, quod stupeas, ubi nectit gratia telas.
    Historiae nobis oritur hic longior ordo,
sed breviore via data per conpendia curram.
Maximus imperii moderans quasi rector habenas
praecipit Ithacium tum armorum iure tueri,
ne quis cum peteret damnandum lege forensi,
accusatorem veterati Prisciliani.

Sulpic. dial. III.

sacrificium offerentis vestitam quodammodo nobilissimis gemmis, luce micare purpurea, et ad motum dexterae conlisarum inter se fragorem audisse gemmarum.

11, 2 Maximus imperator, alias sane bonus, depravatus consiliis sacerdotum post Priscilliani necem Ithacium episcopum Priscilliani accusatorem ceterosque illius socios — vi regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius cuiuscumque modi hominem fuisse damnatum. (*3*) interea Martinus multis gravibusque laborantium causis ad comitatum ire conpulsus procellam ipsam totius tempestatis incurrit. congregati apud

307 inmaculata *LMS*] immaculata *P*, inmacula *N* inponeret *PNMS*] imponeret *L* 308 aittonitus *N* ceremonia *P*] ceremunia *N*, cerimonia *rell.* 310 inposita *PNMS*] imposita *L* altari rata] alta P^1 311 superbo *PN*] superno *rell.* 314 bracchia S^1, brachiae *N* purporeis *P*, purpur *N* fulgura *S*] fulgora *rell.* 315 radians L^2] radiens *M*, rediens *rell.* fulua] sulcia *MS* 317 inquid *PN* 318 fragorem] fra***** P^1 319 uia (*M*) 320 tunicae L^1 translata PL^2] transflata *rell.* zmaragdus *PN*] zmaragdis S^1, smaragdus BML^2S^2, smaragdis L^1 322 cuius] cui uix BL^1 323 topazus *LS* 324 insignes *B*] insignis *rell.* 325 cataclyzica NP^2] cataclizica *BLMS*, cataclytica P^1, cataclistica *Browerus* 326 qui BL^1 hyacinthina] iacintina *L*, iacinctina *BS*, iacynctina *P*, iachintina *M*, iachynthina *N* 329 qui BL^1 intrans P^1] intras *rell.* 330 nectit *L*] nectet *rell.* 331 XV *PNM*, XII *B* ANGELVS AD EVM *N* hinc P^1 (inc *i. ras.*) 332 breuiore] longiore *P* auia *N* (conpendia *PNS*) 334 praecepit P^1M itatium *S* 335 dampnandum *M* 336 priscilliani *N*

mittit ad Hispanos armata sorte tribunos,
reliquias heresis qui quaerant et bona tollant
inventosque pares capitali crimine damnent,
sic tamen, ut cunctos occasio saeva feriret.
pluribus ergo malis bonitas inpulsa beati,
Leucadio pariter pro praeside prompta precatrix,
occurrit Treveros, aliis quoque mota querellis.
pontifices adeunt praedicti principis aures,
ne Martinus eat, synodi nisi pace recepta.
sed sacer adseruit Christi se in pace manere.
quo prius abstinuit sanctus se coetibus illis.
pontifices iterum occurrunt ad Caesaris aulam,
cogat ut innocuum se participare nocivis.
provocat alloquio quem molliter induperator,
ut sociaretur reliquis communio iusti,
Theognistum etenim solum discesse querellans,
cui non conplacuit communio noxia fratrum.
hinc quia non valuit flecti vehementia sancti,
abripit ex oculis se principis alta potestas.
mox percussores gladio minitante relaxat,
qui semel offensos iaculo figente trucident.
conperit ut sanctus reseratae fraudis amictum,
pollicitus regi, se participare sinistris,
et pietate calens deponit amore rigorem:
mens rea cuius abest, pars fit, communio culpae.
hinc se proripiens propere Martinus abegit.
aestuat interea gradiens gravis anxius angens,
cur vel ad horale spatium consensit iniquis.

Treveros episcopi tenebantur, qui cotidie communicantes Ithacio communem sibi causam fecerant *e. q. s.* — — (7) ineunt cum imperatore consilium, ut missis obviam magistri officialibus urbem illam propius vetaretur accedere, nisi se cum pace episcoporum ibi consistentium adfore fateretur. quos ille callide frustratus profitetur, se cum pace Christi esse venturum. (*8*) postremo ingressus nocturno tempore adiit ecclesiam tantum orationis gratia. postridie palatium petit. praeter multas, quas evolvere longum est, has principales petitiones habebat: pro Narsete comite et Leucadio praeside, quorum ambo Gratiani partium fuerant —: (*9*) illa praecipua, ne tribuni cum iure gladiorum ad Hispanias mitterentur. pia enim erat sollicitudo Martino, ut non solum Christianos, qui sub illa erant occasione vexandi, sed ipsos etiam haereticos liberaret *e. q. s.* (*12*, *1*) interea episcopi, quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad regem concurrunt, praedamnatos se conquerentes, actum esse de suo omnium statu, si Theogniti (sit deheognitis *V*, si theognisti *AF*) pertinaciam, qui eos solus palam lata sententia condemnaverat, Martini armaret auctoritas *e. q. s.* (*3*) ac primo secreto arcessitum blande appellat *e. q. s.* Theognitum (theognistum *AF*) odio potius quam causa fecisse discidium, eundemque tamen solum esse, qui se a communione interim separarit *e. q. s.* (*4*) quibus cum Martinus parum moveretur, rex ira accenditur ac se de conspectu eius abripuit. mox percussores his, pro quibus Martinus rogaverat, diriguntur. (*13*, *1*) quod ubi Martino compertum est, iam noctis tempore

337 mitti *NM* 338 relliquias *BL* quaerant] aerant *P*¹ 341 inpulsa *PMS*] impulsa *L* 342 leucadio *Browerus*] leocodio *codd.* praesede *N* prumpta *PNM* 343 querellis *PM*] querillis *N*, querelis *BLS* 345 synodi *PN*] sinodi *rell.* 346 asseruit *BL* 350 mollite *P*¹ 351 ut] *t *P*¹ commonio *N* 352 thognistum *BL*¹ querellans] querelans *BL*, querillans *rell.* 353 conplacuit *PNMS*] complacuit *L* commonio noxsia *N* 355 potestes *N* 356 percussoris *PB* 357 iacolo *P*¹ 358 conperit *PNM*] comperit *LS* frudis *N* 359 regis *NM Ven.*, rei *L*¹ paraticipare *P*, partipare *M* ministris *Ven.* 360 calens *PN*] cal *MS*, *om.* *BL* 361 pars *PNM*] par *BLS* commonio *N* 363 oradiens *M*, rediens *L* 364 oui *BMS* uel *om.* *P*¹ orale *P*

inde iter emensum per vasta silentia ducens
progressis sociis, ubi se Andethanna propinquat,
ecce viro insigni sacer obvius angelus adstat
praesenti alloquio, confessus publice vultus,
atque revelata facie sic comminus infit:
'quam merito, Martine, loco conpungeris isto!
nec poteras exire aliter, nisi iussa facessis,
inter utrumque nefas mercatus acerba doloris.
nunc age constanter repara virtutis honorem
et tibi te revoca trepidum, ne noxia frangant,
gloria ne pereat neu prospera lubrica perdant.
utere more tuo, te deinde redisce magister.
fortis athletae animos casus non obruit unus,
acrius insequitur hostem manus icta dolore
plagaque fixa solet mentes armare viriles
atque pudore recens crescit diro ulcere virtus
ac datur armigero victoria vulnere crebro'.
fraterno alloquio sic angelus explicat ore
et vice germani monitis animavit amantem.
tanta est cura dei Martinum avellere lapsu.
ulterius synodo neque se permiscuit insons
virtutisque suae damnis nova lucra paravit.
    Res probat ipsa tamen, sacro venerabilis actu.
namque ad pseudoforum cellae dum accederet aeger,
quem male vexabat nimium fera daemonis ira
ingenioque gravi torquebat iniquior umbra,
ante monasterii quam limina tangeret almi,
Martini faciem refugit ferus hospitis hostis

Sulpic. dial. III.

palatium inrupit. spondet, si parceretur, se communicaturum, modo uti et tribuni iam ad excidium ecclesiarum ad Hispanias missi retraherentur. nec mora, Maximus indulget omnia. (2) postridie Felicis episcopi ordinatio parabatur —. huius diei communionem Martinus iniit, satius aestimans ad horam cedere quam his non consulere, quorum cervicibus gladius imminebat *e. q. s.* (3) — postero die se inde proripiens cum reverteretur (revertens *AF*) in viam et (et *om. AF*) maestus ingemesceret, se vel ad horam noxiae communioni fuisse permixtum, haut longe a vico, cui nomen est Andethanna, qua vasta solitudine silvarum secreta patiuntur (patescunt *Halmius*), praegressis paululum comitibus ille subsedit, causam doloris et facti accusante ac defendente invicem cogitatione pervolvens. (4) adstitit ei repente angelus: merito, inquit, Martine conpungeris, sed aliter exire nequisti. repara virtutem, resume constantiam, ne iam non periculum gloriae, sed salutis incurras. (5) itaque ab illo tempore satis cavit cum illa Ithacianae partis communione misceri *e. q. s.* (6) sedecim postea vixit annos: nullam synodum adiit, ab omnibus episcoporum conventibus se removit.

14, 1 Sed plane, ut experti sumus, inminutam ad tempus gratiam multiplicata mercede reparavit. vidi

---

366 *otiis *P*[1], sotiis *P*[2] ibi *BM* andethanne *B*, andenthanne *L*[1] 367 uero *P*[1] obhuius *P* 368 praesenti *PN*] praesente *LS*, presente *B*, presens *M* 369 reualata *N* sic *om.* *P*[1] fit *P*[1] 370 martini *P* conpungeris *sic codd.* 371 neu *B* poteris *B*[1], properas (*M*) facissis *P*[1], facesses *L*[1] (*cf. Verg. Aen. IV, 295*) 372 acerua *MS* 374 frangunt *N* 377 atheletae *N*, athilete *M* 378 acriuus *N* 379 mentis *P*[1] 381 tatur *N* uicturia *P*[1] 382 splicat *P*[1] 383 germani munitis *P*[2], germani munites *P*[1], germanitis *B*, germanitas *L*[1] amanentem *N* 385 synodo *SL*[2]] synodi *rell.* (sinodi *B*) se *om.* *P*[1] 386 uirtutesque *NP*[2] 387 XVI *PNM*, XIII *B* NERGVMINVS SANATVS *N* 388 seudoforum *BL*[1] 391 qua *BM* 392 hostis] hospis *M*

et benedicta viri terror fuit ora videri;
non sufferre valens res obscurissima lumen
nec vaga constantem fugit infida corde fidelem,
saeva bonum, furiosa pium, truculenta benignum:
sic quoque nigranti retimetur ianua lucis.
en medicina sacri satis unica, cuius opimum
hospitium vidisse fuit meruisse salutem:
sanctus in aede latet, foris exit origo medellae
et cura ante datur, medici quam forma videtur.
Nec satis est mirum dederit quid corpore praesens,
nomine sub cuius sparguntur dona per orbem.
denique cum quidam Tyrrenum curreret aequor,
fert iter ad Romam quod velificante volatu,
turbinis inpatiens oritur violentia venti,
exiliunt fluctus, feriunt cava vela rudentes,
nutat pinus iners, rapiuntur signa ceruchis,
levis et antemnae coeuntia cornua frendent;
artis inops stupidus resilit de puppe magister,
stant undae, armatura cadit, fragor aequoris urguet,
prora bibit dum nauta vomit, perit ars, iacet usus,
spes fugit, ira premit, rapitur lux morsque minatur.
casibus in dubiis certi vergente salute
dum trepidant omnes, Aegyptius haec ait unus,
qui nec dum Christi charismata senserat exsors:
'Martini deus, eripe nos'. mox dira procella
conruit et pelagi tumor altus ad ima resedit.
sternitur unda rati, liquidi stetit area campi
atque inmota loci iacuerunt murmura ponti.
gurgitis optati trabe curritur aequor amicum,
litoris ora legunt flabris data vela secundis
atque petens portum vada complet nauta celeuma.
sic bene pro meritis famulo dat Christus honores,
cuius eunte fide terras mare sidera supplet.
Pangere gesta libet reliquo veneranda relatu.

postea ad pseudoforum monasterii ipsius adductum energumenum, et prius quam limen adtingeret, fuisse curatum.

ibid. Testantem quendam nuper audivi, cum in Tyrreno mari cursu illo, quo Romam tenditur, navigaret, subito turbinibus exortis extremum vitae omnium fuisse discrimen. (2) in quo cum quidam Aegyptius negotiator necdum Christianus magna voce clamaverit 'deus Martini eripe nos', mox tempestatem fuisse sedatam, seque optatum cursum cum summa placati (placidi *AF*) aequoris quiete tenuisse.

14, 3 Lycontius ex vicariis vir fidelis, cum familiam illius lues extrema vexaret et inauditae calamitatis

---

393 uire *N* 396 troculenta *PN* 397 retimetur *PN*] retinetur *rell.* 398 sacris *S*, sacra *M* 400 medellae *NM*] medillae *P*[1], medelae *BLSP*[2] 402 XVII *PNM*, XIV *B* NAVTA DVM (*corr. ex* nomen) MARTINI VOCAT *N* 404 tyrrenum] tirrenum *SL*[2], terrenum *rell.* 405 quod] dum *S*[1] ueleficante *NM*, uelificanti *P* 406 inpatiens *PS*] inpaciens *NM*, impatiens *L*, impaciens *B* 408 ceruchis *Browerus*] chirucis *P*[1]*L*[2], chiruscis *rell.* 409 leuis *Ven.*] lenis *codd.* antemnae *sic codd.* 411 aequoris urget *L*, aequoris urgus et *N*, equor insurguet *P*[1] 412 uomit *BL*] uomet *rell.* 414 certi] *fort.* citius 415 aegiptius *S*, aegyptus *P*[1] 416 exsors *sic codd.* 418 conruit *PNM*] corruit *BLS* tumo* *P*[1] 420 inmota *LM*] immota *S* 421 gurgitis *PBL*] surgitis *NMS*, *fort.* cursibus optatis 422 littoris *S* ore *P* 423 celeuma *ablat.* 425 sydera *S* 426 XVIII *NM*, XV *B* LICONIS EMPTA (*i. e.* Liconti exempta) LVES *N* relati *N*

indoles a patribus generosa Lycontius olim,
clarus honore, fide, locuples ab origine currens;
cumque domum propriam lues exitialis adisset
cunctaque tabifluus penetrasset acumine morbus,
quo miserabilium famulorum sive clientum
una strages erat divisa, per ulcera languens,
dicere quo posses prostrata cadavera telis
(res extrema etenim nil nobilitatis honorat),
praesidii spes sola manet Martinus in orbe.
mittitur ad sanctum veneranter epistula cursu
auxilium rogitans, hoc corde, hoc flagitat ore:
'ni cito subvenias, rapit omnia pestis acerba,
per spatium ferale trahens in Tartara cunctos,
et grassata diu quid agant contagia perdunt.
qui potes adfer opem pendenti in morte catervis:
desperata salus solacia fida requirit'.
quae pius ut sensit divino inlata flagello,
se nec posse timet facili exorare precatu.
attamen excipiens votum miserantis amici
septem nempe dies, totidem sub sidere noctes
pervigil incubuit, ieiunia nulla relaxans,
continuata trahens per tempora iuge precatu,
nec prius absistit, nisi supplicis illa Lyconti
vota recepta daret domuique medella rediret
et rediviva salus fugitivum expelleret ulcus.
qui tamen ut didicit sancti obtinuisse laborem,
advolat et grates devoto corde rependit
ereptaque domo sua gaudia munere pensat,
pro merito fidei donum vice centurionis,
Israheli dominus quem praetulit ore potenti,
et prius hausit opem genitae quam intraret in aedem.
denique sancto offert argenti pondera magna,

Sulpic. dial. III.

exemplo per totam domum corpora aegra procumberent, Martini per litteras inploravit auxilium. (*4*) quo tempore vir beatus rem esse promisit difficilem inpetrari (*F*, r. e. permensus d. impetrat *A*, remeare permissus difficili inpetratione *V*, r. e. promsit difficilem inpetratu *Halmius*): nam spiritu sentiebat, domum illam divino numine verberari: tamen non prius destitit septem totos dies totidemque noctes orando et ieiu-

427 idoles P^1S licontius *LS* 429 proriam *P* adissit *PN* 430 penetrassit *N* 432 stragis *PNM* 433 posses *Ven.*] possis *codd.* 434 nubilitatis *M*, humilitatis *S* 435 spe *P* orbe L^2] orbem *rell.* 436 epistula *PN*] epistola *rell.* (*per comp. L*) 437 flagitat] rogitat *MS* 438 subuenias] subueniat *codd.* pestes *PN* acerba *BL*] acerua *rell.* 440 grassata *BL*] crassata *rell.* *fort.* quod agant (*scil.* in tartara); quid agas (*i. e.* quod serues, *debuit* quod agas) *Luchius* 441 cateruae *Ven.* 442 desperata L^2] disperata *rell.* solus s. fide BL^1 riquirit P^1, requiret *M* 443 diuino PNL^2] cui non BL^1MS flagella P^1 444 facile *P* 446 sydere *S* 447 perinuigel P^1 448 iuge] *uge P^1, uile *M*, multa (*B*), mille *Ven.* plecatu P^1, precatus *Ven.*, precatum (*neutr.*) *Mommsenus* 449 pius P^1 suplicis *P*, puplicis *N* lyonti *B*, liconti *L* 450 uocata P^1 medella MP^2] medilla *N*, mede*la P^1, medela *BLS* 452 quia P^1 dedicit *N* obtenuisse *P* 453 grates PNL^2] gratis BL^1MS rependet P^1 454 etreptaque *N* 455 domum *BMS* (donum *scil.* gaudia) 456 israheli *PN*] hisraheli *rell.* que *MS* 457 ausit *M* *fort.* genito (*Matth. 8, 5* παῖς puer, *Luc. 7, 2* δοῦλος seruus: *error poetae*)

ter tricena, decem superaddita, merce patroni.
addit et has voces recreato pectore supplex:
'quid tibi, celse pater, vitae pro munere solvam,
cum pretio non possit emi haec lux neque vendi,
unius aut animae mercari vita valebit?
cum vero illa meae domui lues una noceret
nec superesset opis reliquum quod redderet ullum,
praesidio ecce tuo mihi nempe tot agmina vivunt,
sexus et aetatis numerosa caterva meorum,
cum stupeam solidae revocata cadavera vitae
et quibus obsequerer morientibus, ecce ministrant.
nam statim ut tua vox penetralis ad astra volavit
et visa est meritis curvare cacumina caeli,
quo vicina tibi fierent oracula Christi
expositaeque preces ante ora fuere Tonantis
ac recitata fuit pia vox dominantis in aurem,
mox bonitas indulsit opem praesente medella,
corpora deseruit membratim tabes acerba,
qui potuere mori subitae rediere saluti,
et viguere spe pede viscere lumine voce,
ac languor moritur viventi in carne sepultus.
unde, pater, modicum pro vivis sume tributum,
fenore vel minimo tolerans dum debita solvo'.
sed neque suscepit neque reppulit ille quod offert,
ante monasterii sed quam bene limen adiret,
captivis tribui redimendis pondera iussit.
sic uno ex casu fert dona gemella beatus:
his libertatem dedit illis unde salutem
[ut modo captivos duris laxantia poenis]
ac concordi animo cecinerunt gaudia plausu.
Hoc idem est mirum, niteant si verba relatu.
occurrit cellae cum quidam e fratribus algens,
carbone ingesto ardebat fornacula sancti.
considet ergo celer, rapiens quasi lucra vaporis,
inguine nudato, pede iacto, poplite panso.
vir sacer inclusus de cella protinus inquit:

nando continuans, quam id quod exorandum receperat inpetraret. (5) mox ad eum Lycontius divina expertus beneficia pervolavit, nuntians simul et agens gratias, domum suam omni periculo liberatam. centum etiam argenti libras obtulit. (6) quas vir beatus nec respuit nec recepit, sed priusquam pondus illud monasterii limen adtingeret, redimendis id captivis continuo deputavit *e. q. s.*

14, 7 Succurrunt hoc loco illius viri magna miracula, quae facilius admirari possumus quam referre. agnoscitis profecto quod dico: multa sunt illius, quae non queant explicari. velut istud est, quod nescio an

---

459 tricena *L*[2]] trecena *rell.* decem *NL*] decim *rell.* 460 as *P* 462 uindi *PNM* 463 mergari *ex* mergare *P* uata *N* 465 redderet *i. e.* seruaret 468 solidece *P*[1] 469 ministra *P* 471 cac. cael. curu. *MS*[1] 475 medella] medilla *P*[1]*N*, medela *BLSP*[2], medelle *M* 476 acerba *LB*[2]] acerua *rell.* 477 subtae redire *N* 478 uiguere *sic codd.* 479 langor *PNM* 483 ad***ret *L*[1], adheret *B* 484 pondere *N* 486 libertati *P*[2] 487 *versus orationis conexum interrumpens huc inlatus est ex Paulini Petricordiensis vit. Mart. V, 853* captiuos *L*[2] *Paulinus*] captiuus *BL*[1], capt***s *P*[1], captiuis *NMSP*[2] 488 plausum *BL* 489 XIX *NM*, XVI *B* FRATER AD FORNACVLAM IGNIS INCREPVTVS *N* 492 considet *S*] consedet *PN*, considit *BLM* 494 inquid *PN*

'quis foris incestat nudus habitacula nostra
corpore detecto, puro genu et inguine nudo'?
quid fuit hoc? docti, vos dicite, quaeso, sophistae:
Martini ante oculos paries quasi lintea lucet
aut quas filo agilis contexit aranea telas,
retia vel nexis per rara foramina filis.
unde hic tam tenuis structura patescit hiulca?
an se saxa levant aut reddunt scissa fenestram?
seu duri lapides lento se glutine solvunt?
an casa maceriae vitreo se margine tendit
aut speculare dedit, quo sanctus lumine transit?
an levior paries revoluto cessit in arcu
et stetit incolumis rapido suspensus in ictu?
nobilis aut acies oculorum et marmora transit,
clarior ac visus per cuncta obstacula pergit?
pinniger an clausi volitavit ad ora minister
ac per opertum aperit et in invia nuntius intrat?
an quia lumen erat totum foris, intus habebat?
carne sedente loco velox an spiritus ibat?
pandite, doctiloqui, conprendite clausa, diserti!
quid numeris, atomis, ratione potestis et ore?
hic fugit ars oculos: nisi Christum, nulla videtis.
quanta dei virtus, Martini est gratia quanta!
hac ope mirificus homo complet quod homo nescit,
explicat ac fidei merito quod et obstat origo.
    Quod superest etiam, memoretur honore patroni,
consummanda suo properat quia pagina textu.
forte sacer residens per dura sedilia ligni
prospicit hinc larvas pendenti rupe gemellas,
tegmine pullatas, tristi terrore sonoras,
fraude laborantes, iaculantes spicula fellis,
nequitiae artifices, rebus gravia arma sinistris.
voce venenata verba haec anguina rotabant:

Sulpic. dial. III.

ita, ut gestum est, a nobis possit exponi. (*8*) quidam e fratribus — cum ad fornaculam illius carbonum copiam repperisset, et admota sibi sellula divaricatis pedibus super ignem illum nudato inguine resideret, continuo Martinus factam sacro tegmini sensit iniuriam. (*9*) magna voce proclamans, quis, inquit, nudato inguine nostrum incestat habitaculum? hoc ubi frater audivit et ex conscientia quod increpabatur agnovit, continuo ad nos cucurrit exanimis, pudorem suum non sine Martini virtute confessus.

15, 1 (caput in V omissum, in F sub finem dialogi reiectum, a Paulino non expressum, cf. Paulin. V. 856) Quodam itidem die, dum in area, quae parva admodum tabernaculum illius ambiebat, in illo suo, quod nostis omnes, sedili ligneo resedisset, vidit duos daemones in excelsa illa, quae monasterio supereminet, rupe con-

---

497 fuit] sit *M*   sophystae *N*   499 quas filo *PN*] quasi filo *BL*, quasilo *MS*   agilis] agiles *codd.*   503 glutine *PL*] gluttine *rell.*   504 casu *N*   maceriae *L*] macerie *B*, macheriae *NMS*. macherie *P*   uidreo *P*   505 quos *PNS*²,quod *S*¹   506 ac *MS*   seuoluto *N*   arco *M*   507 incolumis] incolomis *codd.*   508 occulorum *N*   510 penniger *BL*, pigniter *S*   511 in *om.* *P*¹*MS*¹   512 totus *M*   514 pandete *S*¹   conprendite *P*²] comprendite *LB*², conprehendite *rell.*   515 atomis] athomis *codd.*   518 haec *NM*, hec *P*   520 xx *NM*   BRIABTIVS CONVITIA BVOMIT *N*   quod *L*²] quid *rell.*   momoretur *P*¹   522 resedens *PN*   pur d. sedilla *N*   523 repe *N*, sepe *M*   524 pallatas *M*, pollutas *S*   525 laboratas *L*¹

'quid valet ira tumens? eia te, Brictio, monstres'!
hoc iterum repetunt, donec male Brictio motus
inruptis foribus sancto convicia vergit,
iurgia multa vomens turbata mente satelles,
se meriti melioris ovans quam sanctus haberet.
sic gestu rabidus neque se agnoscebat amarus,
vitae gesta suae temerarius arbiter inflans,
intolerabiliter per inania bombica iactans,
vento motus iners simulans foliatilis umbrae,
excussa cervice rigens, levitate rebellis,
exagitans animum pede iacto, pectore tenso,
inrationalis tumido gliscente cothurno
nec se mente capax, sensu spatiante vacillans
inque sacerdotem truculenter acerba redundans.
sed quid in abiectum Martinum haec turbida volvit?
quid humili placido tam dira superba minatur?
cur animae nimium dulci tot amara ministrat?
non decet haec audire pium neque ferre benignum.
dirus erat graviter qui melli absinthia miscet:
ille tamen pietate calens nihil intulit hosti,
excipit iratum placatus, amanter amarum,
oblectans rabidum et per mollia famina mulcens,
et nescit non esse pater sine felle vel hosti.
qui tamen, exorante viro larvisque fugatis,
dum redit ad mentem furiosus Brictio pridem,
pontifici occurrit voto prece corpore supplex;
sed bonitate pii celer indulgentia fluxit.
non apud hunc opus ecce diu lacrimando rigari
aut prece multiplici veniam sperare nocenti,

sistere, inde alacres ac laetos vocem istiusmodi adhortationis emittere: heia te Brictio (briccio *AF ut infra*), heia te Brictio. credo cernebant miserum eminus propinquantem, conscii quantam illi rabiem spiritus suscitassent. (2) nec mora, Brictio furibundus inrupit: ibi plenus insaniae evomit in Martinum mille convicia. obiurgatus enim pridie ab eo fuerat *e. q. s.* (3) quibus rebus infelicissimus insano felle commotus et, ut credo, praecipue daemonum illorum agitatus instinctu, Martinum ita adgressus est, ut vix manibus temperaret, cum quidem sanctus vultu placido, mente tranquilla infelicis amentiam per mitia verba cohiberet. (4) sed ita in eo nequam spiritus redundabat, ut ne sua quidem illi, quamvis vana admodum, mens subesset: trementibus labiis incertoque vultu decolor prae furore rotabat verba peccati, se asserens sanctiorem *e. q. s.* (5) haec cum multa atque alia etiam, quae reticere melius est, acerbiora vomuisset, egressus tandem furore satiato, quasi qui se penitus vindicasset, rapidis ea parte qua venerat gressibus recurrebat. cum (cum *delend.*) interea, credo per Martini orationes fugatis ab illius corde daemonibus, reductus in paenitentiam mox revertitur atque ad Martini se genua prosternit: veniam poscit, fatetur errorem nec sine dae-

---

528 eiac *MS* briccio *L*[2], britio *M* 529 britio *M* 530 conuicia] conuitia *codd.* 531 uomens] mouens *codd.* satellis *PNM* 532 se merito meliore sonans *L*[2] 533 rapidus *PL* se *om. N* agnuscebat *P*[1], agnoscebant *N* 534 sua *P* tenarius a. **** inflans *N* 535 intolerabiliter *BLP*[2]] intollerabiliter *P*[1]*N*, indetolerabiliter *MS* 536 foliatibus *N* 537 rebellis] rebliss *sic N*[1] 538 lacto *MS* 539 giscente *N* cothurno] coturno *PNBL*, uacillans *S*, uacellans *M* (*sic*) 540 uacellans *NM*, uagellans *P* 541 acerba *BL*] acerua *NMS*, accerua *P* 543 superua *P* 546 durus *BL* absintia *M* miscit *PNM* 547 caelens *N* 548 platus *P* 549 rabidum *PNS*] rapidum *BM*, animum *L* 550 falle *N* osti *P* 552 brittio *NS* 553 uoto *PL*[2]] toto *BL*[1]*MS*, *om. N* subplex *N* 554 *om. MS* 555 ecce] esse *codd.* rigari *NS*[1]] rogari *PBMS*[2], rogare *L*

qui magis expetiit culpas donare reatus
credidit et damnum quidquid non praestitit ultro,
haec sua lucra putans, dimittere debita noxae,
obvius occurrens quaerenti munera pacis,
irasci nulli cupiens, ignoscere cunctis,
foedera sola ligans celer et delicta relaxans,
effugiens ne quando sibi daret ultio damnum,
rem pietatis agens; satis est clementia vindex,
quae pia dona metens fieri non indiget ultrix,
omnibus aucta bonis, cui dos et gloria pax est.
vir tamen ipse sacer, pietatis ab agmine miles,
foedera semper amans et pacis in arma triumphans,
supplicis ad vocem miserantia viscera laxat
inque sinu veniae trepidum mulcendo reduxit
atque reum solite patria pietate recepit.
Haec tua, dulcis, erant holocausta sacraria templa,
haec tibi divitiae thesauri regna talenta
flos odor esca sapor mera cinnama balsama tura,
haec, sacer, omnis erat, haec tota, haec unica cura:
Christum corde pio, Christum meditarier actu,
reddere nolle vicem, misereri et parcere culpae.
criminis indultor, veniam memor, ara reorum,
spes miserabilium, fuga larvarum, arma sequentum,
praeda catenarum, errantum via, cura medentum,
omnibus una salus, amor omnibus, unus amator,
quis tibi digna loqui valeat quem mundus honorat?
quid, pie vir, satis est cui laudis debitor orbs est?
quaeque referre volens neque totus id explicat axis.
iugiter amplexu Christum corde, ore retentans
nec sine te patiens dominum discedere quoquam,
tecum semper habens vinctum pietate Tonantem;
adstrictus precibus neque se solvebat amator,
cuius amica fides tantum tibi contulit arcis,

Sulpic. dial. III.

mone se fuisse tandem sanior confitetur. (*6*) non erat apud Martinum labor iste difficilis, ut ignosceret supplicanti. tunc et ipsi et nobis omnibus sanctus exposuit, qualiter illum a daemonibus vidisset agitari: se conviciis non moveri, quae magis illi, a quo essent effusa, nocuissent *e. q. s.* — (*16*, *2*) dolenda hominis et miseranda condicio, etiamsi hac sola insanabilis mali peste premeretur. verum ista ei patientiae et tranquillitatis exempla referre saepius, Galle, debueras, ut nesciret irasci et sciret ignoscere.

---

557 et petiit culpa *M*, ét petit culpa *S*, expetiit causas *L* readus *P* 558 dampnum *M* quidquid *PN*] quicquid *rell.* praestitit] prestitit *BL*, perstitit *PNMS* 559 demittere *NM* 561 nulla piens *M*, nullas piens *S* ignuscere P^1 562 celer et] celet *N* 564 uindex] supplex L^1 565 metens] mentes *MS* indigit *P* ultrex *PN* 566 auta *N* pax] et pax B^1L^1 est] e *sic N* 569 subpliciis *N* ac BL^1 laxans *L* 570 sinum u. t. miserando *L* 571 XXI *et in dext. mg.* LAVS SANCTI *N in quo hic versus minio pictus est* solitae *BM* pietate *om. N* 572 XXI *M*, XVII *B* holochausta *L* 573 hae SL^2, ac L^1 576 christo L^1 pium BL^1 578 ueniae L^2 memor ara reorum PL^2] meror ara reorum *N*, memorare reorum BL^1MS 579 mirabilium *N* lacruarum *MS* 580 praeda] raeda *Mommsenus, fort.* praedo 583 laudes *P*, laus des *N* 584 q. r. u.] quaere re uolens S^1, quere uolens MS^2 totus *om.* S^1 id PL^2] *om. rell.* 585 retentas *M* 586 discere *N* 587 habes L^1, hauens *P* 588 astrictus *BL* neque se] ne *MS* 589 contullit P^1

ut solem radiis et lunam cursibus aeques,
qui splendore nitens pulcher quasi Lucifer exis
ac fulgore dei vir fulgidus ipse coruscas,
tegmine vir niveus, miro diademate fulvus.
Supplicis esto memor famuli exauditor, opime,
Fortunati inopis, trepidi sibi sorte reatus,
morbida quem rabide circum sua crimina latrant
et fera delicti penetraliter ulcera mordent.
intercede, precor, veniam, vir adepte coronam,
eripe, pastor, ovem, ne clauda vel extera restet,
porrige, celse, manum, rege gressum, dirige sensum
excessusque graves leviore examine penses
ac potius pietas opulens miserando precetur,
mitis et exores placide fomenta medellae,
inter et ipse deum atque reum mediator adesto.
defixis genibus, tensis ad sidera palmis,
vocibus inclusis, animis penetrantibus auras
obtineas meritis, iudex cum venerit orbis
(tu quoque iussus eris dextro residere sedili)
arbiter in populos, tribuum pavor ante tribunal,
qualiter effugiam flamma stridente caminum.
tu precor ut fragilem sacro velamine celes
et tua me trepidum defendat ab igne lacerna.
scio posse reum quemvis tibi cedere Christum,
quem sociat proprio mansura in saecula regno.
sis precor in domino famuli memor, alme, per ipsum
cuius erit tibimet lumen sine fine videndum.
da veniam, dulcis pie blande benigne patrone,
condere dum volui quia laesi carmine flores.
sed tua laus nullo breviabitur ampla relatu,
quem deus in terris pariterque tetendit et astris.

Pone, libelle, modum, trepido verecunde relatu;
multiplices faciens dissuto stamine rugas
nec bene fila ligans nodo subit aspera tela,
hispida, cameli rigido quasi vellere texta,

17, 2 Ista interim de illo viro portabis Orienti, et dum recurris diversasque oras, loca, portus, insulas

590 aeques] imples *M* 591 quasi LB^2] quam si *rell.* exiis *P*, axis *BL* 592 ac] ac si P^1 corruscas *N* 593 tegimine *N* deademate *P* 594 XXII *NM*, XVIII *B* PRO SE AVCTOR ORAT *N* esto *BL*] ergo *rell.* exaditor *N* 595 sorde *P* 596 quam *P* rapide *PM* 598 ueniam uir] ueniamur *N* 600 gressu *PN* 601 etcessusque *P*, excussusque L^1, excelsusque S^1 leuiore] leuiori *codd.* pensus *N* 602 opolens *PN* 603 medellae *M*] medillae P^1N, medelae $BLSP^2$ 605 sydera *S* 606 *om. S, suppl. in ora infima* 607 optineas *BL* c. u.] conuenerit *N* 608 iusus eris *P*, iuseus ris *N* dextra *MS* resedere *PN* sedili *BL*] sedile *PNS*, sedillae *M* 609 arbitrer *N* 611 tu *PNB*] tum *L*, te *MS* 612 lucerna BL^1 613 scio *PNMS*] nam scio *BL* cedere *BL*] adere *P*, credere *NS*, crede*re *M* 614 propria m. i. saeculo *N* 615 alma *PM* 618 condece *S*, concede *M* 620 quam *B* in terris *om.* S^1 que *om. L* et astris *om.* B^1 621 XXIII *NM*, XIX *B* AD LIBELLVM AVCTOR *N* *cf. Paul. Diac. hist. Langob. II, 13* trepido *om.* BL^1, tepido (*M*) uereconde *S* 624 camelli *M*, camilli *PN*

serica cum decuit Martini pallia duci
aut praetexta micans auro sub tortile necti
vel toga permixtis hyacinthina curreret albis,
pingere seu variam rosa lilia gemma coronam.
marcida lingua iacet, veniam tibi posce, libelle.
contentus tantum Turonum pete moenia supplex,
qua Martinus habet veneranda sepulchra sacerdos,
cuius honor tumuli facit hic sua rura tueri;
qui pietatis opem tribuat, nam largus ubique
scit nihil esse meum, sua sed sibi dona recurrunt.
si tamen urgueris, ut adhuc temerarius intres.
inde Parisiacam placide properabis ad arcem,
quam modo Germanus regit et Dionysius olim.
si pede progrederis, venerato sepulchra Remedi
atque pii fratris conplectere templa Medardi.
si tibi barbaricos conceditur ire per amnes,
ut placide Rhenum transcendere possis et Histrum,
pergis ad Augustam, qua Virdo et Licca fluentant.
illic ossa sacrae venerabere martyris Afrae.
si vacat ire viam neque te Baiovarius obstat,
qua vicina sedent Breonum loca, perge per Alpem,
ingrediens rapido qua gurgite volvitur Aenus.
inde Valentini benedicti templa require,
Norica rura petens, ubi Byrrus vertitur undis;
per Drauum itur iter: qua se castella supinant,
hic montana sedens in colle superbit Aguontus.
hinc pete rapte vias ubi Iulia tenditur Alpes,
altius adsurgens et mons in nubila pergit.
inde Foro Iuli de nomine principis exi
per rupes, Osope, tuas, qua lambitur undis
et super instat aquis Reunia Teliamenti.
hinc Venetum saltus campestria perge per arva,

Sulpic. dial. III.

urbesque praeterlegis, Martini nomen et gloriam sparge per populos: in primis memento non praeterire Campaniam: (3) etsi maxime cursus in devio sit, non tamen tibi tanti sint vel magnarum morarum ulla dispendia, quin illic adeas inlustrem virum ac toto laudatum orbe, Paulinum *e. q. s.* (4) illi omnia referes, illi cuncta recitabis, ut mox per illum sacras viri laudes Roma cognoscat, sicut primum illum nostrum libellum non per Italiam tantum, sed per totum etiam diffudit Illyricum *e. q. s.* (5) inde si forte ad Africam trans-

625 pallea *BL* 626 auc prexta *N* auri subi tortile *MS* nocti *M*, nati *P* 627 hyacinthina] iacintina *L*, iachintina *BM*, iachyntina *PNS* alpis *P* *fort.* hyacinthis currere et albis 629 licet *MS*, tacet *Ven.* 630 contentus *i. e.* cum contentione tanto *N* turonum *sic codd.* 631 sepulcra *S* *post* 632 *versum intercidisse suspicatur Mommsenus, quo Martini successorem adire libellum poeta iusserit* 635 s. t. urgeris *L*, stamen urgueris *P*, si tamen nurgueris *N* 636 arcem] urbem *L* 637 regit *BL*] reget *rell.* dionysius] dionisius *codd.* (dyonisius *M*) 638 uenerata *BL*[1]*M* sepulcra *S* remigi *L* 639 (conplectere *NS*) 640 barbaric** *P*[1], barbaricus *N* ceditur *MS* 641 renum *MS* 642 ad *om. MS* augustum *N*, agustum *P* et *om. L*[1] luca *L*[1] *et B v. l.*, lica *L*[2] fluentans *MS* quam Vindo Lycusque fluentat *Ven.* 643 martiris *B*, uirginis *Ven.* 644 baiouarius *sic codd.* obtat *S*, optat *M* 646 aenus] enus *codd.* 648 pyrrus *MS* 649 quae *N* 650 aguontus] auuntus *codd.*, aguntus *Browerus*, *cf. C.I.L. III p. 590* 652 pergens *BL* 654 osoper *MS* tua *N* 655 reuunia *N* teliamenti] teliamentis *PN*, telia mentis *rell.*, *cf. carm. praef. 4* *cf. C.I.L. V p. 169. 178*

submontana quidem castella per ardua tendens;
aut Aquiliensem si forte accesseris urbem,
Cantianos domini nimium venereris amicos
ac Fortunati benedictam martyris urnam
pontificemque pium Paulum cupienter adora,
qui me primaevis converti optabat ab annis.
si petis illud iter qua se Concordia cingit,
Augustinus adest pretiosus Basiliusque.
qua mea Tarvisus residet, si molliter intras,
inlustrem socium Felicem quaeso require,
cui mecum lumen Martinus reddidit olim.
per Cenetam gradiens et amicos Duplavenenses,
qua natale solum est mihi sanguine, sede parentum,
prolis origo patrum, frater, soror, ordo nepotum,
quos colo corde fide, breviter peto redde salutem.
si Patavina tibi pateat via, pergis ad urbem:
huc sacra Iustinae, rogo, lambe sepulchra beatae,
cuius habet paries Martini gesta figuris;
quove salutis opus celso depende Iohanni
atque suis genitis, sociis per carmina nostris.
hinc tibi Brinta fluens iter est, Retenone secundo;
ingrediens Atesim, Padus excipit inde phaselo,
mobilis unde tibi rapitur ratis amne citato.
inde Ravennatem placitam pete dulcius urbem:
pulpita sanctorum per religiosa recurrens
martyris egregii tumulum Vitalis adora,
mitis et Vrsicini, parili sub sorte beati.
rursus Apollinaris pretiosi limina lambe
fusus humi supplex, et templa per omnia curre:
expete Martini loculum, quo iure sacelli
iam desperatum lumen mihi reddidit auctor:
munera qui tribuit, saltim, rogo, verba repende.
est ubi basilicae culmen Pauli atque Iohannis,
hic paries retinet sancti sub imagine formam:

fretabis, referes audita Carthagini *e. q. s.* (*6*) iam si ad laevam Achaiae sinum paululum devexus intraveris, sciat Corinthus, sciant Athenae, non sapientiorem in academia Platonem nec Socraten in carcere fortiorem *e. q. s.* (7) cum vero ad Aegyptum usque perveneris, quamquam illa suorum sanctorum numero sit et virtutibus superba, tamen non dedignetur audire, quam illi vel universae Asiae in solo Martino Europa non cesserit *e. q. s.*

---

657 quidem] quidem qui *N* 658 aquiliensem *sic codd.* 659 cantianus P^1 domine *N* 660 martiris *B* 661 cupienter] ueneranter *L* 662 optabat BLS^2] obtabat *rell.* 663 cordia *N* tingit P^1 664 pretitisus P^1 665 quam *BS* resedet *PN* intrans BL^1 666 require***** *P* 668 cenetam] cenitam *codd.* (cinitam P^1), *cf. C.I.L. V p. 1067* grediens *NB* 670 fratre *N* nepotum] parentum *MS* 671 salute *NS* 672 patauin* P^1 673 hunc *MS*, hic *Ven.* sacrae *MS* sepulcra *S* 676 genitis PNL^2] gentis BL^1MS 677 hinc BLS^1] hic $PNMS^2$ drinta P^1 *ut vid.* rete none *S*, *nomen fort. corruptum; videtur Medoacum alterum significare* 678 ingrediens *cf. 646* atesim L^2] atisim *rell.* (atisin *S*) excepit *NS*, excaepit *M* faselo *S* 679 nobilis L^2 inde *S* 680 pede ducius *P* 681 religiosa *S*] relligiosa *BM*, relegiosa *PN*, rellegiosa *L* 682 martiris B^1 tumolum P^1 adhora *M* 684 appollinaris *M*, apollonaris BL^1 pretiosa *L* 686 et pete (*B*) *Ven.* 687 disperatum *P* 688 que *M*, quae *S* saltem L^2 *ut vid.* rependet *MS* 689 ibi *B* 690 sancti *om.* *N*

amplectenda ipso dulci pictura colore.
sub pedibus iusti paries habet arte fenestram;
lychnus adest, cuius vitrea natat ignis in urna.
huc ego dum propero, valido torquente dolore,
diffugiente gemens oculorum luce fenestris,
quo procul ut tetigi benedicto lumen olivo,
igneus ille vapor marcenti fronte recessit
et praesens medicus blando fugat unguine morbos.
non oblita mihi mea lumina munere sancti,
nam redit ante oculos oculorum cura fidelis,
et memor illud ero dum luce et corpore consto.
promptius affectu, precor, inde require sodales:
si sociis loqueris, veniam pietate mereris,
porrigo materiam quibus hanc ego, ut ore rotundo
Martini gestis florentia carmina pangant
et claro ingenio texant spargenda per ortum:
vir radians meritis licet ille nec indiget istis,
gratia cuius ovans ac fama iter occupat orbis,
arva capax, pelagus intrans, super astra coruscans,
distribuens miras populis pro stipe medellas,
qui domino famulando suo capit omnia dona,
et quo Christus habet nomen, Martinus honorem.

---

691 duci *P* 692 arte *PNB*¹*L*²] ante *L*¹*MS*, *B*² *v. l.* 693 lychnus *Ven.*] lichnus *BL*, licnus *S*, lignus *PNM* in] ab *L*¹ 695 fenestris *PNL*²] fenestrae *BL*¹*MS* 696 tegi *N* oliuo] o***uo *P*¹ 698 medicis *N* ungine *P* 699 lumi** *P*¹ 702 promptius *S*] prumptius *PNM*, promptis *BL*¹, promptus in *L*² 704 retundo *M*, rodundo *P*, rotando *N* 705 pangunt *N*, plangant *P* 707 meriti *S* 710 medellas *M*] medillas *N*, medelas *BLSP*², medilas *P*¹ 711 dona *LMS*] donat *P*, dono *NB*

EXPLICIT OPVS FORTVNATI PRESBITERI DE VITA SANCTI MARTINI LIBER IIII *P*, EXPLICIT OPVS FORTVNATI PRBI DE VITA SANCTI MARTINI. EXPLICIT FELICITER *N*, OPVS FORTVNATI. DE VITA SANCTI MARTINI. EXPLICIT LIBER QVARTVS. FELICITER *B*, VENANTI HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBITERI ITALICI DISSERTISSIMI VIRI OPVS DE VITA VEL VIRTVTIBVS SANCTI MARTINI. CHRISTI CLARISSIMI SACERDOTIS EXPLICIT *et post 2 versus vacuos:* carmina lector amans totis pro uiribus opta | ut iugiter ualeat mansura in saecula scriptor | martini precibus capiat paradisus ouantem *L* *subscriptionem omittunt MS versuum quorundam spatio relicto in NBMS sequitur carmen in laudem Mariae* (Lingua prophetarum)

CARMINVM SPVRIORVM APPENDIX

I

In laudem sanctae Mariae

Lingua prophetarum cecinit de virgine partum:
    nuntia fert terris angelus ista poli.
consona vox hominum memorat hoc ferre puellam,
    quod daret absque viro germine virgo virum.
hoc euangelio concordans pandit Esaias:
    quae deus inspirat, haec canit ipse tuba
eloquio torrens et rite profunda locutus,
    Emmanuhel nostrum virgine dante canens,
praedicens olim ut de matre Tonantis honore
    radicis florem Iessea virga daret.
virgo haec virga fuit, de qua est flos Christus obortus,
    cuius odor vivax membra sepulta levat,
laxus morte iacens de cuius aromate tactus
    postque diem quartam Lazarus ore reflat.
hanc Hieremias utero ipso sanctificatus
    monstrans voce pari sic quoque vatis ait:
'ecce dies venient et David suscito germen
    et regnabit rex atque erit hic sapiens'.
hoc germen iustum virgo est et rex suus infans
    iudicium faciens arbiter, orbis erus.
psalmographi plectro cantata est ista virago,
    cum daret arte melos vox lyra chorda chorus:
'mater Sion dicet: homo et homo factus in illa'.
    ipse hanc fundavit, factus in ipsa homo hic.

I *legitur in P f. 6ᵛ ante Venantiana (P) et iterum f. 14ʳ post II, 6 (Q); post vitam Martini in N f. 186ᵛ, M f. 63ʳ (tantum v. 1—31), S p. 276, B f. 179ʳ (carminis in B ex Q transcripti lectionem omittemus); post VIII, 3 in G p. 248 sine glossis et fere sine correcturis, ut pateat carmen non extitisse in correctoris exemplari* INCIPIT OPVS FORTVNATI IN LAVDEM (L. DEI *N*) SANCTAE MARIAE *PQN*, IIII. IN LAVDEM SANCTAE MARIAE VIRGINIS ET MATRIS DOMINI *G*, *tit. om. MS* 1 cecingit *P* patrum *P*, partu *S* 4 uiri *SG*², *cf. 94* 5 euuangelio *G* eseias *PQ* *Es. 11, 1* 6 ipsa *S* 8 emmanuhel *PN*] emmanuel *QMS*², emanuel *S*¹, emanuhel *G* 9 precidens *P* 10 radicis *MSG*²] radices *PQNG*¹ iesea *S* 11 obortus *PS*] obhortus *Q*, abortus *NMG* 13 tractus *S*² 14 quartum *M* 15 hieremias *sic codd. ut v. 70* *Ier. 33, 14* 16 uatis *sic codd.* 18 regnauit *PG*¹ (*corr. G*¹) 20 herus (*M*), eros *G*² 21 psalmigraphi *S* cantate Stista *sic P* *psalm. 86, 5* 22 dare *P* lira *PM* chorda] corda *codd.* 23 dicet] dicit *codd.* illa] illa est *S*¹ 24 fundaui *P*

sic quoque: 'qui fundavit eam est altissimus ipse'.
haec Sion mater virgo Maria fuit.
qua tanquam sponsus thalamo procedit ab alvo
exultatque gigans Christus eundo viam.
o uteri thalamus, nova iunctio facta salutis,
qua deus atque caro nupsit honore novo!
quod deus amplexus carnem est, caro iuncta cohaesit;
stat deus et homo fit Christus, utrumque genus.
non deus in carnem est versus: deus accipit artus,
non se permutans, sed sibi membra levans,
cuius non poterat deitas per aperta videri,
velamen sumpsit carne videndus homo,
unus in ambabus naturis, verus in ipsis,
aequalis matri hinc, par deitate patri,
non sua confundens, sibi nostra sed omnia nectens,
quem sine peccato gignit origo virum,
de patre natus habens divina humanaque matris,
de patre sublimis, de genetrice humilis.
quando incorporeus pie corporis induit artus,
unde aequalis matri, fit minor inde patri.
carnem animam ossa cutem nervos venas femur ungues,
formam servi adsumens est minor inde patris.
sed redeo qua virgo trahit mihi laude canenda,
qualis nulla fuit, nulla futura venit.
'quemque pluunt nubes iustum de rore superno;
haec salvatorem germine terra dedit'.
'haec porta est clausa, in quam intrat vir nemo nec exit,
ni dominus solus, cui quoque clausa patent'.
cuius in adventu exiluit de ventre Iohannes,
infans nec natus munere praeco novus,
trans uterum matris quasi per specularia cernens,
materna et puero membra fenestra fuit.
quando exultavit ventrem de ventre salutans,
dum pede non potuit, motibus iit iter.
credo et prostratus iacuit palmasque tetendit,
ante redemptorem parvula membra movens.
corrigiamque pedum est cuius non solvere dignus,
pronus adoravit, credo, tremente geno.
nobilis Elisabeth, de qua canit alta prophetans,
haec operante deo germine laeta refert:

25 *ibid.* (*ps. 86, 5*) 27 qui G^2S^2, *cf. 135* talamo *P* *psalm. 18, 6* 29 uterit *P* iuntio MG^1 31 *in* caro *desinit M* cohessit *P* 33 uersus deus] uersus est *N* accepit *Q* 34 non semper mutans s. s. m. lenasis *P* 38 hio S^1 42 getrice *P* 44 unde *del. G. Fabricius* (*poet. eccl. p. 687*), *possis* matri unde aequalis, *sed homoeoteleuton servandum videtur* 46 furmam *N* patri G^2 *non magis hic versus quam v. 44 mutationem admittit* 49 *Ies. 45, 8* 51 *Ez. 44, 2* 52 ni] nisi P^1NG 53 iohannes *GS*] iohannis *PQN* 54 nec natus *PQ*] nec san**atus (n *rasura tactum*) *N*, nec sonat GS^2, *aec** S^1 57 salutens G^1 58 iit *PQNG*] iuit *S* 60 redemtorem *QN* 61 est cuius *PQN*] cui non est *S*, est *G* soluerit *P* 62 geno $PQNG^1$] genu SG^2 64 germina *GS*

'o benedicta inter mulieres, unde mihi hoc,
me ut mater domini visitet alma mei'?
hanc Gabrihel vocitat benedictam laude puellam
et merito extollit quae nova dona gerit,
quae genitura foret benedictum germine fructum,
quem Hieremias voce tonante refert.
'hic deus est noster, non absque illo alter habetur;
post haec in terris visus homo est habitus'.
quem Danihel sanctum sanctorum praedicat unum,
de monte excisus qui angulus et lapis est.
de quo Moyses ait: 'deus excitat ecce prophetam
vobis ex vestris fratribus, orbis opem.
si qua anima hunc non audierit, qui exterminat illum
de populo vindex ipse propheta suo'.
David dixit: 'adorabunt hunc munere reges,
servibunt gentes et Saba dona dabit'.
accipiens Simeon manibus quem iustus utrisque
decrepitus senio haec pia verba dedit:
'nunc dimitte in pace tuum servum, auctor ab alto,
viderunt oculi iam quia vota mei,
quando salutare hoc merui, tua verba secundum,
ferre manu et visu cernere iure deum'.
o sacra virgo dei talem generando Maria,
per quem lumen habet plebs tenebrosa prius!
in regione umbrae mortis lux orta refulsit,
admirabilis est, consiliarius hic,
qui deus est, fortis, pater atque in saecula princeps
cuiusque imperii pax sine fine manet.
rorarunt caeli nubes iustumque pluerunt,
quem salvatorem germine virgo dedit,
Aegypti, labor Aethiopum Sabaimque sublimes
ad quem transibunt mente sequendo deum;
est in quo tantum deus et non est deus absque hoc,
hic deus absconsus, qui deus Israhel est;
cuius iustitia est lumborum cingulum et idem
eius renis adest cinctoriumque fides;
reguli et aspidis ausa manus penetrare foramen,
ablactatus agens nec nocet ullus ei;
adstans in signum populorum, eiusque sepulchrum
nobile adorandum gloria quanta tegit!

---

65 *Luc. 1, 42* 66 matre *N* 67 gabrihel *et v. 73* danihel *sic codd.* uocitam *N* 71 *Baruch. 3, 36. 38* 72 habitu *PQ* 74 *cf. Dan. 2, 34* angulus *QN*] angelus *PGS* 75 *deuteron. 18, 18* deus *PQ*] *om. NGS* 79 *psalm. 71, 10* regis *P* 80 seruibunt *Q*] seruiuunt *PS*, seruiunt *NG* 81 simeon *GS*] symeon *PQN* 83 *Luc. 2, 29* 88 *Ies. 9, 2* pleps *N* 89 umbrea *N* 90 *ib. v. 6* 'admirabilis, consiliarius, deus, fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis' *e. q. s.* a. e. c. h. *PG*[2]] a. (*i. ras. 1 m.*) c. *hic *G*[1], a. h. c. e. *S*, a. c. e. h. *N*, a. e. et c. h. *Q* 91 adque *N* 93 *cf. v. 49* 95 *cf. Ies. 60, 6* 97 *cf. v. 71* 98 israhel *sic codd. ut v. 113* 99 *Ies. 11, 5* 100 cinctoriumque *PG*[2]] cincturiumque *Q*, cincturiorumque *N*, cinctorium *G*[1]*S* 101 *ib. v. 8* foramem *P* 103 *ib. v. 10* atstans *N* sepulcrum *S* 104 nobile *SG*[2]] nubile *PQNG*[1]

quem dominatorem terrae misit Moabitis,
petra ex deserti qui pius agnus adest.
de quo Zacharias: 'exulta, filia Sion,
iustus, salvator, rex tuus ecce venit
ascendens asinam super aut asinae quoque pullum,
quadrigas perdens ex Efrain et equum',
unde et Micheas: 'et tu' inquit 'Bethleem Efrata,
parvulus in Iuda milibus ipse manes:
egredietur, qui dominator in Israhel, ex te,
egressusque potens eius ab initio'.
lumen sanctorum in splendoribus, ex utero quem
ante Luciferum progenuitque pater.
livores nostros sanans livore beato
et veteres maculas sanguinis amne lavat.
o virgo insignis nobisque medella monades,
quam deus inplevit totius orbis ope,
quaeque creatorem meruisti ventre tenere
et generare diem concipiente fide,
mundatura novo partu de crimine mundum
atque sacro fetu progenitura deum!
humano generi genuit quos Eva dolores
curavit genitus, virgo Maria, tuus.
peccati iaculo defixa in stirpe cicatrix
ulcera nulla gerit nec sua signa patent.
sucus amarus enim vetiti de cortice ligni
stante redemptoris de cruce dulce sapit.
sub pomi specie mors tunc de fronde pependit;
nunc tuus est uterus hinc cibus atque salus.
fructu sancta pio renovasti tempora rerum
lucidiorque dies te generante nitet.
post tenebras solem revocat tuus alvus in orbem,
cum domini iubaris inradiavit apex.
in te habitans mundi lumen statione corusca
floruit interius per tua membra deus.
tam vivax fulgor penetrans et ad ima profundi
orbem alit, astra regit, Tartara luce replet.
cuius mundi uno est haec machina tecta pugillo
clauditur in fibris, casta puella, tuis,
subportans fabricata fabrum et humana Tonantem,
virgula radicem, facta creantis opem.

105 *Ies. 16, 1* 107 *Zach. 9, 9* zaccharias *PQ* 109 assinam — assinae *P* 110 quadrigans *G*[1], quadrigam *G*[2] *Ies.* efrain *QN*] effraim *PGS* 111 *Mich. 5, 2* mihias *P* inquid *PN* bethlem *P* effrata *PG*[1] 112 manens *Q* 113 dominatur *G*[2] (*Mich.* 'qui sit dominator in Israel') 115 *psalm. 109, 3* 116 antea *PQ* 117 *Ies. 53, 5* 119 medela *S* 120 inpleuit *QN*] impleuit *PGS* 122 conpiente *P* 123 mandatura *N*, m*ndatur** *G*[1] 125 eua *N*] aeua *GS*, euua *PQ* 126 uirgo *om. P* 127 difixa *P* styrpe *Q* cicatrex *QN* 130 redemtoris *QN* 132 quibus *P* 133 fructu sancta] fructus cam *P*[1] 134 licidiorque *Q* 135 postenebras *G* saluus *P* 137 statatione *Q* 138 menbra *G* 139 tam *PQ*] tunc *NGS*, nunc *Fabricius* et] sed *P* 140 l. r.] replet luce *Q* 141 machina *QG*[2]] macina *PNG*[1]*S* 143 supportans *S* human *P*, huma *G*[1]

qualiter illa novum tenuerunt viscera lumen,
    quod decus intus erat, quis honor inde foras!
gaudia quanta sinus hilaris tuus ille vehebat,
    cum tua membra premens plus relevabat onus!
tum genetrix de fasce levis, de prole salubris
    rem splendoris habens (lux neque pondus erat),
auxilium de flore gerens, de fruge levamen,
    spem et caeli panem spica novella ferens,
cuius stella erat et sol matutinus in alvo,
    infra arcam abscondens fulgida luna iubar,
anniculum portans agnum antiquumque gigantem
    deque tribu Iuda qui leo fortis erat,
cornua producens vitulus ceu rhinocerotis,
    arduus, elatis naribus alta fremens,
regulus atque aspis cedunt cui, cuncta venena,
    vipera seu dipsas, seps draco cenchris * *,
parvulus ipse puer, persona vetusta dierum,
    egressus cuius stat sine principio,
cuius diffusa in labiis est gratia florens,
    speciosus forma prae genitis hominum,
cuiusque est oriens ex alto nomen honoris,
    qui nos lumen agens visitat in tenebris,
qui venit de Edom, de Bosra veste cruenta,
    pulcher, sanguineus, candidus atque rubrus,
calcaturus erat qui solus torcular altum,
    in cruce pensandus, membra cruore levans.
unde sibi micuit stola candida, tincta rubore,
    quem ante et vel post quem non deus ullus erit.
cuius transcendit sacra magnificentia caelos,
    cuncta tegens palma, sidera rura freta:
quis te tunc sensus, domini pia mater, habebat,
    cum tibi talis erat fetus honore novus?
praemia quanta uterum implebant et gaudia pectus,
    caelorum artificem cum tua ferret humus?
o meritis radians dic, virgo, putasne videbas
    angelicos cursus ire, redire novos,
militiam caeli cum te servare vicissim
    sentires animo, saepe levata manu?

---

146 quot *N* foras] erat *P* 148 re**uabat S^1, reuelabat *N* onus] unus G^1, *om.* *N* 149 genitrix *S*, genetrex *Q* fasces *P* 151 plore (*non* prole) *N* 153 stella erat G^1S] stilla erat *PQN*, erat stella G^2 154 fulgiga *N*, fugida *P* 155 agnum] annum *P* 157 ceu *G*] seu *NS*, se *PQ* rhinocerotis] rinocerotis *GS*, rinocherotis *PQN* 158 carduus *GS* 160 uipera seu] uiperau (a *ex* e *1 m.*) *N* spes *S* cenchris *P*] cencris *QGS*, centris *N* hydra *supplevit Browerus* 161 paruulos *QN* 162 cuiu *N* 165 est exoriens P^1 (ori *i. ras. 1—2 litt.*) 167 bosra SN^2G^2] busra PQN^1G^1 168 adque *Q* rubrus *sic codd.* 169 turcular N^1 *corr.* N^1 170 pensandum *Q* 171 micuit *PQ*] miscuit *NGS* tincta *PQ*] tincarta *N*, incarta *GS* 172 post quam *P* 174 sydera *S* 175 tunc *PQ*] nunc *NGS* pia] quia *P* 176 fetus N^2G^2] fretus *PQS*, f*etus N^1, fe*tus (festus?) G^1 177 pectus *GS*] pectos *PQN* 179 radiens *P* 180 angelicos G^2] angelicus *rell.* 181 miliam P^1 uissim *N*

quae circa te acies, vel quando iter ire parares,
milia per gressus concomitando tuos?
quid Michahel faceret ductor sub principe celso?
quid gereret Gabrihel, nuntius ille sacer?
qualiter aut Rafahel occursum inpenderet almae,
te portante deum dum putat esse thronum?
credo alter cuperet plantis substernere plumas,
ille excussa ala subnitidare viam;
duceret iste auras, ne te gravis ureret aestas,
ille levans pinnas, vertat ut imber aquas,
iste ad frena manum retinens, ne sarcina lapset
neu pes offendat, pendula turba volat.
quot vigiles turmae, cum te et sopor altus haberet
solaque dormitans tot vigilare dares?
sidereo obsequio meritis dignissima virgo,
cum te divinis cingeret ala choris,
cuius honore sacro sol ipse tremisceret ortum,
lunaque sub pedibus quaereret esse tuis
artificique suo se machina subderet orbis
ac miraretur per tua membra deum.
o virgo excellens, vincens super omnia matres,
quam genus erexit, cui deus alta dedit,
cuius fructus adest et flos non perdit honores,
quae nato es genetrix et tibi virgo manes!
felix quae generi humano sub Tartara lapso
ad caelos facta es sors via porta rota,
aula dei, ornatus paradisi, gloria regni,
hospitium vitae, pons penetrando polos,
arca nitens et theca potens gladii bis acuti,
ara dei adsurgens, luminis alta pharos,
celsa super cedros et vasta cacumina montis,
subque tuis plantis et rota solis adest;
virgineo coetu dux sexu prima secundo,
praelata astrigeris sola puella choris,
figmentum figuli, super omnia vasa decorum
atque creaturae fulgida massa novae,
candelabrum pulchrum, verbi capiendo lucernam,
quam formam sculpsit tam super astra faber,
ornans Hierusalem sanctam, speciosa venustas,
a facie templi vas in honore dei,

---

184 per gressus *PQ*] praegressus *NGS* 185 michael *S* sup *S* pricipe *P* 186 gabriel *GS* 187 rafahel *NS*] rafael *Q*, raphael *PG* inpenderet *PQNS*] impenderet *G* 188 dei *Fabricius* tronum *P* 189 susternere *Q* plumas *PQN*] palmas *GS* 191 aestus *Fabricius* 192 pignas *P*, pennas *G* ymber *S* 193 renitens *P* lasset G^2, laps** G^1, lapsas *P* 195 quot *Q*] quod *PGS*, quo *N* 197 siderio *P*, sydereo *S* 199 tremisceret *QN*] tremesceret *PGS* 200 sup *S* 201 sui s. m. subdaret *P* 205 perdis *QN* honores *Fabricius*] honoris *codd.* 206 genetrix *PG*] genitrix *S*, genetrex *QN* 207 genere *P* lapse *P* 208 portua *N* 209 paradisi] paradysi PQG^2, paralysi *N*, paralyssi G^1S 210 petrando *N* 211 theca] teca *PQ*, tega *NGS* 212 dei *om. P* pharus G^2 213 chedros *P* 214 roti *P* 219 pulcrum *S* 220 scalpsit *QN* 221 hierusalem *sic codd.*

exsuperans portas Sion splendore corusco,
stans merito fidei gemma superba throni,
ore diem iaculans, radios a fronte sagittans,
luminibus rutilis lumen honore rotans,
sidereum speculum, inlustris domus omnipotentis,
vultibus ex illis fulgura clara ferens,
nomen honoratum, benedicta Maria per aevum,
ad laudem artificis nobilis artis opus,
dulcis et angelico pretiosa puella relatu,
omnes ultra homines dona decoris habens,
inde rubore rosas, candore hinc lilia vincens,
flos novus ex terra, quod polus arce colat,
crystallum electrum aurum ostrum concha alba zmaragdus:
quo tua forma nitet, cuncta metalla iacent.
nix premitur candore tuo, sol crinis honore,
pallescunt radii, virgo, decore tui,
lychnites hebes est, cedit tibi Lucifer ardens,
omnibus officiis lampade maior ades,
occulti in terris sacramenti conscia summi,
et secreta poli sunt patefacta tibi.
dignus ager domini, generans sine semine frugem,
et nec arata seges messe repleta places,
sola sine exemplo fecunda et libera nexu,
ignara amplexu mater opima sinu,
virgo intacta manens, fidei ubertate marita,
inscia coniugio feta negante viro.
accipis et nescis: sic reddis, ut integra constes;
nec violata paris nec pariendo doles.
et tamen est genitus deus et homo, verus et unus,
spiritus atque caro Christus, utrumque genus,
in deitate patri aequalis vel corpore matri,
sed sine peccato de genetrice caro,
factor dans legem, factus sub lege minister,
ipse pater mundi, filius ipse tibi:
unde tuum, mater, generas natum atque parentem:
hinc prolem, inde patrem; hoc deus, illud humus.
cuius honore sacro genetrix transcendis Olympum
et super astrigeros erigis ora polos.
conderis in solio felix regina superno,
cingeris et niveis lactea virgo choris,

223 exuperans *PQ* splendor *P* 226 lomen *P* 227 sydereum s. illustris *S* 228 fulgura *QG*^{2}] fulgora *PNG*^{1}*S* 229 benedictu *Q* 233 rubore *GS*] robore *PQN* 234 nouus *GS*] nouos *PQN* quem *S*^{1} colit *G*^{1} 235 crystallum] cristallum *codd.* (crisstallum *P*) electarum *N* concha] conca *codd.* albas *P*^{1} zmaracdus *G*, smaragdus *S*^{2} 238 pallescunt *GS*] pallescont *PQN* 239 lychnites] licnites *codd.* habes *Q* 242 ipoli *N* 243 frugam *P* 244 nec arata] nec arta *NGS*, ne casta *PQ* 245 sole *P* secunda *N* 246 ignara *PQ*] ignora *NGS* amplexus *Fabricius* opina *N* 247 intactu *G*^{1} maria *G*^{1} 249 et] ut *codd.* 250 patris *P*^{1} 252 adque *N* 254 sed] sedis *N* genitrice *S* 257 adque *N* parentum *NG* 259 honore *S*] non ore *rell.* genetrix *P*] genitrix *GS*, genetrex *QN* olimpum *P* 261 superbo *GS*

nobile nobilior circumsistente senatu,
consulibus celsis celsior ipsa sedens,
sic iuxta genitum regem regina perennem,
ornata ex partu, mater opima, tuo.
occurrunt proceres et gloria magna Iohannis,
noscens ante deum quam pareretur homo;
fratribus adscitis Paulo reliquisque beatis
ductor apostolicus, fulgida palma Petrus.
diligit has portas Sion super omnia Iacob,
pro patribus genitos quos in amore deus,
qui omnes ore sui ornati super astra coruscant:
si sic discipuli, quid pia mater erit?
hinc patriarcharum numero sociante prophetae
conveniunt celso munera ferre throno,
martyrii hinc inde cohors redimita coronis,
principe cum Stephano civica turba poli,
primitiae florum, Bethlemitica passio lactans,
quae meruit nascens vivere morte magis,
Italiae mundique caput quos Roma retentat,
urbs vel Alexandri aut Antiochenus ager,
quos Hierosolymis aut quos Byzantion oris,
quos Patras Ephesus Naddaver arce tenet,
quos Oriens, Occasus habet, quos Africa et Arctos
quosque sepultat humus, cingit et Oceanus.
natio gens populus regiones agmina reges
undique currentes ad nova dona patris,
Aethiopes Thraces Arabes Daca Indus Alanus,
Aurora et Vesper, Persa, Britannus adest,
intrantes in regna dei pietate redempti,
gaudia visuri regis in arce poli,
quos recipit sacra porta Petri, quos ianua Pauli;
postis ad Andreae limen Achaia petit.
Mattheus Aethiopes, Ephesenos valva Iohannis,
et quem quisquis amat hunc sua porta rogat.
horum ante adventum te qualiter ornat amator,
portavit quem uterus, virgo beata, tuus,
dans tibi larga poli, cui tu domus arta fuisti,
ventris pro hospitio restituendo thronum,

---

263 senato *P* 264 ipse *N* 265 iusta PS^1 perhennem S^1 267 iohannis *sic codd.* 268 nocens PG^1, uocens G^2 pararetur *N* 270 ductor *P*] doctor *rell.* apostholicus *Q* fungida palmat *P* 271 omnia] omnia tabernacula *G*, *cf. psalm. 86*, 2 272 quos *i. q.* hos 273 ore sui *PQ*] ori sui NG^1S, ore suo G^2, obryzo *Fabricius* ornata *Q* 274 qui *N* erit *GS*] eri *PQN vix recte* 276 fere NG^1 thromo *P* 277 martirii *N* cohoris N^1, chors *P* redimita *Fabricius*] redimpta *N*, redempta *PQGS* 278 stefano *PQ* 279 betlemitica NG^1S 282 antiochenus *N*] antiocenus *GS*, anthiocenus *Q*, anthiocensus *P* 283 hierosolymis] hierosolimis *PGS*, hierusolimis *QN* bizantio *P* 284 efesus *S* 285 africa et arctos *S*] a. e. aratos *N*, affrica et arctos G^2, affrica et aratos G^1, africe tractos *P*, africae tractos *Q* 286 hunus *P* oceanis *N* 287 pupulus *P* 289 thraces] traches *codd.* daca *PQN*] duca *GS* alanus *N*] alancis *rell.* 290 britannus *S*] brittanus *PNG*, brittannus *Q* 291 regina N^1 293 recepit *Q* 294 portis *NG* ad *om. Q* 295 mattheus *P*] matheus *rell.* aethiopes *S*] ethiopes *G*, aethiapes *N*, ethiapes *PQ* ephesenos *sic codd.* 299 fusti *N* 300 ospicio *G*

conponendo caput niveum diademate fulvo,
et gemmis rutilam comet honore comam,
adnectens niveo pretiosa monilia collo,
fulguribus variis pectora pura tegens.
quam speciosum humeris inponit honoris amictum!
splendore ardescens purpura tincta nitet.
o quotiens coctum zonae micat aura per aurum,
pallida nec pallae est fimbria luce nitens!
quis tibi digna canat, quantum decus exeat ore
aut de veste tui gemma virore micet?
quando strata iacet pedibus pretiosa zmaragdus,
quando pavimentis alba topazus inest,
quodque oculus non vidit agens, non audiit auris.
ornamenta tibi haec, pia virgo, nitent.
cum regio ergo poli totusque exercitus astri
te ornatam inspiciet, laudibus ora movet.
incipiens Michahel praeconia ferre beatae,
cumque suis turmis haec tibi, virgo, refert:
'o decus excellens, o femina forma salutis,
partus fruge potens, virginitate placens,
per quam est se nasci dignata redemptio mundi
et reparare genus quod tulit Eva ferox,
hanc tibi, mater, opem legionum milia mille
per classes resonant carmine voce lyra'.
angelus inde tuos repetit paranymphus honores,
qui tibi de caelis nuntia sancta vehit,
dicens: 'o felix, imitari nescia virgo,
cuius et agnus ovis conterit ora lupi,
Tartara disrumpens, patriae captiva reducens
et libertati post iuga pressa refers'.
excipit has iterum ingeminans pars altera laudes,
perstrepit et cunctis vox revoluta choris.
incipit inde alios producere terra favores,
Zachariae genitus, vox tuba praeco sonus,
cum Petro et Stephano ducibusque in milibus amplis
agminibus mixtis plausibus alta canens:
'o virgo insignis, benedicta, ad gaudia nata,
auxilium terrae, fulgor honorque poli,
ecce tuus florens uterus quae praestitit orbi!
te generante fide nos paradisus habet.

---

301 conponendo *sic codd.* 302 gemmini r. cumet *P* 303 precioso G^1 304 fulguribus *QN*] fulgoribus *GS*, fugoribus *P* 305 inponit *sic codd.* 306 ardiscens *Q* 307 migat *P* 308 est] et *Q* frimbria *N* 311 strata] stra *Q* zmaragdus *sic codd.* 312 alua *P* topazus *S*G^2] tupazus *P*, tupatus *N*G^1, turbazus *Q* 313 quoque *P* audit *N* auris *P*G^2] aures *QN*G^1*S* 315 astre *P* 316 te *om. P* spiciet *P* 317 michael *PQ* 318 ref**t P^1Q^1 *corr.* P^1Q^1 *post* refert *in P:* o tecus (*v. 319 ut rell.*) 319 forma] *fort.* norma 321 qu*m Q^1 *corr.* Q^1, quem *P* 322 eua *GS*N^2] euua *PQ*N^1 323 mille *GS*] mile *PQN* 324 camine u. lira *P* 325 angelus *S*] angelos *rell.* paranumphus P^1 326 sancta] sanc *P* 327 mittari *P* 328 et] est *P* agnos *PN* 330 iugo *N* refert *Mommsenus, cf. ad II, 3, 13* 334 zaccha-riae *PQ* 335 stefano *Q* ducibusque in *PQ*] ducibus in *NGS*, *fort.* ducibus cum 336 *om. P spatio relicto* 339 uterus *GS*] uteros *PQN* 340 paradisus *S*] paradysus *QG*, paradyssus *PN*

quid sumus aut fuimus? quos merserat Eva profundo,
de limo in caelum nos facis ire sinu'.
laudibus his, domini genetrix, fragor intonat astris
militiaeque poli haec tibi clangor agit.
ast ego ferre volens videor subducere laudes,
nam tibi quisque cupit voce favere sacrae.
mens oret genitum, sic matri digna loquatur,
cuius amore pio vivis honore novo.
pulchra super gemmas, splendorem solis obumbrans,
alta super soles et super astra nitens,
vellere candidior niveo, rutilantior auro,
fulgidior radio, dulcior ore favo,
suavior et roseo nimium rubicundior ostro
vincis aromaticas mentis odore comas.
cara benigna micans pia sancta verenda venusta,
flos decus ara nitor palma corona pudor,
per quam omnes fines terrae meruere salutem
gaudet et orbs totus, pontus harena polus:
haec tibi qui indignus quamvis corde ore susurro,
spes mihi sis veniae, quae vehis orbis opem.

---

341 fugimus *P* eua *GS*] euua *PQN* 342 facis ire *Fabricius*] ausire *codd.* 343 genetrix *NG*] genitrix *PS*, genitrex *Q* 344 clango git *P* 346 nan *P* 347 plocatur *P* 350 soles] sedes *codd.* (coelos *Fabricius*) 351 niue *Q* rudilantior *P* 353 ostro *om. P* 354 comas *om. P* 355 uerenda uenusta *om. P* 356 pudor *om. P* 357 quam *Q*] quem *rell.* homines *P* meruere *om. P* salutem gaudet *versu sequenti P, reliquo paginae spatio vacuo, ut lacunas istas iam in archetypo codicis extitisse appareat* 358 herena *QG* polos *N* DEO GRATIAS. AMEN. CHRISTE AVDI NOS. SANCTA MARIA ORA PRO NOBIS *GS*, DEO — NOS *ter repetitum*, *deinde* SANCTA — NOBIS. SIT INTERCESSOR VOBIS *et atramento pallidiore postea adiectum* DE REVELATIONI SANCTI STEPHANI RVODOLF *N*, *sine subscr. PQ*

II

S V L A S A S A L V S
L A S A T A S A L
S A T R T A S
T R E R T
R E C E R
E C I C E
C I H I C
M I H I H I M
V I H I M I H C V
I G V I M X M I M E C
G V F E R I H I M X V X M D O M I N I M E
V F E R I H I M X V R V X D O M I N I M
F E R I H I M X V R C R V X D O M I N I
V F E R I H I M X V R V X D O M I N I M
G V F E R I H I E X V X E D O M I N I M E
I G V S E X E S M E C
V I T S E S T C V
M Q T S T Q M
V Q T Q V
A V Q V A
M A V A M
S M A M S
E S M S E
M E S E M
P M E M P
E P M P E
A R E P E R A
O D A R E R A D O
O R O D A R A D O R O

Crux mihi certa salus, crux est quam semper adoro.
crux domini mecum, crux mihi refugium.

II *extat in G post II, 5. pigmentum fuscum et in meditullio viride. solutionem adiecit qui primus edidit Browerus*

III

De S. Martiali

Christe principium finis lux est via Christus,
nomine cuius in almifico semperque beato
Martiali resonant hic veracissima gesta.
quis hominum digne valeat doctissimus umquam
quanti sit meriti praeclarus apostolus iste
dicere vel prosa vel pulcri carmine metri?
quo saltem modicis decoretur pagina verbis.
Tullius atque Maro veniant, sit lingua fa[cunda]
versibus aut currens aut prosae vellera texens,
non tua, sancte pater, poterunt depromere gesta,
tellus te Romana, quibus te Gallica tellus
post Petrum recolunt iuniorem parte secunda,
cum Petro recolunt aequalem sorte priori.
Beniamita tribus te gessit sanguine claro,
urbs te nunc retinet Lemovica corpore sancto.
hinc tibi sit, rex magne, deus, laus gloria, Christe,
Christe caput finisque cluens, pax lux via, Christe.

IV

Tibi laus perennis, auctor
baptismatis sacrator,
qui sorte passionis
das praemium salutis.

Nox clara plus et alma,
quam luna, sol et astra,
quae luminum corona
reddis diem per umbram.

Dulcis sacrata blanda
electa pura pulcra,
sudans honore mella,
rigans odore chrisma.

In qua redemptor orbis
de morte vivus exit,
et quos catena vinxit
sepultus ille solvit.

III *extat in cod. Laurent. XX, 3 (memb. fol. s. XII) f. 99*[r]*, unde editum est in Anecdotis litterariis ex mss. codd. erutis Romae 1783 vol. IV p. 433 et apud Luchium p. 71* *inscriptum:* INCIPIT VERSVS FORTVNATI. IN VITA (*f. 99*[v]) SANCTISSIMI MARTIALIS APOSTOLI CHRISTI 3 ueracissima *cod.*] sanctissima *Luchius* 6 pulcri *cod.*] pulchri *Anecd. Rom., Luchius* 8 facunda *Anecd. Rom.*] fa *cod.* 9 uellera texens *Luchius*] nlla (*i. e.* nulla) retexens *cod.* 10 poterunt *per compend. cod.*] poterit *Anecd. Rom., Luchius* 13 priori *sic cod.* 15 nunc *cod., non* ric, *ut tradit Luchius qui scripsit* sic 16 *fort.* decus

IV *'hymnos singularum festivitatum' a Fortunato scriptos esse tradit Paulus Diaconus hist. Langob. II, 13. item 'hymnorum septuaginta septem lib. I' Trithemius in catalogo script. eccles. p. 243 ed. 1601. nos septem hymnorum praeter genuinos (I, 16. II, 2. 6) illi adscriptorum vulgatam lectionem exprimentes de codicum varietate lectores ad hymnorum collectiones relegamus* *hunc hymnum edidit Edmundus Martene de antiquis ecclesiae ritibus (1736) vol. I p. 189 'ex ms. pontificali ecclesiae Pictaviensis annorum 800' in quo praemittitur:* interim canitur uersus Fortunati presbyteri ad baptizatos *Luchi p. 47 (II, 8), Daniel IV p. 159* 4 das *Mart. Luch.*] dat *Dan.* 10 pulcra *sic Mart.*

Quam Christus aperuit
ad gentium salutem,
cuius salubri cura
redit novata plasma.

Accedite ergo digni
ad gratiam lavacri,
quo fonte recreati
refulgeatis agni.

Hic gurges est fideles
purgans liquore mentes.
dum rore corpus sudat,
peccata tergit unda.

Gaudete candidati,
electa vasa regni,
in morte consepulti,
Christi fide renati.

V

O redemptor sume carmen
temet concinentium.

Audi, iudex mortuorum,
una spes mortalium,
audi voces proferentum
donum pacis praevium.

Arbor feta alma luce
hoc sacrandum protulit,
fert hoc prona praesens turba
salvatori saeculi.

Stans ad aram immo supplex
infulatus pontifex
debitum persolvit omne
consecrato chrismate.

Consecrare tu dignare,
rex perennis patriae,
hoc olivum, signum vivum
iura contra daemonum.

Vt novetur sexus omnis
unctione chrismatis,
medeatur sauciata
dignitatis gloria.

Lota mente sacro fonte
aufugantur crimina,
uncta fronte sacrosancta
influunt charismata.

Corde natus ex parentis,
alvum implens virginis,
praesta lucem, claude mortem
chrismatis consortibus.

Sit dies haec festa nobis
saeculorum saeculis:
sit sacrata digna laude
nec senescat tempore.

VI

Fortem fidelem militem,
caeli secutum principem,
Dionysium martyrem
plebs corde, voce personet.

Clemente Roma praesule
ab urbe missus adfuit,
verbi superni seminis
ut fructus esset Galliae.

---

25 fidelis *Dan.*

V *Luchi p. 48 (II, 9), Daniel I p. 237, Mone I p. 102* *hymnum Fortunati esse* indicat codex ritualis ecclesiae Bisuntinae saeculo XI conscriptus et adseruatus in archiuio cathedralis ecclesiae Veliternae in quo legitur sub hoc titulo: VERSVS FORTVNATI IN LAVDEM CHRISMATIS *Luchius* 21 medeatur] ut sanetur *Luchius* 29 claude] dampna *Mon.* 31 haec dies *Luchius*

VI *Luchi p. 49 (II, 10), Daniel IV p. 107* *Hilduinus abbas epist. ad imp. Ludovicum vitae S. Dionysii (9. octob.) praemissa (Migne 106 p. 20c)* ei (*Gregorio Turonensi*) contemporalis existens uir prudens et scholasticissimus Fortunatus, qui plura et frequenter ad eum scripserat, hymnum rhythmicae compo-

Opus sacratum construit,
fidem docet baptismatis,
sed audientium caecitas
munus repellit seminis.

Instante sacro antistite
errore plebem solvere
dum spem salutis ingerit,
tormenta mortis incidit.

Tenetur a gentilibus
Christi placens altaribus,
amore tantae gloriae
poenas libenter excipit.

Vnum quod illi defuit,
pro rege colla tradidit:
dilectionem pectoris
cervice caesa prodidit.

Magnus sacerdos qui dabat
templi sacrata munera,
fuso beato sanguine
est factus ipse victima.

Felix pio de vulnere,
quae poena palmam praebuit!
qui morte mortem conteris,
nunc regna caeli possides.

Gloria sit deo patri,
gloria unigenito,
una cum sancto spiritu
in sempiterna saecula.

VII

Agnoscat omne saeculum
venisse vitae praemium:
post hostis asperi iugum
apparuit redemptio.

Esaias quae cecinit
completa sunt in virgine,
annuntiavit angelus,
sanctus replevit spiritus.

Maria ventre concipit
verbi fidelis semine,
quem totus orbis non capit,
portant puellae viscera.

Radix Iesse floruit
et virga fructum edidit.
fecunda partum protulit
et virgo mater permanet.

Praesepe poni pertulit
qui lucis auctor extitit,
cum patre caelos condidit,
sub matre pannos induit.

Legem dedit qui saeculo,
cuius decem praecepta sunt
dignando factus est homo
sub legis esse vinculo.

Adam vetus quod polluit,
Adam novus hoc abluit,
tumens quod ille deicit,
humillimus hic erigit.

Iam nata lux est et salus,
fugata nox et victa mors,
venite gentes, credite:
deum Maria protulit.

---

sitionis pulcherrimum de isto gloriosissimo martyre composuit. in quo commemorat eum a B. Clemente destinatum, sicut in Latinorum paginis didicit. de natione autem eius et ordinatione episcopatus mentionem non facit, quia linguae graecae penitus expers fuit 13—16 *om. Dan.* 30 quae] quod *Dan.*

VII *Fabricius poet. eccles. p. 964, Brower p. 185 et Luchi p. 263* (*VIII, 3*), *Daniel I p. 159 cf. IV p. 176* *Fabricius edidit inter carmina libri II, fortasse secundum codicem Murbacensem, cf. comment. p. 56 Brower. not. p. 194* *Trithemius in catalogo* (*v. s. ad IV*) *huius hymni initium ut primi inter 76 adfert* 1 *cf. I, 16, 1* 5 concinit *Fabricius* 14 fructus *Fabricius*

VIII

Quem terra pontus aethera
colunt adorant praedicant,
trinam regentem machinam
claustrum Mariae baiulat.

Cui luna, sol et omnia
deserviunt per tempora,
perfusa caeli gratia
gestant puellae viscera.

Mirantur ergo saecula
quod angelus fert semina,
quod aure virgo concipit
et corde credens parturit.

Beata mater munere,
cuius supernus artifex,
mundum pugillo continens,
ventris sub arca clausus est.

Benedicta caeli nuntio,
fecunda sancto spiritu,
desideratus gentibus
cuius per alvum fusus est.

O gloriosa domina
excelsa super sidera,
qui te creavit provide
lactasti sacro ubere.

Quod Eva tristis abstulit
tu reddis almo germine;
intrent ut astra flebiles,
caeli fenestra facta es.

Tu regis alti ianua
et porta lucis fulgida.
vitam datam per virginem
gentes redemptae plaudite.

IX

Ave maris stella,
dei mater alma
atque semper virgo,
felix caeli porta.

Sumens illud ave
Gabrielis ore,
funda nos in pace,
mutans Evae nomen.

Solve vincla reis,
profer lumen caecis,
mala nostra pelle,
bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
sumat per te preces
qui pro nobis natus
tulit esse tuus.

Virgo singularis,
inter omnes mitis,
nos culpis solutos
mites fac et castos.

Vitam praesta puram,
iter para tutum,
ut videntes Iesum
semper collaetemur.

Sit laus deo patri,
summo Christo decus,
spiritui sancto,
tribus honor unus.

VIII. IX. X *in Thomasii hymnario Fortunato adscripti* VIII *Luchi* p. *264* (*VIII*, *4*), *Daniel I* p. *172 cf. IV* p. *135*, *Mone II* p. *128. 129* 9—12 *om. codd. recc.* 12 parturit] accipit *Thomasius* 17 benedicta] beata *recc.* 21 femina *cod. Thomasii* 22 supra *Dan.*

IX *Luchi* p. *265* (*VIII*, *5*), *Daniel I* p. *204 cf. IV* p. *136*; *cf. Mone II* p. *216 sq.* 8 nomen Euae *Dan.* 28 honor trinus et unus *Dan.*, trinus honor unus, honor trinus unus *all.*

X

Qua Christus hora sitiit,
crucem vel in qua subiit,
quos praestat in hac psallere
ditet siti iustitiae.

Quibus sit et esuries,
quam ipse de se satiet,
crimen sit ut fastidium
virtusque desiderium.

Charisma sancti spiritus
sic influat psallentibus,
ut carnis aestus frigeat
et mentis algor ferveat.

XI

* * fieri nos qui dedit esse sacratas,
    vivat et ipse sacer'. dicque sinistra soror.
'lux tua, salvator, tali pro munere cingat
    non tibi qui statuit'. quinta quid inde taces?
'lumen inextinctum sis, rex bone, semper ut opto;
    haec te parva licet vota movere queant.
ordine lucifluo dignum cape, victor, honorem'.
    haec ego quae media: subde secunda sequens.
'omnibus in populis nomen sibi vindicet almum
    largus et hic dator'. quid modo, quarta, siles?
'perpetuo Christi dignus tueatur amorem
    iste dei cultor'. ultima dextra refer.
'magnificum regem tua nam virtute corona,
    te rogo, celse deus'. septima sicque petis.

X *Daniel I p. 169 cf. IV p. 176*

XI *ex cod. Regin. 1709 (Ovid. fast.) f. 120ᵛ edidit Luchius p. 384 (XI, 29). f. 120ʳ continet praeter I, 14 et II, 6, 11 sq. (ubi vide) 7 disticha et tetrastichon de evangelistis, f. 120ᵛ praeter XI versus quosdam a Fortunato non minus alienos* 1 *ante* fieri *dignoscitur* it 6 mouere] monere 7 honorem *Luchius*] honore 8 quae] qui 11 dignum *Luchius* 12 refer *Luchius*] refertur 14 rogo] precor *Luchius* *subiectum est distichon item a Luchio editum* da deus ut pulsis (atris expulsis *Luchius non recte*) nostro de corde tenebris | semper inextincto simus splendore corusci *praeterea Luchius VIII, 8 edidit Aldhelmi de laude virginitatis praefationem* Metrica tirones *e. q. s.* (*Migne 89 p. 239*), *quam hoc loco nemo requiret*

INDICES

IN OPERA POETICA

I

INDEX GRAMMATICAE ET ELOCVTIONIS

(*recensebo de verborum formatione orthographia constructione usu memorabilia, graeca omnia. — numeri nudi undecim carminum libros significant,* app. *appendicem* VM *vitam Martini* spur. *spuria*)

ac *ante* c *cf.* II 10, 23 ac celsa Σ (at *rell.*)
ac *transpositum* X 8, 16 caelesti ac dono regna tenere diu VM III 472 luminis ac varios spargens — virores IV 228 impulit ac 260 nobilis ac summi 299 molliter ac vitreo 509 clarior ac visus 519 explicat ac fidei (*fere omnia in V. M.*) ac neque, ac si *v. i.*
accersere accersire III 4, 9 adcersientibus *codd.* (acc. *GBL*)
accusativus in en VI 1, 113 alpenque Pyrenen. — *cf.* Agnes
— *plur. 3. decl. in* -as Allobrogas III 7, 18 (-es *GF*) Echinadas III 4, 3 Symplegadas III 4, 9
— *plur. in* is *pro* es *passim*, *cf.* II 3, 6 ovis *codd.* VI 1, 10 artificis *praeter P* (*scil.* natos)
— *directionis e. g.* VM I 392 loca tam longinqua venire III 22 portum quibus unda reducat 211 sacrum comitatum compulit ire 223 iubet ire palatia iustum IV 656 Venetum saltus — perge. — *cf.* in
— *graecus cf.* II 6, 5 confixa clavis viscera hic inmolata est hostia app. 3, 23 anxia sollicito torquebar pectora sensu
— *temporis cf.* breve tempus
acerbare *i. q.* increpare II 16, 59 convincit damnat acerbat
acerneus: praef. 5 inter acernea pocula
Achaeus VII 12, 12 murus Achaeus (acaeus *codd.*)
ac neque, que neque VM II 189 cum — vix sit revocare ruentem | ac neque restitui — florem 424 deque gradu proprio neque reppulit officialem
ac si *i. q.* quasi *apud nomina* (*partic.*) III 4, 3 quasi sopho Pindarico conpactus tetrastrophos — et ac si enthymematum parturiens catenatum vinculum VII 14, 18 ac si colle tumens discus onustus erat. — *i. q.* quam VI 10, 43 issem velocius ac si | ad patris amplexus *e. q. s.*
actio actus *sensu collectivo* (*cf.* opus) II 16, 1 quos actio vexit in astris III 3, 11 inmaculata tibi feliciter actio currit. — IV 5, 9 actu mente gradu 12, 7 venerandus Hilarius actu 26, 43 voto spe moribus actu 117 duplici sed funditur actu
actor III 5, 7 actor apostolicus
ad IV 9, 19 ad quem pauper opem, pretium captivus habebat 11, 12 sic fuit ut iam tum totus ad astra foret (*cf. sub* totus) app. 7, 15 regale ad votum felicia cuncta sequantur (*i. q.* secundum)
Adam: *genet.* Adae II 4, 7
adclinus *cf.* reclinus
adeptus *passive* I 15, 34 crevit adeptus honor III 9, 110 altera de populo vernet adepta tuo V 4, 4 crescat adeptus honor
adesse *i. q.* esse VI 8, 12 cuius facies caccabus alter adest VII 16, 31 ipse gubernabas veluti si tutor adesses VIII 1, 24 cui de fratre patris Hamalafredus adest (*non praesens*) IX 2, 22 de lege necis nemo solutus adest app. 1, 132 laedere quod timuit causa doloris adest. — spur. 1, 100
adimplere XI 1, 25 ideo cruci suspenditur ut adimplerentur verba
ad instar II 4, 4 Adam factoris ad instar V 1, 8 ad instar Samaritani
adire *cum dat.* I 13, 12 lapsae fabricae flos redivivus adit (adest?). — *cf.* III 9, 82 et sequitur liber quo suus auctor adit
admissum admissus V 1, 1 nec iste fugaretur admissu (admisso *codd.*)
admodulare X 11, 2 dulcibus et chordis admodulare lyram. — V 1, 1 admodulanter indicans
admonere *c. acc. dupl.* II 8, 3 pietatis opus — admonet ingenium res ratione duplex
adpensus II 1, 17 adpensa est vitis inter tua brachia X 9, 42 rupibus adpensis (adpensas?) pendet et ipse legens
ad praesens X 1, 29 dicit se ad praesens humana regnare fragilitas
adpropiare VM IV 163 adpropiante sacro
adquaesitus III 4, 7 adquaesitam *BL* VI 1ª, 36 adquaesita (atq.) *codd. praeter MBL* X 2, 3 adquaesita (atq.) *praeter BL* (*cf.* § 2 adquiritur)
adque *perraro* (I 1, 28 *M*)
adsertorem esse *i. q.* adserere III 4, 6 quidquid de laude requiritur Felix actibus pontifex est adsertor. — *cf.* VII 7, 32 adsertoris ope iustior illa fuit (causa) VM II 402 adsertor validus, superans fora iura togatos
adstructor VM II 403 nobilis a., facundus contionator
adurguere V 14, 15 erat accusator adurguens
adventus *i. q.* eventus III 6, 33 tempore qui longo adventu pendebat in isto
adverbium ad verbum substantivum I 11, 3 longius hinc olim sacra cum delubra fuissent II 1, 15 secus est ubi cursus aquarum 5, 6 cuius honor lumen ius gloria regna coaeve (trinitatis) III 4, 8 si diutius fuissemus incomminus 18, 19 sit tua vita diu IV 24, 1 non hic nostra diu est fugienti tempore vita V 1, 7 ipsa vobis tenacius (esse) quae sunt caelo propinquius XI 2, 4 cum te non video, sunt mihi cuncta parum. — *cf.* VIII 3, 384 vix bene reginae
aenigma VM II 394
aequanimiter X 4, 4 a. toleret
aeruginare V 6, 1 cum — obsoleto linguae plectro aeruginavissem
aeternalis X 10, 5 quando aeternalem concepit virgo salutem
aethera III 9, 7; 53; 23ª, 1. — *plur. certe* VM III 424
Aethiopus *adiectiv.* V 2, 9 Aethiopos — vapores (-pes *G*¹*R*)
affamen V 1, 3 pigmentato affamine. — *cf.* affatus VII 18, 4
affluere *transit.* II 4, 3 auras animantes affluit. — *cf.* fluere influere
agere *c. acc. c. inf.* I 21, 60 atque bis aestivum crescere tempus ago IV 25, 4 plebs ageret lacrimis hanc superesse sibi X 8, 14 quae pius amplificans crescere Christus agat. — *c. inf.* app. 18, 10 quae non egerunt me retinere sibi. — *sq.* ut VIII 3, 283 neu — fatiget | — anchora cordis agat VM IV 65 nec contentus agit liquor ut vas expleat. — *i. q.* ducere IV 26, 147 nec grave funus agas cunctis natura quod offert. — *i. q.* agitare VIII 3, 338 dolore gravi viscera fascis agit VM I 467 qui dum — poenis ageretur acerbis III 281 truculentus agens erroris spiritus iret. — *i. q.* cogere app. 15, 5 tempora noctis agunt ut hac brevitate salutem. — *i. q.* tractare VM III 144 Martinum inveniunt a se crudeliter actum. — *i. q.* vivere III 6, 44 Felix felici cum grege pastor age IV 4, 30 superstes agens V 3, 35 laetus agat sub clave Petri VI 1, 32 corde pudicus agens VIII 14, 4 laetificatus agens app. 34, 10 rite minister agens VM I 379 cum impatiens ageret III 219 ordine miles agens IV 101 moribus ut tumidus comes Avitianus agebat. — spur. 1, 313 quodque oculus non vidit agens. — *praegnanti significatione* I 15, 45 ut tu plus ageres, incendia tecta cremarunt III 7, 34 instar montis agens VIII 3, 73 qualiter haec capias labor esse videtur agentis (*cf.* 394) XI 4, 3 Fortunatus agens, Agnes quoque versibus orant VM I 153 grave virus agens 282 viribus ardor agens. — *cf.* 12, 6. IX 8, 6 semper agens animae dona futura tuae IX 1, 114 ornarent plures quae bona solus agis X 6, 101 te, pastor, agente. — agi III 29, 6 cuius in affectu coosolidatus agor VII 8, 32 fonte refectus agor app. 1, 36 ut flerem, cunctis una superstes agor VM praef. 30 imperiis tantis viribus impar agor
Agnes: *acc.* Agnen II 4, 38. XI 3, 10 VM praef. tit. III 441. 458. — Agnem V 1, 10 *codd.* (XI 3, 10 *B*)
agnoscere *i. q.* cognoscere I 17, 5 loca — agnoscere
Agustinus *sim. passim*, *cf. ind. nom.*
aio aiens IX 2, 105 (adens agens *codd.*)

aio quod VM II 230 post ait ad sese quod caelitus angelus iret | ac reserare sibi mysteria | et — volitent. — *sq.* ut X 5, 7 quique redemptorem — | post ait ut terris ventre Maria daret

alba *i. q.* margarita *passim cf.* VM III 471 sculptilis — alba 514 niveas stellantibus albis *etc.*

albicomus VM IV 2 floribus albicomis

alescere VI 1, 139 unus amor vivo solidamine iunctus alescat

Alexandrus *i. q.* Alexandrinus app. 1, 98 ductor Alexandrae seu regis urbis opes

alibi *i. q.* aliorsum III 10 *tit.* cum fluvium alibi detorqueret

alicunde VIII 3, 211 si forte alicunde venirem

alius *i. q.* reliquus III 6, 34 despiciens aliud hoc erat omnis amor

almificus spur. 3, 2

a longe I 6, 17 a longe adveniens

alternans *i. q.* mutuus V 1, 1 alternante sibi concatenati dulcedine

alterutrum *communi notione* VI 1, 137 hoc velit alterutrum quidquid dilexerit alter. — *decl.:* VIII 2, 11. 12 proficit alterutro (-um *codd.*)

altithronus VM I 1 s. postquam repedavit ad aethera Christus II 263 ut coram altithronus velamina visa revelet 328 sic ait altithronum rediturum 478 rector — altithronus III 482 (*proprium vitae M.*)

altivolans VM II 6 spiritus altevolans (*sic codd.*)

alvus *gen. masc.* II 16, 135 misero (misera *BL*) processit ab alvo VIII 3, 87 spiritus intactum (intactam *BL*) venerabilis attigit alvum spur. 1, 135 tuus alvus

ambrosius V 5, 111; VI 1, 60; VII 8, 54

amethystus amethystinus VIII 3, 265 ametystena ametistena VM III 470 amethystina vitta (ametystina *P*, ametist. amitist. *rell.*)

amicalis app. 9, 2 mittit amicalis dulcia poma manus

amoenifer VM IV 3 ruris amoeniferi

amoenum *subst.* VII 8, 21 gemino refovetur amoeno

amomus amomum IV 26, 125 rosa nardus amomus (-um *GB*) VI 1, 60; VIII 3, 237 amomum *codd.*

amorifer VI 1, 37 torsit amoriferas arcu stridente sagittas (Cupido)

amphibalum VM III 42 (amphyb. *codd.*)

anachorita (I 5, 6 anachoreta *G*)

anacoluthia cf. VII 14, 7 *sq.* Mummolenus enim qui — (15) huc ergo adveniens *e. q. s.* — *sed frequenter, praesertim in vita M., difficile est ratione structuram explicare. cf. s. variatio, particip. all.*

anchora II 16, 84 (ancora *B*) IV 6, 10 *cum Σ* VI 2, 66 *etc.*

Anfion III 24 *tit. et v.* 5 (amfion *BL*) III 4, 11 amphyoneo *optimi*

angere *neutr.* VM I 164 uritur angit IV 363 gravis anxius angens

angulare V 6, 8 non erat nec ubi se prolixitas excuteret aut brevitas angularet

anhelare anelare V 5 praef. 2 interanelantem *D* VI 1, 41 anelantem *PM* anelare *passim P* (*cf.* VI 10, 6 VII 8, 10) VIII 3, 327 *CMG etc., sed e. g.* VM III 349 anhelus *codd.*

anhelum VM II 474 balbutio faucis anhelo III 298 quam daemon — agitabat anhelo

animus est *c. acc. c. inf.* XI 6, 15 sed tamen est animus simili me vivere voto

anteviare IV 26, 94 anteviando suos hinc Petrus hinc Stephanus

antidotum V 6, 5 doloris sui prosperum te designat antidotum

antiphona V 4 *tit.* cum antiphona dicere rogaretur (antifona *B*, ante fana *CM*)

antistes *fere* antestis *opt. in carminum libris* (*rarius* antestes); *et sic scripsisse Fortunatum docet lusus cum* testis IV 4, 5 (testis et antestis Gallus probat ista beatus: antistes *dett.*). — antistes IV 8, 5 *praeter A* VM III 121. 322. 416 *praeter M* IV 218. 272. 285 *praeter PM*

anxius *c. gen.* XI 25, 3 futurarum titubans mens anxia rerum

apex *de dignitate regia passim; de episcopali* I 15, 29 emicat altus apex 33 pontificalis apex (*cf.* IV 8, 8 VIII 19, 8) 72 vobis subiacet omnis apex *etc.* — VII 5, 30; 7, 42 *de rectore prov.* — *cf.* app. 3, 9 restiterat germanus apex. — *i. q.* littera *passim* (V 15, 6 Fortunati humilis te, pater, orat apex 17, 4 quod referebat apex VII 9, 10 *etc.*)

apis apes III 9, 25 apes *codd., item* IV 11, 10 (apis *A*[1]) VI 1, 8 VII 1, 38

ἀπὸ κοινοῦ. — *verbum in membro secundo* I 2, 22 quos genus atque fides et tenet una salus II 12, 7 ergo memento preces et reddere vota, viator III 9, 58 sed caro quae nasci, pertulit atque mori 11, 12 ille lares patrios, tu capis inde polos 15, 33 pauper habere cibum, meruit quoque nudus amictum 17, 13 nec solum amplectens pia mens, sed diligit omnes 22, 3 garrulitate levi potius stridente cicuta, quam placeat liquido nostra camena melo 23, 10 nec solum dapibus, pascis et ore greges IV 8, 21 esuriens epulum, sitiens te sumere potum, cernere te meruit tristis et exul opem IV 12, 8 corpore qui terras et tenet astra fide 28, 28 arte Minerva fuit, victa decore Venus VI 5, 148 amor, tu dolor unus eris VII 4, 11 aut Mosa— | an tenet — Axona? VIII 3, 310 qua sine nil populo nec placet ara deo VM IV 121 molliter ipse thoro (*scil.* iaces), iacet iste in marmore duro *all.* — *nomen in membro secundo* I 21, 52 plus capitur terris quam modo piscis aquis 55 sors una est piscis, siccent aut flumina crescant II 7, 17 vitiata malis et plebs infecta venenis 16, 83 (anchora) IV 4, 22 non erat offensae, sed locus hic veniae V 6, 8 non licuit vel solvere vel fila laxare VII 24[c], 3 sic tamen, ut propriam rationem servet honestus, | nam solet incautus sermo movere manus VIII 4, 14 quae dedit Eugeniae Christus et alma Theclae IX 1, 61 aspera non nocuit, sed te sors dura probavit 7, 42 quaeque sunt rythmis vel amica metris app. 1, 97 bellica Persidis seu te Byzantion optat VM II 418 caelo non carnis, sed tendens lumina cordis. — *adverbium coniunctio relativum in membro secundo* V 3, 37 fortis Athanasius, qua clarus Hilarius adstant VIII 1, 55 acer Athanasius, quod lenis Hilarius edunt 59 Sedulius dulcis, quod Orosius edit acutus IX 2, 52 infantes iuvenes, sic moriere senes XI 6, 4 non caro, sed hoc quod spiritus optat, amo. — *praepositio in membro secundo* VIII 3, 135 his venit Elias, illis in curribus Enoch. — *verbum membri secundi in priore subaudiendum* I 8, 9 credidit unde necem (*scil.* se daturum), sancto dedit hostis honorem III 6, 23 laetius inde caput quia sunt sua viscera secum VI 1[a], 39 sed quamvis tantum meruisset sola decorem, ante tamen homini (placuit), nunc placet ecce deo

apostolus apostolicus *in CM passim per* th (praef. 3 *C* III 1, 1 *M* 5, 5; VIII 4, 1 *CPM etc.*)

apothecare V 6, 2 ut — quod iste torcularet in fletu ille apothecaret in fructu

appositio non congruens genere cf. V 5, 6 ut populis generent viscera sancta fidem, | supra candelabrum positi. — *cf. pron. rel.*

aptus XI 23, 9 vina — apta

aragne aragnaeus V 6, 16 velut aragnaea arte (aragne *praeter A*) VM II 87 (bombycina) qualia pensat Aragne. — *cf.* aranea VM IV 499

arare *de aestu* I 21, 13 cum Titan — exarat arva et calor ignifero vomere findit humum

arbitrem *traditum* praef. 6, *sed correctum*

arca IV 11, 4 cuius semper habet pectoris arca deum VII 8, 36 non abolenda virum pectoris arca tenet VM praef. 34 cum sint vota, mihi non valet arca loqui I 185 et premit arca sacri hunc ne premat

monia *codd. praeter CGL*) VM III 53 IV 308 ceremonia *opt.*

cerni *c. inf.* III 8, 4 cernitur esse prior V 6, 4 cum cernerentur vultus patris pietatis imbre perfundi

certari III 12, 8 certanturque suo pascere pisce locum 13, 14 certatur varia fertilitate locus VM II 475 carpo quod condere certor (certo *B*). — decertari VI 1, 109 decertata tuis numquam se vultibus aequant. — *cf.* VI 1ª, 22 certat

certus *c. abl.* (?) VM IV 414 certi vergente salute (*cf. adn.*) *cf.* nescius

ceruchus VM IV 408 rapiuntur signa ceruchis (chirucis P^1L^2, chiruscis *rell.*)

cervesia app. 9, 15 c. tristis

cetus XI 1, 30 Ionas triduo in ventre ceti permanens

ceu VIII 9, 11 tempora subducis, ceu non videaris amanti VM III 140 ceu liquefacta novo se glutine terra ligasset. — ceu si VM III 290 Parthica ceu timidum si transfodisset harundo. — *i. q.* quomodo app. 1, 58 ceu revocareris, quando vel unde 78 ceu patre de pulchro ludat in ore rubor

chalybs VM I 458 Martius ergo chalybs Martinus (cal. *codd.*)

chaos III 9, 62. 87.

character XI 1, 7 verbum et speculum et character et imago vivens patris viventis (caracter *codd.*) VM I 499 remeat peregrina fronte character (caracter *codd.*) III 157 cum necdum his Christi radiaret honore character (car. *praeter B*)

charismata VM IV 416

charta carta III 18, 1 cartis *CGBL* IV 28, 10 carta *LR* VI 5, 284 charta *opt.* VII 18, 11 carta *Σ*, cartha *C* (*ut* 19, 12) *etc.*

chelydrus VM III 97 atro dente chelydri (celidry cilydri *praeter BL*)

chelys VI 10, 71 nostra chelys (chelis *aut similiter codd.*)

chlamys *fere* clamis. — *nom.* clamys IX 2, 125 *AMD* X 7, 57 *APM* 10, 16 *PMR* VM I 64 *N* II 453 *NM* clames X 6, 103 *tit.* clamis X 7, 57 *C dett.* 10, 16 *praeter PMR* VM I 64 *praeter N* 66 *codd.* II 207 *codd.* 453 *praeter NM.* — *gen.* clamydis VM I 57 *NM* clamidis X 6, 26 VM I 57 *praeter NM.* — *acc.* clamydem X 6, 103 *C* clamidem VIII 20, 5 X 6, 103 *praeter C*

choraulus III 6, 47 clericus ecce choris resonat, plebs inde choraulis (coraulis *codd.*)

chorda: corda *codd.* II 9, 5 VII 1, 1 IX 7, 15 app. 12, 5 spur. 1, 22. — X 11, 2 cordis *CGBL*

chorus *passim*

chrisma: crisma II 4, 28 *carm. quadr.* V 5, 112 chrismatis *codd.* (crhism. *C*) XI 1, 13 crismatis *praeter BL*

Christus *fere* $\overline{\chi\rho\varsigma}$ *et sic litterarum serie* (χ = X) *firmatum* I 16, 81; *subinde* Cristus *ut legitur in carminum quadratorum* II 5 *et* V 6 *lateribus dextris, item carm. quadr.* II 4, 17; 37

Christicola *passim* (I 11, 6 cristicolam *C*, cristiculam A; II 16, 1 cristicolas *optimi* (cristiculas *P*) V 18, 1 cristicolarum *opt.* VI 5, 369 *it.*

Chrysippus V 1, 7 crysippus *C*, cris. *A*, chryss. *M* VII 12, 25 crysippus *AC*, crisippus crysippus *rell.*

chrysolithus III 20, 3; VIII 3, 274 chrysolitha aurata fibula claudit acu (crys. cris. *codd.*) 4, 17 chrysolithis fabricata palatia gemmis (*item*) VM III 514 chrysolithis rutilas (*item*)

chrysoprasis VM III 468 mixto chrysoprase beryllis (i *et.* ph *codd.*)

cibare *e. g.* V 5, 50 quos cibat in Sodomis, hi rapuere Segor

cidar II 9, 33

cingula VII 7, 39 te cingula celsa requirunt, | nec petis ut habeas, te petit omnis honor 16, 20 auxit et obsequiis cingula digna tuis

cinnamum VII 12, 41 cinnama caltha crocus VM IV 574 cinnama balsama tura

circa app. 4, 2 ut circa cunctos stet sine labe salus 3 circum tua lumina pendens

cithara VI 10, 4 cytharis *praeter CL* VII 1, 4 citharae *opt. praeter A* 12, 22 X 11, 1 cytharae *AB* IX 7, 51 cythara *AP.* — citharista IX 7, 11 (cyth. *DGB*)

citius VIII 9, 5 lumina quam citius nostris abscondis ocellis app. 24, 15 citius remeare parabo 29, 15 si citius redeat

civilis VII 25, 15 dulcedo invitat civilis

clangere III 4, 2 dicta — de more tubarum clangente sermone prolata

clarificare VII 12, 58 lumina muneribus clarificata suis

Cleanthes V 1, 7 Cleantharum (cleantarum *C*, clientarum *rell.*) VII 12, 25 Cleanth. *opt.*

clerus *secundum quartam declin.* II 9, 17 Parisiaci clerus reverentia. — (*cf.* IV 7, 13 spes cleri)

clodus III 18, 16 Musica cloda gemit *sic codd.* X 17, 37 hinc alitur clodus (claudus *L*, chlodus *opt.*)

cluere X 6, 76 labore novo quae modo culta cluunt. — app. 5, 11 Childebercthe cluens (*fort.* VI 10, 47 celebrande, cluens) spur. 3, 17 Christe caput finisque cluens

coaequalis XI 1, 7 genitori per omnia coaequalis

coaeternus XI 1, 15 de aeterno natus est coaeternus

coaevus II 5, 6; III 9, 51 cum patre coaevus app. 2, 4

coccinum *i. q.* coccum V 6, 16 unde, cum desit hic coccinum, res est texta de minio

coccus II 9, 33

cocleare (*non* cochleare) III 13ª, 4 ut scutella levet quod cocleare solet

coercere V 1, 1 coherceret *codd. praeter M* (choerceret *R*) VI 1, 96 cohercet *A dett.* VII 20, 7 cohercent *opt.* (choercent *M*) VM IV 147 cohercet *M* 300 cohercet *opt.*

cohaerere *i. q.* inhaerere VIII 2, 5 dulcis uterque mihi voto amplectente cohaesit

cola: praef. 1 colae fonte profluі, commate succiso venusti V 1, 6 quo volueris colae pampinosae diffundis propagines

collactaneus VI 5, 117 nulla puella choro neque collactanea ludat

collyria VM II 43.

comma: praef. 1 commate succiso venusti V 1, 6 quod libuerit acuti commatis falce sucoidis

commemorare *sine obiecto* II 8, 2 at mihi de iustis commemorare vacet

commendare X 2, 11 reddidisti potius commendatum (commodatum *vulg.*)

comminus *c. abl.* VM I 158 Pictava c. urbe

committere *c. acc. c. inf.* VI 5, 35 committens secura eius se fasce levari

communicare *c. abl.* X 1, 61 corpore Christi communicantes

comparativus absolutae significationis (valde) IV 9, 29 largior in donis absens sibi iunxit amantes 10, 15 longius extremo si quis properasset ab orbe 13, 5 ipse palatinam rexit moderatius aulam 26, 154 plenior exiguus VI 1, 125 longius extremo regnum qui porrigit orbi 8, 5 tristius erro nimis 39 dulcius alloquitur comitem 9, 19 carius hortor 10, 53 longius inde absens VII 1, 13 veniant ut promptius omnes 6, 2; 6, 15 gratior incessu, sensu reverenda pudico *e. q. s.* blandior alloquio, placidis suavissima verbis 8, 3. 4. 9. 14. 24; 9, 3; 14, 9; 16, 57; 18, 4 IX 9, 15 X 1, 29 blandior lux 7, 63 ut dulcius optas (app. 1, 109 *cf. adn.*) *et passim.* — *cf.* VM I 335 tam gravius feriens quantum alte educitur ensis. — *cf.* malle

— *cum dativo* I 15, 4 tu potior reliquis et tibi nemo prior. praecedis multos, nulli minor atque secundus 71 inferiora — Garonnae II 16, 83 non minus est illi IV 5, 14 quis cui maior erit IV 9, 11 nulli de nobilitate secundus 13 cunctis minor 14 sibi maior

consultum *i. q.* consolatio III 15, 35 consultum tribuis generaliter omnibus unum 26, 69 consultum tamen illud habet de coniuge coniux VI 5, 367 habes consultum dote Tonantis | de nata et genero VII 7, 72 consultum reliquis X 4, 1 consultum de vestri culminis incolumitate relegimus XI 2, 9 consultum nobis sanctisque sororibus hoc sit

consultus: praef. 3 fit eis consultius si occulantur taciti 5 quid inter haec extensa viatica consulte dici potuerit

consummare app. 1, 153 sic miserae dulces consummavere parentes?

contiguare VII 9, 8 litoris Oceani contiguante salo

continere: ind. cap. III 7 contenentur *praeter G etc.*

contionator VM II 403 nobilis adstructor, facundus c.

contribulare X 1, 9 filius qui non contribulat genitorem

conversari VM I 10 quae conversatus dederat miracula terris (Christus)

copulatio. — *binae voces sine copula* II 2, 20 sanguis unda 6, 6 manus vestigia 10, 24 gloria norma 16, 16 balsama tura III 9, 42 scripula puncta 23ᵃ, 4 montes plana IV 26, 150 dives egenus *cf.* 151 *sq.* V 13, 4 surcula poma VII 8, 62 VIII 1, 11; 14, 5 prece voce 12, 24 curva rotunda 90 pectora colla 112 voce melo 17, 10 pectore corde VIII 3, 134 voce manu 163 Hilarium Martinum 181 cruce sanguine 264 alba zmaragdus 269 carcedone iaspide 4, 11 rosa lilia 24 corpore mente 11, 12 operta patens IX 6, 6 dogmate sede 7, 78 Agnes Radegundis X 10, 24 ore sinu 25 spur. 1, 359 corde ore 11, 18 ore fide 12ᶜ, 2 studiis utilitate 12ᵈ, 8 parva rudis 18, 6 arce gradu XI 16, 13 mare terra app. 2, 16 dogma cathedra 21, 13 Martinus Hilarius 23, 2 pectore mente 28 Thecla Susanna 24, 16 verbere voce VM II 45 capite ore III 490 sale dogmate. — *complurium membrorum priora tantum conexa* II 2, 15 pedes manusque crura VIII 3, 21 saxis gladiisque fame site frigore flammis *all.*

coquina app. 22, 13 mea membra ardere coquina (tradere cocinae *cod.*)

correlativa haec — quidquid III 12, 43 inde — quia VII 11, 7 ita — ceu VII 7, 33 omnia — quidquid III 23ᵃ, 30 quale — illud VI 5, 286 sic — ceu IV 8, 13 VII 5, 11 X 17, 24 XI 20, 8 sic — qualia III 20, 5 sic — quam III 3, 14 XI 26, 18 tam — quantum VM I 335 tantum — quam X 2, 6 tantundem — quod praef. 5 tempore quo — tunc III 8. 47 tunc — dum app. 20, 4 tunc — quando I 16, 75 unde — hinc IX 1, 56; 2, 12. — *cf.* tantum quantum

corripere X 1, 26 tales nisi correpti fuerint (correcti ς)

cortex *femin.* VM IV 58 vitrea sub cortice (vitreo *BL*)

coruscare I 4, 3 fiducia tanta coruscat 15, 43 (templa) senio fugiente coruscant 15, 105 moribus ingenio meritorum luce coruscans *sic passim*

coruscum *i. q.* fulmen III 4, 2 oculos, quos mihi aperuistis t o n i t r u o, clausistis c o r u s c o *cf.* X 6, 131 fidei radiante corusco

corylus II 9, 23

corymbus V 1, 1 vernantis operis inumbrantes corymbos (chor. *codd.*, y *tantum C*) X 3, 3 superiecto hederae corymbo crispante (corimbo *AL*) XI 11, 11 enituit paries viridi pendente corymbo (corimbo *L*)

cothurnus IX 7, 34 codicem farsum tumido cothurno (coturno *codd.*) VM IV 539 tumido gliscente cothurno (coturno *codd.*)

cothurnati: praef. 1 coturni *optimi*, coturnati *BF* III 18, 2 coturnato *codd.*

cotis *nominat.* II 9, 9 vix dabit in veteri ferrugine cotis acumen

cramum XI 14, 2 et stat picta manus hic ubi crama rapis

credo *c. inf.* VM I 343 iusto stante cadens quo credit stare cadente. — credo quod I 15, 49 credo quod ex sese voluissent ipsa cremari. — credo ut VII 12, 67 credideram — | ut vestri affectus se duplicaret opus 15, 3 sic ego credebam, quarta satiarer ut hora. — credo *c. imperf. coni.* III 4, 3 credebam — fluxisset oratio

credulitas *i. q.* fides XI 1, 1 in qua et integritas credulitatis ostenditur 38 nobis — sola credulitas sufficit

cremum *cf.* cramum

crispare *cf.* VM I 51 terras crispante pruina

crista *in aedificio* III 7, 32 quadratumque levans crista rotundat opus

crocus VII 12, 41 cinnama caltha crocus VIII 7, 11 aureus ordo crocis — exit 8, 4 aurea forma crocus

crotta VII 8, 64 crotta Britanna canat (chrotta *dett.*)

crucifigi XI 1, 27 aut ideo crucifigitur (*potius* cruci figitur)

crystallum VI 1, 110 cristalla *praeter A* XI 26, 9 cristallina *codd.* VM II 83 crist. *codd.* spur. 1, 235 cristallum *codd.*

cucuma cocuma VI 8, 14 frixuriae cocumae (cucumae *G*²)

culpabilis X 1, 18 adversarios suos et culpabiles

cum *cum indicat. cf.* praef. 2 cum dicta permanent (permaneant ς) I 7, 2 cum sacra templa dei flumine fixa manent 13, 21 cum sua templa tenet III 19, 3 cum mea terra manu meruit genitoris arari IX 2, 22 cum de lege necis nemo solutus adest 46 (quid poterunt —) membra creatoris cum iacuere petris 54 (quid facimus —) cum nihil auxilii possumus esse rei X 1, 24 cum omnes iusti — videntur optare XI 21, 4 cum mea tunc lux est app. 24, 11 cum nequeo VM II 269 *sq.* 439 IV 625. — cum *pro* quod III 2, 2 qua autem illud admiratione complectar, cum te sic video cunctos diligere? VM IV 145 hinc tamen ipse probas — | cum per me venio

cum *praepos.* X 4, 5 praeter reliqua bona quae cum illa laudanda sunt

cumulatio nominum cognatorum app. 5 VM I 19 prudens prudenter Prudentius 99 ne timeam timidum, timor est deus arma timentum 326. 327; 344 cultrum | dum rapit, eripitur rapienda rapina rapaci 506 foedere fida fides formosat foeda fidelis 508 inlustris lustrante viro loca lustra ligustra 510 II 16. 329. 477 (*proprium vitae Martini*)

cunctus *singular.* I 16, 18 cuncto tempore

curatio II 5, 4 curatio fausta medellae VM I 413 si illi curatio cessat. — *i. q.* medendi facultas VM I 361 fuerit curatio quanta patrono (*cf. Sulp.*)

curatura *i. q.* μελέτη praef. 1 ingenia — curatura fulgidi

curiositas V 5 praef. 1 seria curiositate, sincera tamen dulcedine

currere II 9, 6 cum mihi non solito currat in arte manus III 3, 11 tibi feliciter actio currit IX 7, 61 nec adhuc cucurri | ordinem totum religens libelli VM I 96 vota in contraria currens III 12 quos (actus) ego sub geminis claudo pede curro libellis 407 quaenam vita sacri fuerit, quis singula currat? 475 quae fabula vestra cucurrit? — *de veste* VM IV 324 et tunicae insignes currunt pro vellere gemmae 326 quis fuit hic opifex ubi lana hyacinthina currit? 627 vel toga permixtis hyacinthina curreret albis

curulis VM 502 dogmatis ore pares et sedis honore curules (pares *ad* curules)

cyclas cycladis (*nom.*) VIII 3, 271 brattea gemmatam cycladem fila catenant VM III 467 cycladis aut qualis cataclyzis effora rasis?

cymbala VM II 176 cymbalicus II 9, 57 cymbalicae voces

daemon *passim, ubique malignus.* — daemonicus VM II 132 III 451. — daemoniacus VM I 474

daemonium VM IV 162

Danuvius: praef. 4 danubium *G* I 15, 75 danubius *GL*

dare *cum acc. c. inf.* I 1, 18 te dedit esse patrem 2, 18 spoliare dedit IV 24, 14 se dedit esse dei

distendere XI 3, 11 gaudia distensos pariter celebretis in annos (*alias* extensos)

dius II 4, 1; V 6 carm. 2 dius apex (*carm. quadr.*)

dividere *i. q.* separare, removere app. 1, 69 tantum divisit amantem

docere quoniam VI 1, 93 doctus enim quoniam prima est in principe virtus | esse pium

doctiloquax VII 24^{c}, 1 quamvis doctiloquax te seria cura fatiget·

doctiloquus III 23^{a}, 21 doctilocum flumen salienti fonte refundis app. 12, 3 nec mihi doctiloqua consentit arundine musa VM IV 514 pandite doctiloqui

dogma *passim*

dolatilis VII 18, 21 pagina vel redeat perscripta dolatile charta

dolere IV 25, 12 matrem escam tegmen hic sepelisse dolent 26, 6 cur placitura facis quae dolitura rapis? 136 et magis ad bona tot tardius isse dolent VI 5, 228 quod modo triste dolet VII 1, 16 antea quo doluit te medicante caret IX 1, 67 nil dolet amissum te rege superstite mundus X 6, 24 nec cecidisse dolet 12^{d}, 7 illa dolens gravius. — *cf.* condolere

dominare III 14, 16 cui rabies mundi nil dominare potest. — dominans *c. gen.* VI 1, 79 cardinis occidui dominans

domnus domna *titulus nominibus praepositus, ceteroquin* dominus

domus *cf. declinatio*

donarium *i. q.* donum V 8^{b}, 5 donaria celsa Tonantis

draco spur. 1, 160

dubitare *cum negatione, sequente acc. c. inf.* I 12, 21 nec dubitent qui digna ferunt sibi magna rependi. — *sq.* quod X 17, 20 nec dubitante fide quod deus ista daret

ducere *c. dat.* X 6, 119 ducere qui meruit de morte cadavera vitae *cf. ablativ. direct.*. — *i. q.* educere I 2, 4 (arcem) culmine quae celso est tempore ducta brevi II 16, 163 qui templum in culmine duxit

ducis *nomin.* X 19, 15 de tirone ducis venit (duces *praeter A*)

duilanx *i. q.* bilanx VI 10, 33 pollens duilance Dynami (due lance, duo lance, clue lance *codd.*)

dulcedo *in CPM passim* dulcido

dulcifluus VIII 19, 2 carmine dulcifluo quam tuus edit amor

dum *cum coniunct. imperf.* II 3, 14 dum pallas cuperet 7, 11 dumque — frueretur *e. q. s.* 16, 71 dumque sepulchra darent, oculi rediere sepulti III 17, 5 huc ego dum famulans comitatu iungor eodem | et mea membra cito dum veherentur equo VII 1, 1 Orpheus orditas moveret dum pollice chordas *e. q. s.* VIII 18, 4 dum non explerem flumine, gutta forem IX 4, 9 quo patris et patriae dum spes adolesceret ampla X 6, 55 dum latro extinctus falso coleretur honore 61 pergeret in fluvio dum vipera lapsa natatu 121 dum caderet — arbor 125 idola dum cuperet Martinus sternere XI 23, 2 dum dormitarem dumque cibarer ego VM I 325 templum dum evellere vellet | obstant — cultores 329 dum cuperet 345 dum verteret idola 461 dum mitteret, infit 467 II 273 III 39 quid faceret, nudum dum non ibi cerneret ullum? *etc.* — *c. coni. perf.* VI 1, 1 vero novo, tellus fuerit dum exuta pruinis, | se picturato gramine vestit ager. — *c. coni. praesent.* I 12, 22 dum quoque pro parvis reddat opima deus III 11, 9 dum tibi restrictus maneas. — *c. indic. praeter.* I 5, 19 quam bene mercatur cui, dum vestivit egenum, — brachia gemma tegit II 16, 27 dum fuit — in corpore vita III 7, 53 Gallia sic proprios dum fudit ubique patronos, quos hic terra tegit, lumina mundus habet IX 1, 44 laedere dum voluit, prosperitate favet X 6, 129 forte colebatur dum quis pro martyre latro, | Martini adventu se probat esse reum XI 8, 1 accessit — sors iucundissima — | dum meruere meae sumere dona preces VM III 207 dumque unus terrae rediit, plebs astra recepit IV 518 condere dum volui quia laesi carmine flores. — *c. indic. pro* cum IX 2, 44 dum pro me voluit hic mea vita mori X 6, 124 dum trabe conversa dant quoque ligna fugam

dum *transpositum cf.* VII 12, 88 scribimus et haec dum, non sine te loquimur

duplices *i. q.* duo VI 5, 46 praetereunt duplices, tertia quarta dies

e *et* i *cf.* -es -is, -esco -isco, -et -it, -eus -ius, -ex -ix. — continere descendere despicere elementa encaustum intellegere iuredicus oleagina persica religio residere stellare tripudiare Treveri vindicare. — saltem septem. — dulcedo Eufemia Palamedes. — *passim optimi* recepit suscepit subregit *etc.*

ecclesia *passim*

Echinades cautes III 4, 3

e contra III 4, 7 cum me e contra pudeat *e. q. s.* VI 5, 183 e contra genetrix *e. q. s.*

educere *cum dat.* praef. 1 sacris altaribus adscito pariter et educto. — *i. q.* tollere app. 1, 109 eductos — fluctus

effigiare II 4, 1 effigians

effugere *c. infin.* II 7, 18 curari effugiens

egere *c. infin.* I 21, 41 undis eget ipse lavari (lavacri *AR*)

e germine II 4, 34 adfer opem nobis, e germine David

egregius *comparat.* X 6, 88 extulit egregius quam nituere prius. — *cf.* I 6, 12 quo nihil egregius gloria laudis eget (*cf. adn.*)

ei mihi app. 1, 127 ei mihi quae renovo fletus

electrum VM I 127 pulchrior electro spur. 1, 235

eleemosyna X 1, 60 elem. elim. elym. *codd.*

elementa *passim* (III 9, 5 elimenta *opt.*)

elephantus II 16, 81 (f *GB*)

eligere *c. acc. c. inf.* III 23^{a}, 17 eligit in tali Christus se vase recondi. — *c. inf.* VM IV 140 eligis aut facinus mea per tormenta pacisci?

ellipsis VM ep. ad Greg. 1 ἐλλείψεις (*cf. adn.*)

eloquium *i. q.* sermo I 15, 102 cuius ab eloquio dulcia mella fluunt III 4, 1 vestri fluctus eloquii 15, 15 facundo eloquio IV 1, 11 dulcis in eloquio *et passim*

elysium V 1, 1 (elisium heliseum *codd.*)

emblema VM II 80

emorrois VIII 3, 195 basiliscus emorrois aspis (*sic codd.*)

encaenia III 6, 1 cum Salomon coleret generosi encaenia templi

encaustum *cf.* incaustum

enim *simpliciter conectens* II 14, 29; VII 22, 13 X 13, 11 app. 3, 13 sic Radegundis enim post tempora longa requiror? VM I 494 III 312. — *i. q.* autem II 8, 21; X 1, 4 nam reliqui tantum meruerunt *e. q. s.*, filius enim *e. q. s.* VM III 103. — *exemplum inducens rei in universum dictae cf.* II 7, 5; 8, 9

enixare II 4, 4 conditur enixans Adam

entheca VM II 8 sancta entheca nautae (emptica *praeter* L^2) 375 rerum facit entheca iactum (emptica *praeter* PL^2)

enthymema III 4, 3 enthymematum — catenatum vinculum. — *plur.* enthymema V 1, 6 enthymemis (inthym., inthim., intim. *codd.*)

eo — eu: *saepe contra metrum formae in* eo *codd. praeferunt*, *cf. ind. nom. et infra sub* Theo- Theu. — Leucadius VM IV 342 leoc. *codd.* III 4, 5 Polydeucen] polydeochen *codd.* (polideochen *B*, polydeocen *R*)

Eous V 6 carm. 17 Eoois excluditur ortu *sic litterarum serie firmatum*, *cf. adn.*

epichiremata: praef. 1 *sic A*, epechiremata epecheremata *rell.* V 1, 6 epichirematibus *codd.* (epicherem. *L*) VM epist. ad Greg. 1 ἐπιχειρήματα (*cf. adn.*)

-eus -ius *cf.* II 9, 63 triticeas] -ias *AM* (*C*) X 3, 1 triticei *DGBL*, tritici *opt.* III 13, 17 aethereis *C dett.* VI 1, 101 aetheria *codd.*

evacuare I 21, 62 evacuatus aquis X 1, 21 evacuavit Tartaros VM II 178 nec fundata decet contra evacuata moveri

-ex *pro* -ix *passim meliores:* salex III 9, 23 *opt.* cultrex IV 25, 17 *CPM*[1] genetrex *passim*

exagitator VM III 302

exanimus V 1, 10 cadaver exanimum VI 5, 256 exanimum ad corpus

exauditor VM IV 594 famuli exauditor

exclusor II 5, 5 exclusor culpae

excurrere II 8, 32 iugiter excurrens ad pietatis opus XI 25, 7 hinc citus excurrens

exertus II 9, 51 gressibus exertis V 3, 3 hoc puer exertus celebret, hoc curva senectus VII 17, 11 providus exertus vigilans moderatus honestus X 12[c], 1 officiis exerte tuis

exigere *c. acc. c. inf.* IX 7, 5 exigens nuper nova me movere metra

exilio ponere app. 2, 39 e. positi patres

exorare *c. acc. c. inf.* VM III 201 exorant fieri se lege beati

exorcista X 19, 18 de exorcista aliquo pontificalis honor

expavescere *c. inf.* III 9, 62 expavitque chaos luminis ore premi

expers VM I 28 usu rudis, ore nec expers II 222 Clarus, placidis adulescens moribus expers III 93 miris Euantius actibus expers. — *cf.* X 11, 33 quae bonus antistes noscendo Gregorius expers | plaudat

exponere III 12, 3 rupibus expositis intonsa cacumina tollit

exprobrabilis: praef. 3 nec tantum sit exprobabile nesciri quod horreat *e. q. s.*

expugnare *i. q.* strenue expetere III 1, 2 unusquisque qualiter desiderat et expugnat (*C*[1], exponat *rell.*)

exsequi *passive* X 1, 1 ut nec verbis exequi — neque ipsa valeat cogitatione pulsari

exsors *cum abl.* I 10, 3 terrenis usibus exsors

exsufflare VM IV 199 iudex dum se ipsum putat exsufflasse beatum (*cf. Sulpic.*)

extare VI 8, 39 comitem qui Papulus extat VII 14, 9 inter concives merito qui clarior extat X 11, 17 cui successor ovans modo rite Gregorius extans. — X 9, 19 per extantes colles 17, 26 regis ut extet apex

extorquere *c. infin.* II 5, 1 extorquet — reddere

extruo extrui X 2, 4 quod certe sola sic extruit ut universa destrueret. — *cf.* § 7 subtrahit *pro* subtraxit *codd. praeter AL*

ex tunc IX 2, 5 sumpsit ab ipso ex tunc Adam patre terra dolorem

Fabius Favius VI 2, 84 Favii *et sim. codd.* VIII 1, 42 Faviola *codd.*

fabre: praef. 5 quid ibi fabre dictum sit

fabrica *i. q.* aedificium I 13, 12 lapsae fabricae II 16, 76 et veteri fabricae prima fenestra venit III 12, 22 praebuit hic fabricam quo nemus ante fuit VM I 174 paulatim adsurgit fabrica titubante columna

fabrire II 8, 23 quod nullus veniens Romana gente fabrivit. — *cf.* VI 3, 29 tu fabricas illi terris, dabit ille supernis

facere *c. inf.* (*acc. c. inf.*) VI 9, 18 ut faceret tecum pagina missa loqui VIII 10, 4 paschalemque facis bis celebrare diem (*v. i.* app. 14, 8) X 7, 53 qui serpentis iter fecit revocare retrorsum (*scil.* serpentem) app. 2, 54 et facit hoc voto se propiare polo 86 cui facis extremis crescere vota locis 14, 8 paschale bonum multiplicare facit 34, 13 te crescere fecit *et passim*

facessere VM III 366 defuerant homines ubi mira facessit IV 371 nisi iussa facessis

facetare VM II 453 illum diadema facetat

falanx VM II 249 credas pugnaces volitare per astra falanges (phal. *S*)

falarica VM III 286 stipula exilis quasi dura falarica fixit

faleratus VIII 21, 1 falerata rotatu *codd.*

falsiloquax VM I 92 (diabolus)

falsiloquus VM II 274 tegmina falsiloqui vanescunt

famen app. 1, 54 mulcebar placido famine parva tuo VM IV 549 rabidum per mollia fámina mulcens

famulare XI 7, 6 quod minus inpendi tu famulare velis. — *cf.* X 7, 1 famulor

fantasma VM II 268 noscens pontifici fantasmata nulla latere (*sic codd.*)

farsus IX 7, 34 codicem farsum tumido cothurno (fartum *S*)

fascis VI 5, 35 committens secura eius se fasce levari VIII 3, 338 viscera fascis agit X 2, 1 (animus) non modico sub fasce succumbat 9, 71 quo salmo fasce levatur. — fasces: VM I 438 (Tetradius proconsul) cum fascibus altis

fasis X 3, 1 post epulas coturnicis aut fasidis

fastidire fastidere: praef. 3 fastideri *CMR* III 4, 8 fastidentem (fastidientem *GBL*) VII 8, 7 pabula fastidens (fastidiens *G*[1])

fastus I 15, 97 imperii fastus — rexit

fateri *c. inf.* II 11, 21 cuius dulce iugum nullus gemuisse fatetur

faux: *gen.* faucis *et dat.* fauci *passim*

favere I 15, 44 (templa) tibi laeta favent 18, 14 et favet auctori vivificata suo III 15, 4 laudibus in vestris prodere pauca favens 18, 12 plebe favente IX 3, 15 gaudia plus faveant per celsa palatia regum X 18, 2 quo comes ipse favet app. 2, 81 haec iam fama favet qua se septentrio tendit. — *i. q.* gaudere III 9, 9 terra favens IV 26, 135 de tenebris migrasse favent in luce perenni IX 4, 14 perpetui regni se favet arce frui X 6, 24 nec cecidisse dolet quae magis aucta favet XI 5, 15 gaudia vera colat — | et tecum faveat ducta sub arce poli app. 6, 12 praesens hinc gaudens, inde sed aure favens VM II 67

favorabilis X 2, 12 favorabilior Traiano

fenestrae cf. II 10, 13 III 7, 47 *all.*

ferre *i. q.* auferre: praef. 2 quos licet sors fine tulerit I 6, 10 pacis ab amplexu morbida bella tulit IV 8, 25 quam lupus ab stabulis tulerat (ovis) 10, 22 gaudia tot populis, heu, tulit una dies 18, 18 non aliena tulit 20, 4 (quem) sors inimica tulit VI 8 *tit.* qui ipsi navem tulit (*cf. v.* 8) IX 4, 10 sors inimica tulit app. 1, 46 affectum dulcem cladis amara tulit 8, 4 quem — mors inimica tulit 9, 8 per lignum rediit quod prius Eva tulit 16, 2 VM III 199. — *i. q.* dicere nominare III 13, 5 hinc dextra de parte fluit qui Salia fertur

festinato (*i. q.* festinanter)? VII 22, 11 festinato — si votum adceleret (festinit festinat *codd.*)

ficulnea V 2, 33 inponenda focis sine spe ficulnea tristis

fida (fides)? VI 2, 78 est tibi Daviticae mansuetudo fidae (vitae *codd.*)

fiducialiter X 3, 4 hoc fiducialiter deprecantes

filare (filari) VM III 112 necem vomuit de vulnere filans (*cf. Sulp.*)

filomela VII 1, 7 (f *codd.*)

fimbria VM II 13 fimbria quin etiam quod nobilis attigit umquam 364 cum sua porrigeret vel fimbria tacta salutem III 325 nec fimbria senserat ignes

finire *neutr.* VM III 262 cenula finivit

fistuca (calamus) VM III 283 *codd.*

flabilis VI 10, 25 neu flabilis aura flagellet

flammicremae I 15, 47 nullaque flammicremae senserunt damna ruinae

flammivomus app. 1, 15 flammivomum vincens — aurum

flatilis VIII 11, 10 ibat ab arcanis flatilis aura coquens VM IV 201 despectio flatilis aurae

gerundii ablativus de tempore vel qualibet sententiae accessione I 1, 14 intret amando lares 5, 12 signando (*i. e.* dum signat) calicem signa beata dedit *sic passim* 13, 21 sua templa tenet sanctus habitando quiete 15, 56 nox ubi victa fugit semper habendo diem 21, 19 si venias equitando viam II 3, 14 dum pallas cuperet signa gerendo crucis (*i. e.* quae gererent) 7, 46 ipsa ferendo gemis (*v. 44 instrument.*) 9, 46 advolat — templa petendo (petenda *praeter R*) 16, 96 fit tonitrus caelis, arma ferendo tibi III 3, 30 sed fugit exclusus non lacerando greges IV 20, 6 detulit huc cari funus amando viri 26, 47 abripuit teneram subito mors improba prolem, | annos quippe duos, lustra gerendo tria 120; V 5, 118 credas ut stellas ire trahendo comas 14, 5 nunc stat spargendo medellas, *cf.* 8; VI 1ª, 10; 5, 216. 352 VII 1, 47; 12, 50; 14, 26 vocibus hinc cogens, hinc tribuendo dapes VIII 3, 130 *et passim*, *cf.* IX 1, 57 aspera tot tolerando diu modo laeta secuntur (*i. e.* cum toleraris) X 4, 1 inserendo *pendet* 12ª, 10 orbato hanc patri redde videndo diem XI 19, 2 meos animos plura videndo cremas

— — *pro infinitivo* I 6, 3 nec patitur differe diu quod oportet agendo (agendum C^1) IV 15, 7 dic, tibi quid prodest scelus hoc peragendo, nefande?

— *pro supino* V 1, 1 quem — revisendum post meridiem pergeret. — *cf.* II 9, 46 advolat — templa petendo (petenda *praeter R*) VM IV 138 absolvendo reos venis app. 28, 9 nunc faciendo focos epulasque coquendo recurris

gerundivum II 7, 52 praemia — habenda petit 8, 14 instituitque pii membra terenda trahi 16, 128 spe meliore fruens, nupta tenenda polis *cf.* 130 VIII 4, 28 virginis integritas glorificanda manet 5, 2 regna tenenda manent 9, 3 hodie claudenda recurris *et passim*, *cf.* VM III 240 quam supplex danda rogasset 246 qui nulla requirit habenda IV 216 quod cum sanctus ovans mandasset rite ruendum. — *pro participio praesentis verbi deponentis* I 10, 10 quo neque tunc poterat plebs veneranda capi. — *cf.* II 13, 2 quo capit haud dubiam spem veneranda fides IV 4, 18 cessit discipulo cura tuenda gregem (tuendo *A*) *ubi expectes* tuendi. — *cf.* I 19, 15 nunc renovanda venit papae mercede Leonti III 21, 13 ad caelos penetranda seras, pater alte, talenta

gigans Christus spur. 1, 28. 155.

grabattum VM III 92 recubans paulo ante grabatto (grabato *PM*) IV 6 iacuerunt membra grabatto (grabato *M*)

gradus *i. q.* dignitas (episcopalis) I 1, 18 et gradus et pietas 15, 70 pontifices vincis honore gradus 16, 69 sumpsit gradum III 15, 2 ex cuius meritis crevit honore gradus 24, 14 quem praestat honor scis moderare gradum (*presbyt.*) IV 1, 10 gradu iudex *et passim*. — *cf.* IX 10, 8 optans longinquo te superesse gradu

grammatica VM I 29 parvula grammaticae lambens refluamina guttae

grassari VM III 134 grassante querella IV 440 grassata diu — contagia

grafiolum V 13 *tit.* pro pomis et grafiolis (graffiolis *AG*) *cf. v.* 4 insita cum fructu: surcula, poma simul

grates referre *i. q.* gratulari VIII 13, 5 hinc referens grates aviae, quia reddita tandem *e. q. s.*

gratificari X 4, 1 nos — suscepisse gratificamur epistulas 9, 78 turbaque quo residens gratificatur edens

gratulari *c. inf.* III 1, 3 gratulor — dilectionem — sensisse Martini

gravare I 16, 25 gravat sacerdos ordinem qui episcopatum sic petit IX 1, 62 unde gravabaris, celsior inde redis 3, 4 flamine seu rapidi rura gravante noti

gravefacere VIII 3, 326 aut gravefacta iacet pignore maesto suo

gubernare V 5, 10 guvernet *CP* 9, 6 guvernantes *CP* VI 1, 126 guvernat *M* 2, 19 guvernans *PM*

gyrare VM II 245 et rota flexa aequo gyrabat cardine metam

gyrus I 10, 9 prius angusto fabricata est machina gyro (giro *GBR*) III 23, 3 maior in angusto praefulget gratia gyro

habena I 15, 73 Rhenus ab Alpe means neque tantis spumat habenis VM I 282 totis laxatus habenis (ardor)

habere *c. inf.* II 16, 87 habuit tot vincla pati miser ille VI 8, 27 mergere mox habuit cunctos (*scil.* naufragium, *cf. sqq.*) 10, 29 post sudorem habui modo nam dare membra quieti IX 1, 46 quando ferire habuit, reppulit hora necem X 17, 18 quidquid reddere Christus habet XI 14, 8 nam neque sic habuit pars mihi parva dari (*cf. adn.*) VM II 200 ut tibi iam misero misereri Christus haberet. — *cf.* X 6, 99 ad fluvium domini cui non fuit ire labore (*cf. adn.*)

habilis II 8, 5 est habile (?) de magnis magna fateri

hac *i. q.* huc VII 24ᶜ, 2 hac veniens

haemorrhois *cf.* emorrois

haeresis haereticus *passim*, *cf. ind. metr.*

harena *sic fere* (II 14, 22 arena *optimi* VI 5, 234 arena *ACD etc.*)

harmoniacus III 4, 9 arte armoniaca tutus

harpa: praef. 5 sola saepe bombicans barbaros leudos arpa relidens (*sic codd.*) VII 8, 63 plaudat tibi barbarus harpa (*v. l.* harpha pharpa pharpha, *non* arpa)

harundo *sic* II 2, 19 *metro certum* (arundo *CMBL*)

hebere *i. q.* obmutescere VM II 293 cuius ad aspectum sanctus hebet ore represso III 38 haec memorante sacro stupidus hebet archidiacon

hebes *i. q.* nutus *cf.* VM IV 30 graviter hebetem sine voce

heiulare VM I 164 *codd.*

helix VII 4, 19 cervi caprae helicis uri (*cf. adn.*)

helleborum VM I 151 venenatum h.

heredis *nominat.* app. 34, 12 heredisque sui frugiparensque

heremus *sic passim*. — heremita VM III 404 *metro firmatum* (er. *M*) 418 her. *codd.*

heros II 14, 12 erus *CM* VM III 83 eros, erus *codd.*

heteroclita cf. amomus (amomum) arva (arvum) baptismum (baptisma) canister (trum) caseum (us) censum (census) chrysoprasis (us) clerus (2. *4*) coccus (um) cola colae (*cf.* celeuma enthymema) compitus (um) diaconus diacon (*gr.*) genium (us) pruna (prunum) scripulum (us) spicum (a) surculum (us) thronum (us)

hidem *pro* idem VII 19, 3 visceribus hisdem (isdem *AL*) *metro firmatum*. — *cf.* IX 2, 15 hisdem *CPR* VM I 416 hisdem *praeter NS*

hinc inde *passim ut* hic illic (II 9, 28. 55 *etc.* III 13, 12)

hinc est quod: praef. 6; X 2, 5 hinc est quod prolem genitam nocens esca traxit in praedam 9; 3, 1 hinc est quod — inclinat 4, 3

Hippolytus VII 12, 18 hyppolitus *opt.*

hiulcare VI 10, 6 per hiulcatos fervor anhelat agros

holocausta (III 6, 53 ol. *CMD* V 5, 127 ol. *C*) VM III 54 IV 572

holus olus VII 24ᵇ, 4 holus *dett.* XI 9, 4 holus *codd.* 10, 4 holus *praeter PR* 22ª, 2 lac holus ova butur (olus *CPM*) app. 22, 12 holus *Σ*

honor *de persona* I 5, 10 processitque inopi tegmine summus honor

horalis VM IV 364 horale spatium

hortus V 6 carm. 17 ortu *pro* horto *positum? cf. adn.*

huc *i. q.* hic *e. g.* II 7, 43 huc (hic *M*) captiva cubas quo te regnare putabas IV 26, 138 cui modo creduntur huc meliora dari (*pro* illic) V 6, 11 qua cavere volebam huc pinna ligabar VI 4, 10 quo tuus est sponsus huc eris ipsa simul 5, 8 huc latet ars foveae quo putat esse viam *et passim*

hyacinthus hyacintheus VIII 3, 270 hyacintheo] yac., yach., iac. *codd.*, *sed* 4, 20 hyac. *et* hiac. *praeter L* (iacinteus) VM III 465 IV 326. 627 (iac. *codd.*)

hydrops app. 9, 16 (Dagaulfum) tendat hydrops (ydros *cod.*) *cf.* hydrus

hydrus VIII 3, 330 voluptatis morbida crescit hydrus (ydrus *praeter A*, idrus *C*) *scribendum videtur* hydrops *ut app. 9, 16*

hymnus I 16, 85 ymnum *et* V 6 carm. 30 (*carm. quadr.*) ymnus *litterarum serie firmatum*

i *et* y *cf.* amphibalum cithara paradisus tiro (*cf.* y *et* i)

iactare *i. q.* dimittere VI 8, 25 iactavi reliquos (*e navi*), sequerentur ut inde pedestres 29 postquam iactavimus omnes

iactitare: praef. 3 quos clarae linguae iactitat lux inlustres

iaculare VM I 124 famae radios iaculabat in orbem II 139 iaculabat probra beato. — *cf.* III 285 larvam iaculata sagittat

iaspis VIII 3, 269 iaspide VM III 463 IV 323

ibi *i. q.* eo VII 5, 39 si venis in campos, ibi plebs pascenda recurrit

idolum *passim* (*cf. ind. metr.*)

-iebam -ibam V 5, 19 Christicolis Iudaeus odor resilibat amarus (resilebat *opt.*) 100 rex aperibat iter X 9, 49 omne per illud iter servibant piscibus undae (*cf. adn.*) *cf.* spur. 1, 80 servibunt gentes

ieiunare III 11, 13 ieiunans invenit escas

ieiunum *subst.* praef. 5 brutae animae ipsa ieiuna (ieiunia *codd. interp.*) sunt ebria

ignarus *c. abl.* VI 5, 11 ignari sorte futuri spur. 1, 246 ignara amplexu. — *cf.* nescius

ignire VM II 313 spiritus ut verax Martini ignivit acumen

ignivomus III 9, 3 altius ignivomum solem caeli orbita ducit

ii *pro* i *longa* hii II 9, 25 VIII 3, 140 *opt.*

-iit -it *perfect.* II 16, 138 quod de matre p e r i t de tumulo recipit IV 10, 24 vixit et a nostro lumine raptus o b i t 26, 45 tempore iam certo est enixa puerpera prolem, | damno feta suo, quae pariendo p e r i t. — exiit obiit rediit *etc. passim*

illic *i. q.* tunc V 5, 123 quis rogo pontificis fuit illic sensus Aviti?

illuc *i. q.* illic *e. g.* X 9, 75 illuc fausta videns, huc laeta palatia reddens 17, 29

imagineus I 13, 17 sumpsit imagineas paries simulando figuras VM II 276 nec stat imagineis simulatilis umbra figuris

immemor *c. acc.* (*cf.* memor) III 21, 6 ne minimam pascens immemor esses ovem

immolare VM I 19 Prudentius immolat actus

impedio *cum negatione sq.* ut IX 1, 21 nomen ut hoc resonet non impedit aura nec unda

imperativus et indicativus coniuncti II 9, 72 Moyses, tende manus et tua castra iuvas V 6 carm. 33 rumpite lora iugis et sumitis arma diei. — *cf.* VI 9, 19 sed tamen ut tandem venias huc carius hortor | et revocas oculis lumen, amice, meis VIII 9, 15 hoc precor, incolumem referant te gaudia paschae | et nobis pariter lux geminata redit

imperf. coniunct. I 13, 14 unde senes fieret, iunior inde redit I 17, 8; 21, 53 sarcula quos foderent agros male retia miscent III 9, 88 et quos mors peteret, hos nova vita tenet *et passim*

imperialis VII 12, 9 VM III 238 imperiale caput 264 imperialibus escis

impingere V 5 praef. 2 licet illum praeceps iter impingeret

implere *scil.* pollicitum III 9, 77 sed plane inplesti remeans, pie victor, ad orbem

implicitare V 5 praef. 2 tamen praeceptis vestris, licet impliciter expeditis, paremus devoti (*expectes* expediendis)

impossibilis XI 1, 41 nec hoc credentibus impossibile iudicetur

in *cum ablativo directionis* I 4, 1 emicat aula decens venerando in culmine ducta (*cf. abl. dir.*) 15, 41 templa vetusta dei revocasti in culmine prisco (*cf.* III 11, 21; IV 8, 27) II 2, 18 in crucis levatur immolandus stipite 16, 1 quos actio vexit in astris (*testatur grammat. Bern.*) 163 qui templum in culmine duxit III 4, 10 nec si vulsci (*corrupt.*) venissent in solacio 10, 13 altera in alterius migravit imagine forma 17, 8 raptus in axe levor 18, 9 recitasses in aure senatus 24, 16 quisquis in urbe venit IV 4, 15 palatina regis translatus in aula 23, 13 qui fratris migrat in alvo (alvum *F*) 25, 21 aeterna in luce relata 26, 135 de tenebris migrasse favent in luce perenni V 5, 140 et datur in spatiis vix geminata dies 6, 4 in alieno affectu migrarem VIII 4, 6 ducitur in thalamis X 1, 29 mortalitas translata in immortalitate 31 in luce transfudit 2, 3 in prole transfudit (prolem *DGF*) — in rivo defluxit *codd.* 3, 4 desiderato pariter intretis in regno XI 8, 10 fundat in ore cibos app. 8, 10 quod in orbe venit 9, 36; 10, 1 quae fabula fertur in aure (*cf.* 22, 6; 24, 14; VM III 17; *supra* III 18, 9) 23, 23 VM IV 229. — *tituli* in honore, laude (*cf.* V 5 praef. 2 laudibus in vestris prodere pauca), commendatione *sim.*

in *cum accusativo locali* II 1, 14 luna nec in noctem (nocte *S*) 9, 27 in medios Germanus adest 51 in opus venerabile constans 16, 142 in lucem obscurus III 4, 10 quantum praestitistis in verba 7, 31 in medium turritus apex super ardua tendit (*fort.* medio; *item* 8, 20 *fort.* in ingenio) VIII 3, 105 hoc ergo in sponsae nunc viscera diligit ipse | quod prius in matrem legit honore sacer IX 11, 7 mansurus in orbem *codd.* (*corr.* G^2) XI 24, 4 munus in angustum cernitur amplus amor (angusto *codd.*, munere *M dett.*) VM I 290 in aera (*cf.* 265. III 425) IV 568

inadversus VM I 238 pingit inadversus signum crucis (*cf. adn.*) II 171 semper inadversus iaculans crucis arma beatus (*item*)

incaustum V 6, 4 lacrimantes oculi querellas mihi fixerunt ad vicem incausti (incauti *DG*)

incensum V 5, 134 incensumque novum misit ad astra deo

inclinare *i. q.* deminui I 15, 21 nobilitas longos non inclinavit in annos

incolumis: *codd. fere* incolomis (I 9, 17 VI 5, 270 incolumis *L* VIII 9, 15 incolumem *ΣBL* X 4, 1 incolumitate *B* app. 4, 10 incolumi Σ^2 VM III 94 incolumis *BL* 118 *item* 360 incolumis L^2 *etc.*)

incomminus III 4, 8 si diutius fuissemus incomminus

incommutabiliter X 1, 51 deus i. bonus

incongruus X 2, 5 puto incongruum si vel illum remorsero XI 19, 7 non ego crudelis, qui matri incongrua praestem

incudo *i. q.* incus VM IV 21 (monile quod) non incudo terit fornaxque examinat igne. — incudum *i. q.* incus II 9, 11 et velut incudo — terit

inculpabilis X 1, 46 concordia inculpabili

inde — unde *causam et effectum indicant e. g.* I 8, 9 credidit unde necem, sancto dedit hostis honorem 12 abstulit unde caput, contulit inde polum 11, 20 unde mori voluit, vota salutis habet 13, 14 unde senes fieret, iunior inde redit II 2, 9 et medellam ferret inde hostis unde laeserat 14, 18 mors fuit unde prius, lux fovet inde viros III 8, 34 unde tibi nupsit, castior inde manet 13, 19 *etc.* VI 1^a, 14 hinc modo te reges unde sequantur habes 18 tu magis unde subis mitior inde manes 4, 4 unde fugis terras hinc petis astra magis 20 unde calet nudus frigora nulla times IX 1, 36 unde magis coluit, praetulit inde pater *et passim*

indeficienter X 1, 28 i. regnare

indicativus praeteriti post coniunctivum condicionalem I 8, 11 vicerat ille miser, hunc si iugulare nequis-

set III 4, 7 quamvis protracto spatio aspectu vestro fruerer, incitari poteram non expleri IV 26, 57 plus fuerant soli, si tunc sine prole fuissent 28, 1 scribere per lacrimas si possent dura parentes, | hic pro pictura littera fletus erat VI 5, 109 pia plus fueras si murus tota fuisses VII 11, 5 si — tenuisset — | iam fuerat licitum IX 7, 17 *sq.* (si fuissent — fueram) X 2, 8 XI 16, 3 app. 1, 106; 18, 4; 29, 12 *et passim.* — *cf.* app. 1, 80

indicat. 2. pers. pro coniunct. I 12, 18 artificemque p u t a s hic animasse feras 19, 10 quo pelagi pictas currere c r e d i s aquas III 7, 36 vivere picturas arte reflante p u t a s VIII 7, 14 inque loco pacis herbida bella p u t a s

indignum est ut III 9, 69 indignum est — | ut tegat inclusum rupe vetante lapis

indubitabiliter X 3, 4 indubitabiliter intimamus

induperator VM II 115 induperatori Martinus et imperat ipsi IV 350

ineffabilis II 2, 2 ineffabili caritate

infatigabiliter VIII 12ᵃ, 9 infatigabiliter laborare

infinitivus subiecti vice vel obiecti I 5, 24 quantum posse valet, plus mihi velle placet II 16, 160 velle fuisse vide VI 5, 134 sed quod velle prius, postea nolle fuit X 1, 36 bonum velle non habet *cf. sqq.* 38 qui et velle tribuit et posse complevit XI 26, 18 posse utinam sic sit quam mihi velle placet VM III 72 est mihi velle loqui. — *pro casu obliquo* IV 26, 134 congaudent nimium se caruisse mori V 14, 16 hic ego quid facerem, posse vetante, sacer. — *pro supino* X 6, 42 non licet ire mori. — *infinitivus cum praepositione* praef. 5 si vivere licet post bibere IV 26, 32 omnia praetereunt praeter amare deum X 2, 1 inter spectare vel spectata amittere VM II 220 cui minus in posse est. — *cum epitheto* VII 2, 10 dormire meum carmina lenta probant VM I 119 unum velle trium

— *apud relativum pro coniunctivo finali* X 1, 1 nesciendo quae petere 8 habemus quod in ipso diligere — habemus pariter quod timere 4, 5 non habes in tali filia quod deflere

— *pro sententia finali* X 6, 44 iustum ibi supposuit rustica turba premi

— *praes. pro fut. e. g.* VM I 343 quo credit stare cadente III 212 quia praesensit se posci talia Caesar

— *subaudiendus cf.* app. 1, 75 quem volo nec video (*scil.* videre volo)

— *in* ier VM IV 576 Christum meditarier actu

infitiator (diabolus) VM II 133 infitiatores 175

infundere aliquem I 21, 25 se cupit infundi fluvius, si porrigis undas

inhabilis *i. q.* inhabitabilis I 21, 34 piscibus inhabilem (amnem)

inlacrimare IV 7, 1 inlacrimant oculi

inlicere V 1, 3 pars inlicet (inlicit *B*)

inrecitabiliter III 9, 49 inrecitabiliter manans de corde parentis

inridere inridi VM III 132 se inridi computat alter

inrigare II 9, 47 flagranti studio populum domus inrigat

insatiatrix II 4, 12 insatiatrici morti fames accidit illinc

insaturabilis X 4, 1 nos insaturabili voto suscepisse gratificamur epistulas. — III 9, 79 inferus insaturabiliter cava guttura pandens

inscius *c. abl.* spur. 1, 248 inscia coniugio. — *cf.* nescius

insidere X 11, 19 rogat hic praesens, alibi licet insidet absens

insidia VM I 101 insidiae via nulla patet

insidire I 21, 30 vix tamen insidiens ungula mergit equi (insidens *R*, insidians *DG*)

insinuare *c. inf.* II 15, 17 in patre — cognoscere natum — insinuat

insitum V 13, 4 insita cum fructu: surcula, poma simul

inspicere X 2, 14 illud potius inspice, ut ista res funeris sit virtutis

instare *c. acc. c. inf.* VI 5, 41 instant legati Germanica regna requiri *cf. v.* 47 instant legati nota regione reverti. — instare ad I 12, 8 cuius ad hoc votum iugiter instat amor III 8, 27 cuius ad ornatum bone cultor iugiter instans

instituere *c. acc. c. inf.* II 8, 14 instituitque pii membra terenda trahi

instrepitare III 9, 26 floribus instrepitans poplite mella rapit

instruere II 8, 22 instruxit culmina sancta loci (*scil.* templo suo ornavit)

in tantum VI 2, 21 in tantum patruo se prodidit esse sequacem, ut *e. q. s.*

intellegere *ubique sic praeter BL passim* (praef. 5 intelligentiam *BL* V 6, 3 intelligi *L etc.*). — *cf.* relegere: praef. 6 relegas *BL* III 4, 4 relego *AMG* 12 relegere *opt.* 25, 8 relegis *PGF* 29, 10 relegis *ADGL etc.* — V 1, 7 nec legenti] nec ligenti *et* negligenti *codd.*

— *c. inf.* X 2, 16 intellegens uni cedere qui cuncta formavit

intendere *i. q.* conspicere VII 8, 51 quando merebar ovans placidos intendere vultus

interanhelare V 5 praef. 2 mihi interanhelanti vix licuerit respirare

interea *de loco* X 9, 7 interea locus est per saxa latentia ripis

interrasilis I 13, 15 hic scalptae camerae decus interrasile pendet

interrogatio indirecta. indicativus II 9, 48 certatimque monent quis prior ire valet 16, 103 stupet unde salus laceris est reddita plantis 157 quid referam mutis qui verbo verba dedisti? III 1, 2 ut iam agnoscaris —, de eius regni munere quid habebis 3 quid apud eum meritis praevaletis, — ostendatis IV 3, 15 dignus in astris qualis honore nites, hic pietate probes 5, 14 certantes pariter quis cui maior erit 7, 23 quia non dubito quanta est tibi gloria laudum 9, 8 et quantum coluit nunc lacrimando docet V 5, 141 novimus affectu potius quo diligis illum 6, 16 qualiter autem conexi sint singulive quid continent VI 5, 355 dicite si quid ei nocuit VII 4, 3 dicite qua vegitet — Gogo salute, | quid — mente serenus agit (agat *F*); | si — remoratur — | an — obambulat *e. q. s.* 12, 81 quid gerit aut ubi sit *codd.* 20, 9. 10. 11 VIII 8, 10 aspicis hinc qualis te retinebit ager (12) 18, 6 fers, bone, quanta mihi, quis valet ore loqui? IX 7, 83 et refer quantum sibi cara profert X 1, 11 respicimus qualiter — subveniunt 26 videamus qui rapientur 27. 41; 2, 16 XI 1, 8. 9 (app. 1, 78) app. 1, 125 qualiter — cecidisset | (et) raptus — fuit 9, 25 quid ventura dies portat nescimus IV 364 cur — consensit iniquis

intimare X 3, 4 indubitabiliter intimamus, ut — adquiratis

intrare *i. q.* incipere VI 1, 85 fovet hic populos ipsis intrantibus annis. — *c. dat.* VIII 4, 12 naribus intrat odor

intuitus III 4, 13 ut me — pietatis intuitu dignemini memorare

inulcerare III 6, 15 neu morbus inulceret agnos

inundare V 3, 39 Gregorius radiat, sacer Augustinus inundat

invalescere *i. q.* animo erigi V 14, 19 sed tamen invalui recolens te, summe sacerdos

inveteratus (*cf.* veteratus) X 2, 2 serpentis inveterati dens a radice sic perculit

ipse *i. q.* idem I 1, 26 felix cui dominus quae cupis ipsa vehit V 5, 53 qui tuus ipse meus stat conditor atque creator app. 2, 6 quae pater haec genitus, spiritus ipsa potest

ire *perf.* ii V 5, 28 pendulus iit iter (ivit *AGBL*) VM IV 13 ii *certo traditum.* — spur. 1, 58 motibus

litus *ubique, non* littus

locare II 16, 158 quod gravat eiciens quod iuvat omne locas IV 8, 19 divitias omnes inopum sub ventre locasti X 1, 39 qui uno eodemque locatus est spiritu. — *sq.* in *c. acc.* VIII 3, 400 in portum vitae nos tua dextra locet

locator II 4, 13 caeli fluis arce locator (Christus) *nescio quo sensu* (C *et* R *versu descendenti certae*)

locupletus VM II 379 locupletus acervis

longare VII 12, 70 tempora longantur, sed breviatur amor

longe *de tempore* III 13, 43 longius extensos peragas tam digna per annos V 8, 10 optantes longe vos moderare gregem 17, 5 longius — pagina me recreet VI 5, 260 te longe incolumem — fore 10, 53 longius inde absens. — *cf.* X 8, 15 praestet cura dei vos longa in sede tueri 18, 5 Childeberethi — dominatio longa refulgens

longinquus *de tempore* VII 1, 49 haec tibi longinquos laus ardua surgat in annos IX 10, 8 optans longinquo te superesse gradu VM II 56 nec perferre virum longinqua flagella decebat

longus *i. e.* remotus VM I 142 longa Seleucia

loquella *i. q.* lingua VI 2, 99 qualis es in propria docto sermone loquella

loqui *passive* VM II 93 quod valet ore loqui potuit sub principe ferri

lubricare *i. q.* serpere I 21, 3 lubricat hic quoniam tenuato Egircius haustu

luciferax II 4, 3 (deus)

lucifluus VM II 265 Sol quoque lucifluas curru flectebat habenas

lumen *i. q.* oculus (*singul.*) IV 10, 24 a nostro lumine raptus obit VIII 3, 252 luminis instillans ora lavabat aquis *et passim*

lusus in significatione cf. I 1, 9 sumpsisti a domino culmen cui culmina condis 15, 110 culminibusque suis culmina vestra tegat II 16, 163 culmina custodi qui templum in culmine duxit III 7, 30 celsius haec tantum culmina culmen habent VI 1, 19 culmina tot procerum concurrunt culmen ad unum VII 7, 44 per quem digna magis culmina culmen habent IX 1, 24 in quo tot procerum culmina culmen habent. — III 4, 2 radiorum — lumine mea visi estis lumina perstrinxisse VI 1, 102 lumina gemmarum superasti lumine vultus 5, 254 verso lumine lumen obit 261 sic extincta meum mea cernunt lumina lumen VII 7, 70 quem commune ducum lumina lumen habent 11, 10 cur, rogo, non pariter lumina lumen habent? *cf. cumulatio nominum*

lusus in verbis cf. praef. 1 *in membrorum parallelismo e. g.* usu — auso; ore — more; carne — carmine 5 non musicus poeta sed muricus I 2, 10 seductor quondam qui modo doctor ovat 20, 6 Praemiacum pollens praemia nomen habes 21, 22 nomine cum proprio tristis et aeger eget (Egircius) II 4, 19 cara caro 13, 6 praedo — praeco III 23ᵃ, 11 inlecebris mundi mundus (*cf.* IV 8, 3) IV 4, 5 testis et antestis 32 urna — ulna 15, 5 securo caede securis | percutiens cerebrum V 1, 5 alumen — lumen 7 caelestium clientela — Cleantharum 6, 1 et — nihil velleretur ex vellere quod carminaretur in carmine 10 figis nec fugis litteram VI 1, 20 Mars habet ecce duces, pax habet ecce decus 8, 18 plus iuscella coci quam mea iura valent VII 25, 26 qui modo mitto apices, te rogo mitte pices VIII 1, 14 natus in urbe — notus in orbe 11, 12 febris et in fibris stabat (febris *codd.*) IX 2, 114 nec recremanda focis, sed recreanda polis VM II 12 a digitis salit alta salus, fluit unguen ab ungue *etc.*

lychnites spur. 1, 239 licnites *codd.*

lychnus VI 5, 278 lichnus *codd.* VM IV 693 lignus *opt.*, lichnus licnus *rell.*

lyciscа VM III 357 torpescunt agiles verbo figente lyciscae (canes)

lympha *e. g.* VI 8, 32 limpha *praeter AGB*

lymphatilis VM III 135 l. irae

lyra *passim*

lyricus: praef. 4 liricus *GB* VI 10, 3 liriquos *C* IX 7, 13 liricos *L*

m *accusativi evanuit frequenter in codicibus* (*cf.* o *pro* um); *metro firmari videtur* VM III 40 residente antistite nudo *pro* residentem antistitem nudum (*sed potest* residente antistite nudum *voluisse, cf. abl. abs.*) IV 289 se toto piscante die captura negasse (negasset *BL*). — *cf. sub* o *pro* um, *gerund. pro sup.*

maceria VM IV 504 casa maceriae

machina *de aedificiis* I 19, 9 machina celsa casae II 10, 1 machina templi III 6, 52 et trinitatis opem machina trina sonet (*cf.* 7, 27 aulae forma triformis 12, 31 ordinibus ternis extensaque machina crevit VM I 195 et stetit intrepidis membrorum machina plantis

madefactare I 21, 26 quem madefactat homo

madidare V 1, 2 parva nubecula madidanti vellere umectarer VM II 26 axe serenato madidans sine vellere nimbi (flamma)

magis *ad comparativum accedens* IV 8, 12 sed magis in Christo nobilior merito app. 1, 102 ut magis hinc gravior sumeret arma dolor. — *cf.* plus

— *i. q.* potius *e. g.* I 2, 20 unde mori voluit, mors magis ipsa fugit 8, 10 percussorque magis morte perenne iacet 15, 22. 82. 17, 2 VII 5, 10 unde animum saties das magis ipse dapes 11, 7 nunc magis inde minus capio 12, 69; 15, 6; 18, 18 *et passim, cf.* X 1, 1 nesciendo quae petere magis admitteremus peccatum, potius cum purgare deberemus admissum (*cf. adn.*). — *i. q.* potissimum VM I 110 per magis Illyricum male naufraga lingua natabat (*cf. Sulp.*)

magnalia VM I 511 m. cetera vincens

maius *adverb.* V 6 carm. 10 cum tam magno pollerent maius honore VII 11, 7 nunc magis inde minus capio quia diligo maius app. 9, 14 eligat alterutrum quod sibi maius amat 20, 3 mea sunt tua gaudia maius. — *cf.* VII 25, 12

malagma II 4, 15 tali malagmate inunctis V 1, 8 blandum mihi malagma porrexisti 6, 5 si se dignanter inpendat vestra lingua sit malagma

male *cf.* I 13, 6 male pressus aquis 21, 53 agros male retia miscent II 7, 19 male sana 41 quem male credebas — finire 15, 11 male complexus 16, 91 male vincta

malefactus malfactus V 6 carm. 27 malfactus verbere felle (*carm. quadr.*)

malle *i. q.* velle (*cf. comparat.*) X 6, 107 noscere qui mavis Martini gesta beati

malleolus VII 14, 34 malleolis famulos quos (folles) faber ustus habet

mancipare V 1, 7 me theologiae ac theoriae tirocinio mancipatum

mandare *c. acc. c. inf.* VM III 307 pecudem consistere mandat. — *cf.* VM IV 216 quod cum sanctus — mandasset rite ruendum

manere II 16, 47 quae manet haec animi pietas? VII 7, 10 postquam te vidit, spe meliore manet VIII 3, 229 sponso absente manens tam dura cubilia servo 298 illa tenendo perit, haec sua dando manet X 7, 61 ut Childeberethus maneat cum prole novella. — *i. q.* habitare V 5, 18 urbe manens una non erat una fide. — manere *alicui* IV 15, 10 hinc sibi palma placet, sed tibi poena manet VM I 231 his quia palma manet. — manens *adiect.* app. 7, 14 sic tua vita decens hoc sit in orbe manens

manifestare II 16, 52 ne manifestet opus

mantile XI 11, 8 quod mantile solet, cur rosa pulchra tegit? (*mensam*)

per III 2, 5 si per vos venit VI 5, 66 quando iterum natae per pia colla cadam? VIII 15, 6 vir per plana sedens IX 3, 14 per nova vota fremit 11, 5 pontificis sacra per vestigia currens X 9, 7 interea locus est per saxa latentia ripis (64 inde per accedens *cf. adn.*) app. 1, 91 adversas acies et per sua vulnera transit (*i. q.* cum) VM III 302 residens per terga bubulcus IV 146 per me venio nec amicum nec rogo servum 218 adsueta per arma recurrens 522 residens per dura sedilia

percelli X 2, 1 gravius — res illa percellitur *codd.* (*corrupt.*, *cf. adn.*; *infra* dens — perculit)

percontare percontari V 8^b, 7 quae cum percontare queam (percunctare *dett.*). — VII 20, 6 nisi perconter (percuncter *codd. cum* Σ)

perculo (percutio) app. 1, 133 perculitur iuvenis Σ VM III 97 perculitur puer atro dente chelydri (percutitur *L*)

perditus II 3, 2 mundi perdita cuncta refert *cf.* 9 deperdita pridem

peregrinus *i. q.* absens II 16, 156 obtinuitque suum lux peregrina locum

peregrus IV 10, 14 susceptor peregrum (peregrinorum *A*)

perfect. per fui *e. g.* II 3, 16 mox fuit et voti causa secuta pii IX 4, 4 raptus ab orbe fuit

perihodi: praef. 1 *sic DG*, perhiodi periodi *rell.* V 1, 6 perihodis *CMB*, perh. *AD*, period. *LR*

perintrare VM III 225 ad principis ora perintrat

peripateticus V 1, 7 post Stoicam Peripateticamque censuram (peripathet. *codd. praeter L*)

permedius V 6, 15 in meditullio — eam fiximus litteram quae inter viginti tres numeratur permedia

per quaqua *i. e.* quoquoversum: praef. 3 (hos) famae radii per quaqua traxerunt

perpetuare VI 2, 94 pollicitata semel perpetuata manent VII 7, 76 fulget et interius perpetuata dies app. 28, 4 cum Christo dabitur perpetuanda quies

persica VII 14, 24 persica quae vulgi nomine dicta sonant (perseca *codd. praeter G*)

Persidis Persida *pro* Persis V 2, 11 bellica Persidis Thomae subiecta vigori VIII 3, 149 lumen Persida gemellum — mittit app. 1, 97 bellica Persidis seu *e. q. s.* — *cf.* triades monades melodes (melos)

perspicabilis III 4, 2 velut coruscantium radiorum perspicabili lumine mea visi estis lumina perstrinxisse

perspicuus V 2, 13 lurida perspicuo datur India Bartholomaeo VII 6, 19 pectore perspicuo sapientia provida fulget

pertingere VI 10, 53 ibi sed pertingo quod opto

petere *i. q.* tendere I 6, 16 quacumque petit VIII 1, 52 iam super astra petit IX 2, 72 quo petit omnis homo VM III 447 hic petit ad fratres, illae petiere sorores. — peti *c. inf.* VI 5, 23 cum primum algentes iungi peteretur ad Arctos. — petītus VM III 67 haec tua sola putans, petitus si nulla negasses

petra III 7, 11 IX 2, 60 X 9, 36 VM III 483. 486

ph *et* f *cf.* Anfion antiphona elephantus Eufemia Eufrasia Eufrates Eufronius falanges faleratus fantasma Fasis filomela grafiolum ithyfallicus orfanus Orpheus pharus sarcofagare scafa sophisma sophum Stephanus tetrastrophos *all.* — triumphus *ubique*; sulphureus VM II 286; *cf. ind. nom.* Farao Fotinus Ioseph Phison *all.*

pharus VIII 15, 4 spargeris ore pharus (farus *F*) X 7, 7 qui velut alta pharus lumen pertendit ad Indos (farus *F*) VM I 49 gallica celsa pharus (Martinus). — spur. 1, 212 luminis alta pharos (pharus *G*²)

picturatus VI 1, 2 se picturato gramine vestit ager

pigere VI 5, 126 nec piget obsequii mater anhela sequi *corrupt.*

pigmentatus V 1, 3 pigmentato affamine (pimentato *opt.*)

pigrescere VM I 27 ratione pigrescens

piissimus VM epist. ad Greg. 1 domino — piissimo

pilens *i. q.* pilentum VI 5, 181 pilente petens loca Gallica

pincernare V 1, 3 quasi Falerni nobilis ipso me prius odore pincernante supplevit

pinna *fere*, *non* penna (*G fere* penna), *cf.* VI 1^a, 9 pinnas *dett.* XI 10, 8 pennis *DBL* VM III 425 penna *BL etc.*

pinnula III 17, 10 et placide pinnula tensa tegit

plantare V 1, 1 plantasset Elysium VII 1, 17 gaudia plantas IX 2, 121 inque domo domini plantati lumine vernant X 1, 23 omnem spem in futuri regni facultate plantamus

plasma V 1, 1 quia nec in atomo plasma notaretur in culpa 5, 54 huius plasma sumus. — *cf.* protoplasma protoplastus

plasmabilis II 5, 3 plasmabile numen

plasmare V 6 carm. 3 plasmata est Eva

plaudere *c. inf.* V 8, 7 plaudimus instanter communia vota tenere

plebeius VIII 3, 383 quot mala plebeiae veniant quis pandere possit?

plebes II 15, 5 plebes quod scinderet error IX 14, 11 dum tua templo novant breviori robore plebes

plectrum *passim*

plenitudo II 2, 10 sacri plenitudo temporis X 1, 4 cui soli in maiestatis plenitudine pater est notus

plurimus I 15, 107 plurima cur referam? VM II 47 tam plurima vulnera portans

plus *singul. adiect.* I 21, 52 plus capitur terris quam modo piscis aquis (pl. *ad* pisc.) II 16, 88 tua quo virtus plus mereretur opus (*i. q.* maius) app. 2, 37 nil fuit in terris quod plus daret ille regendum nec quod plus reddas. — *ad plural.* VI 5, 173 mihi tempora vellet | nunc dare plus vitae app. 1, 70 si plus arva forent. — plus *i. q.* permultus II 7, 20 atque suo medico vulnera plura dedit VII 7, 64 singula sunt aliis, sed bona plura tibi IX 7, 46 plura dicentum modulo canoro XI 1, 29 hinc prophetae plura dixerunt 30; 19, 2 meos animos plura videndo cremas 23, 4 somnia plura vidēns. — *i. q.* magis I 5, 8 dum tegit algentem, plus calet ipse fide III 23, 18 et tribuis populis plùs in amore deum IV 8, 2 carmine plus lacrimas quam modo verba darem 9, 22 et plus ille deo quam sibi vixit homo 17, 10 singula si memores, plus lacrimanda mones 26, 9 plus pectore nexa marito 27, 12 plus tamen es meritis glorificanda tuis V 8^a, 8 nam plus corda colunt quam mea verba canunt VI 1^a, 17 plus tamen ut placeas 22 quod te plus habeat 34 plus modo lege placet 5, 109 pia plus fueras 195. 313 VII 5, 4; 8, 55; 15, 8 VIII 3, 52 *et passim.* — *cf.* VM IV 107 plus more (*passim* VM sine more). — *ad comparativ. accedens* (*pro* magis) VM I 55 plus aqua frigidior (*cf. adn.*). — *cf.* magis

pluviatilis XI 21, 1 si me non nimium pluviatilis aura vetaret VM III 485 p. imber

poema VII 12, 27 poemata III 18, 7 VII 12, 111 VIII 3, 7 IX 6, 7

poenalis III 9, 87 quos habuit poenale chaos

pollere VM III 272 ecclesiae domini qua secretaria pollent

polliceri *passim* VM praef. 29 tendere pollicitum quia cogor ad ardua gressum

pollicitare VI 2, 94 pollicitata semel perpetuata manent

polus poli *i. q.* caelum *passim*

Polydeucen III 4, 5 *cf.* eo — eu

polymitarius V 6, 16 polymitarius artifex *Exod. 35, 35* (polimit. *C*, polymet. *et* polimet. *rell.*)

pomulum app. 18, 6 vel dare qui potui pomula

pondus VIII 3, 187 pondere fixo | alloquitur proceres

populare VM I 109 totum populaverat orbem. — *cf.* VM IV 192 imber populatur aristas

populosus VII 10, 16 et labor unius fit populosa quies

I 15, 17. 66. 87. 90. 104 III 4, 6 *AM;* quicquid: praef. 3 I 11, 16 *etc.*

quinquifidus V 6, 11 quinquifida viscatura tendebar 14 opus sic uno textu quadratum, ut sit legendo quinquifidum

quippe qui *c. ind.* X 4, 2 quippe quae — transmiseras

Quiritis *nomin.* V 2, 21 Panuoniae, ut perhibent, veniens e parte Quiritis VM III 498 Atticus atque Quiritis

quis *relative* I 16, 33 ineptus est quis ipse se praeferre vult ecclesiae. — *indefinite cf.* praef. 5 ubi quis sanus vix creditur nisi *e. q. s.* V 1, 11 ut quis quam primum huc commeat

quis *pro* quibus II 15, 9 quis magis auxilium praestat (*cf. ad* VIII 3, 192)

quisquam *pro* aliquis X 2, 1 nihil est — magis quod cruciet, quam quemquam aut non videre quod cupiat *e. q. s.*

quisque *i. q.* quicumque quisquis III 9, 54 quaeque locis habitant quo moderante vigent VII 20, 3 quisque viator adest *e. q. s.* VIII 1, 65 quisque potest VM II 490 sic tibi quaeque petis tribuat praesentia regis, *cf.* VII 18, 22. — *de duobus* VI 2, 56 inter utrumque decus te sibi quisque rapit VIII 20, 8. — *indefinit.* X 17, 2 laus tua, Christe, sonet, dum bona quisque gerit

quisquis quicumque *sequente coniunctivo* I 15, 87 haec possessor habet quidquid transmiserit ante II 16, 26 cum, quidquid facias, omnia prima micent III 24, 7 qui quemcumque novum videas facis esse propinquum VI 2, 29 quoscumque velim veterum memorare parentum

quo *i. q.* ubi: praef. 5 quo residentes auditores — debaccharent. *ibid.* ibi — ubi, *deinde* quo gratulari magis est si vivere licet I 1, 12. 15; 2, 7; 7, 8. 10; 8, 14; 12, 2. 15; 15, 54. 96; 18, 2. 16; 19, 10; 20, 9; 21, 20. 54 *et passim.* — quo — hic VII 7, 51. 52. — quo *i. q.* ut VI 5, 54 matri praestaret quo simul iret iter IX 6, 9 hoc mandas etiam quo Sapphica metra remittam X 1, 32 quid aliud nisi quo

quod *c. coniunct.* X 2, 9 eo quod — natae sanctae transitum conquereris XI 1, 7 agnosce quod habeat filium 11 omnipotens vero dicitur eo quod omnia possit et omnium obtinet potentatum. — *cf.* 14

quoniam *pro* quod II 8, 7 altera causa monet, quoniam — cupit VIII 3, 247 tu tamen esto memor, quoniam tua vota requiro

quo primum *i. q.* ubi primum VII 5, 5 quo primum placidos merui cognoscere vultus

quoque *praemissum* III 8, 43 tu quoque ieiunis cibus es, tu panis egenti 9, 56 es quoque factus homo 15, 33 pauper habere cibum, meruit quoque nudus amictum V 5, 43 quoque sanctus spiritus idem 9, 13 vos quoque sed genitae VI 1, 56 quoque virgo VII 7, 11 quoque corde profundus 27 quoque vox armata loquentis 12, 36 quoque post tumulum 19, 12 quoque charta IX 2, 15 quoque Seth X 6, 20 quoque celsa 58 quoque nec iustum 124 quoque ligna 7, 25 *et passim*

quu — cu guu — gu *cf.* II 8, 16 oblicum *optimi* III 23ª, 21 doctilocum *praeter BL* III 7, 14 restingunt *praeter B* X 1, 26 secuntur *praeter BL* VM III 330 secuntur *N* VM III 232 cocunt *opt.*

rabiens *e. g.* VM I 431 III 280

Radegundis *nom.* V 3, 14 quem Radegundis amet (-des *praeter M*¹) VIII 3, 47 Radegundis amore (-des *MBL*) 5, 1 (-des *DGF*) IX 7, 78 (-des *praeter A*) app. 1, 48 -des *Σ*. — *genet.* Radegundae III 4, 12; VIII 12ª, 7 *praeter C*¹*R* Radegundis VIII 1, 21. — *acc.* Radegundem. — *abl.* Radegunde. — *similia nomina cf. ind. nom.*

radiare I 15, 1 radians Aquitanicus axis II 16, 127 sponsa quidem radiat *et sic passim*, *cf.* micare coruscare. — radiatus VM III 456 mens radiata sopho radiatilis VM II 286 radiatilis umbra IV 313 spargens radiatile lumen

raeda III 17, 1 curriculi genus est, memorat quod Gallia raedam (redam *codd.*) VI 5, 332 rheda *codd.* (reda *BR*) VM III 122 raedae fiscalis (rhede *PL*², hedem *rell.*) 134 rhedam *codd.* — *cf.* veraedus

rapere *c. inf.* X 2, 10 sed quo me rapit formae decor se prodere. — *i. q.* eripere *e. g.* app. 1, 90 atque suos praedae hoste vetante rapit *cf.* 117

rapina XI 14, 5 o venerandus amor, cuius faciente rapina | — venit imago mihi, *cf.* 2 hic ubi crama rapis

rapte *i. q.* raptim VM IV 651 hinc pete rapte vias

ratis rates *cf.* VI 8, 20 rates *codd.*

ratus VM I 78 ratus ire per Alpes VM III 387 gemmis ratior, radiantior ostro IV 310 (munera) rata corporis atque cruoris

raucisonus VM praef. 3 raucisono latrante salo II 248 murmure raucisono

reatus II 5, 9 removetur causa reatus V 6 carm. 30 absolvente reatu VM I 218 et docet ille favor de Defensore reatum III 525 mei veniam deposce reatus IV 203. 595 sorte reatus 557 culpas donare reatus

recalcitrare X 1, 9 si recalcitraverit

recitatio carminum III 18, 7 vix modo tam nitido pomposa poemata cultu | audit Traiana Roma verenda foro *e. q. s.*

reclaudere: III 2, 1 reclausum (reclusum *A*¹*BL*) VIII 9 *tit.* reclauderet *praeter L* (ind. cap. *praeter A*)

reclinus VM III 145 reclini | ante pedes sancti sternuntur (319 reclinis) 345 nare reclina *cf.* 349 auribus adclinis, vagus exagitatus anhelus

recreabilis V 1, 1 recreabilis opinionis vestrae — aura

recte *i. q.* iure II 3, 1 totum recte occupat orbem

recremare IX 2, 114 nec recremanda focis, sed recreanda polis

recubatorium V 1, 9 membra subdita vel pedum vestrorum recubatorium faciens

recurrere aliquid V 17, 3 hanc avidus capiens oculis animoque recurro (epistulam) VII 12, 109 quid agis? quid, amice, recurris? VIII 3, 173 quis lumina tanta recurrat? app. 4, 5 volitantia flabra recurro *cf.* app. 28, 9 nunc faciendo focos epulasque coquendo recurris

reddere *cum acc. c. inf.* II 16, 4 ut caelos patriam redderes esse tuam VII 16, 30 ut iuvenem regem redderes esse senem. — *i. q.* in se repraesentare III 4, 8 quis — patiatur reddere fastidentem? VI 1, 78 reddidit iste duos, pro ambobus sufficit unus (*patre et patrueli*) X 6, 18 reddidit iste novus quod fuit ille vetus app. 2, 67 vir Constantinum, Helenam pia femina reddis *cf.* referre, reformare, renovare, reparare. — *i. q.* restituere servare I 7, 8 hoc renovans priscum reddit et auget opus IV 8, 26 te pastore gregis reddita plaudit ovis IX 9, 1 reddita ne doleas, felix Magantia, casus VM IV 465 nec superesset opis reliquum quod redderet ullum

redemptrix app. 9, 7 redemptrici — in cruce

redire *c. dat.* II 1, 12 redeunt vitae V 5 carm. 6 nari grata aura redibat. — *i. q.* coire VM III 528 redeat medicata cicatrix (*cf. adn.*)

refellere *i. q.* aversari II 9, 37 magna futura putans, praesentia cuncta refellens

referre *c. inf.* VM I 93 cui comminus ille | huc properare refert. — *i. q.* in se repraesentare (*cf.* reddere) VI 2, 82 Traiani ingenium de pietate refers VII 19, 8 VIII 3, 43 quos Liliola refert aequatis moribus ambos. — *i. q.* rependere VII 12, 73 non ego sic refero *cf.* VM III 130 vulnera nulla refert. — *i. q.* ferre, valere X 17, 39 quis referat tantos memorare sub ordine morbos (*fort.* quis poterit)

reflare III 7, 36 vivere picturas arte reflante putas

refluamen VM I 29 grammaticae lambens refluamina guttae II 16 siccavitque suo refluamina fluxa fluento

refluus *i. q.* abundans VII 2, 3 tu refluus Cicero 12, 14 deliciis refluis Attalus auctus abest (resolvis *codd.*,

II

INDEX REI METRICAE

ceu nunc 21, 4 cum mea tunc lux est 26, 18 posse utinam sic sit app. 1, 82 o facinus quae dum 23, 6 cras sit homo an non sit. — spur. 1, 18 et regnabit rex 32 stat deus et homo fit 38 aequalis matri hinc 90 admirabilis est, consiliarius hic 172 quem ante et vel post quem 282 urbs vel Alexandri aut

pentametri hemistichia similiter cadere amant cf. IV 2, 4 qui modo post tumulos intrat honore polos (*non* tumulum; *cf.* IV 14, 6 carne tenet tumulum, spiritus igne polum 27, 6; 28, 18) *item* IV 21, 4 felix post tumulos possidet ille polos

— *media syllaba anceps* I 15, 28 tu tibi praecedis amplificando patres III 20, 4 ista placere magis ars facit atque fides V 5, 82 si mora fit, morimur et tua lucra cadunt VII 7, 32 adsertoris ope iustior illa fuit 8, 64 Graecus Achilliaca, crotta Britanna canat 19, 10 ambos inter ego tertius alter ero XI 23, 6 nec valui facile libera verba dare. — *cf.* II 1, 14 noctem (nocte) III 18, 14 veteri

perferĕbatur XI 26, 14 qui tum in principio perferebatur aquis

persequĕbantur II 14, 1 cum persequebantur iniqui (persequerentur *L*)

petĕbatur V 3, 30 tunc petebatur opem

Pictăvios II 15, 2 *alias* Pictăvi (VI 5, 215 Pictavas attigit arces VIII 1, 13 Pictavis residens *etc.*)

Plăto VII 12, 25 Archyta Pythagoras Aratus Cato Plato Chrysippus

positio ante s *cum tenui* II 4, 17 iucunda species 18 affixa species III 23ª, 10 humana spernens IV 26, 14 Romana studio X 19, 24 maiora sperans XI 24, 3 nec parva spernas VM II 241 ut signa stupeant III 1 fixa stetit anchora 203 non templa spectant *praeter S*² (expectant) IV 77 lapsa pavimento ampulla stat 86 ac fragmen fragile statuit 374 ad horale spatium. — *in thesi* I 15, 29 generosa stemmata pandens II 4, 40 vera spes nobis 8, 31 indefessa spem VI 2, 93 spes promissa stat (*cf. adn.*) app. 1, 171 ut quam tarda spes cruciat VM III 276 divisere sui veneranda stramina lecti (*sic codd.*) IV 478 et viguere spe (*sic codd.*). — *neglecta* III 7, 8 quos docet iste stilo, suscipit ille polo V 2, 33 sine spe II 9, 53 stamina psalterii IV 7, 15 organa psalterii VIII 3, 7 poemata psallunt

positionem non efficit z: I 5, 18 pulchra zmaragdus (smar. *dett.*, *cf. ind. gramm.*) VI 1, 110 VIII 1, 31; 3, 264; 4, 18 VM III 513 IV 320 spur. 1, 235. 311. — IX 2, 128 X 7, 28 fulgida zona. — IX 6, 5 ille Nazanzo

positio ante mutam c. liquida VIII 3, 171 Caeciliam Sicula profert. — spur. 3, 1 Christe principium

postea *dactylus* VIII 1, 10 postea clave Petri

pŏtens II 15, 17 *fort. corrupt.*

praevăricor IX 2, 7 praevaricando duo

pretium *bisyllabum?* II 2, 28 ferre pretium saeculi 6, 22 pretium pependit saeculi *et soluta arsis et anapaestus singulares*

Priscĭlianus VM IV 336 (ll *N contra numeros*)

problĕma VM III 44 neque problema solvit egeni, *cf.* emblema

psaltĕrium IV 7, 15 organa psalterii cecinit

quantŏ magis VII 16, 12 quanta magis laus est nobilitare genus (quanto *DF*) VM II 215 quanto magis homini reserarit praemia Christi

quantŏcius app. 24, 8 ad vos quantocius iam revolasset amans

quia *monosyllabum* II 15, 8 dicant quia est creatura dei

Quintiănus IV 4, 13 Quintiano demum sancto erudiente magistro

rĕfugium spur. 2, 2 crux mihi refugium

rĕfulsit IV 19, 5 ipse palatina refulsit clarus in aula. — *cf.* IV 26, 37 cui celsa refulsit

regīmen app. 5, 1 supra regna regimen

religio *ubique producta prima*, *in melioribus simplici* l *scripta* (ll *fere BL*)

rēliquiae X 10, 9 hic quoque reliquiis (*sic codd.*) micat ille Gregorius almis VM III 263 fragmina reliquias (rell. *PLM*) IV 338 (rell. *BL*)

rĕperi *pro* repperi VI 7, 2 Aregium laetor quo reperisse patrem (repperisse *CML*). — *cf.* VIII 12ª, 4 repperiat *opt.* — *cf.* reppulit IX 1, 46 X 6, 120 rettulit IX 2, 100 X 6, 120 (retulit *praeter LB*²) retulit X 2, 15 *praeter M* (*serm. ped.*)

sacerdotium *correpta* o II 7, 11 dumque sacerdotio frueretur III 6, 28 iure sacerdotii (sacerdoti *BL quam genetivi formam fere restitui*, *cf. ind. gramm. s. genet.*)

sacrāmentum spur. 1, 241 sacramenti conscia summi

sapphici versus IX 7 *plane ad normam Horatianam compositi, caesura et syllabarum quantitate nusquam neglectis*

satăgo VM III 190 pro plebe satagens 262 adhuc regina satagit IV 111 feralia iussa satagi 225 Martine satagens

scăfa VI 8, 14 scafa patella tripes

scĭo I 3, 12 unde sibi sciat non peritura domus *corrupt.* VIII 1, 26 sciens in solo firma manere deo VM II 105 presbytero tribuit, sciens quod dignior esset 236 se secreta dei sciendo iam esse prophetam IV 613 scio posse reum quemvis tibi cedere Christum. — scĭi IV 4, 27 praesciit dona futuri (praescivit *dett.*), *cf.* nescĭit IV 6, 12 VIII 3, 89

scrīpulum scrĭpulus III 9, 42 scripula puncta app. 23, 5 scripulos nescimus (*cf. adn.*)

scūtella III 13ª, 4 ut scutella levet XI 10, 7 vitreo scutella rotatu

sēdere VM III 430 foribus sedente Severo (*cf. adn.*)

Sēdūlius Sĕdūlius VIII 1, 59 Sedulius dulcis VM I 16 lingua Seduli

stătim VM IV 184 nam statim atque 470 nam statim ut tua vox

stătus VI 5, 6 sic sumus in statu debiliore vitro X 8, 8 ac vestro in statu est

suavis *trisyllabum* II 4, 30 (*bisyll. ibid. v.* 20. 41 suasu *v.* 11) VI 6, 14 nare suavis odor. — *cf.* V 2, 22 Gallisueba salus

suspĭcio VM I 248 hoc mirum faciens de suspicione sacerdos

synaloephe longae vocalis in brevi syllaba III 9, 57 nec voluisti etenim 14, 12 a te ita diligitur 18, 4 credidi in undoso IV 21, 9 non usurae avidus 22, 3 uno utero geniti 26, 64 qui gemit uno obitu se sepelisse duos 100 quid dicturae animae 103 sunt dicturi alii 141 praesertim quam sensu animo V 5, 103 hinc oleari ovium (oleare *V*) 11, 7 Martino operante patrono 15, 6 Fortunati humilis 19, 9 pro me etiam VI 4, 11 non cupis auro humeros 5, 123 sic accensi animi 157 tali potu utinam 10, 57 legi etiam missos VII 7, 73 admiranda etiam quid de dulcedine dicam 8, 54 credidi in ambrosiis me recubare rosis 16, 27 Theudebaldi etiam 22, 10 ne gravet ultra animos (*fort.* ultră, *cf.* VIII 3, 331) VIII 3, 371 quid si aliud gravius IX 1, 11 excepisti etenim (enim *praeter A*) 2, 36 quamvis celsae animae 89 dominae reginae et amantis 119 inmaculatae animae 14, 5 qui potuisti oculos X 6, 102 Fortunato adimat 7, 51 qui percusso homini abstraxit 17, 18 praesta inopi 19, 18 de exorcista aliquo app. 2, 99 voto animo 18, 1 cuncti hodie VM I 56 occurenti igitur II 430 immortale aliquid mortali ab imagine (*i. q.* mortale) III 455 o sinceri oculi IV 377 fortis athletae animos 488 ac concordi animo 499 aut quas filo agilis 595 Fortunati inopis. — spur. 1, 23 factus in ipsa homo hic 101 reguli et aspidis. — *11 in primo pede, 25 in secundo, 1 in tertio, 3 in quarto*

III

INDEX LOCORVM

ADDENDA ET CORRIGENDA

I 7, 5 supernae | cursibus, antiquas *sic interpungendum*
10, 7 sacer *commatis includendum*
15, 2 *post* tenes *finaliter interpungendum*
16, 22 *scribendum* pectori (*codd.* pectore)
35 sacratam *non* sacratum
52 redit *non* Redit
II 2, 19 stupa *Fabricius poet. eccl.*
9, 15 *scribendum* recoctum
16, 31 *adn.:* latentes *codd.*, *non* latenter
III 9 *adn. ante tit.* VIII 3, 192, *non* VII 3, 192
9, 107 *scribendum erat* vectetur *ex coniect. B*
30 *adnotare neglexi codicis Σ lectionem, qui hoc carmen praebet f.* 52ʳ (*cf. praef.*) 6 onus] opes 9 quo colet 10 quia *memorabile nihil*
IV 4, 1 *interpungend.* hostis inique, Adam p. f. r.
26 *adn. init.* VI 135, *non* VII 135
26, 130 *interpungend.* tantum tura deo, cedit et o. o.
V 1, 7 nam Plato — norma virtutum *locus nondum restitutus*
2, 9 *cf.* spur. 1, 295 Aethiopes
5, 13 *comma post* Aviti *delendum*
6, 8 p. 114, 1 *pro* velim *scribendum videtur* vellem
6 carm. 11 *finaliter interpungend. post* duorum
22 *leniter interpungend. post* lucerna
7, 10 *adn. pro* ed. Par. *lege* Browerus. *item* VI 1ᵃ, 4 VIII 7, 4
VI 1, 71 *scribend. cum AB* quo crevit natale decus: generosa propago | hac melior de stirpe redit
2, 56 *adn. delenda*
5, 168 *adn.: i. e.* app. 4, 5. 6
8 *tit.* coco *non* Coco
VII 3, 2 *adde punctum post* tuae
6, 23 *adn.: pro P scribendum p*
12, 64 recrees *non* necrees
14, 27. 28. 29. 36 *extant in P* (*cf. prooem.*) *interpositi versibus carminis XI* 22ᵃ *ubi vide adn.*
17, 3 *adn.:* pectore gesto *DGBLRF adde* M^2
20, 7 *adn.: ACGBL adde* Σ^1
VIII 3, 330 hydrus] *scribend.* hydrops, *cf. ind. gramm.*
397 *dele comma post* fluctus
4 *adn. ext. adde:* 35. 36 *om. P; deinde:* VIII 3, 319, *non* 309
12, 2 *interpunge:* inconsulte, dolor, r. v. v.
X 7, 60 *adn. pro* V 2, 5 *legendum* III 7, 1
9, 32 *versum Ovidianum notare potui* am. I 7, 54 ut cum populeas ventilat aura comas, *item* VI 10, 27 *Vergilianum* ecl. 7, 17 posthabui tamen illorum mea seria ludo *et alia non multa*
14, 5 *comma post* beato *delendum* (hic *adverb.*)
XI 10, 7 *scribendum* stellanti
app. 1, 36 *retinendum* agor; *item* 46 clades

Typis expresserunt Breitkopf et Haertel Lipsienses.

ad p. 428

VII 12, 17 *dele adnotationem* (pulcherrimus Astur *Verg. Aen. X, 180*)
ind. metr. p. 425 *dele* instabilis *etc.*

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMI IV PARS POSTERIOR

VENANTI FORTVNATI OPERA PEDESTRIA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXV

VENANTI HONORI CLEMENTIANI

FORTVNATI

PRESBYTERI ITALICI

OPERA PEDESTRIA

RECENSVIT ET EMENDAVIT

BRVNO KRVSCH

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXV

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.
SANCTVS AMOR PATRIAE DAT ANIMVM.
FRANCOFVRTI A. M. XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Huius voluminis quod Fortunati opera soluta oratione scripta comprehendit dimidiam fere partem spuria ut ita dicam opuscula occupant, cum nobis propositum esset quae Luchi in tomo II. collegerat scripta omnia repetere, ille autem vix quicquam praetermisisset, cuius stilum Fortunato 'non plane absimilem' esse hic ille contenderat. Vnum tantum carmen de Phoenice, quod quin non sit Fortunati, iam nullus dubitat, omittendum esse duximus, quod ab Alexandro Riese[1]) et Aemilio Baehrens[2]) ad codices manuscriptos iam recensitum huic volumini adiungere supervacaneum fuisset. Genuina autem Fortunati opuscula soluta oratione edita omnia fere nostra viderunt tempora praeter unum, cuius Gregorius Turonensis in Gloria Conf. c. 44 mentionem fecit: Vitam, inquit, huius (Severini scilicet Burdegalensis episcopi), postquam haec scripsimus, a Fortunato presbitero conscriptam cognovimus. Quam Severini Vitam e codicibus erui adhuc non successit.

I. VITA S. HILARII.

Librum vitae S. Hilarii Fortunatus Pascentio Pictaviensi episcopo misit, 'qui ab ipsis cunabulis ante vestigia Hilarii quasi peculiaris vernula familiariter enutritus erat'. Vnde Pascentium S. Hilarii discipulum Fortunatumque alium ac poetam celeberrimum fuisse, quidam[3]) coniecerunt, sed erraverunt. Erat quidem Pascentius S. Hilarii alumnus, neque vivi, sed monasterii, quod ex ipso nomen traxit; cf. Reinkens, Hilarius p. XIX. Qui postquam S. Hilarii abbatis dignitate ornatus est, Pientio episcopo mortuo, Chariberthi regis iussu sedem episcopalem nactus est; cf. Greg., H. Fr. IV, 48:

---

1) Anthologia latina nr. 731, II, p. 188.
2) Poetae latini minores III, p. 247.
3) Viehhauser, Hilarius p. 5—9.

Denique cum Pientius episcopus ab hac luce migrasset, apud Parisius civitatem Pascentius, qui tunc abba erat basilicae sancti Helari, ei succedit ex iussu regis Chariberthi, clamante Austrapio sibi hunc redebere locum. Idem pietate commotus poetam urguere non destitit, ut 'de actibus sacratissimi viri' libellum componeret, id quod Fortunatus non renuit, etsi 'aequabilius fuerat, haec beato Ambrosio de fratre scribenda mandare, cui verba virtutibus coniuncta florebant'. Quem locum illi protulerunt, qui Vitae scriptorem poeta vetustiorem fuisse contenderunt, imperfecti *florebant* prorsus obliti, ex quo intellegitur, Fortunatum illum post Ambrosii mortem scripsisse. Neque 'pastorem antiquissimum' Hilarii discipulus praeceptorem appellare potuisset. Certe Vita S. Hilarii, ut Reinkens v. c. aliique recte statuerunt, a Venantio Fortunato composita est, eodem qui librum de virtutibus eiusdem sancti scripsit. Pleraque quae de S. Hilario retulit, e Sulpicio Severo hausit, alia epistola Hilarii suppositicia ad Abram filiam data suppeditasse videtur, 'quae tenetur Pictavis pro munere conservata'. Haec quidem periit, sed altera exstat, in codicibus libellis Fortunati subiuncta, quam quin ipse opusculo suo adiecerit, dubium non est[4]. Praeter fabulas Fortunatus nihil novi de S. Hilario memoriae tradidit; operibus eius, quae historiae ecclesiasticae fructum magnum ferunt, studium nullum navavit, ne eam quidem quam Hieronymus, De viris ill. c. 100 Vitam Hilarii scripsit novisse videtur. Itaque quae exstat Vita e Sulpicio, epistolis fictis fabulisque consarcinata multum abest quin Fortunati laudem extollere possit.

Liber de virtutibus, qui in codicibus Vitam sequitur, poetae esse una fere opinio est. Prologum qui praecedit Fortunatus iterum Pascentio papae ecclesiaeque (Pictaviensis scil.) habitatoribus dicavit. In quo libri prioris quidem mentionem nullam fecit, nec sane facere potuit, cum de re prorsus alia ageretur. Nam in libro Vitae 'de actibus' S. Hilarii scripsit, in posteriore 'quae praesenti tempore miracula misericors praebuit cupivit indigenti memoriae non fraudare'. Vterque quidem liber de eodem S. Hilario conscriptus est, sed alter res saec. IV, alter saec. VI gestas continet. Itaque quod scriptores hist. litt. Franc. I, 301, librum Vitae propterea a Venantio Fortunato abiudicaverunt, quod eius in Miraculis ratio nulla habita sit, stare minime potest. Cum vetustissimum quod Fortunatus retulit miraculum Chlodovechi tempore contigerit, 'praesentis temporis' limites aliquo modo transgressus est.

Eandem rem ex hoc libro Gregorius Turonensis, H. Fr. II, 37 repetivisse videtur, qui etiam in Glor. Conf. c. 2 librum de virtutibus laudavit: *Ad cuius*, inquit, *beatum sepulchrum multae quidem virtutes ostensae narrantur, quas liber vitae eius contenet. Sed tamen duo leprosi in eodem loco mundati sunt* (Fortunatus c. IV). Mirum est, quod librum, quem amicus composuit, sine auctoris nomine adlegavit, sed procul dubio Gregorii neglegentiae vitio dandum est, praesertim cum librum 'vitae' laudaverit, illum 'de virtutibus' intellexerit.

Sermonem postquam Bollandus, AA. SS. Ian. I, p. 785, Browerum secutus, diversum a Miraculis in Vita deprehendisse sibi visus est, non defuerunt, qui hoc argumento niterentur. Is quidem statuit Fortunatum poetam Vitam a Iusto quodam pres-

4) Alii Fortunatum ipsum epistolam finxisse contenderunt, ut Gillotius, Scultetus.

bytero in archivis ecclesiae Pictaviensis repertam denuo recensuisse Miraculaque addidisse. Tillemont autem, 'Mém. pour servir à l'histoire ecclés.' (1706) VII, 746 Fortunatum quendam poeta paulo vetustiorem, quem ante S. Germanum Parisiensem decessisse voluit, e Molano (d. 18. Iun.) erutum Vitae scriptorem habuit, cui etiam Vitam S. Marcelli attribuit. Quocum auctores Historiae litt. Francogall. I, 301 fere convenerunt. Sed cum Vitam Marcelli constet esse Fortunati poetae, ille Tillemontii Fortunatus hic locum non habet. De sermone autem egregios Maurinos testes proferre libet (*Migne* IX, 185): *Addere potuisset* (Bollandus scil.) *et proprias quasdam Venantii locutiones in eo opere indidem deprehendi.* Similiter in V. S. Germani Fortunatum locutum esse, illi iam perspexerunt.

De tempore quo Fortunatus de S. Hilario scripserit pauca sunt quae addam. Quod haud multo postquam a. 565 in Gallias venit factum esse, eo intellegitur quod Pascentius cui uterque liber dicatus est Sigiberto rege vivo diem obiit. Huius enim tempore iam Maroveus Pictaviensis episcopus erat; cf. Greg., H. Fr. IX, 40. Cum autem Sigibertus a. 575 mortuus sit, inter a. 565 et 575 Fortunatus scripserit necesse est. Huc accedit, quod Probianus puer, qui per S. Hilarium bonam valetudinem recuperavit, cum Fortunatus librum de virtutibus (c. III) contexuit, etiam tum vivebat. *Qui*, inquit, *Probianus civitatis apicem meruit obtinere pontificis et usque in hodiernum diem ad luminaria sui medici singulis annis vitae debitor tributa dissolvit.* Is est, ut Bouchetus primus vidit, Probianus Biturigensis episcopus, qui conciliis Parisiensibus II a. 552 et III a. 557 interfuit. Cum quarto concilio a. 573 acto iam Felix Biturigensis subscripserit, antea S. Hilarii virtutes Fortunatum descripsisse certum est.

S. Hilarii Acta in legendario fere nullo desiderantur. Itaque codices sunt innumeri, sed pauci qui saeculum decimum superant. Mihi quidem praesto fuerunt hi:

G Codex Sangallensis nr. 567, saec. IX, fol. 112—128. Contulit Jacobi. Ex quo fluxit

H Codex Sangallensis nr. 577, saec. IX/X, fol. 137—155. Inspexit Jacobi. Ex hoc descriptus est

B Codex Bruxellensis nr. 7668, saec. X, fol. 98—106'. Contulit W. Arndt.

V Codex Vaticanus nr. 1197, saec. IX, fol. 105, litteris Langobardicis scriptus, iam mutilus est, cum quaternio O p. 8, 30 in *singulis annis* desinat. Etiam Vitae quae sequitur S. Sebastiani initium periit. Incipit enim: *consentiunt et metuunt*, *ne similis eos pęna concludat.* Prologus libri de virtutibus iam ex exemplari, unde V fluxit, fere totus exciderat. Contulit Leo.

A Codex Vaticanus nr. 1193, saec. XIII, fol. 1 praecedenti persimilis sed multo deterior est. Primi ternionis altera pars desideratur, ita ut textus a p. 5, 14: *bestiali pugna* ad p. 8, 35: *sibi talem* (inter fol. 3 et 4) hiet. Contulit Leo. Cui Gemeticensis, quo Maurini usi sunt, affinis est: uterque p. 9, 39 pro *Halaricum* — *Hilarium*, p. 9, 40 pro *redire* — *rediisse* praebet.

In GHA librum de virtutibus S. Hilarii epistola ad Abram filiam suam data sequitur. Qui sequuntur interpolati auctoritatem nullam habent.

X Codex Bruxellensis nr. 7802, saec. X. Pauca W. Arndt exscripsit. Incipit: *Prologus ex gestis sancti Hilarii Pictaviensis episcopi, qui est idus Ianuarii.* Sequitur prologus alius atque in melioribus libris, idem multo brevior. Eundem praebet

Y Codex Compendiensis, quem Maurini adhibuerunt.

Z Codices Ottobonianus, S. Germani, Colbertinus, in quibus, ut monachi S. Mauri adnotaverunt, S. Hilarii decessus p. 7, 9 fusior explicatus est. Hunc locum Reinkens p. XXI ut genuinum defendit et p. 319 fabulam in narrationem contexuit. Sed libris mendis pessimis aspersis fides nulla tribuenda est. Historiolam eandem Vincentius Bellovacensis, Speculum historiale XIV, 51 narravit.

Praeterea e codicibus Parisiensibus nr. 196, olim S. Martialis Lemovicensis, saec. XI in. 8, fol. 61 — nr. 14654, olim S. Victoris 723, saec. XII, fol. 2 in 8⁰ — nr. 14460, olim S. Victoris 108 et 229, saec. XII in 2⁰ fol. 178 Peiper pauca enotavit. Hi quidem in plerisque mendis conveniunt, ut p. 1, 12 *complexa* omittunt, sed codices 14654 et 14460 aliquantulum deteriores sunt, quam codex 196.

Cum H ex G, B ex H derivatus sit — ut pauca saltem argumenta proferam, p. 4, 29 *pene* G^1, *p⁰ene* G^2, *poene* HB praebent; p. 9, 36 post *lampadis* H^2 *vox* suprascripsit, quod B in textum admisit, reliqui autem libri omittunt —, codices H et B seposui. Ex VA eas tantum corruptelas adnotavi, in quibus conveniunt. Consentientes libros GV ubique secutus sum, discrepantibus iis G plerumque anteposui. Orthographica nulla notis adscripsi. Recepi quae GV communia praebent, praeterea ex G ea tantum quae e carminibus probantur, admisi.

Quae suppressi talia sunt:

G *caelares*, *caera*, *hereticus*, *volubiles* (sing.), *papiro*, *sinodo*, *tantu*, *alius* (acc.), *sotialiter*, *peccanti* (*-di*), *groria*, *exhorcista*, *ęclesię*, *eclesiasticę*, *literaturam*, *ammonet*, *ammonitionem*

VA *devertentes*, *siccus* (acc.), *propagare* (pass.)

V *quatinus*, *acervum* (*-bum*), *cladios*, *incolumen*, *tandiu*, *fraglaret*, *michi*, *nichil*, *aborruit*, *Ieronimi*, *surripere*.

Vita et miracula in Actis Sanctorum, inter opera Hilarii Fortunatique edita sunt.

Mombritius, *Sanctuarium*, *Mediolani* s. a. (1475?) II, p. IIII editionem principem paravit. Is prologum resecuit, ita ut liber a verbis (p. 2, 7) *Beatus Hilarius Pict. episcopus* incipiat. Cum locus p. 7, 11 ad p. 8, 8 desideretur — finem enim libri primi *terra plorante*, *caelo gaudente* sequuntur verba: *Gaudeat plane et sublimiter terra exultat, quia quamvis plura vivens in corpore* etc. —, manifestum est, codicem V a Mombritio adhibitum esse.

Surius, *De probatis sanctorum historiis*, *Coloniae 1570*, I, 264 primus Fortunati prologos adiecit. Codicem habuisse videtur G similem, cum *olim mysteriis deputatus* (p. 2, 30), *quoddam castellum dum adisset* (p. 3, 32) scripserit, sed hic illic textum interpolavit, quippe qui locos *immo prudens iuxta Domini vocem* (p. 6, 39) et *praestante eodem Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre et spiritu sancto* etc. (p. 7, 10) inseruerit.

Bollandus, *Acta sanctorum*, *Antverpiae 1643*, Ian. I, 790, textum Surii cum codicibus S. Maximini et Ripatensi contulit.

Inter Hilarii opera post Gillotium (Parisiis 1572), qui Surium exscripsit, monachi e congr. S. Mauri (Parisiis 1693) vitam ediderunt, codicibus nonnullis inferioris notae adhibitis, i. e. Colbertinis, Compendiensi, Gemeticensi, Germanensi, Ottoboniano. Quorum editionem Luchi ad verbum repetivit: et Maurinorum et Luchianum exemplar *Migne*, *Patrologia latina* IX, p. 184 et LXXXVIII, p. 439 admisit.

II. VITA S. GERMANI.

Vitam S. Germani Parisiorum episcopi a Fortunato conscriptam esse Gregorius Tur., H. Fr. V, 8 testis est: *Quis*, inquit, *strenuus virtutes illius*, *quas in corpore fecit*, *sollicite vult inquirere*, *librum vitae illius*, *qui a Fortunato presbitero conpositus est*, *legens cuncta repperiet*. Neque dubitandum est, quin quae exstat Vita Germani ea ipsa sit, quam Fortunatus confecit, cum et sermo congruat et quae in Vita c. VII de Germano 'in figura Moysi' incedente relata sunt cum Carm. II, 9, 72 optime conveniant: *Moyses*, *tende manus et tua castra iuvas*. Poeta nonnulla miracula ipse vidit[5]), sive Parisiis constitutum Germanum adiit[6]), sive illum Pictavis convenit. Obiit autem sanctus d. 28. Mai. a. 576, post cuius mortem Fortunatus memoriam vitae composuit.

Codices manu scripti permulti supersunt.

P Codex Petropolitanus F. Otd. I. nr. 12 olim Corbeiensis, tunc Sangermanensis a Petro Dubrowsky acquisitus et Petropolim translatus. Vitas sanctorum saec. VII—IX manu scriptas continet[7]), e quibus Vita S. Germani fol. 69—98, duobus quaternionibus (I. II), quinione (III), binione (IV) olim separatim ligatis, scripta est saec. IX satis neglegenter, emendata deinde saec. X ad aliud exemplar[8]). — Codicem Berolinum transmissum W. Arndt a. 1866 contulit.

Q Codex Parisiensis[9]) Latinus nr. 5365, saec. XII, formae maximae, antea S. Martialis Lemovicensis. Continet fol. 19 Vitam S. Germani — desunt autem capita 33—68 a p. 18, 32 *et qui prius* ad p. 25, 34 *gratiam* —, et translationem eiusdem ab interpolationibus immunem; ea fol. 24 in verbis *ut fugitivum nuper elapsum se prosequentem* (Mabillon, Saec. III, 2, p. 100) abrupte desinit. — Codex mendis refertus a librario neglegenter scriptus est, omissis non solum verbis sed etiam sententiis. — Waitz nonnulla enotavit.

G Codex Parisiensis Latinus S. Germani nr. 507, saec. X, formae quadratae, tam eleganter quam accurate scriptus S. Germano patrono totus dicatus est. Continet fol. 1 Vitam S. Germani, fol. 52 Translationem corporis S. Germani episcopi et confessoris, fol. 87 Aimoini historiam miraculorum S. Germani. Codex emendatus est bis, primum manu saec. X/XI, quae textum sincerum ita adulteravit, ut scriptura prior vix discerni possit, iterum manu saec. XV. — Waitz contulit.

H Codex Parisiensis Latinus nr. 3801, formae magnae, saec. XII scriptus, fol. 55 Vitam S. Germani continet, quam Translatio sequitur. Capita 35—72 desiderantur. Codex ex G, postquam emendatus est, exscriptus videtur esse. — Waitz nonnulla enotavit.

I Codex Parisiensis Latinus nr. 5296, formae maximae, saec. XIII, cum H consentit, sed minus accurate scriptus est. Translatio desideratur. — Waitz librum inspexit.

---

5) Cf. § 113: *Sed haec in cubiculo praesente me gesta sunt.*

6) Cf. c. LXV: *Itidem cum Parisius ad basilicam sanctorum Gervasi et Protasi orandi causa procederet — — — Haec quoque veneranda praesente me gesta sunt.*

7) Cf. Neues Archiv V, p. 248.

8) Verba *quisquis fideliter abstulit* a librario omissa emendator margini adscripsit; cf. infra p. 21, 20.

9) De codicibus qui sequuntur cf. Archiv XI, p. 256 sqq.

K Codex Parisiensis Latinus nr. 5568, formae quadratae, saec. X scriptus, *Bibliothecae sancti Amandi in Pabula*, tunc Telleriano-Remensis nr. 263 erat. Fol. 78 Vita Germani, fol. 101 Translatio lemmate nullo ornata, fol. 117′ Aimoini opusculum de S. Germano exstat. Codex nitide quidem et eleganter exaratus est, sed textus valde mutatus et depravatus cum G iam emendato saepe convenit. — Waitz priora capita speciminis causa contulit.

L Codex Parisiensis Latinus S. Germani nr. 1049², formae quadratae, saec. XI accurate scriptus nihil nisi Vitam et Miracula patroni continet, sed eundem textum interpolatum ac K, postea a librario quodam emendatum. Vitam fol. 40 Translatio sequitur, quae miracula omnia libro G postea addita continet; fol. 72′ Aimoini opusculum occupat. — Waitz pauca enotavit.

X Codex Bonifontis a Bollando laudatus.

Accedunt complures libri inferioris aetatis, ut Parisienses[10] Latini nr. 5287, saec. XIII — nr. 5323, saec. XIII — nr. 5346, saec. XIV — S. Germani nr. 506, saec. XV; Bruxellenses nr. 207—208, fol. 250[11] — nr. 7487, fol. 111[12]; Namurcensis nr. 53, saec. XII[13].

Ex his libris duos PG selegi, ad quos Vitae Germani textum recenserem, cum reliqui aut ex his fluxerint, aut certe nihil bonum contineant, quod in PG non reperiatur. Primum Q cum P semper convenit, ut p. 15, 37 *residere* uterque, deinde HI et G² consentiunt, ut p. 16, 15 *interdictum* pro *pretio* G²HI, p. 16, 39 *uigori pristino sine cunctatione restituitur. ac uelut* G²HI pro *uigore pristino restituto, sine cunctatione uelut.* Itaque cum G² contulerimus, lectiones HI addere supervacaneum erat. KL ut eiusdem familiae sunt, ita e P et G² codicibus lectio eorum videtur contaminata esse, nam p. 20, 16 *quem inquirens, de quanam uilla praeteriret, ille se solum* (*ex ea* add. K) *incolumem esse respondit* cum habeant KL, verba *praeteriret* et *respondit* ex P hausta sunt, p. 22, 20 *ab eo unguine* pro *perunguine* ex G² fluxerunt. Praeterea p. 12, 1 post *erat* in G²K *sane*, p. 12, 7 ante *mutat* in utroque *pariter* interpolatum est; quae in L his locis scripta sunt, non comperi. Denique X, unde Bollandiani textum corruperunt, quomodo interpolatus sit, e loco intellegitur, quem p. 12, 2 adnotavi. Restant igitur PG, e quibus P eo praestat, quod quae in G erasa aut emendata sunt, integra servat. Dolendum autem est, quod in P glossae quaedam inrepserunt, ut p. 19, 34 verba *per triduum uoce, manu, uestigio, stupore concutitur, rumor in partes tollitur, gratias creatori referentes hominem a quo morbis iugiter et mortibus imperetur* e sequentibus repetita sunt. Aliquoties licet consentientibus libris PG eorum auctoritatem neglegere debui, ut p. 23, 7 *britannum* (*britanum* P) *presbiterum* PG requiritur nominativus, p. 27, 20 *sed nescientibus quinto kalendas iunias omnibus* id quod scripsi *quinto kalendas iunias, sed nescientibus omnibus*.

Ratio scribendi in utroque libro admodum diversa est, cum alter orthographiam Merovingicam, alter eam fere quae saec. X usitata erat, prae se ferat. Neque vero

---

10) De quibus Waitz, Archiv XI, p. 259. 260 egit. Depravati atque decurtati ut sunt, auctoritate nulla pollent.

11) Cf. Neues Archiv II, p. 244, Analecta Bollandiana III, p. 153.

12) Cf. Neues Archiv II, p. 249.

13) Cf. Neues Archiv II, p. 265.

desunt in quibus conveniunt. Quae cum ita sint, quae Carminibus confirmantur admisi, reliqua mutavi, neque tamen textui ea subieci. Sunt autem quae suppressi orthographica haecce.

Codex P.

e pro *ae*: *bace*, *cecitas*.

ae pro *e*: *aelymosina*; *depraehendit*, *expraessit*, *praecante*; *seuirae* (= *saeuire*).

oe pro *ae*: *doemon*.

i pro *e*: in abl. *cessanti sacerdoti*, *iacenti*, *ingredienti*, *ultioni praesenti*; *uellis*, *uellit*, *diuerterit*, *accepissit*, *teneris*, *torquitur*; *acciderent*, *medilla*, *quatinus*, *segitem*, *uina*.

e pro *i*: *lustre*; in dat. *carcere*, *germine*, *portitore*; in ind. praes. pass. *distendetur*, *excutetur*, *perducetur*, *prosequetur*, *reddetur*, *reducetur*; *agmena*, *basilęcam*, *besteas*, *contradedit*, *dedicit*, *resepescunt*, *Seluester*, *soledus*, *trea*, *uer*.

u pro *o*: *obstinatu*, acc. *famulus*; *agnusci*, *cummuniter*, *insulens*, *oraturio*, *prumpti*.

o pro *u*: in abl. *anhelito*, *gusto*, *ingresso*, *portico*, *uiso*; *doorum*, *postolat*, *roborem*.

i pro *y*: *misterii*.

aspirata desideratur: *Aelarium*, *ora*.

c desideratur: *Netario*, *oblutabatur*.

qu pro *c*: *quur*.

c (*g*) pro *qu*: *licore*, *ligor*.

s pro *c*: *adsiscitur*.

d insertum: *ad circumstantibus*, *admisit*.

g insertum: *eoglogias*.

n pro *m*: *menbra*.

ns pro *ss*: *consensu*.

d pro *t*: *capud*, *reliquid*, *uelud*; *idem*.

t desideratur: *posponitur*.

ci pro *ti*: *diucius*, *palacium*.

ti pro *ci*: *iuditio*, *malefitio*, *offitio*, *supplitio*.

v pro *f*: *praeuocatur*.

consonans simplex pro duplici: *dificilis*, *difunditur*, *efulsit*; *inbecilis*, *police*; *consumauit*; *misa*, *sanctisimus*.

duplex pro simplici: *tollerare*, *ullulatu*; *digittos*.

Praeterea *tantomodo*, *quodadmodum* P scripsit. Addam, quod accusativus et ablativus in P saepissime confusi sunt:

ablativus pro accusativo: *ad Vico Nouo*, *ad Agustiduno*, *ante palacio*, *circa noctis medio*, *per Belsa*, *per biduo*, *per Muruinno*, *post funereo pallore*; *cunctis amplectitur*, *gratia praedicarent*, *uiro — — undique obuoluto conponit*.

accusativus pro ablativo: *de domum*, *de saeculum*, *de soledos*, *de subscriptionem*, *de uestem*; *relegiosum exceptus obsequium*; et in abl. abs., cf. p. 12, 21. 13, 11. 16, 38. 18, 15.

Haec tamen et reliqua ad ipsum sermonem mutatum pertinentia adnotare non neglexi.

Codex G.

e pro *ae*: *languide*.

ae pro *e*: *aequus*, *paecuniam*.

ae pro *oe*: *caepit*.

i pro *e*: *decidente*, *ditergens*, *uiniola*.

e pro *i*: *messoria*.

o pro *u*: *tonica*.

i pro *y*: *tipo*.

y pro *i*: *partym*.

h desideratur: *anelitum*.

h insertum: *hostium*, *marthyris*.

t pro *d*: *aput*.

ci pro *ti*: *insaciata*, *uicio*.

cx pro *x*: *extincxisse*, *restincxit*, *retecxitur*.

consonans duplex pro simplici: *circinnasset*.

Nonnulla quoque utrique libro communia sprevi ut

aecclesia, *aegenis*, *aequus*, *inaediis*, *depraecari*, *praeces*, *praesbiter*, *praemere*, *praetiosa*, *praetium* vel *praecium* fere, *quaerellas*, — *adpropinquanti* (abl.), *conquirens*, *conquiritur*, — *paraliticus*, — *cybi*, *ymber*, — *langor*, — *ydropis*, — *fallatia*, *mendatium*.

Denique *Synphorianus* pro *Synforianus*, *Augustidunum* pro *Agustidunum* et *Childeberethus* pro *Childeberto* semper scripsi, cum nomina in Carminibus ita tradita sint.

Vita S. Germani et in Actis Sanctorum et inter Scriptores rerum Francicarum et inter Opera Fortunati edita est.

Surius, *De probatis sanctorum historiis*, *Coloniae 1572*, III, 410, editionem principem e codice interpolato paravit; cf. infra p. 12, 24 n. In eo libro *ab eo unguine* pro *perunguine* (= G^2, infra p. 22, 20) et *Referatur parvum et huic simile miraculum. Mulier quaedam*, *Maoberta nomine*, *apud eandem urbem inflationis pustulam* pro verbis *Moverta quaedam Parisius pustulam* (infra p. 25, 35) scripta erant.

Mabillon, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti*, *Parisiis 1668*, Saec. I, p. 234 primus textum integrum edidit, praestantissimo codice P usus, unde interpolationem (infra p. 19, 34), de qua supra p. X egi, in notis protulit.

Bollandus, *Acta sanctorum*, *Antverpiae 1688*, Mai. VI, 778 textum e Surio (cf. infra p. 12, 24) et codice X interpolatum edidit. Adhibuit etiam Antverpiensem quendam codicem.

Bouquet, *Recueil des historiens des Gaules*, *Parisiis 1741*, III, 443, particulas e Mabillonio excerpsit.

Luchi p. 26 (= *Migne* LXXXVIII, p. 453), Mabillonii editionem repetendam curavit et notas addidit, quas Bollandus textui subiecerat.

III. VITA S. ALBINI.

Fortunatus in Tincillacense monasterium profectus, ubi S. Albinus Andegavorum episcopus educatus erat, a Domitiano eiusdem successore ad Andegavorum urbem visendam invitatus est; cf. Carm. XI, 25, 7—10:

hinc citus excurrens Cariacae devehor aulae;
Tincillacensi perferor inde loco.
hinc sacer antistes rapuit me Domitianus,
ad sancti Albini gaudia festa trahens.

Tunc 'inter[14]) reliqua maturitatis consulta de sacratissimo viro Albino antistite Domitianus fecit tenuiter mentionem, ut eius vita impressa libellis ad aedificationem plebis humanis fixa conderetur in chartis'. *Huius*, inquit[15]), *rei inpulsor quidam postmodum mandata vestrae beatitudinis exequens a me si quidem annuerem inconperendinatim id fieri flagitavit. Illud vero adiciens, ut quae ipse de gestis sancti viri Albini iuxta fidem conpererat, eo insinuante indubitabiliter propalarem.* Scripsit igitur Vitam Albini. Domitiano autem papae eum eam inscripsisse ex exordio epistolae dedicatoriae, quod

14) Cf. V. Albini c. I.
15) Ib. c. II.

e codice Escorialensi primus adieci, intellegitur: *Domino sancto et apostolicis meritis reverentissime praeconando domno Domitiano papae Fortunatus vester.* Domitianus, quem a. 569 diem obiisse ferunt, conciliis Parisiensi III post a. 556 et Turonensi II a. 567 interfuit.

Vitae Albini Gregorius Turonensis in Gloria Conf. c. 94 his verbis mentionem fecit: *Albinus autem confessor, cuius nuper vitae liber a Fortunato est conscriptus presbitero, obtenet et ipse, inpertiente merito, suum ostendi miracula ad sepulchrum.* Liber cum scriptus sit a. 587, post annum autem 590 ab auctore hic illic suppletus[16], tempus quo Vita composita est accurate quidem circumscribi non potest, sed primam eam a Fortunato conditam esse, e prologo intellegitur (infra p. 28, 31): *quem ad scribendi seriem nec natura profluum nec litteratura facundum nec ipse usquequaque usus reddit expeditum*; cf. Ebert, Geschichte der christlich-lateinischen Literatur I, 515.

Gregorium Turonicae ecclesiae episcopum Vitam Albini, quam Fortunatus composuit, 'scriptorum vitiis iam paene depravatam suae auctoritatis peritia correxisse' in epistola Germano Parisiorum episcopo data legitur quidem[17], sed ea iam nullus dubitat quin ficta sit ab Archanaldo, qui a. 905 iussu Rainonis Andegavensis episcopi Vitam Maurilii a Magnobodo compositam recognovit. Idem fortasse Vitam Albini expolivit, nam codex Patriciacensis, cuius Ruinart, Gregorii Opp. Praef. nr. 80 mentionem fecit, in verbis desinit: *Explicit vita beati Albini composita a beato Gregorio Turonicae urbis episcopo.*

Codex unicus, qui librum integrum continet, est

E Escorialensis[18] & III 26, formae octavae, saec. X scriptura vulgari, non Wisigothica exaratus, qui folia 132 continet. Insunt Vitae et Miracula Nicolai Myrensis (fol. 2'—42), Magnobodi Andegavensis (fol. 42—62), Maurilii a Magnobodo composita (fol. 77—89), Albini (fol. 89—99').

Vitam Albini fol. 100—104 Miracula excipiunt, quorum initium, cum ineditum sit, prooemio inserendum esse duxi.

INCIPIVNT MIRACVLA POST OBITVM EIVS PATRATA.

SANCTVS CONFESSOR ALBINVS Andecavensium pontifex egregius, cuius nobiles f. 100 *actus doctiloquo prosequitur stilo Fortunatus, suis magnis obtinet meritis ad roborandam fidem populorum crebras ad suum virtutes ostendi sepulchrum. Adveniente igitur solemnitatis eius die, quae celebratur estivo tempore, sancti confessoris locum plurimae fidelium frequentaverunt turmae, multi etiam diversos languores habentes, fama virtutum eius audita, salutis suae convenerunt causa. Inter quos quidam qui longo tempore lecto decubans langueral paralyticus, perdito omnium membrorum ministerio, vehiculo affuit allatus. Qui totam noctem ducens insomnem sancti patroni, ut sui misereretur seque ab hoc miserabili languore suis sanctis meritis liberaret, cum magna cordis contritione pietatem exorabat. Cui post vigilias noctis foris iacenti sub fenestra quae sacro supereminet tumulo et sopori dedito in ipso diei crepusculo vir | vultu habituque clarus asti-* f. 100' *tisse visus est, dicens ei: Miser, quare tam diu dormitas? Vt quid vitae tuae curam negligis? Persevera in prece et non frustraberis salutis munere. Qui enim petit accipit*[19],

16) Cf. Script. Rer. Merov. I, p. 455.
17) Cf. infra p. 82.
18) Cf. Neues Archiv VI, p. 251.
19) Matth. VII, 8.

et qui quaerit invenit et pulsanti aperietur. Cui eger respondit: Vtinam, honorabilis pater, salutem consequi merear. Ipse vero addidit: Adiutorium quo in monasterium deporteris require, et cum horae terciae signum intonuerit, presens assiste deumque cum fiducia deprecare et ab hac qua detineris sanaberis infirmitate. Advenientes enim ea ipsa hora gloriosi sacerdotes Christi, beatus videlicet Albinus atque domnus Martinus Turonensis archipresul, hanc ingressuri sunt basilicam, dataque hoc in loco benedictione, ad solemnitatem translationis et ordinationis eiusdem beati Martini simul Turonis accedere debent. Tu ergo tantum crede, et in eorum adventu si presens fueris, salvus eris.
f. 101 *Expergefactus autem debilis sine mora se ad tumbam deferri qua sacra | condita sunt membra festinavit. Deinde dum hora tercia divinas clerici canerent laudes, miri odoris fraglantia omnia superexcellens aromata per totum populum qui in ecclesia aderat est respersa. Qua suavitate repletus ita se incolumem sensit languidus, ac si nulla infirmitate fuisset detentus, et qui alienis manibus paulo ante ad sancti confessoris sepulchrum fuerat deportatus, propriis protinus gradiens pedibus debitas cum omni populo almo presuli ALBINO rependit laudes. Hoc non a paucis sed visum a multis tota regio testatur Andecavensis.*

Non ille quidem solummodo locus quo sacri corporis beati Albini reliquiae continentur crebris illustratur miraculis, verum etiam ubicunque eius nomen cum fide recta invocatum fuerit, operante Christo pro confessoris sui meritis, quod fideles postulant impetrant, ut veritatis sententia impleatur, que dicit: Pater[20]) meus usque modo operatur
f. 101' *et ego operor. | Et iterum: Opera[21]) quae ego facio et ipsi qui in me credunt facient. Nam apud Croviensem vicum quaedam mulier extitit, quam a nativitate caecam natura disponente deo in hanc vitam profuderat. Quae a multis audiens, quod sancti pontificis virtute leprosi mundarentur, sanarentur paralytici, visum recuperarent caeci, plurimi a vita desperati infirmi ab ipsis, ut ita dicam, mortis faucibus erepti essent atque ad vitam redditi, nocte ac die totis cordis medullis sanctum fiducialiter invocabat ALBINVM, ut suae miseriae assuetum conferret auxilium et caeli videre concederet lumen sua intercessione sancta, quod sibi denegaverat natura. Nec a precum cessavit improbitate, donec impetraret quod petebat a sancto confessore. Eodem namque die quo sanatus est paralyticus, de quo supra diximus, in monasterio illuminata est et haec mulier in vico praedicto, praestante domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.*

Sequitur Miraculorum eorum quae Bollandiani 'ex MS. Nicolai Belfortii' in AA. SS. Mart. I, 60 ediderunt caput I[22]) (*In territorio igitur — semiusto pede*), cui capitis II initium alia manu saec. X subiectum est:

(M)ichi videtur pagine inserendum quoddam clarissimum miraculum, quod ad beati pontificis mausoleum in hoc nostro tempore constat esse patratum. Et precipue futuris
f. 104' *estimo fidelibus | scripto propalandum, quia presentibus visu scio notissimum. Et ideo quorum hoc quod narraturus sum didicerim relatione non magnopere curavi nominatim depromere, quia omnes Andecavenses.*

Cum autem librarius inceptum non perfecerit, particulam scriptam alia manus expunxit. Liber qui in ipsa Andegavensi urbe scriptus videtur esse ita super reliquos eminet, ut lectio vulgata Vitae Albini ex eo centies suppleri atque emendari potuerit.

20) Ioh. V, 17.
21) Ioh. V, 36.
22) Ex Escorialensi editio Bollandiana emendanda est.

A Paulo Ewald collatus est.

V Codex Vaticanus Reg. Christinae nr. 465 Vitas Maurilii, Licinii, Magnobodi, Samsonis, Albini et nomina episcoporum Andegavensium, Senonensium, Aurelianensium, Cenomanensium continet. Vitae Albini prologus deest; incipit enim: *Incipit uita sc̄i ac beatissimi albini ep̄i et con̄f. Religiosorum uita uirorum.* — Mau pauca exscripsit.

P Codices quoque Parisienses Latini nr. 3788 (fol. 171′—175′), saec. XII — nr. 5280 (fol. 132′), saec. XIII — nr. 5318 (fol. 225′—226′), saec. XIII — nr. 5324, prologo omisso, in *Religiosorum* incipiunt. Eos Leo inspexit.

X Codex S. Audomari, quem prologo caruisse Bollandiani testantur, et

Y Codex S. Maximini Treverensis, quo iidem usi sunt, mendis scatebant.

Neque melior Bruxellensis nr. 207—208, saec. XIII est, quem Bollandiani, Analecta III, 144 nuper fusius descripserunt. Foliis 129 et 130 excisis in verbis *Itaque occurrente* (infra p. 31, 11) desinit.

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1571, II, 1, codice usus est E simili, unde prologum in plerisque libris manu scriptis omissum hausit, praescriptione tamen carentem.

Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, Parisiis 1668, Saec. I, 108, textum Surianum repetivit, quem hic illic 'e duobus veteribus mss.' male mutavit.

Bollandiani, Acta sanctorum, Antverpiae 1668, Mart. I, 57 item Surii exemplar repetiverunt, quod cum duobus codicibus contulerunt; cf. l. l. p. 55: *quam dein Rosweydus cum uno Ms. codice, nos cum duobus aliis contulimus, uno ecclesiae S. Audomari* (= X), *altero monasterii S. Maximini Treviris* (= Y). Rosweydo autem Escorialensis notus erat.

Bouquet, Recueil des historiens des Gaules, Parisiis 1741, III, 421 e Mabillonio particulas excerpsit.

Luchi p. 54 (= *Migne* LXXXVIII, p. 479) Vitam se edere scripsit, 'ut extat saeculo I Bened.', sed Surium quoque consuluit.

Nos codicem E ducem praestantissimum secuti sumus, collatum cum Surio et Mabillonio. In orthographicis cum liber saec. X exaratus auctoritate destitutus sit, et *michi*, *nichil* aliaque huiusmodi quam maxime a Fortunato abhorreant, ad Carmina fere scripturam formavi, e quibus etiam *Childeberctho* restitui.

IV. VITA S. PATERNI.

Vt Vitam S. Paterni Abrincensis episcopi, qui concilio Parisiensi III post a. 556 celebrato interfuit, Fortunatus scriberet, Martianus abbas, quem monasterio cuidam ab ipso sancto condito praefuisse Bollandiani probabiliter coniecerunt, ei iniunxit, neque, quin quae exstat Vita Paterni ea ipsa sit, quam poeta contexuit, dubium est, postquam Mabillonius prologum e codice Herovalliano eruit.

P Codex Parisiensis Latinus nr. 5666, saec. XIII, ubi fol. 54 Vita Paterni exstat. A. Schoene eum contulit.

E codicibus, quibus Bollandiani usi sunt, RX prologum habent, VY a verbis *Religiosorum hominum* (infra p. 33, 28) demum incipiunt.

R Codex Vaticanus bibliothecae reginae Christinae.

X Codex Divionensis.
V Codex Treverensis.
Y Codex Bodecensis pessime depravatus; cf. infra p. 34, 2. 35, 33.
Z Codex Rotomagensis.

Cum Y codex Bruxellensis nr. 206, saec. XIII, fol. 93—94', quem Bollandiani, Analecta III, 113 nuper descripserunt, fere convenit.

Textus Vitae Paterni in plerisque editionibus pessime interpolatus ac immutatus est.

Surius, *De probatis sanctorum historiis*, *Coloniae 1571*, II, 654, codice usus est, cui prologus deerat. Hunc cum in gratiam lectoris 'oratione aliquanto Latiniori' transcripserit, quod edidit Vitae quasi compendium a Luchio recte appellatum est.

Mabillon, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti*, *Parisiis 1668*, primum Saec. I, 152, Vitam e codice quodam decurtato, ut VY, edidit (Mab. 1), deinde, postquam in schedas incidit, quas d'Achery olim a v. c. d'Herouval acceperat, integrum textum in Appendice Saec. II, 1100 imprimendum curavit (Mab. 2). Codex autem Herovallii libro P persimilis fuit.

Henschenius, *Acta sanctorum*, *Antverpiae 1675*, Apr. II, 425, Vitam ad codices RXVYZ recensuit, vel potius depravavit atque praecipue ex Y interpolavit, ut textus ab eo editus totus abiciendus fuerit. Quomodo eum confecerit locus p. 36, 25 luculentissimum praebet exemplum, ubi e textu integro *mantela uico quidam puer* et e Suriano *cumque mileuico puer* nomen pueri ita formavit: *mantela uico quidam puer mileuo nomine.*

Bouquet, *Recueil des historiens des Gaules*, *Parisiis 1741*, III, 424 particulas ex altera Mabillonii editione excerpsit.

Henschenii exemplar *Luchi* p. 65 (= *Migne* LXXXVIII, p. 487) repetivit, quod cum Mab. 2 contulit, *ut*, ut ait, *utrumque proinde exemplar a nobis hic editum dici possit.* Rectius dixisset meliorem Mabillonii textum in ima pagina reperiri.

Quae cum ita sint, nos Surium Henscheniumque vix curantes codicem P accurate expressimus, quem cum utraque Mabillonii editione contulimus. Quod ad orthographiam pertinet, eandem rationem ac in Vita Albini recensenda secuti sumus.

V. VITA S. RADEGVNDIS.

Vita Radegundis reginae, quam post mortem[23]) sanctae (a. 587) a Fortunato compositam esse certum est, inter opuscula quae poeta reliquit hagiographica sine dubio primum locum obtinet. Agitur de regina Thoringorum, a Chlothario I rege Francorum capta atque in matrimonium ducta, quae postquam saeculo renuntians in Pictaviense S. Crucis monasterium se recepit, ibi Fortunato familiariter usa est. Eum scriptorem Vitae illius Baudonivia Pictaviensis monialis, quae iussu 'Dedimiae abbatissae vel omnis congregationis' librum secundum Vitae Radegundis paulo post a. 600[24]) adiecit,

23) Cf. infra p. 48, 22: *die qua sanctissima migravit de saeculo.*
24) Cf. Script. Rer. Meroving. I, 2, p. 461.

his verbis laudavit[25]: *Non ea quae vir apostolicus Fortunatus episcopus de beatae vita composuit iteramus, sed ea quae prolixitate praetermisit, sicut ipse in libro suo disseruit cum diceret: De beatae virtutibus sufficiat exiguitas, ne fastidiatur ubertas, nec reputetur brevissimum, ubi de paucis agnoscitur amplitudo.* Locus quem e libro Fortunati protulit infra p. 49, 3 legitur. Itaque Pictaviensibus monialibus iam brevi tempore postquam Fortunatus scripsit, eius Vita minime suffecisse videtur, cum Baudoniviae eam iterum tractandam mandarent. Vere multa sunt quae historiam mulieris magis quam poetae miracula commendent.

Fortunati liber et Baudoniviae in plerisque codicibus coniuncti sunt, ita ut hic illum ut secundus excipiat. Codices[26] autem fere innumeri sunt.

P Codex Parisiensis Latinus nr. 5275, olim Colbertinus nr. 3291, formae maximae, sed diversae, scilicet in singulis quaternionibus modo maioris, modo minoris, saec. XI in. scriptus, fol. 14′ Vitas Radegundis continet, quas fol. 30′ Vita Disciolae[27] sequitur. — Waitz contulit.

M Codex Monacensis Latinus nr. 3810, olim Aug. eccl. nr. 110, membranaceus formae maximae, saec. X, fol. 171—181′ librum Fortunati continet, quem Baudonivianus excipit: *Incipit prologus Baudoniviae de miraculis sc̅a̅e̅ Radegundis virḡ.* — Jacobi contulit.

G Codex Parisiensis Latinus nr. 13761, olim S. Germani a Pratis nr. 475 vel 1404, saec. X, formae quadratae a pluribus librariis per quaterniones alternantibus exaratus est. Fol. 81—103′ Vitae Radegundis exstant, sed prologi et index libri secundi desiderantur. Huic titulus praefixus est: *Item de vita beatae Radegundis composita ab una ex sanctis monialibus iugiter cum ea conversantibus.* — Codicem Waitz contulit.

L Codex Londoniensis Musei Britannici nr. 11880, saec. IX in., fol. 71′ Vitam Radegundis continet. Inest etiam Vita Corbiniani. — Pertz contulit.

E Codex Monacensis Latinus nr. 14095, olim S. Emmerammi nr. 95, saec. XI/XII scriptus praeter Heinrici IV (fol. 1) Vitam quoque Radegundis (fol. 159) continet, sed Baudoniviae liber desideratur. Quattuor folia excisa sunt; cf. infra p. 39, 15. — Wattenbach contulit.

W Codex Monacensis Latinus nr. 22242, olim S. Mariae Windbergensis nr. 42, formae maximae, fol. 162, iussu Hebitardi abbatis (1141—1191) scriptus est. Fol. 152—157′ Fortunati liber occupat, quem Vita Wigberti praecedit, Eusebii Vita sequitur. — Codicem Berolinum transmissum ipse inspexi.

Q Codex Parisiensis Latinus nr. 9742, saec. XII, p. 134 in iisdem verbis ac EW desinit.

T Codex Trecensis nr. 1248, formae quadratae, saec. X vel XI a pluribus librariis scriptus olim bibliothecae Boherianae (D. 65) erat. Insunt libri Fortunati et Baudoniviae (*Incipit praefatio sequentis libri*), quibus appendix a Mabillonio, Saec. I, p. 334 commemorata subiecta est: *Incipit de puella Distiola*[27]. — — *Incipit item de alia eiusdem monasterii puella.* — — — *Epistola Caesariae incipit. Dominabus sanctis Richildae et Radegundi Caesaria exigua.* Praeterea Vitam S. Fulgentii et Passionem quattuor coronatorum continet. — Arndt a. 1868 contulit.

25) Mabillon, Saec. I, p. 326.
26) De quibus v. Archiv XI, p. 260.
27) V. Greg. Tur., Hist. Franc. VI, 29.

H Codex Londoniensis Musei Britannici Harleianus nr. 649 post Bedae opera complura saec. XI exarata, Fortunati librum saec. XII scriptum exhibet. Prologo omisso a verbis: *Beatissima igitur Radegundis* incipit; eodem modo ac XY desinit. — Pertz pauca exscripsit.

X^1 Codex Parisiensis Latinus nr. 5351, formae magnae, saec. XI scriptus, fol. 6—19 Vitas Radegundis continet. Libro I clausula adiecta est, quae a melioribus codicibus abest; prologus secundi adest, sed index capitum desideratur. Textum librarius suo arbitratu mutavit. — Waitz inspexit.

X^2 Codex Parisiensis Latinus nr. 16734, olim S. Martini Campensis ('S. Martin des Champs') saec. XII, fol. 111′ eodem fine terminatur. — Molinier inspexit.

Y^1 Codex Parisiensis Latinus nr. 5343 (de la Mare nr. 384), saec. XI scriptus diversa opuscula in unum volumen colligata continet. Libro I eadem clausula ac X subiecta est; prologus et index libri II adsunt. Is in verbis c. 29: *sunt redditi sanitati* desinit. Textus ad lectionem ecclesiasticam aptatus est. — Waitz inspexit.

Y^2 Codex Parisiensis Latinus nr. 17005, olim monasterii Fuliensis Parisiis constituti, saec. XII, fol. 110′ utrumque librum continet; primo clausula addita est. — Molinier inspexit.

Z Codex Parisiensis Latinus nr. 5323, saec. XIII, qui fol. 189—191 Vitas Radegundis continet, cum Y^1 convenit, sed integer est. — Waitz inspexit.

Inter tot codices PMG tantum ab interpolatione immunes sunt, duo autem illi tam arte inter se coniuncti, ut pro uno fere exemplari sint. Exempli gratia infra p. 39, 13 *praemitteret* PM exhibent pro *permitteret*, p. 42, 13 *conditum* P^1M pro *Condate*, p. 46, 27 *qui dicitur* PM pro *quidam*. Nonnumquam P^2 cum M convenit, ut p. 41, 33 *blattis* recte P^1, *ablatis* M, *oblatis* P^2, p. 46, 9 *in populum* recte P^1, *vel in puplicum* P^2, *in publicum* M, p. 47, 9 *merito* P^2M pro *marito* P^1. Itaque P e codice M simili et exscriptus et emendatus videtur esse. His codex G accedit, qui infra p. 44, 26 verbum ab ipso Fortunato omissum de suo adiecit. Horum trium librorum (PMG) consensum ubique secutus sum. Interpolatos in tres classes distribui has: LEW — TH — XYZ:

p. 38, 21 *Quae puella inter alia opera quae sexui eius congruebant litteris est erudita*] *puella nata laboribus quae conveniunt sexui inter opera reliqua* (*reliqua opera* W) *fit barbaris litterata* LEW

p. 39, 1 *Iam tunc id agens infantula, quidquid sibi remansisset in mensa, collectis parvulis, lavans capita singulis, conpositis sellulis, porrigens aquam manibus*] *sed iam tunc tenerae aetatis adhuc* (*adhuc aetatis* H) *adulta*, *id agere studii habebat*, *ut quicquid sibi* (*residui* add. H) *remansisset edulii*, *collectis parvulis eorumque capitibus* (*singulorum* add. H) *mundatis* TH

p. 49, 6 *prosequantur*] add. TH *humanae eloquentiae modus ammirando attonitus viribus explicare minime valet* — add. XY *humanae eloquentiae modus admirando attonitus pre viribus explicare minime valet. Sit tamen illi qui dedit gloria, laus et imperium in saecula saeculorum. Amen.*

Propterea ex LE ea tantum adnotavi, in quibus aut inter se aut cum alio codice conveniunt. Codex E nonnullis locis alteri L praeferendus est, cuius lacunam (infra p. 42, 20) explet. Vterque Fortunati sermonem nonnumquam melius quam reliqui libri (ut *quo* pro *ubi* p. 39, 24) servasse videtur. Libri TH cum LE vinculo nullo coniuncti sunt, sed XY procul dubio e TH fluxerunt, cum textum eundem sed magis interpolatum habere videantur.

Orthographica quae suppressi haec sunt:

P *aescas*, *acciperat*, *diliciis*, *comulent*, *curso*, *misterio*, *cybaria*, *cybum*, *paradyso*, *chytaras*, *dequoquere*, *quoquinam*, *capud*, *diviciis*, *insaciata*, *molliciem*, *crutiatum*, *tollerabat*, *commitante*, *lamminam*.

M *adminuculae*, *sugnaculo*, *cumputrescens*, *postulae*, *combaiolat*, *pascales*, *menbra*, *lebrosi*, *cilitium*, *Frantia*, *saciaretur*, *euuangelico*, *inbeciles*, *literis*.

PM *territurio*, *malbis*, *erba*, *ora*, *orret*, *aborrebat*, *perorrescit*, *oste*, *sicata*, *panosos*, *optento*, *auferre* pro *offerre*.

G *aelemosinae*, *discendere*, *dispecto*, *cybaria*, *cybus*, *cultus* (acc. pl.), *lectu*, *tonithruo*, *nichil*, *succinta*, *commertia*, *delitiis*, *postitio*, *aquammanile*, *consumaret*.

L *deficato*, *dispecto*, *disperaret*, *licumine*, *putridines*, abl. *minori*, *accederit*, nom. *exanimes*, dat. *coniuge*, pass. *deportare* et *removere*, *elymosinae*, *quadriduana*.

T *cathena*, *amministrare*, *illuxit*, *summergeret*, *nil* pro *nihil* alia.

Vita Radegundis inter Acta Sanctorum ter edita est.

Surius, *De probatis sanctorum historiis*, *Coloniae 1573*, IV, p. 629, codice quodam eiusdem generis ac LE usus est, cum *puella data laboribus quae conveniunt sexui inter opera reliqua fit ex barbaris literata* (infra p. 38, 22) scripserit. Ceterum c. 22 post *corpusculum* (infra p. 44, 20) locum e libro Baudoniviae c. 8 desumptum adiecit: *Non illam aliquando mellis pluma fulcivit neque linteaminis nitor instruxit. Manicam qua brachium indueret non habebat, nisi quod de caliga sua sibi duas fecit manicas, sed ita se tractabat, ut haec nec abbatissa sentiret.*

Mabillon, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti*, *Parisiis 1668*, Saec. I, 319 Vitam 'ad Mss. cod. S. Germani Pratensis et Conchensis Monast. et D. d'Herouval' recensuit. Cum pro *recentaret* scripserit *recrearet* (sic G^2, infra p. 39, 27), dubium non est, quin codex S. Germani idem sit ac G. Praeterea codicem T similem habuisse videtur, cum *relaxans* (pro *relaxatius*, infra p. 44, 22), *scopans* (pro *occupans*, infra p. 44, 29) margini addiderit.

Bollandiani, *Acta sanctorum*, *Antverpiae 1737*, Aug. III, 67, apographis Gamansii e Soc. Iesu et Petri Francisci Chiffletii usi sunt. Ille apographum, 'quod[28]) cum editione Suriana maxime convenit, et in quo videtur amanuensis liberius stylum mutasse', aliudque 'ex Passionali Ms. pergameno monasterii Bodecensis in dioecesi Paderbornensi desumptum, cuius stylus ab aliis manuscriptis et excusis exemplaribus discrepat'[29]) cum Bollandianis communicavit. Chiffletius autem Vitam e manu scripto codice Vallis lucentis describendam curaverat, qui 'in constructione periodorum ab editione Mabilloniana differebat, tamen in substantia plerumque cum illa concordabat' et id apographum Bollandianis transmisit cum aliis Mss. (ut Divionensi) diligenter collatum.

Bouquet, *Recueil des historiens des Gaules*, *Parisiis 1741*, III, 456 locos quosdam e Mabillonio excerpsit.

Luchi p. 78 (= *Migne* LXXXVIII, p. 497) Mabillonii editionem repetivit, cui notas Bollandianorum adiecit.

---

28) Bollandiani l. l. p. 48 apographum anonymum vocaverunt. Infra p. 41, 33 *oblatis* pro *blattis* (= P^2) scriptum erat.

29) Prologus quem speciminis causa l. l. p. 68 ediderunt totus diversus est.

VI. VITA S. MARCELLI.

Cum Vitam Marcelli Fortunatus iussu Germani Parisiorum episcopi, cui eam dedicavit, scripserit, ante a. 576, Mai. 28, quo Germanus obiit, eam compositam esse necesse est. Vel eo tempore actus S. Marcelli 'temporum vetustate subrepti erant' atque 'pauca de eius gestis felicibus erant ad ea tempora relatione vivente perducta'. Vitam Marcelli Fortunatus Radegundi absens misit, his versibus additis (Fort. Opp. I, 1, p. 287, App. c. XXII, v. 15):

hinc tibi nunc absens Marcelli munera misi,
cui dedit excelsum vita beata locum,
et si displiceant indigno verba relatu,
conplaceant animo signa superna tuo.

Etiam Gregorius in Glor. Conf. c. 87 his verbis eius mentionem fecit: *Marcellus vero Parisiacae urbis episcopus, qui quondam, ut in eius vita legitur, serpentem inmensum hoc depellit ab oppido.* Libellum a Radegunde in bibliotheca monasterii S. Crucis Pictaviensis collocatum paulo post Baudonivia legit, et cum prooemium ornato sermone componere ipsa nesciret, inde potissimum Fortunati 'sermonum flores' furata est:

Prol. V. Marcelli	Prol. Baudoniviae
quin habentes intra se fontes eloquentiae de ipso sicco themate didicerunt undas haurire.	*qui habentes intra se fontem eloquentiae,*
Vnde quidquid illis iniungitur carmine inriguo copiosius explicatur. Verum econtra quicumque angustae intellegentiae ariditate torrentur nec habent affluentiam inundantis	*unde quidquid illis iniungitur carmine irriguo copiosius explicatur. Verum econtra quicumque angustae intellegentiae sunt nec habent affluentiam*
eloquii, per quam vel alios reficere vel suae siccitatis possint inopiam temperare, tales non solum aliqua non (*non* om. P) *per se dicere appetunt, verum etiam si quid eis iniunctum fuerit perhorrescunt, quoniam quantum doctis proloqui tantum indoctis utile fit tacere. Nam illi de parvis magna disserere, isti de magnis nesciunt vel parva proferre, et ideo quod ab aliis quaeritur ab aliis formidatur.*	*eloquii, per quam vel alios reficere vel suae siccitatis possint inopiam temperare, tales non solum per se aliquid dicere appetunt, verum etiam si quid eis iniunctum fuerit pertimescunt, — — — quoniam quantum doctis proloqui tantum indoctis utile fit tacere. Nam illi sciunt de parvis magna disserere, isti de magnis nesciunt vel parva proferre, et ideo quod ab aliis quaeritur ab aliis formidatur.*

Adiecit Baudonivia locum e prologo Vitae Hilarii petitum. Marcelli vitam Tillemont, Mém. h. e. (1705) X, 416 et auctores hist. litt. Francogall. (1735) III, 483 Fortunato Vercellensi attribuerunt, poetae esse negantes propter quattuor causas, scilicet titulum *episcopum* Fortunato in M additum, stilum simpliciorem, Germanum vivum, Gregorii de Fortunato auctore silentium. At lemma codici M postea adiectum est. Sermo autem tam simplex quam in reliquis Fortunati scriptis hagiographicis. Item Martini[30]) quoque Vitam Germano vivo Fortunatus edidit. Denique etiam in Vita Hilarii Gregorius auctorem Fortunatum reticuit. Neque Luchio p. 129 'momenta et coniecturae tanti esse videbantur, quamobrem ita se habere rem iudicaret' neque Ebert, Geschichte der

30) Cf. Script. Rer. Merov. I, 2, p. 452.

christlich-lateinischen Literatur I, 515 ab alio ac poeta Vitam compositam esse voluit. Re vera 'Itala Patavinitas' quae laudatur (infra p. 50, 5) Fortunati poetae patriam luce clarius indicat, et quae supra de libello in monasterium Radegundis misso ibique a Baudonivia adhibito diximus non Vercellensi sed Pictaviensi scriptori apta sunt.

Codices Vitae Marcelli pauci supersunt.

P Codex Parisiensis Latinus nr. 5275, saec. X, initio prologi omisso a *Facundissima* incipit. Prologo index capitum subiectus est. — A. Schoene contulit.

F Codex Farfensis (hodie Romae in bibl. Vict. Eman.) F, membranaceus formae maximae, saec. IX scriptus post Vitam Genovefae fol. 173'—177 librum Fortunati continet, sed prologus Vitae desideratur. — Mau contulit.

M Codex Parisiensis Latinus nr. 11552, saec. XIII, formae maximae, fol. 184, S. Mauri Fossatensis (nr. 29, olim 1031) erat. — R. Peiper initium prologi contulit.

Libellus bis editus est.

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1575, VI, 14, alio ac PF codice usus est, cum *denegat* (infra p. 52, 25) ab ipso abesset.

Cuius editionem *Luchi* p. 131 (= *Migne* LXXXVIII, p. 541) repetivit.

Cum codicis F librarius textum ad arbitrium suum totum immutaverit, codici P magis me applicui neque quae apud Surium discrepant adnotare neglexi. Orthographica ea suppressi quae a Fortunato abhorrent.

VII. VITA S. AMANTII.

'Opuscula Fortunato male attributa' pleraque ea tantum causa a Luchio inter eius opera recepta sunt, quod Surius vel quisquis edidit coniectura sua ea ad Fortunatum retulissent. Sed eae opinationes cum aut falsae sint aut certe temerariae, nos in his pro ratione scribendi Fortunatiana traditam in libris retinuimus. Itaque hac in re huius voluminis posterioris partis Vitae inter se minime concordant neque debent, cum aliae VI vel VII, aliae X demum saeculo scriptae sint.

Amantii Rutenensis episcopi Vitae scriptorem Fortunatum esse Surius tom. VI, p. 78, primus coniecit: *Vita*, inquit, *S. Amantii episcopi Rutenensis, cuius authorem necdum reperi. Videtur mihi esse Fortunatus, idque plane sentio. Stylus enim a Fortunati dictione non abhorret. Extat in MS. codicibus.* Quem Labbe, Nova Bibliotheca II, 474 secutus est. At solum quod Surius protulit indicium re vera nullum esse, cum sermo a Fortunatiano ita distet, ut de illo auctore ne cogitari quidem possit, iam Luchi contendit. Formae enim loquendi plane poesim sapiunt Vergilianasque et Ovidianas elocutiones Vitae scriptor tot adhibuit, quot in genuinis Fortunati scriptis omnibus vix reperias. Vitam autem ante saec. VIII compositam esse haud putarim.

Cum codex integer nullus nobis praesto esset, Labbeana editione pro codice usi sumus.

L *Labbe, Novae bibliothecae manuscript. librorum, tom. II, Parisiis 1657*, p. 474 primus Vitam integram publici iuris fecit, quam in Appendice cum

M codice Moyssiacensi contulit. *Exierant*, inquit, *e praelo priores duo Tomi nostrae Bibliothecae MSS. librorum, cum pridem exoptatus Coenobii Moyssiacensis*

codex Tolosa in hanc urbem (Biturigas) *delatus venit in manus meas beneficio V. C. Claudii Iolii, Ecclesiae Parisiacensis Canonici, eruditione atque in eruditos omnes humanitate praestantissimi.* Moyssiacensis quoque integer erat.

Codex qui sequitur et Suriana editio textum decurtatum continent.

B Codex Bruxellensis nr. 9289, saec. XI, fol. 74—75. Prologus et miracula desiderantur; complura quoque ex ipsa vita exciderunt. Desinit in verbo: *viventis* (infra p. 60, 29). — Vogel contulit.

S *Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae 1575*, VI, 78, eadem edidit quae B continet.

Luchi p. 96 (= *Migne* LXXXVIII, p. 513) textum Labbeanum repetivit, quem cum Surio contulit.

Nos postquam L ex B emendavimus, in M incidimus, unde nonnulla quae ex B iam receperamus confirmabantur, ut infra p. 58, 19 *biiuges* BM, *bigae hominis illius animalia* L. Dolendum autem est, quod Labbe perpauca tantum ex M appendici inseruit. Libri S ea fere sola adscripsi, quae cum L vel M conveniunt aut a B dissentiunt. Neque vero omnia admittenda esse duxi, in quibus S et L concordant, cum Labbe nonnumquam textum immutatum S retinuisse videatur.

Raynouard, Choix des poésies originales des troubadours, Paris 1817, II, p. CXLVIII fragmenta carminis de beato Amantio saec. XI vel XII versibus rhythmicis linguaque Romana conscripti indicavit.

VIII. VITA S. REMEDII.

De origine Vitae brevis Remedii Remensium episcopi fabulam satis ingeniosam Hincmarus notus falsarius[31]) excogitavit credulisque fidelibus obtulit. Scilicet cum vitam Remedii ipse composuisset et in ea complura posuisset a vetere biographia aliena, ea ut aliqua auctoritate defenderet, 'librum maximae quantitatis manu antiquaria scriptum de ortu ac vita et virtutibus atque obitu beati Remigii' finxit a Fortunato iussu Egidii episcopi in compendium redactum. Quo facto ampliorem illam Vitam ita oblivioni datam esse, ut perpauca tantum folia iniuriam saeculi tulissent. Sed falsarium ipsum audire libet.

Sicut, inquit[32]), *a senibus etiam aetatis provectae viris religiosis, qui de tempore Tilpini urbis huius praesulis adhuc vivebant, quando in servitium istius sanctae aecclesiae auctore deo fui electus atque provectus, et postea per aliquot annos vixerunt, fideli relatione didici, a suis maioribus audierunt narrari eos vidisse librum maximae quantitatis manu antiquaria scriptum de ortu ac vita et virtutibus atque obitu beati Remigii sanctissimi patroni nostri. Qui hac occasione deperiit, quoniam Egidius post beatum Remigium quartus istius civitatis episcopus quendam virum religiosum nomine Fortunatum metricis versibus insignem, qui a multis potentibus et honorabilibus in his Gallicis et Belgicis regionibus per diversa loca tunc vitae ac scientiae suae merito invitabatur, petiit de eodem libro coturno Gallicano dictato aperto sermone aliqua miracula quae in populo recitarentur excipere,*

---

31) Cf. Roth, Die Fälschungen Hincmars von Rheims in opere quod inscripsit Geschichte des Beneficialwesens p. 461.

32) Hincmari prol. Vitae Remigii, AA. SS. 1. Oct. I, 131.

quatinus ea sine taedio audire et mente recondere atque per ea ad amorem et honorem atque devotionem dei et ipsius protectoris sui idem populus excitari valeret. Quod et in eadem exceptione lector potest advertere, ubi scriptum est: 'Studeamus pauca disserere; plurima praeterire' (infra p. 65, 8). *Et cum ipsa exceptio coepit lectione in populo frequentari et a multis propter brevitatis suae facilitatem transscribi, ipse magnus codex a neglegentibus neglegentius coepit haberi usque dum tempore Karli principis, quando propter discordiam et contentionem de principatu inter eum et Ragamfredum et frequentia ac civilia immo plus quam civilia quia intestina et parricidalia bella in Germanicis et Belgicis ac Gallicanis provinciis religio christianitatis pene fuit abolita, ita ut episcopis in paucis locis residuis episcopia laicis donata et per eos divisa rebus extiterint; adeo ut Milo quidam tonsura clericus, moribus habitu et actu inreligiosus laicus, episcopia Remorum ac Trevirorum usurpans insimul per quadraginta circiter annos pessumdederit. Cuius infelici tempore de ista Remensi aecclesia non solum pretiosa quaeque ablata fuerunt, sed et aecclesiae atque domus religiosorum destructae et res ab episcopio fuere divisae. Illi quoque pauci qui erant residui clerici negotio victum quaerebant et denarios quos mercimonio conquirebant in cartis et librorum foliis interdum ligabant. Sicque praefatus liber cum aliis partim stillicidio putrefactus, partim soricibus conrosus, partim foliorum abscisione divisus, in tantum deperiit, ut pauca et dispersa inde folia reperta fuerint.*
Qui nuper hac de re scripserunt Schroers, Hinkmar Erzbischof von Reims p. 446 et Schubert, Die Unterwerfung der Alamannen unter die Franken p. 135 sqq., alter historiola accuratius non examinata Fortunati fidem tuebatur, alter negabat. Codicibus adhibitis controversia iam facile diiudicatur. Cum in nullo quem videre licuit libro manu scripto Fortunatus vitae Remedii scriptor laudatus sit, sermo autem tam dissimilis sit, ut de eo auctore ne cogitari quidem possit, relatio fidelis virorum religiosorum provectae aetatis, ad quam Hincmarus provocat, reprobatur. Locus autem quo eum uti modo vidimus ut Vitam brevem ex ampliore excerptam esse probaret, contrarium potius demonstrat, cum verbis: *Studiamus*[33] *ergo pauca deserere, plurima praeterire*, haec adiecta sint: *nam si tanta virtutum suarum insignia aut ariditas nostri sermonis posset excolere aut memoria retinere, prius habere poterat terminum lux hodierna quam pagina.* Haec Hincmarus caute suppressit, cum auctori anonymo fontes scriptos nullos praesto fuisse probent. Post Hincmarum Flodoardus, Hist. Rem. I, 10 (Script. XIII, 421), Vitam Fortunato poetae his verbis attribuit: *ut Fortunatus quoque poeta noster asserit.*

Est autem Vita Remedii haud multo post mortem sancti composita, cum Gregorio Tur. iam nota fuerit. *Est*, inquit[34]), *nunc liber vitae eius, qui eum narrat mortuum suscitasse*, et in Glor. Conf. c. 78: *et oratione sua defunctae cadaver puellae obtenuit suscitari.* Agitur de miraculo quod in Vita c. 6—8 narratum est.

Codices quos Waitz, Archiv XI, 251 recensuit permulti supersunt iique vetusti.

G Codex Parisiensis Latinus nr. 12598, membranaceus formae magnae, saec. VIII, erat Corbeiensis, tunc Sangermanensis (nr. 1045 vel 1040?) monasterii. Initio et fine mutilus eorum tantum sanctorum Vitas continet, qui mensibus Novembre et Decembre coluntur. In medio textu Vitae Martini incipit, fol. 23—25′ Vitam Remedii saec. IX/X librarius quidam exemplari nullo adhibito emendavit, cuius emendationis ratio nulla habita est. Fol. 25′ ex.

33) Infra p. 65, 8.
34) Hist. Franc. II, 31.

clausula: *Explicit******* rasa videtur esse. Insunt praeterea Vitae fol. 25′ Medardi, fol. 28′ Vedasti antiquissima, fol. 49 Servatii, fol. 50 Landiberti. — Waitz contulit.

D Codex S. Benigni Divionensis, quo Bollandiani usi sunt.

E Codex Chiffletianus ab iisdem adhibitus.

C Codex Parisiensis Latinus nr. 5596, olim Colbertinus nr. 5432, membranaceus formae octavae, saec. IX scriptus fol. 1′—7 Vitam Remedii continet, quam librarius posterior ad aliud exemplar (C^2) emendavit. Fol. 7 partim laceratum liber Historiae Francorum sequitur (= 1^b). Orthographica quae suppressi sunt haec: *vaesani*, *filicissimum*, *deceperet*, *vertutem*, *volvetur* (praes.), *volocitate*, *certatym*, *victo* pro *victu*, *iniquos* (nom.), *adhuliscens*, *adhuliscente*, *helimosinis*, *hos* pro *os*, *ostis*, *contullerit*, *rapptus*, *fuise*, *prolisitate*, *qod*. — Waitz contulit.

B Codex Bruxellensis nr. 7882, membranaceus saec. XI in. scriptus idem est ac Bollandianorum codex P. Ms. 9, quem 'nostrum' appellant. *Corpore* enim pro *corde*, quod infra p. 64, 22 in textum receperunt, in nullo libro nisi in B legitur. — Arndt initium exscripsit.

W Codex Wirziburgensis Mp. Th. f. 34, membranaceus formae quadratae, saec. X in monasterio Weissenburgensi scriptus (fol. 2′ verba *Liber monasterii S. Petri in Wissenburg* adscripta sunt) fol. 36′—40 Vitam Remedii continet, quam V. Goaris praecedit, Nazarii sequitur. Capitum numeri postea additi sunt. — Librum Berolinum benevole transmissum ipse contuli.

X Codex Bruxellensis nr. 9636—9637, saec. XI scriptus fol. 54 Vitam Remedii continet, quae in verbis: *Det etiam deprecatio eius generaliter in hoc mundo pacis tempora, qui promittit iustis aeterna. Amen* desinit. Sequuntur: *Qualiter obitus sui diem ei dominus revelavit* aliaque e libro Hincmari petita. — Arndt codicem inspexit.

Inter codices cum GC et aetate emineant et nullo vinculo inter se coniungantur, consensu eorum res decisa est. Vbi inter utrumque disceptandum erat, quamquam G pluris aestimavi, quippe qui verum nonnumquam solus servaverit, ut infra p. 65, 6 *exeri*, tamen non omnia quae in eo contra grammaticam peccant admittenda esse duxi (ut praes. *desistet*, *petetur*, nom. *antiquos*, *facinos*, *tramquilla*, *sollennitatis*), praesertim cum hic illic textus G sine dubio temere mutatus sit. Exempli gratia contra auctoritatem reliquorum librorum saepissime pro Remedio *ille* scripsit. DE consentientes pessime depravati sunt; E nonnumquam cum C convenit. Codices C^1B eodem loco hiant (cf. infra p. 66, 2); alias C^1 cum W convenit, dum C^2 infra p. 66, 9 cum E verba *nomine benedictus* supplet.

Mombritius, *Sanctuarium*, *Mediolani* (*1475?*), II, 240 editionem principem ad codicem C similem recensuit.

Surius, *De probatis sanctorum historiis*, *Coloniae 1574*, V, 489, textum Mombritianum nonnullis locis mutavit.

Bollandiani, *Acta sanctorum*, *Antverpiae 1765*, 1. Oct. I, 128 codicibus DEB usi, textum magis corruperunt quam emendaverunt.

Ghesquière, *Acta sanctorum Belgii*, *Bruxellis 1783*, I, 501 et *Luchi* p. 113 (= *Migne* LXXXVIII, p. 527) textum Bollandianorum repetiverunt.

IX. VITA S. MEDARDI.

Vita S. Medardi Veromandensis episcopi quo iure Fortunato attribuatur, quaeritur. Codici vetustissimo Monacensi clausula subiecta est haecce: *Fortunatus praesbiter conposuit haec vita vel actus sancti Medardi*, quam Fortunati carmen II, 16 quod est de sancto Medardo sequitur. Huc accedit, quod Suessionensis quidam saec. IX (AA. SS. 8. Iun. II, 82) Vitam Medardi a Fortunato conditam esse his verbis testatur: *Fortunatus natione Italus presbyter Ravennensis suo tempore eruditissimus ex Ravenna progrediens, Galliarum fines peregre adiens, Pictavensi rure commodam sibi delegit habere stationem — — —. Denique rogatus ab eodem venerabili pontifice* [Gregorio scilicet Tur.] *edidit perplura opuscula maxime metro ludens de vita et virtutibus sanctorum, inter quae et vitam gloriosi et cum omni reverentia nominandi domini nostri Medardi succincte quidem tam prosa quam versibus sed tamen luculento sermone perstrinxit.* Idem alter monachus Suessionensis tradidit (du Bois, Bibl. Floriac. p. 150): *eiusdem*, inquit, *patris vitam metro et artissima edidit oratione Fortunatus.* Propter haec testimonia cum plerique Vitam Medardi a Fortunato compositam esse contendant, mihi quaestionem iterum tractanti res aliter se habere videtur. Fortunati carmen II, 16 si cum Vita comparaveris, intelleges complura ibi fusius relata hic tantummodo perstringi, ut compedibus vincti, debiles, caeci in Vita § 33—35 versus paucos occupant, in carmine II, 16, 77—156 multis verbis enarrantur. In sepultura sancti quod Fortunatus caecum, Vitae scriptor surdum sanatum esse asseruit:

Fortun. carm. II, 16, 67.	Vita c. 13.
cum pia composito veherentur membra feretro, *substratus meruit caecus habere diem.*	*tunc obviam habiit sancto damnatis aurium dudum aditibus surdus quidam occurrens.*

explicari vix posset, si unus idemque utrumque scripsisset. Insunt quidem in Vita complura quae in carmine non reperiuntur, sed ipso scriptor Vitae iam usus est:

Fortun. carm. II, 16, 161.	Vita c. 15.
en tua templa colit nimio Sigebercthus amore, *insistens operi promptus amore tui.* *culmina custodi qui templum in culmine duxit,* *protege pro meritis qui tibi tecta dedit.*	*et clementissimi Sigeberthi quondam regis sempiternam requiem praestare dignaretur, quatenus qui templi eius spatia devotus extendens ad excelsa fastigii tigmena sumptuoso decore perduxit, eodem intercedente, servato culmine regii deadematis, praetendantur sceptra regiae potestatis.*

Lectionem *requiem prestare* pro *culmina custodi* e Ba Leo attulit neque aliud hagiographus in codice carminum quo usus est reperisse videtur. Est autem Ba pessime depravatus atque interpolatus. Idem carminis textus in vetustissimo Monacensi Vitam sequitur, unde eo magis intellegitur, ipsum a scriptore Vitae adhibitum esse. Clausulae autem, in qua Fortunatus presbyter 'haec vita vel actus sancti Medardi' composuisse dicitur, cave ne nimium tribuas: auctor enim ex ultimis Fortunati versibus eam transcripsit:

haec, pie, pauca ferens ego Fortunatus amore
auxilium posco: da mihi vota, precor.

Accedit aliud argumentum non spernendum. *Cuius*, inquit[35], *piam maiestatem fusis indesinenter praecibus exoremus, ut clementissimi Theodoberti regis nostri filicitatem crebris successibus dilatatam vel in externis gentibus iusto dominandi iure procul extensam pro sua pietate longaevet.* Theodoberthus II, quo regnante Vita Medardi condita est, a. 595—612 regnum tenuit; exterae autem gentes, quas debellavit, Vascones sunt superati a. demum 602; cf. Fredegarii chron. c. 21. Vita igitur saec. VII in. scripta est, sed Fortunatum haec tempora vidisse neque e scriptis eiusdem neque aliunde probari potest. Quare cum Luchius p. 121 'postrema illa verba, quibus vota pro Regibus continentur, malit credere, a quopiam adiecta fuisse Vitae', nos praeter ea inesse in vita plura quae alium ac Fortunatum scriptorem prodant iam demonstravimus.

Sermone Vita scripta est tam barbaro, ut poetae elegantissimo vel ob eam causam abiudicanda sit. Epitheta quoque ornantia, quae regibus in Vita (c. XII *praecellentissimi*, c. XV *clementissimi* bis) tribuuntur, a Fortunati consuetudine abhorrent.

Neque tamen negem, vetustiorem Medardi Vitam saeculo VI extitisse. Cuius rei Gregorius Tur. in Gloria Conf. c. 93 gravis testis est: *Medardus*, inquit, *gloriosus confessor iuxta urbem Sessionas quiescit, ad cuius sepulchrum saepe conpedes miserorum confractos aspeximus. Post scriptum de mirabilibus eius librum mulier manu debilis devote expetiit beati praesidia sacerdotis.* Idem miraculum Fortunatus carm. II, 16, 105—122 retulit, quos versus Vitae scriptor c. 14 ita excerpsit: *Multos igitur promiscui sexus, quos membrorum debilitas miseranda contraxerat, usibus restitutis, virtus medica indiscrite solvebat.*

Librum quem Gregorius novit de mirabilibus sancti Medardi ante a. 593, quo Turonensis obiit, compositum esse necesse est, cum quae exstat Vita Medardi post a. demum 602 scripta sit. Neque auctor huius libri miraculum illud compertum habuerat, quod et Fortunato et Gregorio notum erat. Cum autem Vita complura contineat non ex carmine desumpta, verisimile est, scriptori quoque illius librum de mirabilibus Medardi praesto fuisse. Is autem utrum Fortunati fuerit annon quaestio inanis est.

Inter codices reliquis praestat

M Monacensis[36] Latinus nr. 3514, formae oblongae, pag. 306, olim Augustae civ. nr. 14, saec. VII litteris uncialibus scriptus, sed folia prima ultimaque saec. IX/X demum suppleta sunt. Idem est ac codex Velseri, quo Bollandiani, AA. SS. 8. Iun. II, 72 usi sunt. Tegumento enim interiori haec inscripta sunt: *27. die Feb. an. 1608. Marcus Velserus hunc codicem Augusta Antverpiam mittit Rdo domino P. Heriberto Rosweido Societatis Iesu sacerdoti utendum hac lege, ut via Francofortensi Augustam remittatur, vel nundinis proximis autumnalibus, vel certe sequentibus vernalibus.* Pag. 232—239 Vita Medardi, cuius textus folio exciso a c. I *per(spicuum)* ad c. III *ui(ciorum)* hiat, pag. 239—244 Fortunati carmen II, 16 occupat. Sermonem rusticum manus posterior emendare conatus est. — Vitam a Jacobi iam collatam et carmen cum codice Berolinum benevole transmisso contendi.

35) Vita Medardi § 37.

36) De quo v. Mon. Germ. SS. rer. Meroving. I, p. 878.

N Codex Namurcensis bibliothecae publicae nr. 53, saec. XII, fol. 1 Vitam Medardi continet, sed initium ad cap. 3 med. et extremum caput desiderantur. Vitae clausula subiecta est: *Fortunatus presbyter composuit hanc vitam vel actus sancti Medardi episcopi;* cf. Analecta Bollandiana I, 512. Codex ex M exscriptus videtur esse.

Q Codex Parisiensis Latinus nr. 12598, olim Sangermanensis nr. 1045, saec. VIII, de quo in Vita Remedii (G) disserui, fol. 25'—28' Vitam Medardi continet. Librarius textum ad arbitrium suum mutavit et admodum decurtavit. — A. Schoene codicem contulit.

B Codex Bruxellensis[37] nr. 9637, saec. XII, fol. 205 textum eundem Vitae Medardi continet ac M, sed pessime depravatum. — Arndt contulit.

P Codex Parisiensis Latinus nr. 13345, olim Sangermanensis nr. 860, saec. XIII, post Vitam Gregorii papae urbis Romae fol. 131'—135 textum vulgatum Vitae Medardi continet. — A. Schoene contulit.

R Codex Parisiensis Latinus nr. 5301, olim S. Martialis Lemovicensis, saec. X, fol. 82—85 textum eundem ac P continet, quocum ad litteram fere convenit. Vitam passio sanctorum Gervasii et Protasii martyrum excipit. — Molinier contulit.

I Codex Illerdensis saec. XIV Vitam Medardi continet in tres lectiones divisam, sed iam in verbis *triumphalis ascendit* (infra p. 71, 12) desinit. De quo vide Villanueva, Viage literario a las iglesias de España. Madritae 1851, tom. XV, p. 313.

Vitam antiquam S. Medardi rustico sermone conscriptam Radbodus Noviomensis, quem secundum huius nominis († 1048) fuisse putant, recognosci iussit. Quod multo recentioris aevi opusculum pro Fortunati fetu vendidit

Surius, *De probatis sanctorum historiis*, *Coloniae 1572*, III, 553. Neque textum, quem *du Bois*, *Floriacensis vet. bibliotheca* (*1605*) II, 111 edendum curavit, saeculo XIII antiquiorem esse, Bollandiani censuerunt. Genuinam autem S. Medardi Vitam publici iuris fecerunt hi:

d'Achery, *Veterum aliquot scriptorum spicilegium*, *Parisiis 1668*, VIII, 391 (ed. altera II, 71) codicibus S. Germani a Pratis, Claudii Ioly canon. Paris., domini d'Herouval, Corbeiensi et Resbacensi usus est, e quibus Herovallianus in verbis *Explicit Vita S. Medardi Episcopi a Fortunato Presbytero composita* (= M), Corbeiensis et Resbacensis in iisdem verbis quae infra p. 73, 6 e PR exscripsi desinebant. Quam margini adscripsit discrepantiam 'al. Ms.', ea partim cum M (ut *fuco varicante*, p. 69, 1), partim cum B (ut *porcorum* post *gregem* add., p. 68, 12) convenit.

Bollandiani, *Acta sanctorum*, *Antverpiae 1698*, Iun. II, 79 pretiosissimum manuscriptum Velseri (M) et complures codices deteriores adhibuerunt, id est Audomaripolitanum, Belfortii, Caesaris insulae, cui cap. 14. 15 deerant, S. Maximini Treverensis, cui cap. 7 (= Q) deerat, Noviomensem.

Ghesquière, *Acta sanctorum Belgii selecta*, *Bruxellis 1784*, II, 125, et *Luchi* p. 122 (= *Migne* LXXXVIII, p. 533) Bollandianorum editionem repetiverunt, quam hic commentario instruxit.

Particulas *Duchesne*, *Historiae Francorum scriptores coaetanei*, *Parisiis 1636*, I, 545 et *Bouquet*, *Recueil des historiens des Gaules*, *Parisiis 1741*, III, 451 (e Dacherio) ediderunt.

---

37) Cf. Neues Archiv II, p. 257.

Codicum duo genera distinguuntur, quorum alteri libros MNQB, alteri PR tribui. N ex ipso M forte exscriptum esse, iam supra dixi; item Q et B cum M conveniunt, ut infra p. 70, 7 *incesti vomens* M, *ingesta evomens* Q pro *ingenti vomens*, p. 70, 4 *servata* MB pro *serata*, p. 69, 19 *ditante sopore* M, *ditante soporem* Q, *ditantes sapore* B pro *ditantes opere*. Neque vero Q neque B ex M fluxit, quippe qui infra p. 72, 6 solus hiet. Codicem B pessime depravatum atque interpolatum, cum bonae frugis nihil habeat, non curavi, nisi quod locum qui in M desideratur cum eo contuli. Inter M et Q vix disceptandum erat, cum M et antiquitate praestet et multo accuratius scriptus sit. Qui restant libri PR textum vulgatum continent, scilicet male expolitum. Ibi Medardi pater Nectardus, mater Protagia appellatur, quin immo finis libelli totus diversus est. Neque vero id codicum genus plane neglegendum erat, cum locis nonnullis MQB manifesto corrupti essent. Ex R perpauca tantum exscripsi, cum schedae Parisienses, postquam plagulae typis iam expressae sunt, mihi offerrentur. Itaque in notis textui subiectis post litteram P semper R addas. Rationem autem scribendi vetustissimi codicis M secutus sum, quippe quae ab usu saeculi VII in. haud multum distet.

X. VITA S. LEOBINI.

Vitam Leobini Carnotensis episcopi ut Fortunato tribueret, ea sola, opinor, causa Valesius commotus est, quod sermo Fortunatiani 'non plane absimilis videtur'; in libris autem manu scriptis auctor nullus laudatur. Itaque iam scriptores historiae litt. Francogallicae III, 357 reiecta Valesii coniectura non satis fundata Vitae scriptorem Carnotensi ecclesiae adscriptum fuisse probabiliter coniecerunt. Cum capita nonnulla (infra p. 75—77) cum Vita Aviti Miciacensis abbatis conveniant, Bollandiani utramque ab eodem scriptum esse statuerunt. Equidem nullus dubito, quin scriptor Vitae Aviti, quem ferme coaevum fuisse Bollandiani male crediderunt, ex Vita Leobini hauserit, ut Gregorii quoque libro in Gloria Conf. c. 97 usus est.

P Codex Parisiensis Latinus nr. 5280, fol. 145—151, saec. XII Vitam Leobini integram continet, quam Vita Focae sequitur. — Molinier contulit.

Q Codex Parisiensis Latinus nr. 15437, fol. 178—180', saec. XI, textum mutilum continet, cum cap. 10. 11. 17. 18. 20—23 desiderentur. — A. Schoene contulit.

Praeterea codices Carnotenses nr. 150 et 193, saec. XI in Archiv VIII, p. 388 sq. et Parisiensis bibliothecae Arsenal nr. 43 in Archiv VIII, p. 358 commemorantur.

Duchesne, *Historiae Francorum scriptores coaetanei*, *Parisiis 1636*, I, 537 locos quosdam 'ex Vita Ms. sancti Leobini episcopi Carnotensis' edidit. Codice integro ut P usus est.

Labbe, *Nova bibliotheca manuscriptorum*, *Parisiis 1657*, II, 582 primus Vitam integram publici iuris fecit.

Bollandus, *Acta sanctorum*, *Antverpiae 1668*, Mart. II, 350, 'ex vetustis mss. erutam ab Andrea du Chesne', qui illi schedas suas transmiserat, Vitam edidit.

Mabillon, *Acta sanctorum ordinis S. Benedicti*, *Parisiis 1668*, Saec. I, 123 ad codices Vindocinensem et Conchensem textum recensuit.

Bouquet, *Recueil des historiens des Gaules*, *Parisiis 1741*, III, p. 430 particulas a Chesnio collectas, *Luchi* p. 140 (= *Migne* LXXXVIII, p. 549) Mabillonii editionem repetivit.

Librum P ut meliorem fere ubique anteposuimus.

XI. VITA S. MAVRILII.

Vitam Maurilii Andegavorum episcopi a. 36 Chlotharii, i. e. 619/620 p. Chr., Magnobodus eiusdem ecclesiae episcopus composuit atque praefationem praemisit, quam a Paulo Ewald e codice Escorialensi III & 26 exscriptam his prolegomenis inserendam esse duxi[38]:

INCIPIT PRAEFATIO VITAE SANCTI MAVRILII EPISCOPI.

In Christi nomine ego Magnobodus episcopus ac si peccator ecclesiae Andecavae secundum titulos Iusti presbyteri vitam sancti Maurilii episcopi et confessoris, ut rusticitas mea compos fuit, simpliciter planeque quantum potui explicavi in anno decimo ordinationis suae et in anno XXX^{mo} VI^{to} principis nostri domni Clotharii regis filii Chilperici regis cum felicitate paterna et amore paterno.

EXPLICIT PRAEFATIO

Magnobodi opusculum Archanaldus diaconus iussu Rainonis Andegavorum episcopi a. 905 retractans fraude Fortunatum pro scriptore Vitae vendidit. Nam cum Renati ficticii eiusdem ecclesiae episcopi historiolam Magnobodus non habeat, Archanaldus de suo eam adiecit, his verbis praemissis: *licet*, inquit[39], *illud miraculum beatus Fortunatus propter minus credentes omiserit, immo quia verum est et res digna memoria, non tacebimus*, et infra (p. 92, 19): *Quantum vero miraculum super eundem puerum post septimum depositionis ipsius annum per pretiosissimum antistitem suum Maurilium dominus operari dignatus est, quanquam uti iam diximus illud Fortunatus omiserit, nos tamen minime reticebimus.* Miraculum aliud quod scriptor testatus est a Fortunato relatum esse (p. 95, 4: *quod et Fortunatus edidit adnectemus*), vere sumpsit ex libello Magnobodi c. 16. Vitam ab Archanaldo conscriptam epistola 'Gregorii Turonicae metropolis humilis episcopi' Germano Parisiorum episcopo data praecedit, in qua Gregorius ille tradit Germanum a se expetivisse, ut Vitas Maurilii atque Albini, 'quas Fortunatus presbyter luculento sermone descripserat, scriptorum vitiis iam paene depravatas' corrigeret. Vnde post Trithemium Surius, Vitae sanctorum (1574) V, 196, Vitam Maurilii a Fortunato compositam esse opinatus est: *Vita*, inquit, *S. Maurilii Episcopi Andegavensis, cuius Authorem duo ms. codices non habebant sed cum constet ex Trittthemio, Fortunatum eius beati viri vitam scripsisse, et stylus consentiat, Fortunatum esse Authorem, non facile quisquam negaverit.* Hanc vanam opinionem, cui Vossius, De historicis Latinis Lugd. Batav. 1651, p. 250, accessit, primus J. Delaunoy, ut erat homo acutissimus, gravissimis argumentis in opusculo confutavit, quod ita inscripsit: *Dissertatio duplex: Vna continens iudicium de Auctore vitae Sancti Maurilii Andegavensis*

---


38) Bollandiani in Actis sanctorum 13. Sept. IV, 72 'ex impressis' Vitam a Magnobodo compositam ediderunt.

39) Infra p. 87, 25.

Episcopi, ex MS. Andegavensi erutae. Altera Renati Andegavensis Episcopi historiam attingens. Editio secunda auctior et qua passim cuidam pro S. Renato Apologiae respondetur. Parisiis 1650. Postquam prologum Pseudo-Gregorii, quem e codice V. Cl. Claud. Menardi primus publici iuris fecit, fictum esse demonstravit, Vitam ipsam, in qua Gregorii Magni homilia (cf. infra p. 93, 2) laudatur, esse opus Rainonis vel Archanaldi non sine ratione coniecit, 'qui Vitam sub nomine Gregorii digesserunt et a maioribus acceptam interpolarunt et ea quae Magnobodus non habet addiderunt'. Fraudes ex verbis indici capitum subiectis (cf. infra p. 84, 23) iam facile deprehenduntur. Saeculo XII Marbodus Redonensis episcopus († 1123) Vitam oratione poetica enarravit.

Cum Archanaldi tantum libellus cum Fortunati nomine aliquo vinculo coniunctus sit, hunc solum edendum curavimus. Codicibus autem quibus usi sumus sunt hi:

G Codex Parisiensis Latinus nr. 12600, olim Sangermanensis nr. 1044, saec. XI, fol. 49 Vitam Maurilii continet. Rainonis vel Archanaldi testimonium indici capitum subiectum notae Tironianae sequuntur hae:



Molinier contulit.

P Codex Parisiensis Latinus nr. 13758, olim Sangermanensis nr. 1049, saec. XI, fol. 116 Vitam Maurilii continet. Liber, quem circa a. 1070 scriptum esse Delisle, Cabinet des manuscrits III, p. 283 docuit, verba quoque Rainonis vel Archanaldi exhibet, sed prologum praecedunt. Est idem codex S. Germani a Pratis, unde Ruinart, Gregorii Tur. Opera, Praef. nr. 80 lectionem *XXXV* pro *XXXIII* (infra p. 84, 24) eruit. — Molinier contulit.

R Codex Vaticanus bibliothecae reginae Christinae nr. 465 inter cetera Vitas Maurilii et Albini continet. — Mau initium et finem contulit.

A Codex Andegavensis, de quo Delaunoy l. l. p. 1: *Extat Andegavi penes V. Cl. Claud. Menardum manuscripta quaedam S. Maurilii vita, quae Gregorio Turonensi Episcopo tribuitur.*

V Codex Vindocinensis monasterii Ruinartio (Praef. nr. 80) teste ab annis 600 circiter exaratus.

Libri GP iisdem mendis laborant, ut in indice et totus titulus XX in utroque desideratur et alii loci (cf. p. 84, 8) pari corruptela laborant, sed cum G paulo accuratius quam P scriptus sit, illum anteposui.

Vita Maurilii saepius edita est, sed textu in plurisque editionibus quam maxime decurtato atque depravato.

Mombritius, Sanctuarium, Mediolani (1475?), II, p. 150 prologo et indice capitum omissis Vitam decurtatam edidit, sed textus Suriano emendatior est.

Surius, Vitae sanctorum, Coloniae 1574, V, 196, item prologum indicemque abscidit, praeterea textum totum immutavit.

Ruinart, Gregorii Tur. Opera, Parisiis 1699, p. 1281 epistolam Pseudo-Gregorii edendam curavit.

Luchi p. 156 (= *Migne* LXXXVIII, p. 563) Surianam editionem repetivit, commentarioque instruxit.

Bordier, *Les livres des miracles et autres opuscules de Georges Florent Grégoire*, *Paris 1864*, tom. IV primus Vitam integram cum prologo publici iuris fecit, sed testimonium Rainonis vel Archanaldi desideratur. Indice praetermisso singulis capitibus titulos inscripsit. Codice P usus videtur esse, cum infra p. 97, 31 *subvectio* pro *subvectione* scripserit, sed ne manifesta quidem menda sustulit ut *eo adunare* pro *coadunare*.

XII. PASSIO SS. DIONYSII, RVSTICI ET ELEVTHERII.

Passionem Dionysii, Rustici et Eleutherii ut a Fortunato conditam esse coniceret, Valesius epistola Petri de Marca inductus est, quam ante ecclesiasticam Eusebii historiam imprimendam curavit. Is enim nomen scriptoris e codice quodam Turonensi eruisse sibi visus erat. *Nomen*, inquit, *auctoris illius Vitae deprehendi in codice MS. Turonensis ecclesiae, qui complectitur Vitas Sanctorum aliquot a Fortunato descriptas et inter ceteras*, *Dionysii Parisiensis illam*. Quem hac in re falli quaestione accuratius examinata Delaunoy probavit, cuius argumentis Bollandiani quoque accesserunt. Luchi autem rem in dubio reliquit.

In codicibus manu scriptis quibus usus sum scriptor nullus laudatur. Sunt autem hi:

P Codex Petropolitanus F. Otd. I, nr. 12, idem qui Vitam Germani continet, fol. 63—69 Passionem saec. IX scriptam exhibet. Erat Petri Dubrowsky. — W. Arndt a. 1866 contulit.

Q Codex Parisiensis Latinus nr. 5301, saec. X, fol. 213—216 eandem Passionem continet, cuius primos et ultimos versus Leo contulit.

M Codex Monacensis Latinus nr. 4585, olim Benedictoburanus nr. 85, saec. IX—XI, fol. 55—58′ prologum non habet. — Jacobi contulit.

N Codex Parisiensis Latinus nr. 5308, saec. XIII, fol. 163—164 item prologo caret. — Leo codicem inspexit.

PM iisdem mendis inquinati sunt, ut infra p. 104, 21 verba *mente monstrabat et opere* in utroque desiderantur; sed P prae M praestat, quippe qui Catullae nomen (infra p. 104, 20) solus servaverit testimonio Symeonis Metaphrastis (Migne, Patrol. Graeca IV, p. 605) confirmatum: ὄνομα Κατούλα τῇ γυναικί. Rationem scribendi eam admisi, quam P praebuit.

Bosquetus, *Gallicanae ecclesiae historia 1636*, II, p. 68 passionem e quinque codicibus edidit.

Félibien, *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Denis en France*, *Paris 1706*, p. 163 passionem ad codicem Cl. Iolii recensuit.

Bollandiani, *Acta sanctorum*, *Antverpiae 1780*, Oct. IV, p. 925 editionem Felibianam repetiverunt.

Luchi p. 175 (= *Migne* LXXXVIII, p. 577) Bosquetianam iteravit, quam notis illustravit.

XIII. SYMBOLVM ATHANASIANVM.

Symbolum Athanasianum a Fortunato compositum esse solus Muratorius, Anecdota Latina II, p. 222 coniecit temere, ut ait symbolorum peritissimus vir Koellnerus, Symbolik der lutherischen Kirche I, p. 82. Nihilominus nos Luchii exemplum secuti

Symbolum inter Fortunati opera recepimus neque vero alium codicem adhibuimus praeter Bobiensem Muratorii.

A Codex Ambrosianus O. 212 Sup. membranaceus, formae octavae, saec. VIII, fol. 14—15 Symbolum quod dicitur Athanasianum continet; cf. Reifferscheid, Bibliotheca patrum Latinorum p. 37. Librum Muratorius l. l. p. 224 his verbis descripsit: *nos in Ambrosiana Bibliotheca non minoris praestantiae Codicem MS. servamus e celebri Bibliotheca Bobiensi in nostram illatum, in quo Symbolum legas omni tamen inscriptione destitutum.* Codicem summa liberalitate neque sine bono fructu — inter alia verba enim p. 106, 9 *resurgere habent in corporibus suis et* a Muratorio praetermissa e codice addere potuimus — petentibus nobis Ceriani v. cl. bibliothecae praefectus contulit.

Symbolum Athanasianum cum centies editum sit, nos Muratorianam tantum editionem laudamus:

Muratori, Anecdota ex Ambrosianae bibliothecae codicibus nunc primum eruta, Mediolani 1698, II, 225, quam *Luchi* p. 184 (= *Migne* LXXXVIII, p. 585) repetivit. Reliquas qui scire vult legat libros praestantissimos:

Hahn, Bibliothek der Symbole und Glaubensregeln der alten Kirche, Breslau 1877 (ed. alt.),

Schaff, The creeds of christendom, New York 1877, II, 66.

XIV. EXPOSITIO FIDEI CATHOLICAE.

Expositionem fidei catholicae Muratorius, Ambrosiani codicis testimonio nisus inscripti: *Item expositio fidei catholicae Fortunati*, Fortunato tribuit. Cum autem in codice fol. 26′ genuina Fortunati expositio symboli apostolici (Fortunati Opera I, p. 253) praecedat: *Incipit expositio a Fortunato presbitero conscripta*, facile fieri potest, ut e coniectura tantum librarius hanc quoque fidei catholicae expositionem Fortunati nomine ornaverit. Luchi sane hoc opusculum a Fortunato abiudicavit: *quorum*[40]), inquit, *sententiae ut meam adiungam, facit stylus nitidior et cultior, quae in illa Exposit. apparet, quam qui fere erat familiaris Fortunato.* Gieseler quoque, Kirchengeschichte II § 12, quaestione dogmatica examinata, expositionem post Fortunatum conscriptam esse statuit, propterea quod auctor de Symbolo Athanasiano quasi ab universa iam ecclesia recepto egit et verba *filioque* defendere conatus est. Vnum constat, Expositionem ante a. 799 elaboratam esse, quo sextum mundi miliarium impletum est[41]); cf. infra p. 109, 1: *id est in isto sexto miliario, in quo nunc sumus.*

E libris manu scriptis quos novimus unus integer est

A Codex Ambrosianus M. 79 Sup. (olim Q. 98) saec. XI/XII, qui inter cetera haec continet: fol. 26′—28′ Expositionem Symboli, quam Leo, Fortunati Opp. I, p. 253 edidit, fol. 28′—29 *Item alia expositio simb. Simbolum grece latinę inditium — fideliter sive firmiter*, fol. 29—30 *Item alia expositio simboli. Tradunt maiores nostri — ad vitam aeternam per Iesum Christum dominum nostrum*, fol. 30′ *Expositio orationis dominicae. Dominus noster qui orantes*

40) Auctorum scil. hist. litt. Francogallicae, sed locum non reperi.

41) Cf. Neues Archiv IX, p. 136.

se exaudire consuevit — amorem proximi docent, fol. 32 *Item alia expositio. Pater noster qui es in caelis — servitute mea. Item alia expositio. Oratio dominica dicitur — cum illo mereamur esse*, fol. 33 *Expositio fidei catholicae. Quicumque homo vult salvus esse, ante omnia id est super omnia opus est*, fol. 36. Expositionem de qua agimus. — Waitz contulit.

M Codex Monacensis Latinus nr. 19417, olim Tegernseensis nr. 1417, saec. IX, formae octavae, fol. 14—24′ textum Expositionis decurtatum continet. Fortunati nomen hic libellus non habet. — Jacobi contulit.

F Codex Florentinus bibliothecae Soc. Iesu, chartaceus, saec. XIV, quem *F. A. Zachariae, Excursus litterarii per Italiam Vol. I, p. 307, Venetiis 1754*, contulit, textum eundem ac M exhibet.

Quamquam MF iisdem mendis inquinati sunt eodemque modo hiant, tamen nonnullis locis ita praestant, ut a codice A recedendum mihi esset; cf. infra p. 107, 34. 109, 1. Qua in re cum Zacharia convenio, qui de codice F (ad p. 109, 1) haec scripsit: *Omittit noster Codex, nec iniuria; glossema enim videtur inepte in gravem hanc fidei expositionem intrusum. Addit porro haec, quae in Muratoriano exemplo desiderantur.*

Expositio fidei catholicae ter edita est.

Muratori, Anecdota ex Ambrosianae bibliothecae codicibus nunc primum eruta, Mediolani 1698, II, p. 212 codice A usus est.

Waterland, A critical history of the Athanasian creed, Cambridge 1728 (ed. alt.), p. 297 Muratoriana editione et codice Oxoniensi e bibliotheca Francisci Iunii, saec. X scripto, usus est. Is eiusdem generis ac MF erat, cum infra p. 106, 15, pro verbis *quam — Christi* scripta essent: *Fides dicitur credulitas sive credentia.*

Luchi p. 186 (= *Migne* LXXXVIII, p. 585) textum Muratorianum repetivit, quem cum Zacharia (F) contulit.

Denique huic volumini indices duo adiecti sunt historicus et geographicus ad utrumque volumen pervenientes.

Berolini VIII kal. Feb. 1885.

Bruno Krusch.

INDEX LIBRORVM

adhibitorum ad Vitam Hilarii:

G cod. Sangallensis nr. 567 (prooem. p. VII).
H cod. Sangallensis nr. 577 (prooem. p. VII).
B cod. Bruxellensis nr. 7668 (prooem. p. VII).
V cod. Vaticanus nr. 1197 (prooem. p. VII).
A cod. Vaticanus nr. 1193 (prooem. p. VII).
X cod. Bruxellensis nr. 7802 (prooem. p. VII).
Y cod. Compendiensis (prooem. p. VIII).
Z codd. Ottobonianus, S. Germani, Colbertinus (prooem. p. VIII).

adhibitorum ad Vitam Germani:

P cod. Petropolitanus F. Otd. I, nr. 12 (prooem. p. IX).
Q cod. Parisiensis lat. nr. 5365 (prooem. p. IX).
G cod. Parisiensis lat. S. Germani nr. 507 (prooem. p. IX).
H cod. Parisiensis lat. nr. 3801 (prooem. p. IX).
I cod. Parisiensis lat. nr. 5296 (prooem. p. IX).
K cod. Parisiensis lat. nr. 5568 (prooem. p. X).
L cod. Parisiensis lat. S. Germani nr. 1049^2 (prooem. p. X).
X cod. Bonifontis (prooem. p. X).

adhibitorum ad Vitam Albini:

E cod. Escorialensis & III nr. 26 (prooem. p. XIII).
V cod. Vaticanus reg. Christ. nr. 465 (prooem. p. XV).
P codd. Parisienses lat. nr. 3788. 5280. 5318. 5324 (prooem. p. XV).
X cod. S. Audomari (prooem. p. XV).
Y cod. S. Maximini Treverensis (prooem. p. XV).

adhibitorum ad Vitam Paterni:

P cod. Parisiensis lat. nr. 5666 (prooem. p. XV).
R cod. Vaticanus reg. Christ. (prooem. p. XV).
X cod. Divionensis (prooem. p. XVI).
V cod. Treverensis (prooem. p. XVI).
Y cod. Bodecensis (prooem. p. XVI).
Z cod. Rotomagensis (prooem. p. XVI).
Mab.[1] ed. Mabillonii prior (prooem. p. XVI).
Mab.[2] ed. Mabillonii posterior (prooem. p. XVI).

adhibitorum ad Vitam Radegundis:

P cod. Parisiensis lat. nr. 5275 (prooem. p. XVII).
M cod. Monacensis lat. nr. 3810 (prooem. p. XVII).
G cod. Parisiensis lat. nr. 13761 (prooem. p. XVII).
L cod. Londoniensis Mus. Britann. nr. 11880 (prooem. p. XVII).
E cod. Monacensis lat. nr. 14095 (prooem. p. XVII).
W cod. Monacensis lat. nr. 22242 (prooem. p. XVII).
Q cod. Parisiensis lat. nr. 9742 (prooem. p. XVII).
T cod. Trecensis nr. 1248 (prooem. p. XVII).
H cod. Londoniensis Mus. Britann. Harlei. nr. 649 (prooem. p. XVIII).
X^1 cod. Parisiensis lat. nr. 5351 (prooem. p. XVIII).
X^2 cod. Parisiensis lat. nr. 16734 (prooem. p. XVIII).
Y^1 cod. Parisiensis lat. nr. 5343 (prooem. p. XVIII).
Y^2 cod. Parisiensis lat. nr. 17005 (prooem. p. XVIII).
Z cod. Parisiensis lat. nr. 5323 (prooem. p. XVIII).

adhibitorum ad Vitam Marcelli:

P cod. Parisiensis lat. nr. 5275 (prooem. p. XXI).
F cod. Farfensis (Vict. Eman.) F (prooem. p. XXI).
M cod. Parisiensis lat. nr. 11552 (prooem. p. XXI).

adhibitorum ad Vitam Amantii:

L ed. Labbeana (prooem. p. XXI).
M cod. Moyssiacensis (prooem. p. XXI).
B cod. Bruxellensis nr. 9289 (prooem. p. XXII).
S ed. Suriana (prooem. p. XXII).

adhibitorum ad Vitam Remedii:

G cod. Parisiensis lat. nr. 12598 (prooem. p. XXIII).
D cod. Divionensis (prooem. p. XXIV).
E cod. Chiffletianus (prooem. p. XXIV).
C cod. Parisiensis lat. nr. 5596 (prooem. p. XXIV).
B cod. Bruxellensis nr. 7882 (prooem. p. XXIV).
W cod. Wirziburgensis Mp. Th. f. 34 (prooem. p. XXIV).
X cod. Bruxellensis nr. 9636—9637 (prooem. p. XXIV).

adhibitorum ad Vitam Medardi:

M cod. Monacensis lat. nr. 3514 (prooem. p. XXVI).
N cod. Namurcensis nr. 53 (prooem. p. XXVII).
Q cod. Parisiensis lat. nr. 12598 (prooem. p. XXVII).
B cod. Bruxellensis nr. 9637 (prooem. p. XXVII).
P cod. Parisiensis lat. nr. 13345 (prooem. p. XXVII).
R cod. Parisiensis lat. nr. 5301 (prooem. p. XXVII).
I cod. Illerdensis (prooem. p. XXVII).

adhibitorum ad Vitam Leobini:

P cod. Parisiensis lat. nr. 5280 (prooem. p. XXVIII).
Q cod. Parisiensis lat. nr. 15437 (prooem. p. XXVIII).

adhibitorum ad Vitam Maurilii:

G cod. Parisiensis lat. nr. 12600 (prooem. p. XXX).
P cod. Parisiensis lat. nr. 13758 (prooem. p. XXX).
R cod. Vaticanus reg. Christ. nr. 465 (prooem. p. XXX).
A cod. Andegavensis (prooem. p. XXX).
V cod. Vindocinensis (prooem. p. XXX).

adhibitorum ad Passionem Dionysii, Rustici et Eleutherii:

P cod. Petropolitanus F. Otd. I, nr. 12 (prooem. p. XXXI).
Q cod. Parisiensis lat. nr. 5301 (prooem. p. XXXI).
M cod. Monacensis lat. nr 4585 (prooem. p. XXXI).
N cod. Parisiensis lat. nr. 5308 (prooem. p. XXXI).

adhibiti ad Symbolum Athanasianum:

A cod. Ambrosianus O. 212 Sup. (prooem. p. XXXII).

adhibitorum ad Expositionem fidei catholicae:

A cod. Ambrosianus M. 79 Sup. (prooem. p. XXXII).
M cod. Monacensis lat. nr. 19417 (prooem. p. XXXIII).
F cod. Florentinus (prooem. p. XXXIII).

VENANTI HONORI CLEMENTIANI FORTVNATI

VITAE SANCTORVM.

VITA SANCTI HILARII.

(1) DOMINO SANCTO ET MERITIS BEATISSIMO PATRI PASCENTIO PAPAE FORTVNATVS. I

Religiosi pectoris studio sollicitante commonitus, quo, papa beatissime, divinis in actibus sacri conversatione propositi iugiter exercitaris intentus et intendis exertus, ut facile sit perspicuum ad culturam ecclesiasticae disciplinae et fuisse te genitum et esse provectum: inrefragabiliter veteris dispositionis ac catholici dogmatis fundamentum custos observans et ad aedificationem plebis amantissimae veluti bonus instructor adiciendo aliquid culmen fabricae continuare festinans non sine timore divino. (2) Cuius operis amore praeventus eo usque me dignatus es perurguere, quo de actibus sacratissimi viri Hilarii confessoris, qui te ab ipsis cunabulis ante sua vestigia quasi peculiarem vernulam familiariter enutrivit, ut impensi muneris vel verba rependeres, ideo etsi non plena vel ex parte complexa perstringerem: quatinus dum sui gregis auribus vox quodam modo et vita pastoris antiquissimi resonaret, et ille probaret ministerium et ipse non celares affectum. (3) Sed cum mei ingenii brevitatem mensuro, adeo beati Hilarii II
immensitatem fortem cognosco, ut pene mihi videatur aequale tam istud posse dicere quam digito caelum tangere, praesertim quod etiam ut audio beati Hieronymi torrens illud eloquium recusaverit attemptare, qui materiae eius se imparem eatenus iudicaverit, ut taceret. (4) Ego vero cui nullius scientiae inrigua fluenta succurrunt, quem vix stillicidii pauperis attenuata gutta perfudit, nihil proprio de fonte respirans, qua temeritate inter ingentia flumina Eufraten Hilarii et Nilum Hieronymi siccos velim cursus extendere, cum de illo etiam doctissimi viri quicquid dicere potuerunt, minus

---

1 IN CHRISTI NOMINE INCIPIT VITA SANCTI AC BEATISSIMI HELARII EPISCOPI ET CONFESSORIS COMPOSITA A SANCTO FORTVNATO PRESBYTERO *G*, INCIPIT PROLOGVS IN VITAM SANCTI HYLARII EPISCOPI ET CONFESSORIS *V*, *lemma om. A* *prologum alium eumque breviorem habent XY:* Incipit prologus ex gestis sancti hilarii pictauiensis episcopi (et confessoris *add. Y*), quod est (q. e. *om. Y*) idus ianuarii. beatissimi hilarii confessoris (confratres *X*) uitam uel opera non unius sed multorum patrum (p. *om. Y*) relatione comperimus in laude domini nostri iesu christi memoriae traditam et bellatorem christi eorum opusculis contra arrii perfidiam luculentissime flore defloratum, et in multiplicia (multiplicem X^1, multiplice X^2) in (in *ras. X*) eius (eis ad *Y*) uere fidei confessionem texere gesta (ere gesta *ras. X*). huiuscemodi (re *add. Y*) beatus hieronimus maximus stipulator enitet. qualiter uel quomodo in synodo ariminensi temporibus constantii principis sub tauro praefecto miles christi dimicarit (dimicauit *X*) exiliumque pertulerit frigiae lustrumque exulauerit, omnibus rectae piaeque fidei sequacibus notum habetur 2 B. P. P. P.] *VA*, *cf. infra p. 7, l. 12*, beato patri Pascentio *G* 4 exertus] G^1A, exercitatus *V*, *cf. carm. X, 12^c, 1* 6 esse te perfectum *G* inrefragabiliter — obseruans — festinans] *G*, cum irrefr. — obseruas — festinas *VA* ac] *om. VA* fundamenta *VA* 8 adhibendo *VA* 9 eo usque] *G*, *om. V*, eiusque *A* 10 helarii G^1, hylarii *ut solent VA* 11 uernaculum *VA* 11 ideo] ego *V*, id ego *A* 12 plena] G^1V gregis auribus] *VA*, gregibus, *in litura* gregi *G* 13 misterium G^1A 15 forte *G* 16 digito] *om. G* beati ut audio *VA* 17 materiae eius] materiei *VA* 20 hilarii] beati hil. *VA* siccus *VA* 21 uiri] *om. VA*

est quam meretur, et virum sanctissimum consultius mihi sit mirari quam loqui? Aequabilius fuerat haec beato Ambrosio de fratre scribenda mandare, cui verba virtutibus coniuncta florebant. (5) Sed ne protracta pagina fastidium potius generet quam provocet auditorem, etsi cum mea verecundia vobis quidem oboedientiam et illi impendo de quo non digne loquor iniuriam, sed concedi veniam credimus quod devotione peccamus. Nunc de eius vita proponamus.

III (6) Igitur beatus Hilarius Pictavorum urbis episcopus regionis Aquitaniae oriundus, quae ab oceano Britannico fere milia nonaginta seiungitur, apud Gallicanas familias nobilitatis lampade non obscurus, immo magis prae ceteris gratia generositatis ornatus, nitore pectoris addito, quasi refulgens lucifer inter astra processit. (7) Cuius a cunabulis tanta sapientia primitiva lactabatur infantia, ut iam tunc potuisset intellegi, Christum in suis causis pro obtinenda victoria necessarium sibi iussisse militem propagari.

(8) Denique coniugem habens et filiam ita plenitudine domini venerabiles animos ecclesiasticae regulae tradidit informandos, ut adhuc in laicali proposito constitutus divino nutu pontificis gratiam possideret: ita se ipsum propria disciplina cohercebat intentus quasi futuram speciem indicans, ut inreprehensibilis in templo Christi praepararetur sacerdos. (9) Nam quod inter mortales valde videtur difficile, tam cautum esse, qui se a Iudaeis vel haereticis cibo suspendat, adeo vir sanctissimus hostes catholicae religionis abhorruit, ut non dicam convivium sed neque salutatio fuerit cum his praetereunti communis. Vitabat haec Davitico suffultus exemplo, ne cum haereticis mensae participando fieret illi in scandalum. (10) O quam perfectissimum laicum, cuius imitatores ipsi esse desiderant sacerdotes, cui non fuit aliud vivere nisi Christum cum dilectione timere et cum timore diligere, quem sequentes currunt ad gloriam divertentes ad poenam, credenti succedunt praemia recusanti tormenta! (11) Qui tamen nunc illos de pio religionis opere commonens, nunc alios de confessione inaestimabilis sanctae trinitatis informans, nunc reliquos promissione regni caelestis invitans, non
IV cessabat in plebe verba veritatis fructu fidei redundantia seminare. (12) Quo cognito de sancto Hilario, quoniam tantum lumen etsi voluisset latere non posset, quippe necessarius, ut alienas tenebras in lucem transferret, concordante favore populi aut potius dei spiritu proclamante, vir olim mysteriis deputatus aliquando sacris altaribus sacerdos electus est. (13) Crescebat in eo cotidie opinio famulatrix virtutum nec erat eius fama contenta circumiectas tantum Gallias inlustrare sed exteras nationes et regiones implebat. Meritorum gratia percurrente id actum est, ut toto orbe velociter beati pontificis gloria militaret.

V (14) Igitur Constantii imperatoris tempore cum Arriana haeresis venenata de radice flore toxico pullularet, tunc vir sanctissimus timore nudus fidei fervore vestitus quasi signifer belligerator per medias acies inter hostiles fremitus inter haereticos gladios se ingerebat, Christi caritate securus, nihil de sua morte formidans, illud solum metuens, quod absit, praeiudicio religionis inlato ne viveret. (15) Hinc a Valente et

---

39 *sq. Sulpic. Sev. Chron. II, 39, 4* tum Eusebius Vercellensium et Lucifer a Carali Sardiniae epi-

---

5 concede[t] *G* 6 EXPLICIT PROLOGVS INCIPIT TEXTVS *G*[1], VITAE SANCTI HILARII CONFESSORIS *add. G*[2], EXPLICIT PROLOGVS *V*, INCIPIT VITA *add. A* 7 aquitaniae] partibus *X:* Pictauis *carm. VIII, 1, 13* 8 britanico *G*, brittanico *A*, *cf. carm. III, 26, 5 et passim* fere milia nonaginta] octoginta (octuaginta *Y*) ferme m. *XY* 11 tantae sapientae — iact. *VA* 12 propagare *VA* 13 uenerabilis animum — informandum *VA*, animum eius exsequebatur atque ut informando uitae nitorem propositum sanctae religionis imbueret atque diuino nutu sublaicali habitu pontificalem gratiam iam possideret *X* 18 iudaei uel haeretici *VA* 20 mensam *VA* 27 in plebe] implere *VA* fidei] corde (corda *A*) *add. VA* 28 quoniam — posset] quod — potuit *VA* 30 ministeriis (saecularibus *add. V*) *VA* 36 toxico] *cf. carm. IX, 9, 16*

Vrsatio, qui prava credulitate ecclesiam dei turbare pertinaciter insistebant, imperatori persuasum est, ut virum eruditissimum de quo loquimur et Dionysium Mediolanensem et Eusebium Vercellensem exilio condemnaret. Nihil enim poterat ante insuperabilem sancti Hilarii facundiam haereticus obtinere. (16) Sperans hostis fidei aliquas se nebulas splendori catholico posse praetendere, si retrusus exilio talis vir a certamine defuisset: quoniam, ut dictum est, quis perversus voluit confligere ac si mutus et claudus nec verba poterat proferre nec currere, sed quasi natans in pelagis ante fluctum eius eloquentiae mergebatur. (17) Itaque in Frigia Asiae regione missus exilio ad virtutis augmentum gratias egit, quia quantum pro nomine Christi longius discedebat de solo proprio tantum merebatur fieri vicinior caelo. Qui dum ad locum pervenisset opta- VI
bilem, nobis tacendum non est quod illi concessum est. (18) Nam et eo tempore sancto sibi spiritu revelante cognovit, eo quod beatissimam Abram filiam suam, quam cum matre Pictavis reliquerat, quidam iuvenis nobilissimus praedives pulcherrimus coniugii vinculo sibi quaereret annectendam. Sed ipse interventu orationis assiduae caelestem illi sponsum sine contaminatione providerat. (19) Mox oportunitate reperta manu propria subscriptam filiae direxit epistolam, sufficienti sale conditam et velut aromaticis unguentis infusam, quae tenetur Pictavis pro munere conservata: indicans ei, eo quod talem sponsum pater anxius providisset, cuius nobilitas caelos ascenderet, pulchritudo rosarum et lilii comparationem praecederet, oculi gemmarum lumina luminarent, vestis candorem nivis opprimeret, ornamenta inaestimabili fulgore vernarent, divitiae intra se regna concluderent, sapientia incomprehensibilis emineret, dulcedo favi mella postponeret, pudicitia incontaminata persisteret, odor suavitate flagraret, thesauri sine defectione constarent. (20) Addens ergo monitis, ut filia nulli se prius male divisa coniungeret, quam ut patrem exspectaret pollicentem et sponsum pariter cum promissione venturum. Quod Abra dulciter excipiens et quasi sponsum futurum in epistola patris complectens admonitionem secuta est, nulli in coniugio se resolvens. Sed qualiter ad illum sponsum pervenerit, locus in sequenti servatur.

(21) Interea cum toto orbe Arrianae haeresis perversitas pullularet, dato generaliter VII
imperatoris edicto, ut omnes orientales episcopi apud Seleuciam Isauriae oppidum convenirent disceptaturi, quid sentirent de fidei veritate, tunc inter reliquos quarto iam exilii anno de Frigia sanctus Hilarius in praedicto loco data evectione ad synodum venire compellitur. (22) Qui quoddam castellum dum adisset, die dominico ingressus est templum: mox Florentia puella gentilis inrumpens multitudinem populi voce magna servum dei advenisse testata est et ad pedes eius occurrens non cessavit petere, nisi signum crucis ab ipso sibi fieri fideliter impetrasset. (23) Quam Florentius pater secutus

---

scopi relegati — — — sed Valens et Vrsatius — — intra palatium congregantur. (*6*) Dionysius, quia non esset assensus, urbe pellitur — — Liberius quoque urbis Romae et Hilarius Pictavorum episcopi dantur exilio.

8 *Sulpic. II, 42, 2* Hilarius quartum iam exilii annum in Phrygia agens.

28 *Sulpic. Sev. V. Mart. 6, 4* Dehinc cum haeresis Arriana per totum orbem et maxime intra Illyricum pullulasset.

29—32 *Sulpic. Sev. Chron. II, 42, § 1. 2* Interim in Oriente exemplo Occidentalium imperator iubet cunctos fere episcopos apud Seleuciam Isauriae oppidum congregari. qua tempestate Hilarius, quartum iam exilii annum in Phrygia agens, inter reliquos episcopos, per vicarium ac praesidem data evectionis copia, adesse compellitur.

---

1 ursacio *fere VA* crudelitate *VA* 6 quis] si quis *GA*, quisquis *V* uoluit] cum illo *add. VA* 12 apram *VA*, *cf. infra p. 6, l. 15* 16 subscriptam] suae scriptam *V*, suae f. scr. *A* 19 lumine radiarent *A*, lumen obnubilarent *vulg.* 21 emanaret *VA* 23 ergo] *om. V*, etiam *A* mala *V*, *om. A* 24 pollicitum *VA* 26 amplectens *VA* coniugium *VA* 31 uectione *G:* data euectionis copia *Sulpic. Sev. Chron. II, 42, 3* 32 quodam castello dum adesset *VA* 35 fieri] *om. VA*

et cuncta familia in nomine domini meruerunt pariter baptizari. Quae Florentia relictis parentibus vestigiis eius inhaerens usque Pictavis perducta est: patrem se ha-
VIII bere non a quo generata est, sed per quem regenerata est, praedicabat. (24) Cum vero Seleuciam pervenisset, magno favore a cunctis exceptus est, eo quod divina misericordia talem virum prudentissimum et singulari eruditione compertum in spectaculo mundi produceret, ubi erat de fide censendum. (25) Hinc post examinationem agnitis hostibus et oppressis, decretis in scriptura conditis, prospera gerens synodi dirigitur ad imperatorem legatio: cum qua perrexit sanctus Hilarius, quamvis ei non fuisset iniunctum, metuens ne adhuc contra religionis dogmata respiraret damnata perfidia. (26) Sed disserere longum est, qualiter Ariminensi synodo composita mentione aliud ex alio referens fraus haeretica serpentino lapsu subripuit et postea legatis Seleuciensibus per imperatoris iniquitatem ipsa est inlata calumnia. (27) Quod tamen beatus athleta Christi Hilarius agnoscens gravitor apud Ariminum diaboli praevaluisse mendacium, in tantum ut et orientales partes similiter composito fuco inficeret, imperatori tribus libellis oblatis preces effudit, ut in eius conspectu collectis adversariis esset ei contra haereticos disceptandi de religione licentia, ne veritatem falsitas obumbraret, ne aequitati iniquitas praevaleret, ne imperator Deo resisteret, ne fidei perfidia rebellaret. (28) Vnde Valens et Vrsatius conscientiae reatu perterriti, quoniam si daretur facultas certandi, mox se recognoscebant Hilarii contentione prosterni, sollicitant imperatoris animum tantum in maligna parte captivum, ut ipsum beatissimum redire ad Gallias perurgueret, dicentes illo praesente haeretica non posse machinamenta proficere. (29) Quo obtentu ad Gallias compulsus revertitur, putans magis amplius se pati exilium, quod illuc perturbationem ecclesiae relinquebat termino non secuto. (30) O beatum pontificem, qui in summo discrimine inimici iudicis adiit tribunal imperii sine timore tormenti! Vere totis visceribus diligebat Christi regnum, qui non formidabat in principatu Constantinum. Nam quod se pro domino sic ingerebat aperto periculo, optabat martyrium, si non defuisset percussor: et tamen animus sumpsit gloriam, etsi tempus non intulit poenam. (31) Sed hunc ipsum divino nutu servatum testificor pro correctione cunctorum. Nam pene totum mundum gravi errore confusum factis saepius in Gallia synodis per Hilarium fuisse ad viam veritatis adductum confitetur lingua multorum. (32) Quid autem sibi interest, vel pro vita aeterna factum fuisse martyrem, vel amplius vixisse, ne

3–21 *Sulpic. Sev. Chron. II, 42, § 4* is ubi Seleuciam venit, magno cum favore exceptus omnium in se animos et studia converterat. (5) agi deinde coeptum, repertique pravae haeresis auctores atque ab ecclesiae corpore avulsi. (6) sed confecta synodo decreta ad imperatorem legatio, quae gesta insinuaret. *45, 3* aderat ibi tum Hilarius, a Seleucia legatos secutus. *43, 1* interea legatis Ariminensis concilii — — — conscriptam ab improbis fidem tradit, verbis fallentibus involutam. 2 sed interius aderat fraus parata, ut esset similis, non esset aequalis. *45, 1* ibi repertos Seleuciensis synodi legatos vi regia compellunt, exemplo Occidentalium pravam illam fidem recipere. 3 is ubi extremum fidei periculum animadvertit, Occidentalibus deceptis Orientales per scelus vinci, tribus libellis publice datis audientiam regis poposcit, ut de fide coram adversariis disceptaret. 4 id vero Ariani maxime opere abnuere, postremo quasi discordiae seminarium et perturbatorem Orientis redire ad Gallias iubent, absque exilii indulgentia.

28. 30 *Sulpic. Sev. Chron. II, 45, § 7* illud apud omnes constitit unius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo haeresis liberatas. nam e. q. s. 5 frequentibus intra Gallias conciliis, atque omnibus fere episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnat et in statum pristinum ecclesiarum fidem reformat.

7 semper V, se semper conditis om. A 10 mentione] codd., mentione [illegible] 12 athleta christi beatus V A 14 et] om. V A [illegible] V, [illegible] A 20 tantum in maligna parte] [illegible] V, [illegible] A, [illegible] 23 illuc] [illegible] 24 [illegible] 25 [illegible] V A 31 sibi] om. V A [illegible]

reliqui perirent? Igitur sanctissimam animam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyris non amisit.

(33) Itaque dum regrederetur ad propria, tunc beatus Martinus aeque meritorum IX
lumen non absconsum, qui ab Hilario exorcista est postea institutus, cognito adventu eius, Romam festinanter occurrit. Quem cum praeterisse cognosceret est usque Gallias consecutus. (34) Neque enim Martinus, qui adhuc cathecuminus Christum clamyde sua tectum videre meruit, illi devotus occurreret, nisi per omnia mysteriis plenum in eo spiritum praevidisset. Nec mirum si ille qui deum prius vidit in paupere, postea ipsum habitare cognosceret in doctore.

(35) Illud etiam nobis non convenit tam nobile praeterire miraculum. Nam cum X
circa Gallinariam insulam propinquaret, relatione vicinorum agnovit ibidem ingentia serpentium volumina sine numero pervagari, et ob hoc quamvis illis videretur vicina propter inaccessibilem locum longius illis videbatur esse quam Africa. (36) Quo audito vir dei sentiens sibi de bestiali pugna venire victoriam, in nomine domini praecedente crucis auxilio descendit in insulam: eo viso serpentes in fugam conversi sunt, non tolerantes eius aspectum. (37) Tunc baculum figens in terram quasi metam quo usque deberent excurrere virtutis potentia designavit: nec amplius est illis libertas occupare quod vetuit, tamquam pars insulae non sit terra sed pelagus. Qui dum semper illam partem verentur attingere, facilius erat illis mare transire quam vocem. (38) O immutabilem terminum de sermone plantatum! apparet quantum est melior Adam secundus antiquo. Ille serpenti paruit, iste servos habet, qui possunt serpentibus imperare. Ille per bestiam de sede paradysi proiectus est, iste de suis cubilibus serpentes exclusit. Deposuit anguis antiquum mendacium qui didicit implere mandatum. (39) O Hilarii dulcedo, medicamentum et meritum, ante quem sine mora venena fugata sunt! Addidit terram hominibus, quia in loco beluae incola transmigravit. Sed revertamur ad ordinem.

(40) Cum de exilio regressus introivit Pictavis, summo favore plaudebant omnes XI
pariter, eo quod ecclesia recepisset pontificem, grex pastorem: et ac si omnes cum ipso tunc redissent ad patriam, ita sine illo se exules fuisse deflebant.

(41) Itaque beatum Martinum in vico Locoteiaco dum praecepisset consistere, vir- XII
tute divina meruit ibi mortuum suscitare. (42) Post aliquot dies infans sine baptismi regeneratione defunctus est: duplici morte damnatus praesentem lucem amiserat et poena futuri saeculi non carebat. (43) Tunc mater extincti, quae iam mater non erat, dum

---

4 *Sulpic. Sev. V. Mart. 5*, 2 itaque exorcistam eum esse praecepit.

5. 6 *ib. 6*, 7 nec multo post, cum sancto Hilario comperisset regis paenitentia potestatem indultam fuisse redeundi, Romae ei temptavit occurrere profectusque ad urbem est. (7, *1*) cum iam Hilarius praeterisset, ita eum est vestigiis prosecutus.

27 *Hieron. dial. contra Lucif.:* tunc Hilarium suum de proelio revertentem Galliarum ecclesia complexa.

30. 31 *sq. Sulpic. Sev. V. Mart. 7, 1* cumque ab eo gratissime fuisset susceptus, haud longe sibi ab oppido monasterium conlocavit, quo tempore se ei quidam catechumenus iunxit *e. q. s.*

---

1 persecutionis *VA* 4 lumine non absconsus *VA* postea] *male: ante exsilium exorcista institutus erat, cf. Sulpic. Sev. V. Mart. 5, 2* 8 spiritum] sanctum *add. VA* si] *om. G* uidit deum prius *VA* pauperem — doctorem *VA, cf. Sulpic. Sev. V. Mart. 3, 1* 11 gallinariam] diues galliarum *codd. recentiores Maur., cf. Sulpic. Sev. V. Mart. 6, 5* 14 de] *verba quae sequuntur usque ad p. 8, l. 35* talem *desunt A* 17 potentiam *V* libertas est illis *V* 19 quam uocem] quam transgredi eius signaculum *V*, quam huc esse *Colb.* 22 excludit *V* 27 introiret *V* 30 beato martino *G* locoteiaco] *G cum cod. Casalis Bened.*, loco telaco (teiaco *V*[2]) *V*, toteiaco *B*, locodiaco *Y*, locoiaco *Colb.:* monasterium locotigiacensim *Gregorius Tur., M. S. Mart. IV, 30* consurgere *V* 31 aliquantos *V*

filium non habebat, provoluta ad pedes sancti Hilarii praecedentibus lacrimis nati sui corpus effudit exclamans: Martinus adhuc incipiens cathecuminum mortuum revocavit, tu pontifex redde, rogo, filium aut mihi aut baptismo: qui populi pater agnosceris, ut mater ego vocer obtineas. (44) Sic illa plus lacrimis petente quam verbis commotus vir dei spectante populo ad consueta arma recurrens in terram prosternitur. Mox paulatim defuncti pallor in ruborem convertitur, frigida membra revocato spiritu intepescunt, oculi apertis palpebrae ianuis peregrinum lumen agnoscunt, vox adducto aere de pectoris domicilio conflata profertur, gressus suis vestigiis redivivus extenditur, in anteriore fundamento tota fabrica renovatur. (45) Quid plura? Tamdiu iacuit sacerdos in pulvere, donec pariter surgerent, senex de oratione infans de morte. Ecce vita laudabilis, quae de alterius corpore necem precibus effugavit, spoliavit tartarum, spem habens de Christo. Mors ibi iura non tenuit ubi Hilarius vim orationis est ingressus. Sed tanta res non potest nostris verbis plus ornari quam meritis. Nunc vero memorandum est quod supra promisimus, qualiter miracula reliqua hoc miraculo cumulavit.

XIII (46) Denique cum beatissimam Abram filiam suam, ad quam de exilio destinavit epistolam, incolomem invenisset, alloquitur quomodo poterat dulcedo patris et facundia oratoris. Quid dicam? alloquitur Hilarius, cuius eloquentiae post ipsum comparare aliquem vix audemus nisi qui fuit spiritu divino repletus; temptans eius animum, si velit sponsum attingere, quem patris gratia provideret. (47) Tunc libenter desideranterque ut celeriter ei iungeretur optabat. Quam voluntatem pater pius agnoscens, intentus orationibus non cessavit, donec sine dolore, sine contagio de praesenti filia mundi ludibrio migraret ad Christum: quam propriis manibus, ut decuit, venerandae tradidit sepulturae. (48) O funeris gloria, quae melior habetur quam vita, quia quod terrae subripuit, in caelo transmisit! Vere, ut ego considero, plus fuit quam resuscitari, sic mori. Certa enim salus est non contaminari peccatis. Quanti cuperent, rebus cum vita traditis, talem transitum comparare, si mercatorem forsitan invenirent? Quid distat inter vivificati infantis et filiae mortificatae mysterium? Illum resuscitavit ad baptismum, hanc praedestinavit ad regnum, nisi quod in illo adhuc spes peccandi restabat, haec immaculata finierat. (49) Quod cum vidisset mater beatae Abrae a pontifice postulat, ut et ipsa si mereretur erepta de mundi crimine cum filia praesentaretur ad regnum. Cuius vota considerans assidua oratione et ipsam ante se transmisit ad gloriam. (50) Quis aestimaturus est, talem virum ita dilexisse dominum, coniugis et filiae affectu contempto? Tamen in hoc magis illas amasse cognoscitur, cum per ipsum lumini per-
XIV petuo transferuntur. Quis vero abundantiam rigantis ingenii contendat evolvere, aut eius verba verbis valeat exaequare? Qualiter ille indivisae trinitatis libros stilo tumente contexuit, aut scripturam Davitici carminis sermone coturnato per singula reseravit? (51) Quam fuit in dissertione providus, in tractatu profundus, per litteraturam eloquens, per virtutem mirabilis, in complexionibus multiplex, in resolutione subtilis, astutus iuxta prophetam ut serpens, columbae simplicis gratiam non amittens, conditi sal ingenii, fons loquendi, thesaurus scientiae, lux doctrinae, defensor ecclesiae,

2 cathecuminus *V* 3 filium] meum *add.* *V* 5 expentante *V* terra *V* 6 rubore *V* 8 suis] *om.* *V* ostenditur *V* 12 de] in *V* est ingressus] ingessit (*V*) 13 uerbis nostris *V* 14 miraculum *V* 15 apram *plerumque* *V* 18 fuerit (*V*) diuino] sancto *V* 19 uellet (*V*) prouidebat *V* 21 de praesenti filia] se praesente filia de mundi (*V*) praesenti] *G*[1] 22 ludibriis *V* 24 caelo] *G* sic mori quam resuscitare *V* 26 inuenissent *V* 29 a pontifice] pontificem *V* 30 si mereretur] sic *V* 33 lumini perpetuo] ad lumen perpetuum *V* 34 irrigantis *V* 35 qualiter — 37 prouidus] qualiter ille libros contra arii perfidiam promulgauit, quomodo librum psalmorum per singula cothurnato sermone reseruauit, in hymnorum etiam fuerit dissertione paratus *Y* 35 ille] *om.* *V* 36 scripta (*V*) coturnano *V* 39 prophetam] immo prudens iuxta domini uocem *add.* *vulg.*; *cf.* *Matth.* *10, 16:* prudentes sicut serpentes

hostium propugnator. Cuius dicta qui legerit non credit dicere sed tonare. Hoc fuit ultra homines sapere tam caute de religione censere. (52) Sed qui vult ipsum agnoscere XV
eius exilia memoret, merita respiciat, volumina relegat, dicta perpendat, signa cotidiana percenseat. Qui dum superstis fuit in saeculo aut scripsit ecclesiasticae fidei documenta, aut pugnando calcavit haeretica crimina, aut petenti tribuit miraculorum suffragia: quae volente domino usque in hodiernum diem eius orationibus perseverant. (53) Sed mea lingua non sufficit singula de sancto spiritu qui per eum et operatus est et locutus, sicut illi dignum est, cuncta proferre. Det mihi pius veniam, quia multa XVI
praeterii qui vix pauca conscripsi. (54) Ita beatissimus Hilarius de praesentis saeculi vita cum gloria migravit ad Christum terra plorante, caelo gaudente.

LIBER DE VIRTVTIBVS SANCTI HILARII.

(1) DOMINO SANCTO ET MERITIS BEATISSIMO PATRI PASCENTIO PAPAE ET IN CHRISTO I
FLORIGERA PERENNITER CARITATE VERNANTIBVS ECCLESIAE HABITATORIBVS FORTVNATVS.
Cum veteres et infidelium conditores voluminum eloquentiae suae pompam cunctis ostendere causa provocaverit opinionis inflatae: dum regum vota seu funera, id est prospera vel adversa, confuso vocis ordine quodam modo visi sunt cantare pariter et plorare, ut tam qui dixerunt vel de quibus locuti sunt saltim in libris viverent, etsi vacuis actibus inaniter defecissent: cur ego melioris spei sollicitatus instinctu patiar reticeri de summi confessoris viventibus meritis et victoriis? (2) non sine, quod absit, vindictae caelestis incursu, cum vix debita solverem, si de beati Hilarii indeficientis lampadis splendore infatigabili voce die continuata cum nocte pariter decantarem. (3) Qua vero vel inretitus inscientia vel inpulsus offensa, in ea voluntate gravi torpore persisterem, ut cum illi plurimo decepti tractatu de resoluta umbrarum imagine nonnulla conficerent et in pulverem redacta cadavera falsis quasi laudibus animarent,

---

1 dicta] doctrina *V* tonare — 10 gaudente] obiit autem praefatus pontifex hilarius die iduum ianuariarum. reliquiae eius pictauis sunt conditae, in quo loco hactenus diuina beneficia operantur, ipso praestante, qui uiuit et regnat deus in saecula saeculorum. amen *Y* 2 hominem (*V*) cognoscere (*V*) 8 mihi] *om. V* 9 praeteriui *V* conscripsi] ne ergo pagina cum stili rusticitate nec non et loquendi nimietate prolixius extensa uilescat, scribendi iam debemus construere metas. est tamen dignum iuueritque hoc unum tantum referre, quomodo huius sancti uiri anima diuini luminis fulgore migrauit excepta. tantum namque lumen ecclesiae dum infirmando obscurari coepisset, uenerabilem uirum leonium eiusdem ciuitatis presbyterum quadam die secretius sibi accersiri mandauit; ei autem idem sacerdos credulus et dilectissimus habebatur. cumque imminentibus noctis tenebris eum exire et si quid foris audiret sibi renuntiari iussisset, ipse uoces tumultuantis adhuc populi ciuitatis se audisse reuertens exposuit. persistebat itaque uigilans iustique finem expectans, animum nouissimis eius et carissimis exhortationibus reficiens. deinde tempesta iam nocte rursus a sancto rogatur exire quidque auditu percipere posset sibi iacenti ad lectum referre. qui dum nullius sonitum uel mussitationem se sensisse renuntiat, mox splendor inaestimabilis claritatis, quem leonius se non potuisse ferre fatebatur, per fenestram a parte altaris eiusdem basilicae, in qua sanissimus decubabat infirmus (infirmum *male Reinkens p. 319*), ingreditur. secundum namque apostolum infirmatus carne spiritu potentior erat, cuius anima non qualiscunque sed beatissima corporalibus soluta uinculis, egressa eo ipso, ut credimus, diuinae claritatis lumine suscepta et in paradisi migrando perpetui splendoris amoenitatem intrauit. ibi nunc et semper pretiosi lapidis diademate coronatus, in sempiterna coeli arce felici perfusus luce, exsultantibus sanctis laetatur *add. Z. Interpolationem Reinkens p. XXI tuetur* beatissimi hilarii de praesenti saeculo *V* 10 uita] ualente et ualentiniano regnantibus *add. vulg., cf. Hieron. de viris ill. c. 100* gaudente] eodem iesu christo praestante, qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus in saeculo saeculorum. amen *add. vulg.* EXPLICIT VITA SCII∗LARII $\overline{\text{EPI}}$∗ (et conf. *add.* G^2) *G*

11 INCIPIT LIBER DE VIRTVTIBVS SCI I∗LARII $\overline{\text{EPI}}$ G^1, *expuncta* S. I. E. *et superscripta* h. ipsius G^2, *prologum ad p. 8, l. 8* absoluit *om. V* 13 ECCLESIAE] pictauiensis *add. vulg.* 18 ergo, *litera* r *deleta G* 19 reticere, *sed* re *in litura G* uictoris *G*

ego de sanctis permanentibus et quod est felicius in regno Christi cotidie florentibus nil referrem? praesertim ubi diversa diversarum partium videtur esse causa mercedum, quod gentiles fructum laboris sui in inanitatum favore voluerunt consistere, nos autem oporteat in beatorum virorum intercessione plantare, quibus hic verba si
II solvimus, illic gaudia comparamus. (4) Idcirco reddat illi mobilis lingua praeconium, a quo prius pectora conceperunt affectum; nam bonis eius aperte credetur invideri, si quae de illo cognovimus, silentio videantur abscondi. Merito itaque cum ceteris et me de se loqui compellit, qui etiam mutos ut loquantur absolvit. (5) Sed quam plura superstis in corpore fecerit vel quanta operatus sit, postquam aeterna in requie plaudentibus angelis ad Christum victor de mundi certamine transmigravit, etsi non potui annorum vetustate subripiente contingere, attamen vel quae praesenti tempore miracula misericors praebuit, cupio indigenti memoriae non fraudare: ut quisquis haec fideli sicut condecet auditu perceperit, et praeterita recognoscere gaudeat et similia fieri virtute confessoris in futuro confidat.

III (6) Igitur Probianus cum dubio iam vitae penderet in fine et spem convalescendae infantiae mors invida parentibus subripere festinaret, nec parvuli funus acerbum considerans nec desideria ingemiscentis senectutis spectans, avida quicquid invenit extra sortem concludens, sola intercessione beati Hilarii restiterat moribundo salutis occasio. (7) Quem Franco suus genitor et Periculosa mater, quae magis converso nomine filii periclitabatur in nece, iam quasi defuncti praemeditantes exsequias cum ingenti fletu in confessoris tabernaculo detulerunt. (8) Tunc sanctus Hilarius ab auctore suo secretae artis exhibens medicinam, consuetus de dispendio funeris reddere compendia sanitatis, subito membrorum fluentem fabricam verbo operante subrexit et in statum pristinum tamquam si nihil fuisset solubile reformavit: mox parentum lacrimas laetitiae mole superveniente siccavit, gemitus voto succedente praeclusit, ubi iam per dolorem non erat sed per gaudia quod plorarent. (9) Quas poenas, quae tormenta mors ipsa tunc pertulit, quando illud quod credebat invadere sic amisit? Profecto quando alterum victrix ferire non potuit, se mors victa percussit. (10) Qui tamen Probianus civitatis apicem meruit obtinere pontificis et usque in hodiernum diem ad luminaria sui medici singulis annis vitae debitor tributa dissolvit.

IV (11) Illud quoque nobis est tam singulare miraculum pro gloria conlatoris ad memoriam populi revocandum. Nam cum a Cadurcis venissent duo leprae maculis immutati spem suae salutis in sancti intercessione fundantes, de pulvere qui ab eius sepulchro abstergebatur sua lavantes capita et membra reliqua perunguentes, tam diu sibi talem curam fideliter impenderunt, donec infirmitatis ipsius ulcus ac varietas de corpore quod captivaverat captiva migraret, ut decepta suis solatiis colorem quem invaserat inviolata relinqueret et quam secum attulerat turpitudinis speciem non teneret. (12) Post innumerabilia vulnera membris omnibus instaurata est cutis una: vultus ille diuturna deletus sordidine sua coepit repingi imagine nec agnosci. Per fidelissimum

---

2 diuer|sarum *in marg. add.* G¹? 8 sed — 9 operatus sit] gaudet planę et sublimiter terra exultat, quia quamuis plura uiuens in corpore miracula fecerit, et ego uix pauca me superius comprehendere dixerim, innumera tamen operatus est *V* 9 aeterna in requie] *G* 10 ut si *G* 11 contingere] cuncta quae gessit *add. V* 15 proprianus *G*¹ (*infra* propianus) 17 quicquid] quod *V* 18 sortem] cuncta *add.* (*V*) morituro *G* 20 necem *V* 21 tabernaculo] *G* 22 exigens *V* 23 subrexit] *G*, *cf. Ad Iustinum, App. II, 66*, erexit (*V*) 29 ciuitatem *V*¹ apicem] uirtute *superscr. G* pontificis] pontificatus bituricensis *Z* (*Ottob.*) luminaria] limina *Z* (*Ottob.*), *cf. Reinkens p. XVII* 30 annis] *desinit quaternio O, sequitur P, in quo vita S. Sebastiani scripta est V* dissoluit] *G* 32 cum] *superscr. G*¹? 35 *in* curam *redit A* ipsius] *om. A* ulcerosa uarietas (*A*) 36 migrauerit *A* 37 inuiolate *A* 39 diuturna deletus sordidine] *G*, diuturno deletus ordine *A*

lavacrum Pictavis illis purificus Iordanis inventus est et non ipsi ad fluvium sed fluvius ad ipsos hic occurrit. Quae tam praedicabilis patuit miseratio confessoris, qui et laborem longinqui itineris abstulit et salutis vota porrexit. (13) O quam inaestimabilium claruerunt documenta virtutum, ubi sepulchri munditiae mundaverunt maculas leprae! Cuius hoc facere cura potuisset artificis, qui de tali pulvere ferret beneficia medicinae? (14) Ex quibus Castorius diaconus et Crispio subdiaconus institutus ad eius obsequium usque in finem suum per quem sanati sunt adhaeserunt: et merito illius elegerunt sustinere iuga domini, a quo poena liberi sunt effecti.

(15) Quaedam puella in hanc vitam veniens dextram mortuam traxerat natura V
formante et debilem manum in specie glomi colligerant nervorum fila contracta: fluxa suo stamine digitorum tela marcebat. Tunc occurrens ad beatissimi sepulturam intercessione eius vivacibus est officiis ordinata: paulatim mobilis vigor articulos stupentes et ungues inrepsit. (16) Post longa tempora manus illi tunc nata est, cum sensit munera confessoris: extincta venit matris ab utero, viva rediit de sepulchro. Ecce quam larga remuneratoris est pietas, ut quae natura non genuit, hic membra suppleret!

(17) Nec illud quidem praeterire convenit, quod caeco felici post vota successit. VI
Nam cum ad beati Martini limina pro recipiendo lumine properaret, in sancti Hilarii praeteriens templum ingressus est. Quo dum vigilias officio solito celebrarent, mane facto apertis oculis ipse diem coepit aliis nuntiare, qui semper egebat audire. (18) Apud quem una nox erat, tenebras illa nocte purgavit. Qui numquam viderat ornamenta diei, coepit illi novus sol nasci. Apud illum tunc fabricata sunt omnia, quando eorum meruit videre facturam. En, ut ita dicam, quodam modo post se illi mundus est natus, cum factus est agnitus. (19) Caecus ad fratrem eius festinabat accedere, iste in suo templo dignatus est inluminare. Quanta micat gratia donatoris, qui praevenit desideria supplicantis?

(20) Quid etiam dignum referam de tam regali mysterio, quod ab ipso est in rege VII
conlatum. Denique Chlodoveus dum contra haereticam gentem pugnaturus armatas acies commovisset, media nocte meruit de basilica beati viri lumen super se venientem adspicere, admonitus, ut festinanter sed non sine venerabilis loci oratione adversum hostes conflictaturus descenderet. (21) Quod ille diligenter observans et oratione occurrens tanta prosperitate altero pro se pugnaturo processit ad bellum, ut intra horam diei tertiam ultra humana vota sortiretur victoriam. Vbi multitudo cadaverum colles ex se visa sit erexisse. Ecce terribiliter formidanda prodigia et delectabiliter amplectenda miracula. Parum illi fuit pro solatio regis signum ostendere luminis, nisi aperte monitus addidisset et vocis. (22) Similis quaedam contigit Israhelitici temporis huius causa virtutis. Nam ibi columna ignis praecesserat, hic figura lampadis admonebat. | Vellem VIII
nosse, cur fuerit tanti ardoris secretum mysterium et tam manifestum prolatum. Sed quantum ipso inspirante videor agnoscere non tacebo. (23) Contra haereticas acies sicut olim in corpore non cessavit spiritu dimicare: credebat sibi contra Halaricum Arrianum iterum redire Constantium. Quanta est illi semper pro cultu catholicae religionis avi-

1 pectauis G^1 non] *om.* *A* fluuius ad ipsos] ipsis fluuius (*A*) 2 quis *A* qui et — abstulit] ut — abstulerit *A* 3 perduxit *A* 4 mundities *A* munda uerum G^1 6 crispo *A* 8 dominii *G* 9 hanc uitam] habita *A* mortua — formantem *A* 10 specie] *G* globi *G*, *cf. V. Germani c. 45* colligerat *A* fluxo *A* 13 tunc] *om.* *A* 18 uigiliae solito celebrarentur clerici mane *A* 19 facto] *om.* *A* 20 una] semper *add.* (*A*) illa nox *A* 22 en] et (*A*) 23 ad fratrem eius] *GA*, ad beati martini ecclesiam *vulg.* 24 templo] tempore *A* luminare *A* 27 chlodoueus] *G*, clodoueus rex *A*, *cf. Gregor. Tur. Hist. Fr. II, 37* 28 uenientem] *A*, ueniens*** *G*, *cf. partem I, p. 407* 29 et monitus *G*, *sed* et *in litura* 30 praecurrente *A* 33 uisa est (*A*) 34 monita (*A*) 35 israhelitici] hisrahelitici populi *A* haec *G* 36 ignis] nubis G^1 figura] (*A*), figuratę *G* 37 ploratum *G* 38 spirante *G* 39 halaricum] *G*, hylarium *A* 40 redisse *A*

ditas, cum in requie posito adhuc sollicitudinis non desit ubertas? Nam qui tunc in synodo ad confundendum hostem verba fidelia protulit, hic in campo arma tractavit victoria.

IX (24) Mulier in vico Tonatiago dum aquam ad opus suum portaret die dominico, — non est meum nosse quo praeventa peccato, — manus adtracta est venarum arefacto discursu. Tunc revelatione commonita, ut ad sancti limina si vellet salva fieri properaret. (25) Quo illa fidens nuntio tamquam cum ipso sanitatis suae praeviatore laeta percurrit. Et dum in basilica psalleretur, similiter in absolutione die dominico, quo praecesserat poena, secuta sunt gaudia. Ecce consuetudinem patroni singularis amabilem, qui ut inveniat quod praestet et causas exquirit! O beate Hilari omnium corde ore voce cantande! cuius tam larga benignitas non solum se alicui non abscondit sed ingerit.

X (26) Veniamus ad alios venerandi fructus miraculi. Quaedam paralytica, annis adulta puella non merito, sine vitae vivebat officiis. Cui in funus extincti corporis tantum superstis anima palpitabat et in toto cadavere lumina quasi sola vigebant, velut in se membra mortua vigilantes oculi custodiebant. (27) Non lingua torpens intra palati cameram volubilis excurrebat nec imo ducta de pectore vox conlata poterat per verba disponere, non manus, cum soluta languesceret, naturae debita servitia dissolvebat neque pes instabilis membrorum ruitura sustentabat: adhuc totius corporis infabricata massa torpebat. (28) Quae in festivitate eius intra basilicam posita cum ingenti favore expectantibus omnibus est erecta. In unius autem corpore miracula plura conplevit. Attenuata genuum vestigia roboravit, linguam rigentem flexibilitate et facilitate vocis aptavit, ad usum lanificii debiles quondam palmas armavit, liniamenta viscerum gratia pii muneris animavit. (29) Aliquando vetus infans in verba prorupit, et quod est conspicuum voce prima lactis alimenta quaesivit. Ergo ut tales cibos ante omnia posceret, quid aliud datur intellegi, nisi quando sanata est, tunc prius credidisset se nasci?

XI (30) Nec illud tam fidele mysterium oblivione noxia subtrahatur. Itaque cum duo negotiatores ad beati basilicam occurrissent habentes formam cerae quasi socialiter in commune, quidam ex his alloquitur alterum, ut eam etsi tam parvam rem tamen tanto confessori vel libenter offerrent. Sed in cassum sua verba in animo socii nolentis expendit. Ipse tamen cum collega suo in oratione prosternitur, ceram occulte ante tremendi sepulchri cancellos exponit. (31) Mox ad omnem aequalitatem cerae ipsius species se divisit et, parte illius fidelis oblatoris accepta, pars altera videntibus plurimis volvendo usque ad alios cancellos nutu divino cum omni contumelia est repulsa: quasi nolens sanctus invadere, quod alter illi devotus non obtulit, quoniam semper abhorruit quod ex fide non venit, tam certus in iudicio quam misericors est in voto. (32) O quam incorruptibilis arbiter claret! Castior est iste in examinatione iudicii quam in electione florum illa quae ceram casta producit. (33) Tunc itaque ille qui offerre noluit admissi criminis se teste confusus et inmensi pudoris reatu perculsus, videns sibi a radice suae conscientiae tantae turpitudinis opprobria pullulasse, et in faciem suam

---

2 hii *A* tractauit] strauit *A* 4 tonatia*o G^1, tonatiaco G^2, tomaciago *A* 5 manu *G* adtracta] uenarum *add.* *A* arefacto discursu] ac arefacto discussio *A* 7 quod G^1 8 percurrit] processit *A* quo praecesserat] in quo processerat *A* 9 poenam *A* 10 et] *om.* *A* beati hilari G^1, beatum hilarium G^2 11 uoce ore *A* cantandum (*G*) abscondet *A* 17 camera, *in litura* came *G* 21 pauore *A* autem] *om.* *A* 23 aptauit] adaptata est *A* debiles quondam palmas armauit] debilis quondam armata est manus *A* 24 animata sunt *A* in uerba] inter cateruas *A* 26 credidit *A* 28 ne *A* 31 tantu G^1, tantum *A* 32 ceram] illam *add.* *A* 33 exposuit *A* 36 nollet (*A*) 37 in uoto misericors, *om.* est *A* 39 in] *om.* *G* castam produxit *A* ille] *om.* *A* 40 se teste] G^2, sed iste G^1, sic teste *A* percussus *A* 41 pullulasset *A*

occultae cogitationis facinora revelata adspexit, consideravit, ingemuit et flevit, ut saltim lacrimarum fonte rigante dilueret, quod corde delinquente foedavit. Qui postea maiora obtulit exactus, cerae iudicio castigante.

(34) Item cum iuxta consuetudinem quadam nocte cereus inluminatus fuisset, casu XII super sepulchrum eius qui intercessione sua vivificat ardens corruit, ita ut super mafortem quo cecidit sine laesione aliqua perarderet. Nam in quantum fuit cerae longitudo, cera iacens inventa est, papyro consumata, tanquam si confinium cera ipsa fecisset inter ignem et pallium, ut ab ipsa inveniretur defendi per quam potuisset exuri. Attendit beneficium, ut oboediretur praecepto. Quam semper scit subdere, hic ceram ignis expavit; quam ad ardendi auxilium sumserat, ipsa visa est repugnare. (35) Sed inter haec illud admonet potius, ut dicatur: in virtute confessoris quas didicit cera flammas extinxit, et converso ordine illud a quo vorari potuit praefocavit. Diversae species suam visae sunt naturam mutasse: ne quid hic incendia laederent, pallium pro marmore, cera fuit pro flumine. (36) Sed quantum est apud illum cerei lumen extinguere qui caecorum lumen accendit, aut cum alterius cadaveris sepulturam oculorum igne redintegrat, quam facile credimus de sepulchro proprio ut flammas expellat?

(37) Vellem adhuc insatiatus sacratissimi viri miracula quasi peculiariter decantare, sed vereor ne unde meam cupio devotionem ostendere auditoris animum fastidio nascente videar obdurare. (38) Da mihi, pie, veniam de textus huius parvitate, da usui culpam, de quo exiguum dicerem si libros implerem, ne dum hominis cupio vitare fastidia, videar incurrere confessoris offensam. Sed praesumo plurima de te minus dicere, ut de te legere populum brevitas plus invitet. XIII

VITA SANCTI GERMANI.

(1) Beatus igitur Germanus Parisiorum pontifex territorii Augustidunensis indigena patre Eleutherio matre quoque Eusebia honestis honoratisque parentibus procreatus est. (2) Cuius genetrix, pro eo quod hunc post alterum intra breve spatium concepisset in utero, pudore mota muliebri, cupiebat ante partum infantem extinguere, et accepta potione, ut abortivum proiceret, dum nocere non posset, incubabat in ventre, ut pondere praefocaret quem venena laedere non valerent. (3) Certabatur mater cum parvulo, renitebat infans ab utero: erat ergo pugna inter mulierem et viscera. Laedebatur matrona nec nocebatur infantia, obluctabatur sarcina, ne genetrix fieret parricida. (4) Id actum est, ut servatus incolomis ipse inlaesus procederet et I

1 cognitionis (*A*) conspexit *A* considerabat *G* defleuit *A* 2 regnante *G*¹ diluerit *G*, dolueret *A* 5 intercessionē *G* sua] mortuos *add.* *G*² mauortem *A*, *cf. Du Cange, Gloss. ed. Henschel IV, p. 174* 7 consumpta *A* 9 beneficium ut] *om.* *A* oboediret *G*² hic] *om.* *A* 11 didicit] *GA* 13 mutasse naturam *A* ne quid] neque *A* 14 pro flumine fuit *A* 16 sepultura *A* 19 obturare (*A*) de textus huius paruitate] ne textum huius paruitatem repellens improbes *A* usui] *scripsi*, ausui, au *in litura* *G*, casui (*A*) 21 fastidium *A* 22 EXPLICIT LIBER DE VIRTVTIBVS *G*¹, SANCTI HILARII *add.* *G*², *sequitur epistola ad Abram filiam suam GA*

23 IN CHRISTI NOMINE INCIPIT VITA SANCTI AC (HAC *P*) BEATISSIMI GERMANI (EPISCOPI *add.* *P*) PARISIACAE VRBIS ANTESTITIS (ANTISTITIS EDITA E VENERABILI FORTVNATO EPISCOPO *add.* *G*) *PG* 24 agustidunensis *plerumque PG*, *cf. carm. V, 6* 25 patre eleutherio] p. quoque euleutherio *P* est] *om.* *P*¹ 27 muliebra *P* 29 ut] uel *add.* *G*² certabatur] *P*, *cf. partem I, p. 394*

matrem redderet innocentem. Erat hinc futura praenoscere ante fecisse virtutem quam nasci contigerit.

II (5) Deinde cum Avallone castro cum Stratidio propinquo puer scolis excurreret, mater parentis, ut suam hereditatem adquireret, de adolescentis fallitura nece tractavit. Quae temperatam potionem in ampullulam condidit, vinum quoque in alteram, praecipiens puellae, ut venientibus ambobus illi porregeret de vino isti de maleficio. (6) Sed ignorans ministra ampullulam mutat et pocula, vinum sancto Germano venenum dat Stratidio, et dum insonti praeparatur interitum, auctor cadet in laqueum. (7) Quo mater eius cognito puellam increpat cum fletu extinxisse se filium. Cui Stratidio sollicite inpenso studio, facto de ipsis maleficiis vario etsi mors vitam non abstulit, tamen signum mortis infixit.

III (8) Hinc ad parentem suum sanctum Scupilionem Lausea se conferens, moribus honestis alitus et institutus est. Qui cum fere mille passus longe a vico consisterent, iugiter ad matutinos currebant ducti fidei calore per tempestatem per hiemem. (9) Qui intra terni lustri spatium a beato Agripino diaconus instituitur et sequente triennio presbyter ordinatur. Dehinc a pontifice Nectario abba ad sanctum Synphorianum merito dignus adsciscitur. (10) Quanta vero inibi abstinentia vixerit, quantis quoque vigiliis continuando duraverit, quibus eleemosynis profusus exteterit, illa res una testis est, cum iam rebus reliquis pauperibus erogatis nec panis ipse resideret, quatenus fratres reficerentur. Qua de re insurgentibus adversum se monachis, retrudens se in cellulam, amare flevit et doluit. (11) Inter haec ipso orante quaedam Anna matrona duorum saumariorum cum pane dirigit onera. Sequenti etiam die cum annona distinavit plena carpenti vehicula, ita ut exinde monachi cum saturarentur cibo, terrerentur miraculo. (12) His itaque celeber intentus officiis non desiit praedicandis manifestare miraculis.

IV (13) Igitur quadam vice dum cibum fessus acciperet, ingrediente Amando monacho in fenile cum lumine, carbone decidente flamma faenum corripuit et arida nutrimenta vorax ignis adlambit. (14) Concurrentibus reliquis nec tamen succurrentibus, tardius ipse prosiliens rapta de foco cucuma, ascendens supra fabricam, concinens alleluia, fundens paululum aquae in crucis imaginem restinxit incendia ac de manu sancti imbre sedata est ignis unda, quam vix restinguerent flumina. (15) Quod tamen postero die cuius insidiis actum est hostis ipse confessus est.

V (16) Chariulfus quidam Francus partim villae basilicae res obstinatus invaserat. Quem cum vir dei ad reddendum aliquatenus commoneret nec tamen proficeret, ad orationem se convertit nec fides vindictam distulit. (17) Statim ex vicino ferus ursus exsilivit, tres illius equos interfecit nec sic a duritia resipiscit. Sequenti vero nocte duplicavit ultor perniciem. Sex iumenta interemit nec sic quoque poena suffecit. Tertia idem nocte novem vehicula prosternit triplicatum cadaverem: sic labor crescebat

---

1 innocuntum *P* erat] sane *add.* G^2 ante] hoc ante *G* fecisse] factam pro eo G^2 2 contigerit] per incrementa denique uirtutum ad meliora quotidie prouectus, litterarum studiis a dulcissimis parentibus est traditus, ut deinceps in dei laudibus haberetur dignus *add. X* 4 parentis] propinqui G^2 suam] eius G^2 5 ampulla *G* altera *G* 7 ampullulam pariter mutat G^2 uinumque G^2 uenenum uero dat G^2 8 interitum] *P, rhythmo firmatum* 10 sollite P^1, solute P^2 et *P* 11 signum tamen *P* 12 scupilionem] *P*, scop. *rell., cf. V. S. Paterni c. 3. 14* lausia (*G*), *cf. Hugo Flav. chron. lib. I, SS. VIII, p. 338* 15 tria lustre *P* agripino] *PG, cf. carm. III, 14, 3* 16 synforianum *semper PG*, synphoriane *libri plerique carm. VIII, 3, 160* 20 reficerent P^2G insurgentibus] *cf. Greg. Tur. in gl. mart. c. 9* 21 cellula *G* ipsum orantem *P* 22 saumariorum] *cf. Du Cange Gloss. ed. Henschel tom. VI p. 25* 24 miraculo] cuius bonis operibus inflammatus episcopus sanctum uirum neque adhuc ista recusantem, quem etiam praedicabant daemonia, in custodiam trusit. cui fateor nutu diuino aperiebatur ergastulum, sed non hinc egrediebatur, nisi supplex et episcopalis daretur praeceptio *add. Surius et Boll.* ita *P* 25 manifestare] *P* 26 quamdam uicce P^1 33 parte? P^1, parti P^2 38 triplicato cadauere *G*

in cladem. (18) Dehinc ad beatum virum tardius dirigit puerum, agrum reformat invasum, calamitas conpescitur. Id actum est, ut bestia castigante homo sensum acciperet et daret non intellegenti belua rationem.

VI (19) Dehinc beatus Agricola Cabilonensis episcopus habens cubicularium graviter vi febrium fessum, qui distinato animo totus pendebat in transitu, dirigit ad sanctum virum intercedendi suffragium. (20) Tunc perceptis apicibus basilicae sub porticu ad sancti Synphoriani sepulchrum progreditur. Interea vir iustus orationi incubuit, terram corpore premens et sidera mente transcendens, et quasi ante se habens praesentiam domini pro voto supplicis obsecrator accedit. (21) Nam mox vicini redemptoris auribus exauditur, et adhuc isto recubante in pulvere, aegrotum medicina perfudit, ac iusto iacente in pavimento, languidus surget de lectulo, ante currente medella quam peroret qui supplicat, ita ut portitori redeunti obviam puer occurreret cui parabantur exsequiae, ut non esset ambiguum eadem hora languidum saluti fuisse redditum qua vir beatissimus fusus orasse conperitur.

VII (22) Nec illud omitti convenit quod ad domum Aebronis pro fide iusti conlatum est. (23) Cuius ingrediente domum, Anna matrona proclamat rem mirabilem se videre. Inquisita a coniuge quid esset quod inspiceret, ait: Ecce beatus Germanus cornuta facie mihi videtur incedere, quod paene vix valeo aut intuere lumine aut sermone conferre sanctum virum novo more cornibus radiantem. (24) Consternataque mulier hominem nostro tempore in figura Moysi potuisse conspicere, credendum, quod et iste post conloquium domini potuit a muliere cornu exaltatus agnosci. (25) Cuius causae pavore Aebro eadem die iuxta sanctum sedere nullatenus praesumpsit duplice pro merito, maerore pariter et terrore.

VIII (26) Contigit ut pro villis Augustidunensis ecclesiae Theodoberto regi Cabillone occurreret. Memor sancti Synphoriani in ingressu palatii ita spiritu dei redundante locutus est, ut ante rex annuerit quam verba petitor explicaret. (27) Cui et ore prophetico finem dixit de transitu. Quod paucis interim diebus dum ad Remus remeavit, in ipso itinere rex extrema sorte defecit, quasi sancti viri sermo dictus fuisset ab angelo.

IX (28) Et quoniam beatissimo erat familiare in basilica sancti Synphoriani soli vigilias ducere, euntem eum monachus Silvester prosequitur. Et ingressi pariter ad sancti martyris tumulum, circa noctis medium ab altare tumultum frequentantem rumores accipiunt, tamquam si ad rapinam collecta curreret multitudo. (29) Credens enim vir dei versari latronum incursum imperat monachum ante sepulchrum psallere, ipse vero accedit ad altare. Dehinc illa turba ad monachum quo psallebat alacriter properat. (30) Quo mactato graviter et in terra proiecto ac semivivo relicto veloces effugiunt. Qui vix voce flebili cladem suam replicans, a daemonibus se caesum gravi congressu confessus est.

X (31) Accidit ut Sabarici famulus Aesarius nomine ad virum de quo loquimur iniuriam passus confugeret, supplicans ut quolibet pretio eum de insolentis domini servitio liberaret. (32) Quod indignatus Sabaricus pro Aesario et coniuge vel unico eius filio octoginta solidos pretii nomen petiit, quo minus pontifex ut famulos servile dic-

1 dehinc] post haec G^2 2 castigantē P^1 3 baluae P^1 5 direxit P^2 6 suffragio *G* tunc] qui G^2 9 accedit**, *ras.* ur? *P* 11 ante currentem medillam *P* 13 ut] et G^1, quatinus G^2 19 consternataque] mirabatur *add. vulg.* 20 moysi] *cf. carm. II, 9, 72* ** credendo. quod, *ras.* in *P* 22 nullatenus ***, *ras.* non *P* 24 theodoberto] *PG, cf. carm. II, 11, 15* caballonne P^1, caballone P^2G 27 ad remus] remis G^2 28 defecit] *cf. Greg. Hist. Fr. III, 36* qua G^1 sancto uiro P^1 30 beatissimo] uiro *add. G* 31 eunte eo *P* seluester *P* 32 medio *P* rumoris *G* 33 collectam *P* 36 terra] *P* uelocius *G* 39 iniuria *P* 42 quo minus] comminus *P* pontifex ut] *erasa G* famulus *P*

tione laxaret. Tamen hoc non dubitavit misericordia iusti vel perquirere vel donare. (33) Quo pretio persoluto, contigit ut ante basilicam saepe dictus Sabaricus praeteriret et nec tamen oratio quippe occurreret. Qui domum suam ingrediens statim adfligitur, ligatur et catenis revinctus ad sanctum perducitur. Neque sic a pio viro misericordia tollitur, sed statim missa prece eius obtinente fide purgatur. (34) Tunc adiecit Sabaricus adhuc viginti aureos ad pretium quod acceperat et de centum solidis crux ad sepulchrum beati Synphoriani ab ipso suspensa est, quae usque hodie res est in testimonio. (35) Qua occansione filii vel filiae ita sancte conversati sunt, ut per monasteria nunc regant agmina monachorum. Quae causa modo mirabile profuit patri vel germini, ut parvum genitoris flagitium posteris transiret in lucrum.

XI (36) In pago Alisiense res gesta est. Coniunx inlustris viri Vulfari Destasia nomine vitalis spei distituta solatiis, linguae carens officiis, per biduum iam muta, spiritu deficiente decumbens, adparatis exsequiis iam palpitabat exanimis. (37) Cui eulogiis per presbyterum suum directis et, violenter adapertis praemortuae dentibus, in ore transiectis, mox ut fauces semivivae liquor benedictionis introiit, statim incipit praemortua vitae flatibus anhelare, oculi nece perclusi lumen diei requirere, ut post funereum pallorem facies in ruborem transiret, donec cunctis stupentibus vivificata consurgeret et circumstantes auctorem muneris gratiam praedicarent. Quae singulis annis tributum vitae solvit pro pretio.

XII (38) Ceterum revelationum suarum quis scrutator introeat, cui ante quattuor annorum curricula ipsa episcopatus sui causa non est abscondita? (39) Itaque positus sopore inspicit a quodam sene claves sibi portae Parisiacae porregi. Interrogans quid hoc fieret, accepit in responsum, ut salvas eas faceret. Quod post civitatis eius episcopo decedente, dum praecellentissimo regi Childeberctho occurreret, in eius electione effectum illa vox meruit. (40) Ordinatusque pontifex qualis quantusque se gesserit, hoc expedire lingua mortalis non sufficit, quoniam supra hominem fuit omne quod edidit. Denique adeptus gradum curae pastoralis episcopus, de relico vero monachus persistebat. (41) Hinc se frequentantibus exercebat vigiliis, inde continuatis macerabat inediis. Pernoctabat algida senectus per hiemem sustinens dupliciter frigus aetatis et temporis, quod nec tolerare possint potolenti iuvenes, se ipsum pene obliviscens pro victoria corporis, tamquam si simul accessissent dignitas et necessitas. (42) Quae vero eleemosynae tam de rebus ecclesiae quam populi oblatione vel regio munere per manus sancti factae sunt, solus ille qui omnia scit et novit et numerat.

XIII (43) Denique quadam vice praecellentissimus Childebercthus rex cum ei direxisset sex milia solidorum pauperibus eroganda, expendens tria milia revertitur ad palatium. Interrogatus a rege, si adhuc resideret quod egenis tribueret, respondit medietatem resedisse nec invenisse inopes quibus totum expenderet. (44) Cui rex inquid: Domine, dona quod restitit. Nam Christo largiente quod donetur non deficit. Incidens aurata missoria, argentea vasa comminuens, quidquid primum habuit dans sacerdoti ne perderet. (45) Erat ergo expectanda contentio inter sacerdotem et principem. Faciebant apud se de misericordia pugnam et de pietate certamen, thesauros ut spargerent et de suis talentis egeni ditiscerent, festini ad futura lucra, ut bratheum semen sererent et post messores accederent aurolentam per segetem: ut sacerdos locupleta-

---

3 orationi P^2G^2 quippe] *P*, quoque G^2 6 soledos *P* 7 hodie] hodiernam diem *G* 8 conuersi *P* 11 uulfarii *G* 12 biduo *P* 13 palpetrabat P^1 euglogias? P^1 15 liquor] P^2G^2, ligor P^1 17 funereo pallore *P* 18 gratia *P* 22 porgi P^1, *corr.* 23 in] *om.* *G* responsis P^1, *corr.* 24 childeberctho] *scripsi, cf. carm. VI, 2, 13,* childeberto *semper PG* electionem *G* 27 relico] *P*, *cf. ind. carm. VI, 8* uero] *eras.* *G* 28 frequentibus G^2 30 possit P^1, possent P^2 33 scit] sicut *P* numeret P^1 38 defecet P^1, deficiet P^2 43 mes P^1, messē P^2 acciderent *PG* aurolenta per segitem *P*

retur regalibus thesauris et in regem floreret gratia sacerdotis, qui suum solum hoc credidit quod nudus aut egenus accepit.

XIV (46) Sed revertamur ad ordinem. Quidam in Exona vico de fiscalibus famulis Gildomeris nomine cum die dominico quiddam operatus sit, ita contrahitur digitis, ut unguium acumen partem transiret in alteram. (47) Qui Parisius sancto viro occurrit in oratorio, et oratione data, manu peruncta oleo, ungues de palma retractae sunt, digitis redditur organum et in antiquo officio nervorum tela retexitur. Quem clericum post effectum et ut integrum salvum faceret peste liberavit et crimine.

XV (48) Rursus quaedam mulier nomine Favonia in urbe Parisiaca per novem dies percipiens nihil praeter pulticulam, ore aperto inhians sancto viro oblata est. Quae velut ferro opposito nulla lege poterat iungere dentes aut labia. (49) Quam in oratorio sacro perunguens oleo, palpato undique capite sine tarditate saluti restituit.

XVI (50) Accidit ut puella quaedam de domo Medardi Meglidonensis familiae filans die dominico contracta manu damnaretur supplicio. Qua contacta oleo virtus infudit remedium. (51) Hinc stupentes digiti vigorem pristinum resipiscunt, oblitum artis officium reducti articuli meditantur, manus ramosa distenditur et purgata vitio dextra saluti reducitur.

XVII (52) Recte creditur inserendum illud quoque miraculum. Bobolinus quidam de vico Noviomo vehementer inimici pervasus insidiis, ad hominem dei vinculis nexus adducitur, rebelli spiritu rotatus excutitur nec lassatur. (53) Qui exorante sancto viro quasi de longo itinere ad se suamque mentem septimo die revertitur. Sic dupliciter liberato dum fugit umbra de sensibus, catena cadit de manibus, sanus redditur et solutus.

XVIII (54) Hoc etiam memoriae iure perpetuo est tradendum. Quidam ex Nantharici familia, separatis ab invicem maxillarum iuncturis, ore aperto ad virum beatum perducitur. (55) Quem signo crucis inpresso et sanitati reddito vetuit, ne acciperet vini potum aut carnis edulium. Qui praecepto postposito ad normam sui languoris statim reductus est. (56) Sed ne praevaricantis neglegentia iusto subtraheret gloriam, in Spedoteno villa rursus ei oblatus est. Cuius loca maxillarum sancto perunguens oleo ac beatis manibus mentum adstringens et labia, Christi nomine invocato concussa sanctis digitis ad se iunctura revertitur, suae fidei merito salvus domum reducitur.

XIX (57) Item faber Ligerius nomine turbolenti daemonis arreptus insania, ita bestiali feritate proruperat, ut catenis collo manibusque revinctus vix ad beati viri traheretur praesentiam: inde miserabilior, ut qui sustinebat ab hoste violentiam ipsi adderetur altera poena per vincula. (58) Quem tamen sacerdos dei apud se imperat detineri: et sicut septimo die deus quievit ab opere, ita et opera dei transacta ebdomade eripitur a daemone. Et sic in propria redire securus meruit liberatus ab hoste.

XX (59) Waddo vir inluster consilii regis particeps typum dupliciter incurrens febris et frigoris, expurgandus sancti viri praesentatur obtutibus. Interea hora solita febre concussus gravissima, ut refrigeraretur vel aqua instanter expostulat. Qua sibi denegata in sancti pontificis insolescit iniuriam. (60) Vir tamen dei contentus ut obtineret victoriam, oratione explicata potum ei donans in calida, hominem revocavit salutem ad pristinam et inminens periculum tali curavit antidoto, febrem curans per calidam.

---

1 hoc] esse *add.* *G* 4 gildomires P^1 quid P^1 8 integre *G* 11 potuerat *P* 13 miglidonensis *G* familia P^1 15 hic *P* 21 dupliter P^1, *item infra* 24 nantharici] *PG*, *an* Nemptodori? (*Nanterre*) *Mabillon, sed homo erat* 25 aperto ore *P* 26 signum *P* 31 salua domo P^1 33 reuinctis *P* 37 et sic] sicque G^2 redire] G^2, sidere P^1, residere P^2 38 uuaddo] *cf. Greg. Hist. Fr. VII*, 27 40 degata P^1 42 dans P^1, *corr.* homini P^1 43 calida P^1

XXI (61) Nec illud est praetereundum similis causae miraculum. Reginae Chrodosinthae minister Vlfus nomine typo vexabatur gravissime, poscens suffragia medellae perrexit ad pontificem. Quem vir dei constanter ducit ad baptisterium, sed exorante sancto coepit adfligi gravius in proximo liberandus. (62) Postulat ardens et aestuans aquae modicum sed negatur. Qui fellis amaritudine suscitatus acerrime balteum suum ad sancti vestigia proiecit clamans: Tu me domine interficis, cum sanare debueris. Sed hoc tibi notum sit, quia per te morior. Vita mea a te erit requirenda a rege vel a parentibus. (63) Interdum prae calore per baptisterii pavimentum volutatur, orante beato viro in sopore convertitur et aliquantulum post somnum excitatus ab ipso in omni incolomitate languidus reformatur. (64) Inquisitus a pontifice, cur tantum locutus sit ad iniuriam sacerdotis, respondit solum ei gratias referens, nihil se de suis verbis recordare confessus est.

XXII (65) Praecellentissimus Childeberchthus rex cum equum necessarium ad sellam beati viri donasset vehiculum, rogat ipse qui dederat, ut eum sibi retineret nec cuiquam tribueret. (66) Interim beatus vir postulante captivo equum donat in pretio, quoniam apud pontificem plus fuit quam illa regis vox pauperis. Iubet igitur ut quindecim eum venundaret solidis: quem pauper ipse cum duceret, negotiator occurrit, emit praedictum equum duodecim aureis. Quo empto negotiator adducit ad stabulum. (67) Sed quoniam minus dederat quam vir dei praeceperat, equus sub nocte moritur, ne sancti verbum iret in cassum. Vnde sequenti die sellarem de stabulo iunctis bubus extinctum retraxit emptor mortuum vehiculum. Qui versa vice capistro non capite sed pedibus adligatus educitur.

XXIII (68) Est operae pretium illud memoriae tradere, qualiter sacerdos Christi solitus erat de ipsis quoque regibus triumphare. Igitur cum glorioso Chlodchario regi occurrisset ex solito nec tamen de sancto viro stante ante palatium ei fuerit nuntiatum, mora facta ante vestibulum non repraesentatus inde domum revertitur. (69) Sequens nox in oratorio vigiliis ducitur, rex dolore atque febris infestatione torquetur. Vix primo diluculo ad domum ecclesiae a proceribus concursatur, poena regis exponitur, ut sua visitatione regi doloris vim mitiget optimates deprecantur. (70) Mox apud pietatem iniuriae causa postponitur, qui ante nec nuntiabatur intrat honoratus et exoratus palatium. Rex vix adsurgit de lectulo, caesum se divino flagello conqueritur. Adlambit sancti palliolum, vestem sacerdotis deducit per loca doloris. Culpam confessus criminis, mox dolor omnis fugatus est. Idque actum est, ut cuius incurrerat de contemptu periculum sentiret tactu remedium.

XXIV (71) In pago Parisiaco Vico Novo res gesta est. Quidam in eodem loco impetu lupi rapidi laceratus, extra sensum effectus beato sacerdoti miseranter oblatus est. (72) Hic ad illa suae artis recurrens suffragia, mox brachio olei benedicti liquore circumlito et sacris eo digitis medicabiliter adtrectato, pestis illa quae viscera dolore grassante pervaserat loca fugit obsessa: iam putredine resoluta, vigore pristino restituto, sine cunctatione velut experrecto de sopore dolor recessit, mens rediit.

XXV (73) Item de vico Mantola Waldulfi cuiusdam ancilla anno et novem mensibus gravi caecitate percussa, per soporem admonita, ut fimbriam sancti si tangeret mox visum reciperet, die quadam sacerdoti occurrit: sed multa nocte circumdata ita con-

---

1 chrodosinthae] *G*, chrodosintae P^1, chrodisindis P^2, chlotsinda *Greg. Hist. Fr. IV, 3* 9 sopore] *P* 12 est] *eras.* G_2 15 pretio] interdictum G^2 quoniam apud] quoniā pod P^1, *corr.* 16 illa] *eras. P* 19 quam] quo P^1, qua P^2 20 incassu P^1 24 chlodchario] *PG*, chlotharii *carm. VII, 16, 33* 25 palacio *P* 26 repraesentatas P^1 29 regis (*P*) uim] *eras. P* 30 quo P^1 31 assurgens G^2 32 palloum P^1, pallium P^2 36 rabidi G^2 37 artis suae *P* 38 eum — adtrectatum *P* 39 uigori pristino sine cunctatione restituitur. ac uelut G^2 restitum P^1, restito P^2 40 experto *P*

strictis luminibus, ut unde oleum benedictum iniceret luminis aditum non praestaret. (74) Tamen perunctis palpebris desuper et loca reliqua capitis, oratione data, pane et sale signato mulieri praecepit ad mansionem se condere. Ipse a primo somno in oratorio pervigil, circa medium noctis mulier clamat hospitem se lacrimare profuse. Tum accenso lumine ab oculorum conpage cernit manare sanguinem. (75) Quae cum eodem cruore mane ad sanctum rediit, sed et ipse cum aqua palpebras fovens et abluens, orationibus additis oculus unus apertus est, deinde altero peruncto mulier domum revertitur. Dehinc eadem sub nocte nimium fuso sanguine, adpropinquanti die sacerdoti se obtulit. (76) Qui cum de regis occursu domum reverteretur, ingressus in oratorium, statim mulieri alter oculus aperitur et praestante domino gemello videre se lumine gratulatur.

(77) Magnofledis puella cum talibus decepta inluderetur insidiis, ut quotiens ad XXVI
ecclesiam voluisset accedere gressum facere non valeret, servo dei in villa Savara praesentata est. (78) Confestim ut sancti manus super caput puellae titubantis inponitur, tali investigatione occultus hostis detegitur et se diu latuisse multo gemitu confitetur nec in beati praesentiam clamat proprio se posse celare praestigio. Ergo ita se proditum et egressurum gravi ardore conqueritur. (79) Interim non cessante sacerdote manu crucem depingere, expectantibus omnibus in muscae similitudinem prorumpens, cum sanguine de naribus mulieris inimicus egressus est. Quam sanitati restitutam, monachale veste mutatam, dei servitio traditam bis triumphare fecit, hoste victo vel saeculo.

(80) Quid illud quod sine mora curavit debilem dexteram? Cum ad festivitatem XXVII
sancti Martini Turonis accessisset, egresso de monasterio offert se mulier barbara manu nervis adtracta, postolans medicinam. Quam sub casula receptam suo sputo inlitam velut sparsum farinae collectum commacerat. (81) Hinc resudante dextera digitus tendit et replicat, torporem veteratum ad vivacitatem resuscitat, et priusquam veniret ad beati Martini ianuam, digitis suis extensam reddidit incolomem dexteram. Quam mox sentiens esse directam mulierem a se repulsus est ingressus basilicam.

(82) Deinde egrediente de praedicta basilica, cum se ad mansionem servus dei XXVIII
reciperet, offert se manca altera palma digitis adfixa, quae prius tacta de saliva, dehinc oleo peruncta peregrinae sanitati de praesenti est reddita. Nam causas infirmitatis hoc erat sancto viro curare quod tangere.

(83) Erat sane mirabile, quotiens famulus dei ad Augustidunum voluisset acce- XXIX
dere, mox ad sanctum Synphorianum daemones nuntiabant. Et occurrentes per Murvinnum fletu gemituque clamabant: Vir sancte, si de locis cultis nos inconsideranter repellis, vel habitare concede silvarum per solitudinem, ut liceat miseris per deserta securos errare. Ante tuos oculos nec corpora nos celant nec nemora. (84) Qui deflentes et sancti non tolerantes praesentiam admota eius dextera de obsessis corporibus passim vertebantur in fugam et de salute populi proiecta daemonia lamentabant.

(85) Producatur in medio nobile illud miraculum. Cum regrederetur pontifex de XXX
sancto Synphoriano, castello Avallone iter agens ingreditur, ubi reorum multitudo tenebantur ergastulum. (86) Hinc a Nicasio comite invitatus ad prandium vir dei

1 aditus *G* 2 reliqua capitis loca *G*[2] 8 adpropinquanti] *PG* 9 ingressus in oratorium] *P*, quo ingresso oratorium *G*[1], ingressus oratorium *G*[2] 10 se uidere *P* 12 magnofiidis *P* 13 accedi *P*[1] regressum *G* 15 hostis] *P*, hospes (*G*) 16 praesentiam] *P* 17 cessanti sacerditi *P* 20 manachili *G*[1], monachali *G*[2] 23 turonus *P* 27 redd& *P* 28 sentiens esse] sentisse *P* repulsus est] *P*, repulit *G* 29 egrediente] eo *add.* *G*[2] 30 palmam *P*[1] qua *G* 31 peregrinae] *P*, peregrina *G*, pristinae *vulg.*, *cf. carm. II, 16, 156* 33 quotiens] quia quotiens *G*[2] agustiduno *P*[1] 34 muruinno *P*[1] 37 quae *P*[1] 39 lamentabant] *PG*[1], *cf. carm. app. 1, 19* 40 medio] *P* 42 tenebantur] *P*

coepit de misericordia habere conloquium, ut datis fideiussoribus relaxarentur de vinculo et partem culpae cederet pietatis intuitu. Quod ille facere distulit obstinato spiritu. (87) Vnde antequam perpranderet, se de mensa sanctus proripuit et carceri subterraneo superiectus diutius oravit cum fletu, ut divino conferretur auxilio quod a temporale iudice non esset obtentus. (88) Sic cursus ille lacrimarum per aera surgit in caelum et gemitus pervenit ad votum. Itaque deputatur angelus ad effectum. Dehinc vir venerabilis spem promittens inclusos ortatur. Nec perdit sermo, quod loquitur fide gestis inpletur. (89) Eo discedente mox catenarum bacae franguntur, vinctae iannae reserantur, dies in carcerem reducitur, damnati de tenebris in lucem procedunt nec diutius poena tenuit quos torqueret. (90) Sic erepti Parisius occurrunt pontifici qui periclitabantur inclusi. Sed ut culpabilibus aliquid plus conferret, a rege quidquid fisco pro his debebatur obtinuit.

XXXI (91) Dehinc ad sanctum virum Nicasius cum vellet occurrere et iam praesentatus, mox gravissimo casu in terram prostratus est, et paene omnibus salutis distitutus solatiis, ipso sancto intercedente, homini disperato virtus et sensus regressus est. Mox balteum quo cingebatur et spatam pro munere beato Germano contradidit, quod ipse comes dato pretio post redemit. (92) Id actum est, ut quod prius incarceratis concedere distulit hic duplicato foenore debitor conpensaret et aucta dote damna sarciret, prius pro eis differens, post et se ipsum redimens: ante nec illis pius, modo et de se trepidus didicit casu proprio aerumnis succurrere alienis.

XXXII (93) Prorsus illud stuporis retexatur in pagina. Eunte sancto viro ad beati martyris Synphoriani occursum, dum de vico Cervedone in Murvinno progreditur, habitatores loci occurrentes suggerunt, ut segetem Panitiae mulieris viduae nihil habentis residui, quae ab ursis vastabatur, visitare praeciperet et sancto suo adventu repelleretur incursio. Qui concitus ministris inridentibus ad locum perducitur et oratione data desuper fecit signaculum. (94) Hinc instinctu divino in parentales bestias feralis ira succenditur, odium nascitur in affectu, in pace pugna committitur. Furore bestiae bis armantur, statim praefocatur unus ursus ab altero et ipse qui restiterat, dum vellet foras egredi, saepis palo transfoditur. Sic utrique vastatores uno momento perimuntur et ipsi sibi confestim arma mortis effecti sunt. (95) Post ipsi redeunti mulier pelles ursorum obtulit ex studio et quasi victori suo repraesentat spolium, quod tamen omnino ipse recusavit accipere: et qui prius riserant paenitere coeperunt videntes miraculum.

XXXIII (96) Et quoniam de dei dono non debet esse fastidium, illud etiam breviter ducimus explicandum. Beretrudis quaedam mulier Munsvinthi matrona dum tempore laetaniarum praecaecatis oculis non posset ire cum populo, audiens chorum psallentium cum lacrimis domni Germani inplorat auxilium. (97) Tertia sequenti nocte per soporem visus est ei vir beatissimus adstare prope lectulum et quasi caecis oculis fecisset signaculum. Evigilans mulier marito narrat quae gesta sunt. (98) Mox stillante sanguine dies oculis redditur et diuturnum post nubilum lumina sereno radio micuerunt. Clariscente quoque die ad missam cum populo progreditur mulier in processu, ita ut sancti viri sic visa per somnium esset imago remedium.

XXXIV (99) Adest nec minus laudabile reddita vita infantulae. Cum in Turonico inlustris viri Pienti matrona expositae filiae lamentaret extrema et obseratis oculis nec

---

2 cederent *P* 4 subiectus *G*[1] conferretur] *P*[2]*G*[2], confereretur *P*[1] 5 esset obtentus] *PG* = obtinuisset 8 bacae] *cf. Greg. M. S. Mart. I, 23* uictae *P* 9 prodeunt *P*[1] 11 culpabilis *P*[1] 13 uellit *P*, *item infra* 14 distituto *P* 15 ipsum sanctum intercedentem *P* 17 concere *P*[1] 19 nec] *PG* 22 moruinnum *G* 23 paniciae *G* 24 qui *e corr.* *P* et] uel *G*[2] 25 concitem *P* 28 pręuocatur *P* 30 post ipso *G* 34 donum *P* XXXII *ante* illud *P* 35 matronę *P*[1] 40 diuturno *P* 41 missa *P*[1]

anhelitum mobilem respiraret infantula, ad sancti viri praesentiam tota committit praesidia. (100) Qui per missum invitatus, quantum valet ad conclamatae puellae cadaverem properat. Exceptus multis fletibus deplorante familia adpropinquat subsellio, quo iam rigebat infantula. Caelum vim facit questibus. (101) Fere transacto inter haec unius horae spatio mobili singultu flatus puellae reducitur, viscerum vitalis calor per membra diffunditur. Dehinc paulatim animata potum poposcit, ut biberet. Tum a beato viro pane signato vel calice degustato infantulae revocatae de funere totum vertitur in salutem. Quae post in monasterio beatae Radegundis felicioris vitae terminum consummavit.

XXXV

(102) Quidam clericus deiuxta monasterio beati Silvestri in Ternoderinsem cum die dominico, ut loquimur ex consuetudine, caligas circinasset, debilitatem manuum vel pedum incurrit. Sed de beato Silvestro gressus recepit officium, per soporem admonitus occurrit sancto Germano poscens salutis conpendium. (103) A quo interrogatus causam culpae confessus est. Tum imperat clerico ut clamaret per populum, ne quis temere die operaretur dominico. Quo quinto die transacto, superfuso oleo debilis palma redigitur et ad propria eundi cum libertate dimittitur.

XXXVI

(104) In pago Amoniense quod gestum est replicetur. Roteiaco villa Parisiacae ecclesiae septem ei viri debacchantes oblati sunt. Quibus curatis unus qui graviore vexabatur spiritu cum exire cogeretur, homini dei professus est, expulso se de illo loco gravem lamentationem Parisiacis facere. (105) Tunc fugata pestis de sancti Germani transitu famam fudit per populos et pastoris pro obitu gregem movit in fletu. Qui tamen inerguminus etsi seminavit mendacium, expulsus non defendit obsessum.

XXXVII

(106) Et quia iusti opera crescere cogebant miracula, item in praedicto loco offertur ei paralyticus, membris dissolutus, carpento subvectus, gressu distitutus et actu. Quem sanctificati olei liquore perfuso, cum cutem summam tetigisset, vigor medullas introiit. (107) Dehinc redivivae manus ad usum mobilem redeunt, thorace pectoris vitali adpulsus fit fortior, genua columnaris inbecillitas roboratur, plantae solidatae baside subriguntur. Inter haec tota membrorum fabrica reparatur: qui sanitate recepta, redeunte sancto viro, occurrit in itinere praeparato exenio, gratias Christo referens de reddito corpusculo.

XXXVIII

(108) Nec hoc praetereundum est, qualiter simile merito claruit virtus in altero. Igitur Emmegiselus de vico Bucciaco quidam puer admodum parvulus membris paralyticus in cella Parisius ad sanctum virum manibus baiolantium delatus est. Nec dextra vigens mobile nec planta surgens stabile nec lingua sonans volubile, totus debilitatis marcore captivus, quodammodo sine naturae ordine in rerum natura praefusus. (109) Quem continuatim per triduum sacro liniens oleo, sanitati restituens uno sub momento voce, manu, vestigio, cunctos stupor amplectitur, clamor in caelo educitur, omnem artem medicorum sanctum superasse Germanum.

XXXIX

(110) Item de vico Bucciaco quidam occurrit Parisius ita manu contracta, ut un-

1 mobili *P* 2 cadauerem] *P*, *cf. p. 21, l. 33* 3 subsellium *G* 4 rigebat] *G*[2], regebat *P* infantula] *in mg. add. P*[2] caelo uim faciens *G*[2] transactum — 5 spatium *P* 6 defunditur *P* 8 rathegundis *P* 10 ternoderinsem] *P*, ternoderinsim *G* 12 incucurrit *G* officii *P*[1] 16 redigetur *P*, redditur *G*, dirigitur *Mabillon* redeundi *P* 17 roteiaco] *PG*, rotegiaco *vulg.*, *cf. p. 22, l. 24* 20 parisiacis] se *add. G* 21 fama *P*[1] 22 fletu] *P*[1] 24 idem *P* 25 distitus *P* 26 cutes summa *P* 27 mobili *P*[1] 28 adpulso *G* genua] *PG*, *est acc. graecus*, genuum *Mabillon coniecit* 29 baside] *P*, basi** *G*, *cf. carm. VIII, 12*[a], 2 31 reducto *P*[1] 33 buciaco *P* 34 sella *vulg.*, *cf. p. 20, l. 41* est] per triduum uoce, manu, uestigio, stupore concutitur, rumor in partes tollitur, gratias creatori referentes hominem a quo morbis iugiter et mortibus imperetur *add. P*, *e sequentibus repetita*, *cf. p. 19, l. 37 et p. 20, l. 29* 36 quodammodo] quod ad modum *P* perfusus *P* 38 cunctis *P* caelo] *P*

guium acumen palmam foraret in intima. Qui tantum oris sui ducta saliva pollice nervorum distensionem, manus reformat imaginem.

XL (111) Retinet eius laureas et pagus Bituricus. Igitur pastor bonus cum de vico Novigento ad Vicum Novum visitandi gregis cura solita pervenisset, offert se quaedam vetula annorum bis quaterna gerens in caecitate curricula. Cuius super oculos signum nostrae redemptionis sacerdos inponens, imperat ut sequens iret qua pontifex pergeret. (112) Altera quoque die cum praedicto occurreret ei ex inproviso, sanguine manante de lumine largo fonte salutem suam oculi lacrimabant. Quae inter reliquos adstantes a sancto viro conspicitur. Qui tollens se de consessu mulierem vir dei trahet in diversorio, quo sibi erat cubiculum. (113) Cuius lumina aqua tepida suis manibus abluens diem refudit in oculis. Quae mox lucem inspicit, sancti viri digitos insatiata gaudio suis inmersit faucibus, pariterque ministris conpunctione deflentibus videre se hominem, qui caecis pro pecunia in domo lumina dispensaret. Sed haec in cubiculo praesente me gesta sunt.

XLI (114) Cum ad possessionem ecclesiae quae dicitur Inaethe sacerdos accederet, quidam ei fit obviam conquerens de quadam villa se solum incolomem esse, universos vero accolas gravi taedio laborare. (115) Cuius eulogiis ad infirmos portatis statim ab aegrotis languor omnis fugatus est et primo gustu eulogiarum morbus cum pane consumptus est. Sic fuit ab illa turba cum esca sanitas manducata.

XLII (116) Item cum Parisius ad basilicam beatae crucis vir dei procederet, mulier parvulum in albis ultimo flatu palpitantem et iam migraturum ante sanctum exposuit dicens: (117) Pie pater, si velles ad lamentantem respicere, mater flebilis non orbarer, neque hinc discedere male plenam gemitu vacuatam de fructu. Nisi festines succurrere, vides infelicem extorquente morte rapi natum ab ubere. Aut filium restitue aut pariter cum ipso funeraturam me obtine. Indulge, pastor, miserae, quam suus dolor facit audacem. (118) Qua flebiliter poscente, mox ut beati dextera supra expirantem signum crucis inpressit, quasi vigil de sopore lactem matris expetivit qui iam frigebat in funere. Ita momento temporis filius de mortis fauce, mater tollitur de maerore. (119) Hinc circumstans populus stupore concutitur, fragor in partes attollitur, gratias creatori referentes de praemio, tempore sacerdotis praecipui, a quo morbis iugiter et mortibus imperetur.

XLIII (120) Deinde accedente in Bradeia vico pagi Parisiaci, missa celebrata, ei in sacrario cathedra deportata offertur paralytica universorum membrorum damnata gerens officia, nullum vigorem retinens plantae vel dexterae. (121) Mox habens in eo fiduciam qui dona sibi larga praestabat, eam ut vitalis olei benedictione superlinivit, statim morbus excluditur, salubris vigor inlabitur recreatisque visceribus melius renascitur saluti quam germini, plus adquirens ex munere quam sumpsisset origine, ita ut suis postea manibus tunicam sancto faceret quasi adquisitae tributaria medicinae.

XLIV (122) Tradidit memoriae quod iuvat in laude. Itaque Audegiselus maior domus regiae cum quartano typo graviter ageretur, occurrens beato viro, fidens de beneficio. Homo dei in sua cella deputat et cum uno diacono residere iubet inclusum. Tum anxius et ieiunans minister, quid faceret excogitat trepidus unde curaretur infirmus.

---

1 quo *P* 3 bitoricus *P* 4 nouiento ad uico nouo *P* 7 pergit *P* ei] *om.* *P* sanguinem manantem *P* 8 salututem *P* 9 adstante sancto *P* consensu P^1 trahet] *P*, iubet ire G^2 10 diuersorio] *P* qui P^1 11 quam mox lucem ut inspicit *P* 13 dono *P* 15 possionem P^1 16 obuius (*G*) conquerens **************** de *G* uilla] praeteriret *add.* *P* esse] respondit *add.* *P* 17 eoglogias P^1 18 eoglogiis P^1 21 palpantem *P* 23 male] *P*, malles G^2 27 lactem] *P* 28 momenti *P* 30 praecipuo *P* 36 salubrius *P* 37 salute quam germine *P* 38 adquisita trubutaria P^1, adquisitae tributariae *G* 39 XLIII *et sic deinceps* *P* tradidi G^2 audigisilus *G*

(123) Idcirco febricitantem virum dei servi racena undique obvolutum conponit eius in lectulo. Eadem quoque die tacta vestis nobilis quasi impetus fluminis, itaque quartanae febris ignis omnis extinctus est. (124) Et redeunte de prandio, reserato cubiculo sanus surrexit e lectulo, exultante ministro pro sanitatis praemio, tunc sibi resoluto ieiunio. Sic tactu beati vestis salutem operatus est absens.

(125) Exsequamur itineris arepti viaticum. Itaque cum Pictavis vir dei ad bea- XLV
tum confessorem proficisceretur Hilarium, quaedam Baudofeifa de Sene Corbiaco villa inter duos vix advecta ei repraesentata est, quae erat muta, cloda vel manca. Lingua rigebat inmobilis, anhelitu palpitante pars erat tota de funere, ut videntibus oculis relicum esset cadaveris. (126) Super quam misericorditer ut signum sacrae crucis expressit, confestim omnis vigor per membra diffunditur, venarum flexuosi rivuli suscitantur, nervorum inbecillis stupor excutitur, naturalibus motibus ad vitalem usum tota fabrica renovatur. (127) Mox linguae plectrum resolvitur, digitorum glomi tenduntur, pedum basides solidantur totamque viscerum molem hoc fuit apud sanctum vivificare quod tangere. Quae convaliscente medella tertia die civitatem sancto gratias referens suis occurrit vestigiis.

(128) Operae pretium creditur etiam illud inserere curationis praeconium. Pagum XLVI
Vindocinensem vir beatus dum praeteriret, in Rausidonem manendi gratia declinavit, ubi tanti robor benedictionis invaluit, ut stipulam lectuli in quo vir sanctus requievit quisquis fideliter abstulit, donum medellae portaverit et de semine paleae frugem meteret medicinae.

(129) Reddat hic testimonium nobilis facti urbis Namnetum. Quo vir dei acce- XLVII
dens, religioso admodum exceptus obsequio, occurrit ei Tecla Damiani matrona hominis prompti negotiis, supplicans ut virum suum aut ipse pastor aut missi sui requirerent. (130) Quod quia ipsi fuit accessus difficilis, sic cum crismariis suis diaconum dirigens. Qui percurrens ad hominem, ut sibi iussum fuerat, infirmi viscera tangit. Altera die exoratus ipse sacerdos accedit ad debilem, qui duplice sub tortore hinc pressus valitudine inde podagrae vulnere cruciabatur homo miserandus procaciter. (131) Tum sacerdos altissimi infirmum oleo benedicto perunguens, eo momento debilis statim manibus directis longinquo de languore gressu solidato prosilivit. (132) Sed ut duplicaretur in una domo mysterium, quae praecessit in patrem medella perveniret ad prolem, habentes filiam, haec offertur ei puella Maria caeca, surda et muta. Exponunt vivum cadaverem ante sancti vestigia dicentes: Bone pastor, adhuc quod huic languidae medicina restat inpende. Nam tibi credimus reservatum, unde teneres praeconium, ut restituta familia adquirat a sacerdote quod amisit de germine. (133) Tunc pietas insignis advocatur in lacrimis, mox ad militiae suae belliger arma convertitur et ad obtinendam victoriam preces offert fortis orator. Tunc vir beatus surgens ab oratione, oleo benedicto loca perunguens capitis, in trinitatis nomine trino depulso languore, statim patefactis aurium oculorumque meatibus, plaudentibus universis muta loquax effecta est. (134) Quo facto negotiatores civitatis Namneticae

---

1 febricitanti uiro — obuoluto *P*   racena] P^1, lodice G^2, rachaena G^3, *cf.* ῥάχινος *Gloss.*   2 uesti *G*   impetus] *PG*   itaque] que *eras.* *G*   3 quartanis *P*   5 tactus *G*   6 pectauis *P*   7 aelarium P^1 baudofefa *P*   8 cloda] *G*, *cf. carm. III, 18, 16. X, 17, 37*   11 flesuosi? P^1, *corr.*, fluxuosi *G*   12 biuuli? P^1 naturalis *P*   14 pedu P^1 basides] P^1, bases P^2G^2, *cf. supra p. 19, 29*   17 pago uindocenense *P*   18 rausedunem *P*   manens P^1 19 ut] *add.* P^2 20 quisquis fideliter abstulit] *in mg.* P^2 22 urbis] *P*, urb*s *G*   nametum *P*, nammetum *semper* *G*   23 relegiosum — obsequium *P*   dammiani *G*   24 negotii *P*   25 sic] *om.* *G*   29 perunxit (*G*)   30 prosiluit *G*   31 mysterium] et *add.* P^2G^2 patrem] *P*   medellam? *G*   32 habentis filia *P*   33 cadauerem] *P*   huic languidae] ubi languidi P^1 37 conuertur G^1 38 trinum depulit languorem *G*   39 patefactus P^1 40 muta loquax uniuersis *P*

quisquis sui remedium pecuniam ut potuit sancto viro dispensandam pauperibus devote vel obtulit vel direxit.

XLVIII (135) Leudegiselus inluster, iuxta quod ipse professus est, cum aliquis ex familia suae domus incurreret typum cuiuscumque aut aliquid frigoris, lavans illas litteras quas in subscriptione manus sancta depinxerat, quam plures suos hac medella saluti restituit.

XLIX (136) Breviter his perstrictis prosequamur ex reliquis. Cusinus quidam incongrue dum die dominico equo curam inpenderet, missa manu in vulnere digitus eius intumuit. Hinc grassante fervore tota pars brachii relaxatur putredine. Qui per Belsam sancto iterante ut ad domum suam diverteret precibus fusis obtinuit. (137) Mox eius brachium vir dei aqua calida confovit, insuper oleo benedicto perunguens, superpositis caulis foliis mirificus medicus adligavit. Sic quidquid inerat ulceris pretiosa cura restinxit. Post ipse gratias referens sancto viro occurrit tali curatus malagmate.

L (138) Item servus ecclesiae Libanius nomine die dominico saepem inconsulte dum clauderet, manus ei contractae sunt ultione praesenti, qui ad sanctum virum Parisius morbo castigante percurrit. (139) Quem, olei benedicti liquore perfuso, mysterii potius unguento resperso, addita oratione incolomitati restituit.

LI (140) Per singulorum conpendia currant rerum miracula. Namque Andulfus ecclesiae Parisiacae clericus dum die resurrectionis in vineola sua nuces ab arbore excuteret, pro eo quod operatus est in die inluminationis, caecitate percussus est et vultu tenebroso perstitit anni spatium. (141) Dehinc pontifici oblatus et sancto perunguine perfusus, diei rursus redditus et sacerdotis serenum purgavit clerici nubilum. Sic quidquid minister amisit medicabilis praesul obtinuit.

LII (142) Et quia crescunt genera miraculorum per tempora, cum regi praesentaturus vir beatus occurreret villa Roteiaco, clericus ei nequitiae spiritu vexatus adducitur. Vnde expulso adversario, videntibus circumstantibus velut avis parvula de capite inerguminis umbra fugata egreditur. (143) Quam dum reliqui per domum volantem insequerentur, ipse sanctus suis eam contrivit vestigiis, et cum pede conprimeretur, conversa est repente fallax in sanguinem geminato praeconio, ut nec calcaretur et sui casus indicio multifarius artifex fieret sanguis reus sanguinum.

LIII (144) Producat pagus Vxominsis inter nostra quod suum est, ne teneatur in obscuro posteritati res luminis. Si quidem vir sanctissimus ad villam Tasiliaco cum declinasset itinere, offertur ei mulier cui duplex morbus erat, inde vetustas hinc caecitas. (145) Salutem deprecari verbis trementibus incipit, qua supplicatione motus senis mulieris et debilis, oratione praecedente, oleo superfuso lucernae oculorum reddunt luminis radios et datis specularibus tenebrae fugerunt. Qua inluminata deo reddentes gloriam, per quem Christus operatur adstantes sancti Germani praeconati sunt merita.

LIV (146) Dinumerandi sunt morbi, ut praedicetur fons medici. Daningus Ardulfi filius ita capite, oculis et totis hydropis morbo tensus erat visceribus, ut in utris similitudinem quasi totus venter esset penetratis vitalibus, velut vitrum perluceret infecta cutis intrinsecus. Qui a medicis disperatus ad beati confugit extrema sorte remedium. (147) Quem mox vestibus exuto et sacris manibus peruneto, hydropis inclusus liquor liquore consumitur et aqua infusione olei desiccatur. Sic modo admirabili nec umor foris egressus est nec intus languor retentus est, arte praedicabili umorem ex umore siccari.

---

5 subscriptionem *G* 7 dum] *G*, cum *P*, *cf. partem I, p. 398* equum *P* eius] *add.* P^2 8 belsa *P* 9 iterante] *PG* 11 cauli *P* 12 malagmate] *G*, est maligmate *P*, *cf. carm. II, 4, 15:* tali malagmate inunctis 13 sepe *P*, saepe *G* 14 parius *P* 16 unguentum respanso *P* 20 spatio (*G*) perunguine] *P*, ***unguine G^1, ab eo unguine G^2 21 sereno P^1 25 circumstantes P^1 inerguminis] *PG* 27 conprẹmeret uersa *P* 29 suus *P* 30 uxsomensis *G* 31 posteritatis *P* 38 tenus P^1 40 ab (*G*) beatum *P* 41 exutum — perunctum *P* 42 liquore] liquorē P^1 ne P^1

LV

(148) Item cum ad basilicam beatissimorum Gervasi et Protasi vigilaturus accederet, quidam caecus instititit misericordiam postolare. Cui vir dei praecepit inter altare sanctorum reliquias ut iaceret. (149) Quo peracto, primo diluculo mox super oculos signum crucis intulit, lux effulsit. Et totus labor medici curam virtute crucis inpendit.

LVI

(150) Mulier de Vxominse petens redemptionem a sancto viro, qua sorte nihil accipere meruit. Dehinc Britannus presbyter pro infirmitate rectoris patriae suae benedictionem praedicti et reliquias expetiit. Qui iter suum egrediens mansionem in villa qua praedicta mulier habitabat obtinuit. (151) Quam maritus adlocutus, ut sicut alii et ipsi ad reliquias domni Germani occurrerent. Quae dispexit pro eo quod ei sanctus vir redemptionem non dederat. Sed statim in loco quo stetit velut fixa stipite gressum movere non potuit manibusque contractis ad reliquias sancti manu mariti portata est. (152) Inter haec dicti paenitens miserante pio viro saluti reducta est, confitens eius dispectu sibi repentinum accessisse periculum.

LVII

(153) Et quoniam suo merito semina salutis per quaqua dispersa sunt, contigit ut venerabilis Flameris abba de Canone Toronico manu beati Germani subscriptam accepisset epistolam. (154) Qui cum suum monachum per duos annos febribus decubantem ad lectulum visitaret, requiret infirmus unde venisset pagina. Respondit abba a domno Germano sibi fuisse directam. Quam petiit sibi porrigi. (155) Qui de subscriptione eius lingua detergens litteram, salus descendit in viscera et atramenti pictura cuncta vicit unguenta. Vnde adprobatum est languido recuperato, ut dicamus communiter, de sancti subscriptione sibi sanitatem linxisse.

LVIII

(156) Dehinc cum ad Carnonam castellum accederet, quidam se ei ingerit manu contracta debilis, pro eo quod die dominico aliquid operatus sit. Quem praecepit in villa Cariaco post se festinum occurrere. (157) Quo accedente, dum digitus eius sacro perungueret oleo, subito sicca palma reviriscit ex altera. Adstricta cutis ossibus intercurrente umore relaxavit articulos, iuncturae paene disiunctae retenduntur in digitos, ariditas diuturna suffusa reflorescit in vena statimque vulnere clausa dextera inter manus medici sana redditur et distensa.

LIX

(158) Accidit ut sanctus vir remeans de Namnetico domum Nunnichi inlustris inlustraret vestigio. De cuius veste matrona rapto fideliter filo recondit in oratorio, quae valitudinem inruens vigiliis in honore sancti sollemniter celebratis ac missa revocata de praesenti curata est. Ita beatissimus non solum manu sanavit quod tetigit, sed nominatus curas sparsit.

LX

(159) Attila vir inluster ac regalis aulae domesticus conruens in balneo laeso graviter brachio conputruerat ipsa tota manus ab humero. Qui medico adhibito, dum curam velit inpendere, rupta vena viscerum paene omnis in momento vitae sanguis effusus est. (160) Nuntiatur pontifici hominem esse in funere, pietatis inpulsu occurrit senior, quem lacrimis conclamantum sine ulla spe oculis clausis obpressum invenit expositum. Cuius vix adaperit fauces cum cultelli manubrio, oratione prius data intulit ei in ore paulolum aquae frigidae semel, secundo vel tertio. (161) Interim ipse expectans quis esset rei exitus, adsedit circa lectulum. Transacta fere hora redivivo singultu exanimatus concutitur, molli motu anhelitus evocatus reducitur. Fau-

---

6 uxomise *P* sorte] (*PG*) 7 britannum (britanum *P*) presbiterum *PG* 8 expetit *P* 11 quae P^1 13 potestate P^1, pertracta P^2 14 siue P^1 15 per quaqua] *scripsi*, per qua *P*, per quaeque G^2 ut] *superscr.* P^2 16 toronico] *P* 18 requiret] *P* uenisset sed paginam P^1 19 porrigit P^1 20 discessit *P* 22 subscriptionem *P* 27 articulo P^1 29 medicis P^1 30 nammetico *PG* inluster *P* 31 uestem *P* 33 manum *PG* 35 atilla? P^1 laesit grauiter brachium iamque computrescebat ab humero corrumpens etiam manum G^2 39 spe oculis] speculis *P* 43 examinatus *P* motus anheletu *P*

cium meatus relaxatis visceribus, spiritu intercurrente reducitur, paulatim convaliscens vita de morte revertitur. (162) Dehinc quasi de sopore expergefactus interrogat, ad caput eius quis fuit? Adesse domnum Germanum a circumstantibus dicitur. Postulat manum sancti sibi dignanter porrigi, ita incipiens alloqui: Domne, tu me revocasti longo euntem itinere. Statimque obtulit sacculum plenum pecunia et balteum ampli ponderis, quos pauperibus erogaret mercedem vitae vel gratiae.

LXI (163) Pergens Augustidunum vir sanctus Rotagiaco dum pervenit, conperit ab Abbone quosdam retrusos in carcere. Igitur pro absolvendis supplex tribuno suggeret, sed ille durus non annuit. Hinc ipse cauto consilio dum dicit se campum circumire, currit devotus ad carcerem. (164) Itaque ad exorandum provolutus sternitur, ibique tempore nocturno catenae discussae sunt, validus tormenti rigor ad fragmenta redigitur. Sera gravis inliditur, postis cardine vellitur, feralis carcer recluditur, damnati ad vitales auras quasi redeunt de sepulchro. (165) Ita fit ut ei Rotagiaco matutino tempore ingressi occurrerent et qui sancto non praestitit pro absolutis reis tribunus reus effectus est.

LXII (166) Igitur cunctorum saluti semper instans sollicitus cum Bituricas accessisset pro ordinatione Felicis episcopi, praedicante sacerdote Sigericus quidam Iudaeus fidei sacramento percepto conversus est, habens in Iudaismo Mammonam nomine coniugem. (167) Quae cum de conversione nec mentionem reciperet et per missos beati admonita refugeret, facta ab eo vigilia doctor ipse profectus est. Quae cum beatum virum nec visu vellet intendere, cantato cursu tertiae manum suam pontifex ad mulieris frontem dignanter admovit pietatis ex opere. (168) Statim a circumstantibus de mulieris naribus scintillante igne fumus egredi visus est, ut cunctis clarefieret eiecto insidiatore mulierem usque tunc illum saluti suae repugnasse per obsidem. (169) Tum exhonerata inimici fasce respirans confessa est numquam se prius faciem beati viri potuisse conspicere. Qua petente ac precante effici Christiana in propria domo promeruit et quasi capite subdito exemplo eius multi Iudaeorum conversi sunt.

LXIII (170) Decet hic illud inseri, qualiter peregrinola sit revocata lux oculi. Itaque pergens Augustiduno pro ordinatione Syagrii episcopi, huc inter reliquos cives Florentinus inluster pro consensu dilatus est habens naevum in oculo, speciositate derogans aliquantulum, ne florens haberetur in vultu. (171) Interea dum laudes adclamantur episcopo, a quodam ignorante ex inproviso percutitur eodem in oculo evulsusque de loco coepit supra maxillam dubio pendere cum visu. Qui cursu praepropero ad beatum Germanum cum clamore prosequitur multa concrepitans, ut loqui solet calamitas. (172) Tunc sancti Germani manu lumen in loco reducitur et ab eo ad beatum Symphorianum dirigitur. Qui pro ipso tamdiu vigiliis institit, donec emissus oculus purgata pristina macula, addito beneficio integrior redditur et melius reddit post vulnera quam quod natus fuerat per naturam. (173) Qui Florentinus deinceps Matascone ordinatus est episcopus.

LXIV (174) Quanta vero fuerit virtus eius signaculi, adest inter reliqua res ista testimonii quae producitur in sequenti. Cum de basilica sancti Martini ad villam sanctae ecclesiae Severiaco recurreret, adiungit in itinere quendam Amantium iuvenem, quem deprehendit a Iudaeis duci nexum in ferreis. (175) Requiritur quid fecerit. Puer respondit veraciter ob hoc duci in vinculis, quia se recusaret legibus subdi Iudaicis.

3 a] ad *P* 5 eunti in itinere? *P* 7 agustudunum *P* 8 suggeret] *P* 9 capto *G* se] *add.* *P*[2] 10 carem *P*[1] 12 serra *P* potes *P*[1] 16 salutis *G* bytoricas *P*, byturicas *G* 20 uisum *P*[1] 24 obsidem tum exhonerata] obsedentum exhonorata *P* 26 christiana in] *P*[1]*G*, cum *add.* *P*[2] 28 peregrinolare *P* reuocati *P*[1] 29 agustuduno *P*, agustidunum *G* 30 speciositate] *P*[1]*G*[1] 32 euulsoque *P* 34 multa] se *add.* *P* 36 aemissus *PG* 37 reddit] *PG* 38 matascune *P* 44 in] *om.* *G*

Tunc dissimulabant cum clave Iudaei vincula ferri reserare. Facto a sancto viro desuper crucis signaculo mox ferri sera revellitur.

LXV (176) Itidem cum Parisius ad basilicam sanctorum Gervasi et Protasi orandi causa procederet, ianuis obseratis ingressus illi negatus est. Tunc requisitis clavibus nec ipsis aperientibus sic reseravit pessolum facto crucis signaculo. (177) Stupor animus invasit praesenti miraculo aperire de virtute quod clave duce non potuit. Haec quoque veneranda praesente me gesta sunt.

LXVI (178) Et quia beato viro nullum obstitit metallum, cum ligna, saxa, ferramenta ante ipsum soluta sunt, accidit una dierum Parisius orationem cum daret ad ostium carceris sequenti nocte trusis apparet lumen in carcere. Visus est eis admonere quod foderent, ut foris procederent. (179) Qui dicentes ad invicem domnum Germanum se vidisse et signa singuli referunt. Inventa costa de pecude fodientes amovent lapidem et praedicto amico dei occurrunt ad ecclesiam matutino tempore, cum rediret ad requiem. Sic multis causa salutis fuit imago pontificis et ad vicem beati Petri dedit nostri sacerdotis ipsa figura remedia. (180) Dehinc illis ereptis tribunus civitatis saevire coepit in milites, deputans eorum fuisse neglegentiam quod viro sanctissimo deputatur ad gloriam. Conversa in custodes iracundia iudicis, qui solebant adservare tradidit servandus in carcere et ablatis clavibus iudex fit custus custodibus. (181) Interim vir beatus tribunum vocat ad prandium, ac dum pariter sederent in eodem convivio, ad mensam sancti viri occurrunt et ipsi qui fuerant missi pro reis in conpede. Claves habens in manibus cum tribunus de ereptis vix crederet quod videret, agnoscens se sic custodisse similiter sicut et milites carcerem, data vicissim venia culpa transit in gratiam.

LXVII (182) Inferat Aurilianis nobilem viri praeconium. Qua de civitate vir sanctus progrediens damnatorum voces exaudivit in carcere, quo certe subterraneum habebatur ergastulum. Quo super ascendens et prostratus accubans orationem dedit amicus Christi cum lacrimis. (183) Prorsus obtentu oraculi insequenti nocte carcere patefacto ad basilicam sancti Aniani confugiunt. Et ita beatus pontifex quamvis praetereundo post se reliquit suffragium.

LXVIII (184) Non fastidium sit audire quod Christus praestat fidelibus, dum miraculorum simul virtus crescit et numerus. Itaque sanctissimo occurrit quidam Parisius, cuius quasi pugnus extuberaverat oculus, ut etiam dictus vergeret in ruina post vulnera. Quo rogante vir dei de saliva oris sui oculum inliniens medellam lumini revocavit et gratiam.

LXIX (185) Moverta quaedam Parisius pustulam habens in brachio, cruciata doloribus, occurrens beato viro pari medicamine tactu salivae curata est.

LXX (186) Sed si exsequamur miraculorum singula, quae suis gestis praesenti floruerunt in vita, non erit modus in pagina, quia quacumque pontificis se convertit praesentia, nulla morborum generibus defuit medicina, et quanta se obtulerunt languentium vulnera, salutis fudit tot semina. (187) Nam quae prima pontificis exsequamur vel ultima, cum per salivam oris sui multa curata fuerint ulcera, purgata sint inergumina? Ante quem quamvis occulte venisset hostis nequitia, statim se manifestavit fraudolenta fallacia, ac de conspectu sancti viri quia celari non poterant nec tolerabant praesentiam, terribili ululatu sua gemebant incendia, passim per loca volitantia exponebant

---

2 euellitur *G* 4 requitis *G*[1] 5 pesculum *P* 6 aperire] *PG* 9 accedit *P* 11 se] *add.* *P*[2] 12 referent *P*[1] 15 trib; *P*[1] 17 conuersa] quo conuersa *P* 18 tradit *P*[1] 20 eis *G* conpende *P*[1] 22 miles *P*[1] ueniam *P* 24 nobilem] *P* 26 prostratur *P*[1] 27 oraculo *P* 32 oculus ut] oculum *P* 33 orisui *P* 35 mouerta] *P*, meoberta? *G*[1], item apud eandem urbem quaedam femina pustulam *G*[2] 38 uita] haec sine fine sunt coepta *add.* *P* quaecumque *P* 41 multa] *om.* *P* 44 uolitatia *P*

et crimina, suspensi per aera frequenter nec interrogati confitebantur et nomina, cum saepe suo impulsu currebant ad sanctum virum cruciabilia daemonia. 188 Cuius minister quo loco sancti tangebat baculo, ille inerguminus pendebat religatus aereo vinculo et quasi clavis affixo tenebatur vestigio.

LXXI 189 Et quia sancto viro saepe inimici tendebantur insidiae, ut aut equus lapsum incurreret vel ramus arboris tangeret aut aqua vallis vel glacies periculum generaret, mox qui aut quanti aut qualiter totum inerguminis a se factum omnem confitebantur et numerum. 190 Cum vero pedem efferret de domo vel ecclesia, videres strages daemonum ante tanti pontificis ac triumphatoris obtutum. Calcabant circa sancti catervatim vestigia diversis modis effusa, haec muta illa clamantia, illa fixa haec lubrica, et velut ad iudicem dum gesta referunt propria, non effugiebant tormenta. 191 Sed ad sancti praeconium quanta est haec laudatio, cum ineffabiliter multa et stupescenda fierent sub momento?

LXXII 192 Ceterum eleemosynis quantum fuerit prodigus, explicari non poterit nec si totius populi vox in uno se glutinet. Qui frequenter contentus una casula vel tunica quidquid erat residui nudum pauperem vestiebat, ut ipse calderet largitore algente. 193 Quanta etiam fuerit redemptionis effusio, nullatenus explicabitur vel loco vel numero. Unde sunt contiguae gentes in testimonium, Hispanus, Scotus, Britto, Wasco, Saxo, Burgundio, cum ad nomen beati concurrerent undique liberandi iugo servitii. 194 Cum vero aliquatenus nihil esset prae manibus, tristis sedens et anxius, severior in vultu, austerus erat alloquio. Tunc si fortassis ab aliquo invitaretur ad prandium, compellebat convivas aut ministros proprios, ut conferentes pariter unde vel unum captivum servitio liberarent, et sic aliquantulum sacerdotis respiraret animus ex maerore. 195 Quod si dominus aliquid per manus sancti dispensandum alicunde dirigeret, mox in spiritu praevidens solitus erat dicere: Gratias agamus divinae clementiae, nam unde fiat redemptio adpropinquavit. Continuo sine ambiguitate praesens probabatur effectus. 196 Quod dum accepisset in manibus, resoluta ruga frontis vultu florebat senior, gressu pergebat alacrior, lingua fluebat iucundior, ut crederes hominem pro redimendis aliis se ipsum servitutis vinculo liberandum.

LXXIII 197 Quis vero digne repetat, quanta virtus verborum ab ore rotabatur, cum praedicaret in populum, ut omni litteraturae nasceretur stupor et fieret in commune generalis conpunctio atque ex ore dicentis crederes, ut verba formarentur ab angelo, dum plus quam homo loqueretur translatus in mentis excessu, cum abrasis maculis sinceritate dogmatis pectora plebis cogeret divinis effigiare pigmentis. 198 Qui equitans in itinere semper de deo aliquid aut verbo contulit aut cantavit.

LXXIV 199 Cursum nudo capite dicens, etsi nix aut imber urgueret; cum vero venit ad mensam, confestim recitans adfuit minister divina conloquia, ut inter cibi fercula animi pastus alimento plus saturaretur conviva. Nullum tempus interpolans quo non aut aliis prodesset aut non ipse proficeret.

LXXV 200 Quantum vero vigiliarum curam semper inpenderet, quis enarret aut toleratos algores ardore fidei praedicet, cum frequenter in lectulo, antequam reliquos de sopore commoneret adsurgere, quinquaginta psalmos vel amplius indefessus in templo sui pectoris domino decantaret? 201 Sed quis illum furtum felicem vel audiens senserit vel visu deprehenderit, cum ipse de lectulo frequenter sine caligis ne sentiretur ab aliquo perrexit in oratorio, nullum sibi cupiens testem in illum furtum praeter

3 seu tangebant P1 11 ad] ante G effugiebant] PG 13 stupescenda P1 14 aelymonis P explicari P1 16 largitorem algentem P 19 Waso P1 25 alicunde] P1, aliunde P2G 27 praesentis praesenti P2 probabatur effectu P1 28 serenior G2 31 omne P 32 dicentes P1 33 excessum G 34 effigiaret P1 39 alia P1 40 quantum] PG 41 reliquo P1 45 oratorio] P

Christum occurrere? Qui celebrata vigilia remeans ad lectulum, quasi nihil egerit, tunc primum reliquos excitaret. (202) Quanta vero ad psallendum fuit constantia, dum velut ferri rigore induta caro subsisteret, dum saxa frigus decrustaret et aquas in crustam verteret? Qui cum suis visceribus dimicaret et vinceret paene se ipsum obliviscens, ut domestico tormento superato corpore de se triumphum in pace factus martyr adquireret, ut se mutantibus clericis sine vicissitudine ipse decantandi modulamina non finiret. (203) Cum paene hoc incredibiliter dicitur quod scitur: et tertia noctis hora ingreditur in ecclesiam, non est egressus ulterius psallentium ab ordine, donec clariscente die decantatus sollemniter cursus universus consummaretur ex canone. (204) Cum vero domum regrederetur fatigatus aetate vel frigore, aut inlata diversorum inquietabat suggestio aut ab ipso requirebatur ubi praeberet suffragium, ut etiam ad requiem reclinanti vel paulolum de querellis occurrentum adflictorum vel pauperum crux pararetur in lectulo, postponens suas iniurias ne suggerentum premeret inlata necessitas.

(205) Paratus pro misericordia, semper currens pro venia pater et pastor populi, LXXVI
ad se alienas causas transferens et querellas, aut pro parte mitigabat dolores conpatiens aut quantum posset ex toto curabat corde subveniens. (206) In tantum quoque sacris amplificatus provectibus etiam diem beati sui transitus ita praedixit ut subdimus. Ante aliquos dies nam vocans ad se notarium suum imperat in cubiculum supra lectum suum scribere hoc tantummodo: Quinto Kalendas Iunias, sed nescientibus omnibus quid hoc esset post eius sanctus discessus manifestavit de saeculo. Nam neque hoc ei dominus familiari animae abscondere pertulit. (207) Denique eadem die post peractum praelium beatus migravit ad Christum. (208) His et consimilibus studiis occupatus ac semper intentus fere octogenarius per orbem mirandus actibus, adiungendus martyribus, apostolis adgregandus, glorificandus meritis, coronandus in populis, raptus corporeo vinculo, inmaculato spiritu beatis fidei dotibus perpetualiter victurus victor evolavit ad caelos regnante domino nostro Iesu Christo, cui est gloria honor et potestas in saecula saeculorum. Amen.

VITA SANCTI ALBINI.

(1) Domino sancto et apostolicis meritis reverentissime praeconando domno I
Domitiano papae Fortvnatvs vester. Memini, vir apostolice, cum ad urbem quam Christo praesule regitis vestris praesentandus obtutibus occurrissem, inter reliqua maturitatis consulta quae sensus vester torrentis more mihi visus est inundare etiam

3 substeret *P*[1] 5 triumphatum *P* 6 modulamina] *cf. carm. II, 9, 53* 8 ingrediens *G*[2] eccls *P* psallentem *P* 9 decantatis *P* 10 fatigatus] *G*, factus *P* 11 requirabatur *P*[1] 13 suggerentem *P* 17 possit *P* corda *P*[1] 18 examplificatus *P* etiam] ut etiam *G*[2] transitu *P*[1] 19 nam] *cf. carm. VI, 10, 29* cubiculum] *P*, cubiculo *G* 20 tanto modo *P* quinto kalendas iunias sed nescientibus] *Luchi transposuit*, sed nescientibus quinto kalendas iunias *codd.* 21 solm *P*[1] 23 migrauit] *cf. Greg. Tur. Hist. Fr. V, 8* hic ē cum similibus *P* 24 octuagenarius *P* urbem *P* mirandis *P* 25 adipiscendus *P* 26 raptus] *P*, ereptus *G*[2] 27 cui est gloria honor (et onor *P*[2]) et potestas in saecula saeculorum. amen] *om. P*[1]

29 incipit prologvs in vita sancti albini episcopi *E*, *prologum om. X* 30 domino — vester *ex E supplevi, cf. Rosweydum in AA. SS. Mart. I, p. 57* aplicos *E*[1], *cf. carm. V, 5 tit.* reverentissimo *E* 31 domitiano] *cf. carm. II, 27* 32 presule *suppl. E*[2]

de sacratissimo viro Albino vestro antestite vos fecisse tenuiter mentionem, ut eius vita, quae inmarcescibilibus meritis florere probatur caelestibus inpressa libellis ad aedificationem plebis humanis etiam fixa conderetur in chartis: duplici beneficio populis consulitura, dum et in illo cernerent admiranda quae colerent et in se respicerent quod unusquisque sagaciter emendaret, id est dum apud unum tot praedicanda cognoscerent, apud se resecare vitia singuli non differrent, quatenus tam unica beati viri relatio medella publica fieret audientium.

II (2) Intellegitis sane velociter fugientes a saeculo memoriae subripi, et si de vita sanctissimi neglegantur aliqua cito lapsura litteris alligari, non facile rursus in animum recipi quod semel inceperit oblivione temporis invadente subduci. (3) Huius rei inpulsor quidam postmodum mandata vestrae beatitudinis exequens a me si quidem annuerem inconperendinatim id fieri flagitavit. Illud vero adiciens, ut quae ipse de gestis sancti viri Albini iuxta fidem conpererat eo insinuante indubitabiliter propalarem, in hoc se magis querimoniarum mole conficiens, eo quod quae praedictus vir occulte quidem sed digna relatu gesserat per veritatis indaginem nec ad ea singula meruerit pervenire et aliqua se de cognitis memoraret a memoria abolevisse. (4) In his autem qui meminit sine ambiguitate suo testimonio populum nobis attulit assentantem, cum certe de eius praeteritis dubitare non liceat qui operatur in singulis cotidie clariora.

III (5) Congratulatus sum relatori, eo quod de vestris nutrimentis talis vir adoleverit, qui iniuncta sibi tam strenue peroraret et de proprio aliquid causa venustatis non inconpetenter offerret, immo dilucide ipse per se quod aliunde poposcerat explicaret. Si quidem quidquid de illo elicitur, vestris hoc praeconiis deputatur, quoniam est meritum magistri laus discipuli et ministri solatia sunt pontifici ornamento. (6) Quod cum ego meae exiguitatis conscius attingere trepidarem, re vera qui noverim hoc debere committi exertis ingenio, facundis eloquio, devotis officio, probatis stilo, qui sunt sensu divites, linguae rota torrentes, famulatu celeres, carmine coruscantes, cum ante vestram peritiam ipsa Ciceronis ut suspicor eloquia currerent vix secura, et cui apud Caesarem Roma aliquid deliberans Aquitanico iudice forsitan Gal-
IV liam formidaret, incongruum esse persensi, | quod a me infra doctorum vestigia latitante res alta requireretur, quem ad scribendi seriem nec natura profluum nec litteratura facundum nec ipse usquequaque usus reddit expeditum, cum etsi voto traherer, rei magnitudine deterrerer, quia radiantem vitam si pigri relatoris impar lingua praedicat obsoletat et quod inluminare debuit hoc nube sermonis abscondit, ubi ageretur rectius, si quae ab aliis poscitis ipse ederetis. (7) Vnde certus intellego non vos posse huiusmodi quopiam indigere, sed id voluisse ut de peregrinis etiam nostra vobis aliquid sitarcia non negaret, velut si quicquam inter fruges triticeas sterilitatis meae ordiatia conferant. (8) Nunc itaque causas ambiguitatis in arbitrii statera suspendens, eligo rusticus agnosci per oboedientiam magis quam indevotus effici per doctrinam, ut cuius fastidire poteritis eloquium saltem adprobetis affectum, et ne mihi videlicet

---

29 *Quintil. inst. X, 1, 114:* C. vero Caesar si foro tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur.

---

4 constitura *E* 11 ad *E* si quidem] *scripsi*, si quid *E*, quod *Surius* 13 conpererat] *Surius*, computaret *E* 17 qui] *E*, quae *Surius* 23 praeconiis] *Surius*, premiis *E* 24 et in ministri solertia *Surius* pontificis ornamenta *Surius* 29 roma aliquid deliberans] *E*, romae libere licuit uti *Surius* forsitan galliam] in gallia forsitan *Surius* 30 incongruum esse persensi] *om. Surius* quod] quid ergo *Surius* 37 sitarcia] *E*, satartia *Surius*, *gr.* σιταρχία 38 conferant] *E* 40 et ne] hoc autem *Surius*

in hoc opere ad aures populi minus aliquid intellegibile proferatur. (9) Idcirco tota mediocritate contentus etsi relator ineptus tamen beatae vitae cupio gesta breviter intimare: superest ut qui novit me oboedire magis quam praesumere ipse fluctuanti paginae portum suae dexterae subministret, qui vivit et regnat deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

V (10) Religiosorum vita virorum quantum est meritis clarior tantum voce crebrior populorum, quia dum illis universis beneficia tribuit, in suam laudem linguas excitat singulorum, ad quod perspicacissime propalandum vita vel gesta beatissimi Albini deducantur ad medium. (11) Igitur Albinus episcopus Veneticae regionis oceano Britannico confinis indigena, non exiguis parentibus oriundus, immo digni germinis dignissima proles emergens, decus quod sumpsit ex genere felicis vitae meritis ampliavit, dum in illo et quod glorificaret Christus elegit et quod universus veneretur mundus effulsit. (12) Qui inter ipsa novellae iuventutis exordia tanto fidei fervore flagravit, ut parentes ad quorum desiderium solet infantia festinanter recurrere pro karitate Christi magis iste voluntarie reliquisset et velut hostes animae carnales affectus effugisset, credens sibi sufficere, si omnem dilectionem in solo caelesti patre plantaret. (13) Mox in Tincillacense monasterio tanta animi humilitate domino placiturus se subdidit, ut salva morum honestate nihil sibi de ingenuitatis privilegio vindicaret, ubi quem origo liberum genuit famulum voluntas addixit, intellegens magis esse laudabile, ut amore Christi nobilitas inclinaret quod erat quam cum fastu quaereret apparere quod non erat.

VI (14) Proficiebat denique in eo exercitationis cotidianae processus, ita ut ultra se semper ascendens meritis non reliquos vinceret, sed edomito corpore de se ipso potius triumpharet. (15) Quis enim expediet, quam fuerit in ieiuniorum parcitate praecipuus, in vigiliarum delectatione propensus, in orationis assiduitate laudabilis, in miserationis opere singularis, ut et hostem qui sibi repugnabat extingueret et unde se solus affligeret cunctis spes maxima subveniret? (16) Erat enim ad oboediendum promptus, ad vitia calcanda maturus, ita ut in ipso iuvenili tyrocinio iam senibus esset exemplum, hoc solum habens cum homine commune quod natus est, ceterum totum voluit esse Christi quod vixit. (17) Non oculum voluptati, non aurem ludibriis, non animum accommodans levitati, sed semper se regens anchora gravitatis, talem se intra monasterii saepta tractavit, ut vel si quando processit ad publicum esset infra carcerem sui cordis semper inclusus, nec aliud extra se respiciendum praetulit quam Christum, quem in pectore fidelis portitor baiulavit.

VII (18) His igitur studiis occupatus in tantam vitae claritatem pervenit, ut eius devotum servitium mundo dominus per miracula testaretur. Denique cum adhuc puerulus per pagum in abbatis sui proficisceretur obsequium, applicante eo apud quendam tanta detonuit violentia tempestas tantusque se pluvialis imber effudit, ut ipsam domum nec sua tecta defenderent. (19) Cum ergo prae magnitudine pluviae casa pro campo constaret, madefactis omnibus qui eodem tenebantur hospitio, solum beatum Albinum tunc imber tangere expavit, quia ubi flammam fidei sensit ne iniuriam faceret se gutta detorsit. (20) Quo conperto, conscientiae sanctitas quae celabatur in annis innotuit meritis, eo quod in flore adolescentiae virtutis odore fraglaret.

VIII (21) Dehinc caelestibus donis cum aetate crescentibus, annorum circiter triginta

---

1 opere] praecauendum est *add. Surius* 3 me — praesumere] mederi magis *Surius* 4 qui — 5 AMEN] *om. Surius*, EXPLICIT PROLOGVS. INCIPIT VITA *add. E* 6 tantum] *E, cf. carm. X, 2, 6* 12 ueneretur] *E* 16 delectationem *Surius* 17 tincillacensi *E*, cincillacensi *Surius, item infra c. 16, cf. carm. XI, 25, 7* 28 iuuenibus *Y* 36 mundi *E* 42 conscientia sanctitatis *Surius* 43 fraglaret] *E, cf. carm. II, 4, 28*

et quinque monasterii rector et pius pater eligitur, quippe qui suo splendore ad se traxerat dignitatem. Interea sub magistri censura congregationis disciplina vernabat, ubi severitate districta licentia peccandi perierat. (22) Fervebat ergo pietatis intuitus, exultabat psallendi concentus, coruscabat inter fratres oboedientiae radius, praecellebat sanctae karitatis ornatus, quia sicut erat ad vitia eradicanda sollicitus, ita ad inserenda dona caelestia circumspectus. (23) In quo abbatis officio per viginti quinque annos congregationem sibi commissam feliciter gubernavit.

IX (24) Et quia tanti meriti fama sepulta non latuit, sed felicibus pennis cuncta pervolans occupavit, contigit Andecavam civitatem pastoris gubernatione nudari. Tunc universitate populi, eo humilitatis studio resistente, ad pontificalem gradum duce Christo concordanter eligitur. (25) Qui honorem debitum sacerdotii consecutus, ita se in eleemosynis pauperum, in defensione civium, in visitatione languentium, in redemptione praebuit captivorum, ut beata unius actio generale fieret salvamentum, quibus ex studiis caelestes in eo fructificavere virtutes.

X (26) Igitur in civitate Andecava cum ei quaedam mulier Grata nomine debilitate contractas manus habens nervis stupescentibus occurrisset, signum crucis super infirmam dexteram fecit. Hinc praemortuae palmae prius se vivax tepor infudit, item sequenti die in ipso loco ut ab eo signaretur se obtulit. (27) Quo facto, coeperunt venae suos excursus agnoscere, tertia vero die ubi super eam sigillum crucis inpressit statim se arentium digitorum fila laxaverunt et recepto ministerio mulier in Christi nomine rediviva dextera se signavit.

XI (28) Quadam vice cum ad vicum Geginam praeteriens accessisset, adolescentem Alabaudum nomine amisso vitae reperit iam munere. Audiens autem a parentibus extremam filii mortem deplorari, occurrit et ut mortuum vivum erigeret se in orationem prosternit, cui incumbens diutius oravit. (29) Dum pallesceret iacens sacerdos in pulvere, animae vivacitas rubescebat in corpore, donec pulsato caelo, patefacto tartaro, iuvenis revocaretur a funere sacerdos a prece. (30) Deinde cum Asiacum monasterium paterna sollicitudine visitasset, quidam ut ei succurreret iam fide inluminatus caecus exclamat, cui ut sanctae crucis medicamentum inposuit, tam fuit illi lumen cito recipere quam quaesisse. (31) Item Andecavis cum quidam Maurilio clausis oculis lucem sibi restitui postularet, tum pontifex se ad nota arma convertens, mox signum venerabile supra palpebras eius extendit, velut balista fortissima penetratis tenebris crux post se caeco lumen invexit. (32) Item cum Marcellinus circiter decem annos transigens in nubilo caecitatis, tractus ad beatum pontificem pervenisset, ubi signum adorandae crucis super oculos eius extendit, statim erumpente sanguine, effugatis tenebris lux intravit.

XII (33) Illud etiam nobis est factum memorabile recensendum. Cum inlustris Aetheria iussione regia persequente in Dullacense villa militum custodia teneretur obsessa, tunc ovi periclitanti succurrente sancto pastore, solus ut a nullo cognosceretur ad ipsam ingreditur: quo viso amplectens eius vestigia lugens mulier inhaerebat. (34) Tunc infelicis custodis insana procacitas dum vult eam quasi lupus a veste pastoris evellere, iniuriam vir sanctus excepit. Tunc illo insufflante in eius faciem temerator sacerdotis celeri morte multatus est. (35) Hinc terrore urguente reliqui reverentiam habuerunt pontificis et unius poena fecit alios inmunes a culpa nec prius a muliere

---

6 per xx[ti] — 7 feliciter gubernauit] *E probe, cf. infra c. 20*, per uiginti et quinque — feliciter gubernauit *Surius*, per quinque annos — feliciterque gubernauit *Mab.* 9 contigit] eo tempore *Mab.* (*non Surius*) 10 populi] concordante quamuis *Mab.* (*non Surius*) 12 elemosinis *E*, alimoniis *Surius* 22 uicum geginam] uici geniensis *Greg. M. S. Mart. IV, 14, cf. Longnon, Géographie p. 306* 23 alabaudum] *E*, malabandum *Surius*, alaubaudum *Mab.* 32 mox] mox ut *Surius, sed cf. carm. X, 6, 122*

discessit quam dato regi pretio ipse eam liberaret. Sic uno momento et salus fuit supplici et mors extitit praesumptori.

(36) Nec id quidem est omittendum quod tradi memoriae fit votivum. In vicum XIII
cuius vocabulum est Albivia piae devotionis studio sanctus pater accessit. Vbi dum quidam caecus ab eo opem misericordiae postularet, coepit idem, quia dudum captus fuerat infestatione daemonii, corporis vexatione torqueri. (37) Tunc in orationem, cui semper animi sancta devotione vacabat, corpus etiam prostravit raptumque lumen pristinum reddidit oculis et pestem inmundi spiritus effugavit. O ineffabilis gratia pietatis, a qua dum substantia sola petitur, triplex remedium obtinetur, victu pavit egenum, muneravit visu caecatum, reddidit libertati captivum.

(38) Itemque occurrente eo regi Childeberctho Parisius, nuntiatur pontifici regem XIV
venationis causa de civitate in crastinum esse discessurum. Mandat ut se dignum duceret expectandum. Sed quia beatum Albinum corporalis infirmitas praepedivit, ad eius praesentiam praedictus rex occurrere maturavit, qui donec per illam viam quae ad sacerdotem ducebat incessit, feliciter properavit. (39) Cum vero in quoddam trivium pervenisset velletque alibi deviare, equus eius ac si metallum fusile gressum movere non valuit. Suspicans rex culpam esse equi magis quam causae, alterum sibi fecit sterni, quem dum per ipsum iter gradi conpelleret, ac si muro inpediente caesus ire non valuit. (40) Intellegens rex nihil profecisse mutasse vehiculum, nisi mutaret occursum, coepit ab equo discere quod homo peccaret et humanus intellectus haberet quod pecus corrigeret. Deflectens in viam quae ad sacerdotem duceret, ea coepit alacritate discurrere, ac si ereptus de fovea campi mollis planitiem recepisset.

(41) Est operae pretium de quodam cadavere rem vivam proferre. Dum ad ci- XV
vitatem Venetis ipse vir apostolicus accessisset, unus de obsequentibus iam conversus adolescentulus, quem pro qualitate morum peculiarius diligebat, eo in loco defunctus est atque sepultus, cuius post annum corpusculum psallendo ad propria revocabat. (42) Tunc remorante eo pro causa, voluerunt servientes prius corpus movere quam sacerdos occurreret, sed tanto pondere fit gravatum, ut antea potuissent gigantea membra pensare quam pueruli corpus sufferre, dum adhuc cadaver insepultum crederetur iam marmore premi, cum nec equi gressum poterant promovere, ac si pulvis eius de se vincula generasset, donec antestis rediens oratione solveret quos tacente voce confixit.

(43) Hoc iterum non minus est praedicandum miraculum. Cum in Tincillacense XVI
monasterio Gennomerus monachus esset oculorum luce privatus et annosa tempora una essent nocte caecitatis transcursa, petiit sibi a viro sanctissimo fieri crucis signaculum. Quo facto, luminis vitalis splendor intravit et fugatis tenebris sol peregrinus inluxit. (44) Est et hoc inter reliqua venerabile documentum. Cum in civitate Andecava turris portae cohaerens damnatis esset carcer effecta, praetereunte beato Albino fiebat insolentia de vocibus inclusorum. Tunc ad iudicem precator accedit, ut eos pietatis causa de custodia relaxaret. (45) Quod cum ille aure surda differret, mox pontifex ad deum se fida petitione convertens, tam familiari voce suggessit, ut in loco quo orationem sanctus effudit mirae magnitudinis saxeus quadrus exiliens portae aditus fieret carceratis, quia ante eius precem soliditatem suam lapis servare non potuit. (46) Hinc egressi quasi de sepulchro viventes, in basilica sancti Maurilii domno Albino gratias referentes, se ad vestigia eius prostraverunt, eo quod suspectos de funere redire fecerat ad salutem.

---

3 fit] *E*, sit *Surius* 11 childeberto *E* 20 rex et cursum *Surius* 21 deflectus in uia *X* 22 mollis] molliciem *E* 24 uenetus *Y* 25 adolescentulus] christi seruitio subditus *add. Luchi* 26 cuius] defuncti *add. Mab.* 29 prensare *Surius*

XVII (47) Item dum quaedam mulier arrepta a maligno spiritu, se beatissimo viro Albino vociferans et heiulans praesentasset, mox adversarius ipse supra eius oculum in similitudinem vesicae sanguineae se collegit. (48) Tunc pontifex faciens signum crucis increpavit eum, dicens: Inimice, oculum quem non dedisti nec possis auferre. Mox de collectione ipsa in flebotomiae similitudinem subtiliter sanguis erupit, quo fluente sine laesione oculi inmundus hostis evanuit et puella incolomis imperante signo crucis evasit.

XVIII (49) Sed et hoc magnanimitatis exemplum oportunum ducitur explicandum, quod pro dei negotio apud eum non fuerit ulla regum potentumque personalis acceptio. Denique ad cumulum caelestis gratiae conquirendum incestarum nuptiarum execrabiles copulationes iure condempnans, beatum Iohannem inreprehensibiliter imitabatur. (50) Quanta vero inde sustinuerit, nullus digne poterit explicare: siquidem martyr effici cuperet, si non defuisset dextera percussoris, sed procul dubio palmam martyrii meruit qui voti desideria non abscondit. (51) Vnde praeter labores reliquos etiam per synodos pro ipsa causa saepius excitatas excurrens, ad postremum quam plurium episcoporum iniunctione ut excommunicatas a se personas absolveret vi fratrum coactus est. (52) Et cum rogaretur, ut eulogias, quas reliqui antestites ad personam communione suspensam dirigentes benedixerant, et ipse signaret, ait ad sacerdotale concilium: Etsi ad imperium vestrum ego signare conpellor, dum vos causam dei recusatis defendere, ipse potens est vindicare. (53) Quo facto, antequam eulogias excommunicata persona in ore susciperet, expiravit, et priusquam portitor perveniret, sermo sacerdotis obtinuit, qui etiam ad beatum Caesarium Arelatensem praesulem pro ipsa causa consulturus occurrit.

XIX (54) Sed quia eius singula non valemus retexere, sufficiat de plurimis vel pauca dixisse. Illud quoque beatissimi testimonium viventis post obitum necessarium credimus prae ceteris explicandum, quia licet teneatur clausum corpus eius in tumulo, attamen iusti animae merces exuberavit in fructum. (55) Igitur cum sanctus Germanus episcopus vel conprovinciales ac pontifex successor eius et populus vellent membra sancti in novam basilicam devote transponere et propter cellulae angustiam in qua conditus fuerat non daretur sacri corporis extrahendi licentia, cunctis haesitantibus et incertis quid agerent, curis popularibus se virtus beatissimi viri mediatrix interserit. (56) Nam expectantibus omnibus et nihil deliberantibus, repente nutu divino discisso pariete cellulae qui erat ad pedes eius, a parte orientali tres lapides deciderunt, scilicet dato signo, per qualem locum se iuberet educi posse.

XX (57) Interea facto aditu, dum concentus psallentium ad sanctum sepulchrum progreditur, in loco per quem est eductus palam tres paralytici iam diu desperati redditi sunt sanitati ac nervi praemortui vivificari didicerunt de meritis sepulti, statimque duo caeci sunt pariter inluminati tandem aliquando sumentes lumina diei ab umbra defuncti, nimirum agnoscentes eius adminiculo se posse lumen consequi, cuius virtute potuisset paries fenestrari. (58) His et consequentibus infinitis miraculis, etsi summi pontificis membra recubant in sepulchris, attamen per creatoris gratiam in aeterna saecula vivunt merita confessoris. (59) Hic itaque caelesti dono venerandis floribus adornatus, viginti annis et sex mensibus pontificalem apicem ecclesiastica regulariter

11 Apoc. 19, 2.

5 fleotomi *E* 11 condempnans] *cf. conc. Aurel. III, c. 10:* de incestis coniunctionibus ita quae sunt statuta seruentur 14 uoti] *E cum Surio*, uetita *Mab.* 27 germanus episcopus] parisiorum *add. Surius*, germanus parisiacensium episcopus *Mab.*, *cf. chartam Nefingi a. 972. datam* (*Gall. Chr. XIV, instr. p. 147*): sciant igitur successores nostri ecclesiam sancti albini, quae a sancto germano parisiorum episcopo uoluntate et imperio childeberti regis ante portam andegauensis urbis uersus orientem fundata est *e. q. s.* 38 duo caeci] *E et Surius*, duodecim *Mab.* 43 sex] septem *Y*

censura gubernans, vitae autem octogesimo anno, illud propheticum in potentatibus beatitudinis culmine feliciter explens, animam deo karissimam ereptam de saeculo, mansuram cum Christo angelis plaudentibus Kalendis Martii emisit ad caelos, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et imperium in saecula saeculorum. Amen.

VITA SANCTI PATERNI.

(1) DOMINO SANCTO ET VENERABILI MERITIS TOTOQVE SINV PECTORIS AMPLECTENDO I
IN CHRISTO PATRI MARTIANO ABBATI FORTVNATVS HVMILIS. (2) Magnae karitatis profert testimonium cuius curam in amico nec mors subtrahit post sepulchrum, nam qui famam amatoris studet post obitum ipsam memoriam fortiter diligit in defuncto, denique affectum viventis toto bibit in pectore, quem nec sepultum abstulit oblivio de sermone. (3) Quo voto sollicitante, pater venerandissime, de beati Paterni opinione tam celebri iniungere non distulisti a nobis aliqua loquente pagina promulgari. (4) Qui certe vir apostolicus nec apud vos oblivione nec apud nos absens est in virtute, cum magis sacratis actibus nunc veram vitam possidet, in qua mors non invenit quod extinguat nec vis habet ultra quod noceat, cum sub pede iusti potius ipsa subcumbat et conteratur calce, quae quondam fuerat in timore, confitens illa se supplicem, quia in gloriam plaudentis respicit quem invasit et magis ordine converso felicissimo triumpho didicit timere mors mortuum. (5) Quod opus in re licet ista adituri, quam ante mihi commiseris, tamen ad oboediendum libenter me invadis et in tua iura transcribis, quoniam apud diligentem sufficit ipsum velle, si deficit posse. Quippe ubi devota est karitas, voluntas maior est quam facultas, nam placere vult integre qui causa oboedientiae etiam suas vires transcendit. Vnde quia ultra se tendit et plus quam valet appetit, amor mensuram non habet. (6) Itaque dilectione et in his quae supra me sunt debitorem profiteor atque quantum valuero affectui fenora solvere procurabo: sed tamen et solvere plus debeo, quoniam karitati numquam totum redditur quod debetur.

(7) Religiosorum gesta praedicabilia subcrescente provectu virtutis adulta ac ve- II
nerandis operibus in cumulum sacratae benedictionis educta, miraculorum fidelium iam transmissi temporis testimonio declarata ac vivacibus meritis semper adsistunt oculis, etsi non adfixa teneantur in paginis, quoniam extrinsecus advena teste non

---

1 Psalm. 89, 10.

---

4 imperium] gloria *Surius* 5 amen] EXPLICIT VITA SCI ALBINI. INCIPIVNT MIRACVLA POST OBITVM EIVS PATRATA *add. E*

6 INCIPIT PROLOGVS DOMNI FORTVNATI EPI IN VITA SCI PATERNI EPI ET CONFESS *P*, *prologum om. VY cum Surio*, *prologum et c. 1 om. Mab. 1, AA. SS. saec. I, p. 152, sed in altera editione saec. II, p. 1100 exstant* (*Mab.* 2) 9 iam *P* 19 in re licet ista] *P*, licet impar *X*, in re licet ita *coni. Mab.* 2 20 adituri] *X*, dicturi *P*, dictaui *coni. Mab.* 2 quam ante] *P*, quam materiei *X* 27 debetur] EXPLICIT PROLOGVS. INCIPIT VITA SCI PATERNI EPI ET CONFESSORIS. QD E. VIII K OCTOBR. *add. P* 28 religiosorum] actuum *add. Mab.* 2, hominum *add. Boll.*, religiosae actiones *Surius* 30 ac] a *Mab.* 2 adsistunt] fidei *add. Mab.* 2

indiget qui domesticae gloriae documentis excellit. (8) Et tamen corroboratur grex devotus de pastoris suffragio, quotiens praemissarum virtutum ipso recreatur auditu.

III (9) Sacratissimus igitur Paternus episcopus Pictavus civis Aquitanicae regionis iuxta saeculi ordinem generosis parentibus exortus, in administratione publica procreatus, generosior moribus institutus, a Iulita matre fere sexaginta annorum vidua nobilissime enutritus, caelesti inspiratione ab ipsis annis infantiae maturae vitae frena suscepit et in monasterium Enessione iugum dominicae culturae monachicus gestaturus expetivit. (10) Qui mox ab abbate suo ad dispensationem cellarii deputatus, in ipso primo gradu dedit indicium se ad gubernanda plurima distribuente domino pontificem mox futurum. (11) Cuius mater iam converso infantulo dum tunicam vellet facere, orditam telam casu super tectum inposuit. Quae subrepta ab ave quae dicitur milvus et ad nidum suum perducta post expleta anni unius spatia reperta est incorrupta, ita ut eius stamen nec hiemalis imber neque fervor aestivus filo putrescente solveret, sed integra perstitit, ac si tunc fuso torquente de manu pendula lanificae processisset.

IV (12) Dehinc ad maiorem virtutem se adolescentibus adhuc annis extendens, terminum puerilis aetatis transiliens, consilio inito cum Scubilione eiusdem cellulae monacho, propter amorem Christi relictis parentibus, in Constantino pago se libenter elegerunt fieri peregrinos pari contubernio, solum deportantes psalterium. (13) Tunc sanctus Scubilio licet esset senior, videns beatum Paternum meritis honorandum, ad fratrem sibi coaequandum suum divisit pallium. (14) Qui dum in quadam insula propter solitudinem desiderarent accedere, vir quidam nomine Amabilis deo timoratus, donec de ipsis civibus nuntiaret, detinuit dicens, ut in fano Sesciaco se dignanter reconderent ac sua intercessione diabolica cultura quae gentili sub errore male veneratur cessaret.

V (15) Tunc circa sinum montis in receptaculo cavernae cum suo contubernali vir heremita ingressus est. (16) Ad quod fanum populus dum ex consuetudine per sacra execrabilia debaccharet, admonitus est a sanctis viris, ne vana colendo se crederet salvari, qui salvari poterat si non inritaret in iniuria creatorem, sed iustius ageret, si conditori suo vivificatum plasma serviret. Quae plebs reverendos viros inreverenter despiciens, ritum quem pessime coeperat pertinaciter exercebat. (17) Tunc sanctus cum collega suo tam fervore fidei quam vexillo crucis armati accedentes ad vasa ubi pulmentaria decoquebant, singula suis baculis everterunt: potum vero per cupellas dispositum deorsum evellere voluerunt, postponentes suum periculum, dummodo fortes milites pugnarent pro Christo desiderantes martyrium, si devotus ferire non reformidasset percussor. Sed magis nutu divino ipsi in timore sunt habiti, qui potuerunt trucidari.

VI (18) Tunc revertentibus ipsis, ad eorum iniuriam quaedam mulier vestibus se denudat, quae mox ad vindictam iustorum totis membris morbo percussa contrahitur. (19) Hinc per anni spatium vigore tabescente torquetur ac nervis aegrotantibus cadente ulcere flagellatur, donec venia petita, ipsis exorantibus, unde vindicta venerat inde curreret medicina.

VII (20) Quadam vice cum eis tantum dimidius panis ad refectionem legitimam re-

---

1 indigent — excellunt *Mab.* 2 2 auditu] quae ad nostram notitiam perlata sunt de gestis et conuersatione beati antistitis paterni ad profectum audientium utcumque denudare satagimus *add. Y* 7 enixionensi *Surius* 8 ab] *om. P* 11 tectum] domum *Z* 21 diuisit] *P cum Surio et Mab. 1*, dimisit *Mab. 2 et Boll.* 23 detinuit] eos *add. Mab.* 2 sessciaco *P ut infra* 24 ueneratur] *cf. carm. IX, 13, 11* 27 ad quod — p. 35, 16 de lapide *om. Mab. 1* 37 potuerunt] poterant *Mab.* 2 42 curaret *P*, *cf. infra p. 41, l. 10*

mansisset, advenienti iteranti et ipsum beatus Paternus ad humanitatem largitus est, cupiens homo dei magis hoc in mercedem quam in ventrem recondere. (21) Tunc sacer Scubilio hora conpetenti rogat, ut iam deberent reficere. Cui respondens ait: Christus qui semper abundat praeparat suis cibaria. (22) Quod frater moleste ferens, eo quod post laborem non invenerat unde se fatigatus reficeret: et tamen pro servi esca domini cura pervigilat nec famem pati permisit qui esurienti victum inpertiit. (23) Nam sine mora Witherius primus eorum discipulus inter ieiunia intulit xenia copiosa et multiplicavit cibaria, refectione dilatata. Sic intra horae momentum quod indigenti dederat cum magno fenore receperunt.

(24) Itaque refectione peracta aqualis liquor sitientibus deerat, quia tanto magis VIII
caro desiderat pocula, quanto plus saturitas exardescit post escam. Mox in oratione profusi Christum aeternum fontem precantur, ut ipse suis famulis aquam tribuat in deserto, qui tunc Israheliticis unda manavit in heremo. (25) Hinc divinitatis auribus e vicino exauditis precibus, ubi beatus Paternus tetigit de baculo humum fons erupit ab abysso et ita replens exilivit, ac si Moyses alter virga perforante aquas traxisset de lapide.

(26) Cuius causae fama crescente vir venerabilis Generosus abba eorum post tri- IX
ennium ad requirendos monachos tam bene ad Christum fugitivos perrexit. (27) Quibus inventis, agnoscit sanctum Paternum se in valde vita ardua constrinxisse, qui praeter panem et aquam vel holera sale condita nulla sumebat cibaria. Aspectum vero suum non solum a feminarum sed etiam a virorum removebat praesentia, ut ab omnibus summotus sollicite expectaret adventus angelicos et cresceret in divinitate quod deesset in homine. (28) Lectulum numquam habens, lectaria nesciens, in pluma neque caput reclinans, nisi veste tantummodo qua in die usus est ea per noctem contentus est. Pro molli lana hirsutum cilicium induens, ut inter horas soporis et per quietem temporis non esset requies corporis et mutato ordine adhuc post actum diem nox succederet in labore. (29) Quod abbas suus inspiciens ultra propositum regulae, velut inpatientem equum acriter excurrentem per inposita freni pondera ad moderata eum revocavit ieiunia, imperans ut nec reclausus esset tam ardue neque virorum conspectu vel conloquio se fraudaret, insuper et cellulas quas ipse instruxerat in carro vicibus visitaret.

(30) De quo quia de bonis esset parentibus tam a pontifice Leontiano quam a X
civibus prompte testificatus est. Quem in loco commendans, beatum Scubilionem ad monasterium revocans, parvo intervallo ad fratrem redire permisit. (31) Dehinc vir dei Paternus a sancto Leontiano diaconus ac presbyter institutus, quantum dignitas creverat tantum se virtutibus honorabat. Quibus gemellis cultoribus tantus in Sesciaco adolescebat gratiae fructus de verbi semine genitus, ut fanum profani cultus ereptis hominibus deputaretur pecoribus et insensatus locus fieret animalium clausura. (32) Spelunca vero quia et tales accolas excepit, tantum coepit nobilis floris odore

15 Num. 20, 11.

1 iteranti] *i. q.* itineranti 2 qūe *P* 7 uuithenus *R*, uuitheus *Surius* ieiunia] sera *add. Boll.* 8 dilata *Mab. 2 et Boll.* momento *P* 12 aeternum] uitae *add. Mab. 2* 17 abbas eorum generosus *Z*, generosus *om. Y cum Mab. 1* 26 temporis *rhythmo certum*, per tempus quietis *Mab. 2* 30 se fraudaret] defraudaret *Mab. 2* construxerat *Mab. 2 et Boll.* uicibus] *cf. carm. I, 15, 35* 32 leonciano *fere P*, leontiniano *Z* 33 quem — 34 permisit] praefatus itaque abbas cum paternum omnibus fratribus et mundi principibus satis commendasset et in eodem quo degebat loco confirmasset, tum scubilionem ad monasterium redire praecepit et in aliquibus correctum post modicum tempus ad fratrem paternum redire permisit *Y* 36 quibus — *p.* 36, 40 quam corporis] *om. Mab. 1* 37 ut] in *add. P* 39 tantum] *scripsi*, tamen *P*, tam *Surius*, etiam *Mab. 2* nobiles flores *P*

fraglare, ut velut de patris fundamine matrisque alveario cum totius religiositatis nectare nata atque nutrita monachorum plurima funderentur examina. (33) Denique per civitates Constantiam scilicet, Baiocas, Cinomannis, Abrincas, Redones Britanniae multa monasteria per eum domino sunt fundata, cuius diversis indiciis claruit fides per opera et sacrata vita per signa.

XI (34) Itaque in Sesciaco quadam vice Aroastes presbyter offert ei ancillam suam sine officio linguae mutam. Tunc sanctus vir puellae labiorum loca manu contrectans, nullatenus aperire poterat dentium stricturam. (35) Qui mox benedicens oleum, ubi signavit maxillarum conpagem, reddunt sonum quasi catenarum fragmenta fuissent conlisa, et in ore eius intinctum liquorem ponens, interrogat quid haberet quod taceret. Mox unde muta tacuit per verba respondit.

XII (36) Item cum de Sesciaco accessisset Abrincas, petit a fratre Scubilione, ut duos pullos columbarum quos ipse nutriverat secum portare permitteret. Quod ille negavit dicens: Pro tua praesentia vel columbarum tuarum mihi reliquias teneam. Cui sanctus Paternus ait: Quem plus amant, apud ipsum permaneant. (37) Qui cum ad monasterium fere decem et octo milia spatia pervenisset, altero die ibidem venerabili viro columbae velociter occurrerunt, ut itineris eius ubi signa non videbant sequerentur vestigia. (38) Sic post beatum Paternum desiderium suum et aves confessae sunt, si quidem satis dignae quod spiritualem columbae secutae sunt.

XIII (39) Item apud Abrincas cuiusdam Vrsi possessoris ancillae morbo contrahente se manus conlegerant nec poterant devolvere, nam fila erant digitorum glomerata. (40) Mox tamen ut beatus orationem explicuit, contractarum manuum se tela distendit et reddita sanitate coeperunt digiti nervorum liceas temperare.

XIV (41) Hinc fama percurrente multa regis Childebercthi prece conpulsus est, ut ipsi glorioso regi Childeberctho Parisius in carro cooperto reclusus occurreret. Mantela vico quidam puer a serpente percussus est et iam iam exanimante sanctus vir accessit, ne puer morte interveniente recederet. (42) Itaque facto crucis signo et olei liquore perfuso penetratum venenum tali curavit antidoto. Quo etiam in loco ad rerum testimonium in eius nomine Christi basilicam condiderunt. (43) Cuius spiritalem adventum Parisius inmundi spiritus agnoscentes de obsessis corporibus in fugam conversi sunt. Pariter autem hi qui frigoribus torquebantur incolomes effici meruerunt nec morbus illic praevaluit ubi talis medicus unguenta produxit.

XV (44) Dehinc cum sacerdos pro pauperum remediis regi suggestionem proponeret, tunc gloriosus Childebercthus Crescentio imperat, ad quem cura publica pertinebat, ut quod beatus Paternus ei iniungeret expediret. Quod ipse inplere promittens mentitus est, profectusque ad partes Burgundiae praedicto sanctissimo nesciente, per biduum Crescentius excaecatus erravit. (45) Qui culpam reminiscens unde illum tam repente tenebrosus error invaserit, regressus velociter, inpetrata venia, ut culpa cordis exiit oculis lux intravit et doctior post caecitatem servi dei iussa conplevit, ut ex hoc crederetur recepisse luminaria magis mentis quam corporis.

XVI (46) Qui septuagenarius cum abbatis officio virtutibus fungeretur et in cellula sua quam primum aedificaverat Sesciaci quiesceret, quadam nocte visus est ei ipse locus mira claritate perfusus et ad eum venientes in visione sancti qui ad deum migrave-

---

1 ut] *Surius et Mab.* 2, ac *P* 2 fundarentur *Mab.* 2 3 constantiam] *om. Mab.* 2 brittannia *P* 6 uice] die *Mab.* 2 oroaste *Surius* 13 colubarum *P* 14 reliquias mihi *Mab.* 2 24 childeberti *fere P* 25 mantela uico quidam puer] *P*, autela uico quidam puer *Z*, cumque mileuico puer *Surius*, mantela uico quidam puer mileuo nomine *Boll.* 26 et iamiamque *Mab.* 2 28 penetractum *P* 29 cuius] nomine *add. Mab.* 2 34 crescentiano, *ut infra Boll.* 36 biduo *P* 41 officio] *om. Mab.* 2, cum *add. Boll.* 43 dominum *Mab.* 2

rant, Melanius, Leontianus et Vigor episcopi, per revelationem eum ordinaverunt antestitem. (47) Tum ipse stupefactus sed apud se retinens, quamvis tunc tractaverit, post probavit. Nam nec longo intervallo ad supplicationem tam plebis quam principis Abrincas pastore recedente successit nec recusare poterat quod iam secreta dei dispensatione portentatum erat. (48) Mox effectus pontifex ita se in ecclesiarum instauratione vel nova aedificatione exercuit, domum recuperatione succinxit, culturae utilitate disposuit, pauperum administratione profudit, ut esset in singulis mirabilis et in omnibus singularis.

XVII (49) Illud etiam merito memoriae non fraudatur. Cum quadam vice in Teudeciaco villa Severo comite advenisset, quaedam femina civis Redonica ei in oratione oblata est muta. Quo sancto viro oratione conpleta, statim mulier longa erupit silentia nec potuit inimico servire diutius, quo libertatis auctor Christus fuit invocatus.

XVIII (50) Igitur cum tertio decimo anno vir dei ageret in pontificatu, statim altero die paschae cum fratres Sesciaco visitare cuperet in infirmitatem inruit: pariter autem sanctus Scubilio in Maudanense monasterio in infirmitate incidit. Dirigunt ad se invicem, ut priusquam de saeculo discederent se viderent. (51) Tunc missi se obviantes beatum Scubilionem in itinere commovent, ut fratri occurreret, sed brachio maris opposito non valuit nocturno tempore transfretare. (52) Attamen cum a se sancti fere tria milia spatia interessent, eadem nocte pariter beatus Paternus una cum sancto fratre suo glorioso proposito, nobili in triumpho, felici viatico cum choro angelico in caelesti senatu de terrenis pias animas emiserunt ad Christum.

XIX (53) Quem Lauto episcopus, qui ibidem ante dies octo ad visitandum advenerat, cum ad basilicam Sesciaco beatum Paternum deduceret inpendens exsequias, item Lascivius episcopus sanctum Scubilionem ad basilicam ipsam deduceret, utrique concinente choro psallentium in unum nescientes pontifices convenerunt et sanctissimi viri orationis locum quem aedificaverant pariter eadem die occupaverunt felici sub transitu, ut nec mortis casus divideret quos semper una vita coniunxit: ac simul uno momento cum altero alter sepultus est, cum et in peregrinatione alterum alter secutus est. (54) Sic redemptori nostro amatori unico electi de saeculo meritis felicibus aequaliter occurrerunt miracula facientes post obitum, qui beatis operibus vivunt integre post sepulchrum.

---

1 leucianus et beor *Surius* 2 tractauerit] *P cum Mab. 1*, tacuerit *Mab.* 2, non propalauerit *Boll.*: *cf. Fortun. V. M. II, 305* tractat neque uerba relaxat 5 erat] fuerat *Boll.* 7 utilitatem *P* 9 teudeciaco] *P*, teudeciano *R*, theodeciaco *Y*, theodisiaco *Surius*, tendenaco *Boll.*, feudetiaco *Mab. 1* 10 ei in] cum *Mab.* 2 11 rupit *Mab. 2 et Boll.* 12 pro qua *Mab.* 2, quo — inuocatus *om. Boll.* 13 tertio decimo anno] *P cum Mab. 1* 15 scubilius *P* mandanense *Mab. 1*, mandanensi *Boll.* 16 missi se] inuicem *add. Mab.* 2 17 commonent *Mab. 1. 2* 18 ad *P* 20 praeposito *Mab.* 2 24 utique *Mab. 1*, utroque *Mab.* 2 25 et sanctorum corpora simul cum gaudio inhumarunt *Z* 31 sepulchrum] EXPLICIT VITA SČI PATERNI EPI ET CF *add. P*

VITA SANCTAE RADEGVNDIS.

I (1) Redemptoris nostri tantum dives est largitas, ut in sexu muliebri celebret fortes victorias et corpore fragiliores ipsas reddat feminas virtute mentis inclitae gloriosas. Quas habentes nascendo mollitiem facit Christus robustas ex fide, ut quae videntur inbecilles, dum coronantur ex meritis, a quo efficiuntur laudem sui cumulent creatoris, habendo in vasis fictilibus thesauros caeli reconditos: in quarum visceribus cum suis divitiis ipse rex habitator est Christus. (2) Quae mortificantes se saeculo, despecto terrae consortio, defecato mundi contagio, non confidentes in lubrico, non stantes in lapsu, quaerentes vivere deo, ad gloriam redemptoris sunt copulatae paradiso. In quo est pariter numero illa cuius vitae praesentis cursum licet tam privato sermone ferre temptamus in publico, ut cuius est vita cum Christo memoria gloriae relicta celebretur in mundo.

II (3) Beatissima igitur Radegundis natione barbara de regione Thoringa avo rege Bessino, patruo Hermenfredo, patre rege Bertechario, in quantum altitudo saeculi tangit regio de germine orta, celsa licet origine multo celsior actione. (4) Quae cum summis suis parentibus brevi mansisset tempore, tempestate barbarica Francorum victoria regione vastata, vice Israhelitica exit et migrat de patria. Tunc inter ipsos victores cuius esset in praeda regalis puella fit contentio de captiva, et nisi reddita fuisset, transacto certamine in se reges arma movissent. (5) Quae veniens in sortem praecelsi regis Chlotharii, in Veromandensem ducta Adteias in villa regia nutriendi causa custodibus est deputata. Quae puella inter alia opera quae sexui eius congruebant litteris est erudita, frequenter loquens cum parvulis, si conferret sors temporis, martyra fieri cupiens. Indicabat adolescens iam tunc merita senectutis, obtinens pro parte quae petiit. (6) Denique dum esset in pace florens ecclesia, ipsa est

---

1 INCIPIT PROLOGVS IN VITA SANCTAE RADEGVNDIS REGINE *P*, INCIPIT PROLOGVS FORTVNATI EP̄I DE VITA SC̄AE RADEGVNDIS VIRG: *M*, INCIPIT VITA SANCTAE RADEGVNDIS REGINAE ID. AGVSTI *G*, INCIPIT VITA SANCTAE RADEGVNDAE EPISCOPO FORTVNATO EXPS (*i. e.* EXPOSITA) *L*, INCIPIT VITA SC̄Ę RADAGVNDĘ VIRG. COMPOSITA A FORTVNATO EPISCOPO *E*, INCIPIT PREFATIO FORTVNATI EPISCOPI DE VITA SANCTAE RADEGVNDIS REGINAE *T*, *prologum om. GH*   4 christus] ipse *T*, *in exemplari per compendium scriptum erat* χρς   5 efficiuntur] fortes *add.* P^2, tales efficiuntur ut L^2, meritis laudem sui cumulent creatoris a quo efficiuntur fortes habendo *T*   6 caeli] *om. T*   quorum *ET*   7 est] *superscr.* M^1 8 defecato] *PMT*, deficato L^1, spectoque L^2, desecato *E*   lubricum constantes in lapsum *T*   10 in quarum *E*, in quo numero est ista cuius *T*   tam priuato sermone] *PM*, sermone tam priuato *L*, sermoni tamen priuato *E*   11 temptamus] *PMT*, temptauimus *LE*   publico] *PM*, publicum *LET*   12 relicta] *P*, relicto *M*, *om. T*, relata *rell.*   mundo] EXPLICIT PROLOGVS INCIPIT VITA *add. P*, EXP̄LI PROLOGVS INCIPIT NARRATIO GESTORV̄ RADEGVNDIS *add. M*, EXPLICIT PREFATIO INCIPIT VITA SANCTAE RADEGVNDIS REGINAE EDITA A FORTVNATO VENERABILI EPISCOPO *add. T*, *om. E*   13 toringa *T*   14 bessino] *PLT*, besino *M*, basino *E*: bisinum *Greg. Hist. Fr. II, 12*   hermenfredo] *PM*, ermenfredo *G*, ermenfrido *L*, herminfrido *E*: herminefredi *carm. VIII, 1, 23*, hermenefredi *Greg. Hist. Fr. III, 7*   bertechario] *scripsi*, berechario *PM*, berechtario *GH*, berhthario *L*, berthario *E et carm. app. 3, 33*: radegundem filiam bertecharii regis *Greg. Hist. Fr. III, 7*   in quantum] quae in quantum *P*, quo *LE*   15 regina *LE*   orta] *om. LE*   multum *LE*   celsior] est *add.* P^1M 16 suis] *om. LE*, suis summis *T*   mansisset] commanens *LE*   francorum uictoria] *v. Fortunati carm. app. I, de excidio Thoringiae et Greg. Hist. Fr. III, 7*   18 uictores] *Theudoricum et Chlothacharium, v. Greg. l. l.*   19 fuisset] bis a quibus sublata est *add. H*   transacta P^1 sorte *M*   20 praecelsi] *om. T*   clotharii P^2MT, clotarii P^1, cholodarii *E, cf. supra p. 16, l. 24*   ategias *T*: *v. Longnon, Géographie p. 410*   21 quae — 22 erudita] puella nata laboribus quae conueniunt sexui inter opera reliqua fit barbaris litterata *LE*   22 frequenter] *om. G*

a domesticis persecutionem perpessa. Iam tunc id agens infantula, quidquid sibi remansisset in mensa, collectis parvulis, lavans capita singulis, conpositis sellulis, porrigens aquam manibus, ipsa inferebat, ipsa miscebat infantulis. (7) Hoc etiam praemeditans cum Samuhele parvulo clerico gerebat. Facta cruce lignea praecedentem subsequens, psallendo ad oratorium cum gravitate matura simul parvuli properabant, et ipsa tamen cum sua veste nitidans pavimentum. Circa altare vero cum facitergio iacentem pulverem colligens, foris cum reverentia recondebat potius quam vergebat. (8) Quam cum praeparatis expensis Victoriacon voluisset rex praedictus accipere, per Beralcham Adteias nocte cum paucis elapsa est. Deinde Suessionis cum eam direxisset, ut reginam erigeret, evitans pompam regalem ne saeculo cresceret, sed cui debebatur et humana gloria non mutatur.

(9) Nubit ergo terreno principi nec tamen separata caelesti, ac dum sibi acces- III
sisset saecularis potestas, magis quam permitteret dignitas se plus inclinavit voluntas. Subdita semper deo, sectans monita sacerdotum, plus participata Christo quam sociata coniugio. Illo vero sub tempore temptamus patefacere de multis pauca quae gesserit. (10) Igitur iuncta principi, timens ne deo degradasset, cum mundi gradu proficeret, se sua cum facultate eleemosynae dedicavit. Nam cum sibi aliquid de tributis accideret, ex omnibus quae venissent ante dedit decimas quam recepit. Deinde quod supererat monasteriis dispensabat et quo ire pede non poterat transmisso munere circuibat. (11) A cuius munificentia nec ipse se abscondere potuit heremita. Sic ne premeretur a sarcina, quod acceperat erogabat. Apud quam nec egeni vox inaniter sonuit nec ipsa eam surda praeteriit, saepe donans indumenta, credens sub inopis veste Christi membra se tegere: hoc se reputans perdere quod pauperibus non dedisset.

(12) Adhuc animum tendens ad opus misericordiae, Adteias domum instruit, quo IV
lectis culte conpositis, congregatis egenis feminis, ipsa eas lavans in termis morborumque curans putredines, virorum capita diluens, ministerium faciens, quos ante lavarat eisdem sua manu miscebat, ut fessos de sudore sumpta potio recentaret. Sic devota femina nata et nupta regina, palatii domina pauperibus serviebat ancilla. (13) In mensa vero subocculte ne forte cognosceretur ab aliquo, ante se posito cum legumine ferculo, inter epulas regum more trium puerorum fava vel lenticula delecta-

30 II. Reg. 17, 28.

1 persecutiones *LE* iam — 3 manibus] sed iam tunc tenerae aetatis adhuc (adhuc aetatis *H*) adulta, id agere studii habebat, ut quicquid sibi (residui *add. H*) remansisset edulii, collectis paruulis eorumque capitibus (singulorum *add. H*) mundatis *TH* 2 paruulis] aliis paruulis *LE* capita *post* remansisset *M* 3 ipse P^1, cibos *add.* M^2(*G*) ipse P^1, ipso M^1 4 samuhele] *PT* paruo *PM* regebat *M*, *om. LE* factā crucē ligneā *M* praecedentem] *MLE* 5 subsequentes P^2 cum] *om. T* 6 et] *om. LET* nitidans pauimentum] pauimentum nitidans (incidens *L*) *LET* 7 foras *LET* 8 uictoriacon] *scripsi, cf. Greg. Hist. Fr. IV, 51:* ad uillam cui nomen est uicturiacon, uictoria*** *P*, uictoriac** M^1, uictoriae *G*, uictoriacum *L*, uicturiaco *T* uoluisset] eam *add. LE* 9 adteias] *P*, adtegias *M*, ad atteias *L*, ab attegias *E*, ad ateias *T* noctu *PM* 10 erigeret] fugit *L* (*ubi* regnum?), eligeret *E* euitans] illa euitabat *T* 11 debetur etiam *T* 12 nubet *L*, nupsit *ET* principe *PM* 13 secularis dignitas plus se inclinauit uoluntas quam permitteret dignitas *T* praemitteret *PM* sed P^1M 15 sub tem| *desinit E, ubi 4 folia perierunt* gessit *T* 16 igitur] *MLT*, ideo (*PG*) principe *L* grato *L* 17 cum sua *T* 18 decimas dedit *L* 19 misso *LT* 20 ad cuius munificentiam *L* sic] et sicuti P^2(*GT*), sicque *L* 21 nec egeni uox] egeni uox non *G* 22 eam] *om. L* 23 prodere *L* quod] quicquid (*LT*) 24 animo *L* ateias *T* inheseruit *L* quo] *LT*, ubi *PMG* 25 electis *M* congregans egenas feminas *L* eas] et *G*, *om. LT* 26 que *om. LT* curabat *T* uiuorum *L* 27 lauaret P^1M, lauerat *T* recentaret] *PMLT*, recrearet G^2 29 subocculto *M*, occulte *L*, sua occulte *T* forte] *om. L* cognoscetur *M* se] *om. M* 30 faba P^2M^2T, fabae uel lenticulae *L*

biliter vescebatur. De cursu vero decantando, etsi sederet in prandio, excusans regi aliquo casu, ut deo redderet debitum se subducebat convivio. Quo egressa domino psalleret, curiose requirebat quali cibo foris pauperes refecissent.

V (14) Item nocturno tempore cum reclinaret cum principe, rogans se pro humana necessitate consurgere, levans egressa cubiculo, tam diu ante secretum orationi incumbebat iactato cilicio, ut solo calens spiritu iaceret gelu penetrata, tota carne praemortua, non curans corporis tormenta mens intenta paradiso, leve reputans quod ferret, tantum ne Christo vilesceret. (15) Inde regressa cubiculum, vix tepefieri poterat vel foco vel lectulo. De qua regi dicebatur habere se potius iugalem monacham quam reginam. Vnde et ipse inritatus pro bonis erat asperrimus, sed illa pro parte leniens, pro parte tolerabat modeste rixas inlatas a coniuge.

VI (16) Diebus vero quadragesimae satis est scire qualiter se retegit inter vestes regias singulariter paenitens. Igitur adpropinquante ieiunii tempore mittens ad religiosam Piam nomine monacham, cui sancto proposito illa dirigebat veneranter in linteo sigillatum cilicium: quod sancta induens ad corpus, per totam quadragesimam subter vestem regiam dulce portabat in sarcina. Transactis diebus similiter sigillatum retransmittebat cilicium. (17) Sin autem rex deesset, quis credat qualiter se orationi defunderet, qualiter se tamquam praesentis Christi pedibus alligaret et quasi repleta deliciis sic longo ieiunio satiaretur in lacrimis? Cui despecto ventris edulio Christus tota refectio et tota fames erat in Christo.

VII (18) Illud qua pietate peragebat sollicita, ut quae per oratoria vel loca venerabilia tota nocte perlucerent candelas suis manibus factas iugiter ministrabat? Vnde hora serotina dum ei nuntiaretur tarde, quod eam ad mensam rex quaereret, circa res dei dum satagebat rixas habebat a coniuge, ita ut vicibus princeps per munera satisfaceret quod ei per linguam peccasset.

VIII (19) Ad cuius opinionem si quis servorum dei visus fuisset vel per se vel vocatus occurrere videre se illam, caelestem se putabat habere laetitiam, et hora noctis recursa cum paucis pergens et intimis per nivem, lutum vel pulverem, aqua calida parata, ipsa lavabat et tergebat venerandi vestigia nec resistente servo dei et propinabat in patera. (20) Sequenti die curam domus committens creditariis, ipsa se totam occupabat circa viri iusti verba, circa salutis instituta et circa adipiscendi vitae caelestis commercia retentabatur per dies. Et si venisset pontifex, in aspectu eius laetificabatur et remuneratum relaxabat ipsa tristis ad propria.

---

1 occursu *M* excusans regi aliquo casu] *om. T* 2 conuiuio subducebat *L* egressa] ut *add. MT* 3 psalleret] et *add.* $P^{2}L$ requireret *L* 4 idem *PMT* rogat *L* 5 et leuans *LT* cubiculum *L* ante secretum orationi] secreta oratione *L* 6 spiritū *M* 7 tormenta] *om. G*, tormentum *L* reputabat leuissimum quid *T* 8 ne*, *ras.* c *M* cubiculo *T* uix] uel *L* 9 regem *L* potius se *L*, se magis *T* 10 inritatus] in tantis G^{1}, tantis G^{2} pro — 11 inlatas] *om. L* 11 coniuge] rege *PM* 12 retexit P^{2}(*T*), redegit *L* 13 poenitentem *L* ieiunii tempore] *om. L* mittens] mittebat *post* piam *T* 14 monacham nomine piam *LT* cui] in G^{2} 15 cilicium in linteo sigillatum *L* 16 ueste regia *MG* portauit *L* transactis] autem *add. LT* 17 si *L* 18 defunderet] $P^{1}MG^{1}$, diffunderet (*LT*) et] *om. L* 19 satiaret *G* dispectu *L* 20 christus] christi illi *L* in christo] *om. PM* 21 quod $P^{1}M$ perageret sollicite *L* ut quae per] circumiens *PM* 22 tota] ut tota *PM* ministraret. pro quarum morti serotina *L* 23 quod se ad mansam (?) rex requireret *L*, rex quod ad mensam *T* 24 satagit *L* a] cum *PM* uicibus] *cf. V. Paterni c. 9* pro munere *L* 25 ei per] *om. L*, per *T* 26 dei uel per se uel uocatus uisus fuisset occurrere *T* pro PM^{1}(*G*) prouocatus *G*, euocatus *L* 27 occurreret M^{2} uideres illam *LT* se putabat] *om. LT* decursa *L* 28 pace *M* intimis] thermis *in mg. add.* M^{2}, in̄tmis *T* 29 et propinabat in patera] propinabat ei pateram *T* 30 tota *PG*, *om. M* 31 adipiscendi] $P^{1}MG^{1}$, instituta circa dispicienda mundi *L*, adipiscenda (*T*) 32 uenisset] presbyter aut *add. L* in aspectu — 33 relaxabat] quos uir deus letificata remunerare laxabat *L*

(21) Illud quoque quam prudenter totum pro sua salute providebat inpendere, IX
quotiens quasi mavortem novum lineum savanum auro vel gemmis ornatum more vestiebat de barbaro, a circumstantibus puellis si laudaretur pulcherrimum, indignam se adiudicans tali conponi linteolo, mox exuens se vestimento, dirigebat loco sancto quisquis esset in proximo et pro palla ponebatur divinum super altare.

(22) Qualiter vero si quis pro culpa criminali, ut adsolet, a rege deputabatur X
interfici, sanctissima regina moriebatur cruciatu, ne designatus reus moreretur in gladio? Qualiter concursabat per domesticos fideles servientes et proceres, quorum blandimentis mulcebat animum principis, donec in ipsa ira regis unde processerat sors mortis inde curreret vox salutis?

(23) His igitur beatis actibus occupatam in tantum provexit divina clementia, ut XI
etiam adhuc in palatio laica domino largiente declararentur pro ea miracula. (24) Denique in Perunna villa post prandium dum ambularet per ortum sanctissima, rei retrusi pro crimine succurri sibi clamabant vociferantes de carcere. Ipsa quid esset, interrogat: mentiuntur ministri, quod mendicorum turba quaereret eleemosynam. Credens hoc illa, transmittit quod indigebat inopia. (25) Interea a iudice conpelluntur tacere qui tenebantur in conpede. Cum vero nox supervenisset, dum sibi cursum diceret, fractis vinculis soluti occurrunt sanctae de carcere. Quo cognito reos se viderunt qui beatae mentiti sunt, dum qui rei fuerant de catenis soluti sunt.

(26) Et quoniam frequenter aliqua occasione divinitate prosperante casus ceditur XII
ad salutem, ut haec religiosius viveret frater interficitur innocenter. Directa igitur a rege veniens ad beatum Medardum Novomago, supplicat instanter ut ipsam mutata veste domino consecraret. (27) Sed memor dicentis apostoli: Si qua ligata sit coniugi, non quaerat dissolvi, differebat reginam, ne veste tegeret monacham. Adhuc beatum virum perturbabant proceres et per basilicam graviter ab altari retrahebant, ne velaret regi coniunctam, ne videretur sacerdoti, ut praesumeret principi subducere reginam non publicanam sed publicam. (28) Quo sanctissima cognito intrans in sacrarium, monachica veste induitur, procedit ad altare, beatissimum Medardum his verbis alloquitur dicens: Si me consecrare distuleris et plus hominem quam deum timueris, de manu tua, pastor, ovis anima requiratur. Quo ille contestationis concussus tonitruo, manu superposita consecravit diaconam.

(29) Mox indumentum nobile, quo celeberrima die solebat pompa comitante re- XIII
gina procedere, exuta ponit in altare et blattis, gemmis, ornamentis mensam divinae

23 I Cor. 7. 29 Gen. 9, 5.

2 mauorte lineo sauano nouo auro *T*: *cf. Du Cange Gloss. ed. Henschel tom. VI p. 1* ornato *T* uestiuit barbaro et a *L*, uestiebatur barbaro *T* 3 pueris, *superscr.* uel puellis *T* 4 tali] *om. L* indumento *L* sancto loco *M*, loco sancto dirigebat *L* 5 pro] *om. L* super altario diuino *L* 7 reus gladio moreretur *L* 8 quorum] cuius *L* 9 in] *om. T* processit *M* 12 laicam *L* declararent *L* pro ea] *PMG*, *om. L*, per eam (*T*) denique dum in — 13 prandium ambularet *L* 13 perrunna *M*, berrona *L* pro orto scisma *L* retrusi] et rusi *L*, trusi *T* 14 ipsa] autem *add. T* 15 interrogabat *M* turba mendicorum *L* 16 quod] *PMT*, quo (*L*) 18 occurrunt soluti *L*, sanctae occurrunt *T* 19 dumque *L* 21 religiosus *L* interficitur] *cf. carm. de excidio Thoringiae v. 124 et Greg. Hist. Fr. III, 7* innocentis. igitur directa *L* 22 nouomago] PM^1G^1, nouiomagum *L* ipse *PM* 23 consecrarit P^1, *corr.* P^2 apostoli dicentis *LT* quae *L* coniuge *L* 24 uestem P^1 adhoc M^2T, etiam *add. T* 25 proturbabant *M* ad altare M^1, ab altario *L*, ab altare grauiter *T* 27 non publi| *L* secretario *L* 28 monachica] *e corr.* ca *P*, monachi*ica *G*, monachi *L* induitur] et *add. L* altare] et *add. T* 30 pastor] a pastore P^2(*T*) qua *T* 31 tonitruo] *om. T* 33 blattis] P^1GLT, ablatis *M*, oblatis P^2 mensam] eam (?) ense *L*

gloriae tot donis onerat per honorem. Cingulum auri ponderatum fractum dat opus in pauperum. (30) Similiter accedens ad cellam sancti Iumeris die uno quo se ornabat felix regina, conposito sermone ut loquar barbaro stapione, camisas, manicas, cofias, fibulas, cuncta auro quaedam gemmis exornata per circulum, sibi profutura sancto tradit altario. (31) Inde procedens ad cellam venerabilis Datdonis die qua debuit ornari praestanter in saeculo quidquid indui poterat censu divite femina, abbate remunerato, totum dedit coenubio. (32) Aequiter sancti Gundulfi post facti Mettis episcopi progressa receptaculo non minore laboratu nobilitavit synergium.

XIV (33) Hinc felici navigio Turonis adpulsa, quae suppleat eloquentia, quantum officiosam quantumque se monstravit munificam? Quid egerit circa sancti Martini atria, templa, basilicam, flens, lacrimis insatiata, singula iacens per limina, ubi missa revocata vestibus et ornamento quo se clariori cultu solebat ferre palatio sacro conponit altari. (34) Hinc cum in vicum Condate, quo gloriosus vir Martinus et Christi satis intimus senator migravit de saeculo, ancilla domini pervenisset, dedit non inferiora domini crescens in gratia.

XV (35) Hinc cum in villa Suedas Pictavo territorio iuxta praedictum vicum decenter accederet itinere prosperante, qualem se gessit per singula quis enumeret infinita? Quod in mensa sub fladone sigilatium panem absconsum vel ordeatium manducabat occulte sic ut nemo perciperet. (36) Nam ex illo tempore quo beato Medardo consecrante velata est usque ad infirmitatem praeter legumen et holera non pomum, piscem vel ovum nec quid aliud edit, potum vero praeter aquam mulsam atque piratium non bibit, vini vero puritatem aut medi decoctionem cervisaeque turbidinem non contigit.

XVI (37) Tum more sancti Germani iubet sibi molam secretissime deferri, ad quam totam quadragesimam, in quantum quatriduana refectio postulavit, oblationes etiam suis manibus faciens, locis venerabilibus incessabiliter dispensavit. (38) Ergo quia apud sanctam non minus usus misericordiae quam erat concursus de plebe nec deessent qui peterent nec deficeret quod donaret, mirandum ut omnibus satisfaceret. Vnde thesauri tot exuli, unde tot divitiae peregrinae?

XVII (39) Quantum expendebat diurna redemptio quod sola sciebat quae petentibus deportabat? Nam praeter cotidianam mensam, qua refovebat matriculam, duobus semper diebus sabbati quintam et sabbatum vicibus balneo parato ipsa succincta de savano capita lavans egenorum, defricans quidquid erat, crustam, scabiem, tineam nec purulenta fastidiens, interdum et vermes extrahens, purgans cutis putredines,

---

1 pro honore *L* auro *LT* 2 pauperes *L* ^{h}umeris *L* 3 barbaro] *om. L* stabionem *L, cf. Graff, Ahd. Sprachschatz tom. VI, p. 655* camisas] *MPG* 4 cofias] *cf. Forcellini tom. II, p. 256, redit E* 5 tradidit *T* altari *GT* dadonis *T* quo *LE* 6 induere *LE* 7 factis tamitis *L*, facti mitis *E* 8 synergium] *cf. Du Cange Gloss. tom. VI, p. 472* 10 ociosam *M* quantumque] quam *LE* quod *M* 12 ferre] ornare in *T* sacro conponit altari (altario *LE*)] *PMG*^{1}*LE* 13 conditum P^1M, condatum P^2, condotense *E*, condatensem (*T*): *cf. Greg. Hist. Fr. X, 31* obiit apud condatensem uicum urbis suae quo] *LE*, ubi *rell.* 14 de] a *M* 16 suaedas *GT* pectauo *L*, pictauio *E* 17 qualiter (*PG*), quale *L* enumerat *G* 18 fladone] *cf. Forcellini tom. III, p. 92* sigilatium] *PMT*, segalatium *G*, selacio *L*, sic allato *E*, *cf. infra p. 44, 11* panem absconsum *ante* sigilatium *M*, pane absconso *LE* uel] et (*PG*) ordeacio *L*, ordeaceo *E* manducauit P^1M 20 legumen — 21 uero praeter] *om. L* (*non E*) et] *suppl.* P^2, *om. M* non] *om. M* 21 nec] ne *M* quid] *om. T* ędidit G^1, esui habuit *T* uero] *om. LE* piratium] *cf. Forcellini tom. VI, p. 681* 22 aut] atque *M* medus *PG*, medis M^1, medonis M^2 ceruisaeque] *codd.* non contigit] *om. L*, non bibit *E* 23 tumore *M* 24 tota quadragesima (*MT*) quatriduanam G^1 postulauit] sua manu conmoluit *add. L*, commuluit *add. E* 25 incessanter *LET* 26 nec] ne *M*, ut nec (*ET*) 27 donaretur (*GT*) 28 tot thesauri *T* unde *** (*ras.* tot) peregrinae tot diuitiae *T* 31 quintum et sabbato P^1M, diebus quinta scilicet feria et sabbato *T* de] *om. T* 32 sauano] *v. supra p. 41, l. 2* crustae *T*

singillatim capita pectebat ipsa quae laverat. (40) Vlcera vero cicatricum, quae cutis laxa detexerat aut ungues exasperaverant, more euangelico oleo superfuso mulcebat morbi contagium. Mulierum vero descendentium in tinam ipsa cum sapone a capite usque ad plantam membra singula diluebat. Egredientibus exinde si cui veterata indumenta conspiceret tollens rasa, nova reddens, ante pannosos faciebat venire cultos ad prandium. (41) Quibus congregatis, ministerio parato, ipsa aquam sive mappam singulis porrigebat et invalidis ipsa pariter os et manus tergebat. Hinc tribus ferculis inlatis, farcitis deliciis, stans ante prandentes ieiuna, praesens convivis ipsa incidebat panem, carnem, quidquid adponeret. (42) Languidis autem et caecis non cessabat ipsa cibos cum cocleare porrigere, hoc praesentibus duabus sed se sola serviente, ut nova Martha satageret, donec potulenti fratres laeti fierent conviviis. Tunc illa removens se loco, ut ablueret manus, iam bene culto convivio tota gratificabatur. Si quid audiret de fremitu, iubebat tamen ut sederent, donec vellent adsurgere. XVIII

(43) Venerabili vero omni dominico die hoc habebat in canone vel aestate vel hieme, ut pauperibus collectis primo merum sua manu de potu dulce porrigeret, puellae postea committens, ut omnibus illa propinaret, quia ipsa festinabat orationi occurrere, quo et cursum consummaret et sacerdotibus ad mensam invitatis occurreret, quos adhuc regali more ad propria cum redirent sine munere non laxaret.

(44) Hanc quoque rem intremescendam qua peragebat dulcedine! Cum leprosi XIX
venientes signo facto se proderent, iubebat adminiculae, ut unde vel quanti essent pia cura requireret. Qua sibi renuntiante, parata mensa, missorium, cocleares, cultellos, cannas, potum et calices scola subsequente intromittebatur furtim, quo se nemo perciperet. Ipsa tamen mulieres variis leprae maculis conprehendens in amplexu, osculabatur et vultum toto diligens animo. (45) Deinde posita mensa ferens aquam calidam, facies lavabat, manus, ungues et ulcera et rursus administrabat ipsa pascens per singula. Recedentibus praebebat auri vel vestimenti vix una teste munuscula. (46) Ministra tamen praesumebat et blandimentis sic appellare: Sanctissima domina, quis te osculetur quae sic leprosos amplecteris? Illa respondit benivole: Vere si me non osculeris, hinc mihi cura nec ulla est.

(47) Quae tamen praestante deo diverso fulsit miraculo. Denique si quis pustulae XX
desperaret de vulnere, offerebat ministra sanctae folium pampani mentiens sibi opus hoc esse. Sic vix obtento signaculo portans ad desperatum, vulneri superposito mox occurrebat remedium. (48) Item frigoreticus qui venisset aut languidus dicens in somnis se vidisse, ut pro sua salute feminae sanctae occurreret, offerens candelam alicui ex ministris, qua incensa per noctem morbus accipiebat mortem, morbidus sani-

2 Marc. 6, 13. 11 Luc. 10, 14.

1 pectinabat *LE* 4 ad] *deest G* inueterata *T* 5 reddebat *T* 8 conuiuiis P^1M 10 coclearlis *L*, coclea *E* sola se *PM* 11 marta *PM* fierent] feruerent *LE* 13 assurgere uellent *T* 14 omni] *om. M* uel aestate] aestate *T* 15 primum *LE* 16 omnes *G*, *om. M* orationi occurrere] orationi incurrere *M*, ad orationem recurrere *L*, orationi incumbere *E* 17 et cursum] *corr.* P^2, ad cursum *M* occurrit *L* 18 relaxaret *T* 19 dulcedinem P^1 22 cannas] *v. Du Cange Gloss. tom. II, p. 97* intromittebantur *LE*, intromittebat *T* 23 lepra P^1 maculis] perfusas maculis *T* 24 nultus *LE*, osculabatur in deoeas toto *T* 26 uestimenti] solatium *add. T* munifica *GT* 27 et] *PMG*, et si *L*, *om. E*, eam (*T*) appellari P^1 28 beneuolo *L*, *om. E* uere si me] uenire *L*, uerum si me *E* 29 osculas M^1, oscularis M^2 cura nec ulla] cura nulla *M*, nulla cura *T* 30 fulgit M^1 31 auferebat *PM*, *ut infra* pampani] *PMG* 32 esse hoc *M* si P^1G, sicque (*T*) obtento uix *T* superpositum *T* 33 item] *E*, idem MG^2LT, id est P^1G^1, et P^2 frigoraticus MP^1 34 sanctae feminae *T* offerebat *T* 35 accensa (*L*)(*T*) morbidus] autem *add. M*

tatem. (49) Quotiens autem cum cognovisset decubantem in lectulo, portans poma peregrina, dulce simul et calidum, reficiebat aegrotum, et qui nec decimo iam die quid percepisset, cibaria ipsa mox administrante, languidus accipiebat cibum pariter et salutem? Quod tamen ipsa imperabat ne quis proferret in fabula.

XXI (50) Quanta vero congressio popularis extitit die qua se sancta deliberavit recludere, ut quos plateae non caperent ascendentes tecta conplerent? Quid autem sanctissima ieiunii, obsequii, humilitatis, karitatis, laboris et cruciatus ferventer indepta sit, si quis cuncta percurreret, ipsam praedicaret tam confessorem quam martyrem. (51) Ergo venerabilem praeter diem dominicum fuit sacratissimae omnis dies ieiunium, lenticulae vel holeris prope ieiuna refectio, non avem, piscem vel pomum nec ovum habens edulium. Panis vero deliciarum sigilatium fuit aut ordeatium, quem absconsum sub fladone sumebat ne quis perciperet. Haec fuit etiam potio aqua mulsa, piratium, sed modice libata sitibunda potatio.

XXII (52) Prima quoque quadragesima qua se reclusit in cellula donec fuisset transacta, panis non sumpsit cibaria nisi die dominico tantum radices herbarum aut holera de malbis sine olei gutta, sine sale conposita. Verum aqua toto ieiunio nec sumens duo sestaria, hinc tanta siti laborabat ut faucibus desiccatis vix psalmum diceret arida. (53) Cilicium etiam habens ad corpus pro linteo, iugiter cursum decantans peragebat vigilias: ante se cinerem stratum superiecto cilicio, hoc utebatur pro lectulo, ipsa requies fatigabat cui parum videbatur hoc sustinere corpusculum.

XXIII (54) Adhuc monachabus omnibus soporantibus calciamenta tergens et unguens, retransmittebat per singulas. Aliis quadragesimis aliquid relaxatius quinta feria sumebat, deinde dominica. (55) Nam et reliquo tempore praeter dies paschales ac summae festivitatis, donec infirmitas permisit, in cinerem et cilicium semper vitam duxit austeram, prius se levans ut psalleret quam congregatio surrexisset. Nam de officiis monasterialibus nihil sibi placuit nisi prima serviret et ipsa se castigabat si bonum post alteram. (56) Ergo suis vicibus scopans monasterii plateas simul et angulos, quidquid erat foedum purgans et ante sarcinans, quod aliis horret videre non abhorrebat evehere. Secretum etiam purgare opus non tardans sed occupans, ferens foetores stercoris, credebat se minorem sibi, si se non nobilitaret vilitate servitii. (57) Ligna subportans brachiis, focum flatibus, forcipibus admonens, cadens nec laesa se retrahens, extra suam ebdomadam infirmantibus serviens, ipsa cibos decoquens, aegrotis facies abluens, ipsa calidum porrigens visitabat quos fovebat, ieiuna rediens cellulam.

---

1 cum] *om. LET* 2 et] ad M^{1}, uel P^{1} calido P^{2}*LET* 3 quid] *om. T* cibariae *L*, cibi *E* languidis $P^{2}M$ 4 fabulam *PET: v. Fortun. V. M. II, 391* iam quoque martini quae fabula fluxerit ore 5 popularis] *om. M* 7 frequenter *T* 9 praeter ergo uenerabilem diem *L*, ergo praeter uenerabilem diem *E* omnibus diebus ieiunii *T* 10 ieiuna] *om. M* auem] *om. T*, non *add. L*, uel *add. E* 11 edulio *T* sigilatium] $P^{1}M^{2}$, sigilatius $P^{2}T$, segilatium M^{1}, segalatium *G*, secale *L*, sigale *E*, *cf. supra p. 42, l. 18* ordeatium] *M*, ordeacium P^{1}, ordeatius P^{2}, ordeum *L*, hordeum *E*, ordeaceus *T* quam *G* absconso *L*, absconse *E* 12 etiam] eius *add. T* 13 libata ac sitibunda *T* 14 quoque] *om. T* 16 malua *LE* aquae (*T*), aquam *E* duo sextaria sumens *T* 17 duo] nisi duo *LE* hinc] *om. T* 18 cilium *T* linteo] ác *add. T* 19 cinerem seruatum *L*, cinere strato *E* 21 soporantis G^{1} 22 relaxans *T* 23 deinde] et *M* dominica] *MGT*, die dominica *P*, die dominico *LE* 24 cinerem et cilicium] $P^{1}M^{1}G^{1}$ 26 si bonum post alteram] PM^{1}, *om. L*, faceret *add.* M^{2}, ageret *add. G*, si ponebatur post alteram *E*, si bonum fecisset post alteram *T*, *verbum desideratur, cf. carm. VIII, 16, 1* 27 simul et] uel *T* 28 ante sarcinans] *L*, ante sarcinas *PG*, *om. M*, sarcinas *E*(*T*) quod aliis horret (orret *PM*)] *PMG*, quicquid alius horrebat *L*, aliis quod horret *E*, quas alii horrebant *T* 29 opus purgare *T* occupans ferens] scopans ferebat *T* 30 seruitii uilitate *T* 31 superportans $P^{2}E$ flatibus] et *add. T*, excitans *add. E* calens (*G*) ne $P^{1}M^{1}$ 32 retrahebat *T* 34 cellam PM^{1}, ad cellam $M^{2}T$

(58) Illud quoque quis explicet, quanto fervore excitata ad coquinam concursitabat XXIV
suam faciens septimanam? Denique nulla monacharum nisi de posticio quantum ligni opus erat sola ferebat in sarcina. Aquam de puteo trahebat et dispensabat per vascula. Holus purgans, legumen lavans, flatu focum vivificans, et ut decoqueret escas, satagebat exaestuans, vasa de foco ipsa levans, discos lavans et inferens. (59) Hinc consummatis conviviis ipsa vascula diluens, purgans nitide coquinam, quidquid erat lutulentum, ferebat ima purgamina. Inde per aegrotantes inferens, ibat non tepida, et priusquam exciperet Arelatensem regulam, ebdomada transacta sufficienter ad omnes calidam faciebat. Humilitate sanctissima pedes lavans et osculans et adhuc omnes prostrata deprecabatur veniam neglegentia pro commissa.

(60) Itaque post tot labores quas sibi poenas intulerit et ipse qui voce refert XXV
perhorrescit. Quadam vice dum sibi latos tres circulos ferreos diebus quadragesimae collo vel brachiis nexuit, et tres catenas inserens circa suum corpus dum alligasset adstricte, inclusit durum ferrum caro tenera supercrescens. Et transacto ieiunio cum voluisset catenas sub cute clausas extrahere nec valeret, caro per dorsum atque pectus super ferrum catenarum est incisa per circulum, ut sanguis fusus ad extremum exinaniret corpusculum.

(61) Item vice sub altera iussit fieri laminam in signo Christi oricalcam, quam XXVI
accensam in cellula locis duobus corporis altius sibi inpressit, tota carne decocta. Sic spiritu flammante membra faciebat ardere. (62) Adhuc aliquid gravius in se ipsa tortrix excogitans, una quadragesimarum super austerum ieiunium et sitis torridae cruciatum, adhuc lima cilicii membra tenera setis asperis dissipante, iubet portare aquamanile ardentibus plenum carbonibus. Hinc discedentibus reliquis, membris trepidantibus, animus armatur ad poenam, tractans quia non essent persecutionis tempora a se ut fieret martyra. (63) Inter haec ut refrigeraret tam ferventem animum, incendere corpus deliberat, adponit aera candentia, stridunt membra crementia, consumitur cutis et intima quo attigit ardor fit fossa. Tacens tegit foramina, sed conputrescens sanguis manifestabat quod vox non prodebat in poena. Sic femina pro Christi dulcedine tot amara libenter excepit. Hinc actum est, quod ipsa abdiderit hoc miracula non tacerent.

(64) Itaque matrona Gislaadi proceris nomine Bella sed longa caecitate miserrima XXVII
rogavit se de Francia Pictavis ad sanctae duci devote praesentiam. Quam licet tarde exorata sibi fecit occurri per tetrae noctis silentia. (65) Prostrata cuius ad genua ut dignaretur oculos eius signare vix impetrat. Quae mox in nomine Christi signum

1 feruore] seruitio est *L*, seruicio *E* excita *T* 2 nullam *P*¹*M* nisi] ipsa *add.* (*T*) de postio *P*², nisi depositio fieret *superscr.* *M*² 4 focum flatu *T* 5 leuans] lauans *M*, *om.* *L* lauans discos *L*, discos leuans *E* 6 coquina *PMLE* 7 ima purgamina] foras in locum designatum *vulg.* inferens] necessaria *add.* *vulg.* non tepida] intrepida *E*, intepida *T* 8 ilaretense regula *M* ebdomada] sub *add.* *PG* 9 calidam (aquam *add.* *PM*) faciebat humilitate] faciebat humanitatem *T* omnes] ante *add.* *LE*, ac omnibus *T* 10 pro commissa neglegentia *LT* 11 intulerat *P*²*G* ipsa quae *G*, intulerit ipsa qui *T* 12 dum] *om.* *T* latos tres] inlatos tres *L*, inlatas tres *E*, tres latos *T* 14 abstricte *M*, adstrictius *L*, astrictius *E* 18 sub] *om.* *T* auricalcam *L*, aurichalcam *E*, laminam de auricalco in signo christi *T* 19 cella *PM*, cellulam *T* 22 adhuc lima] ad ima *L*, adhuc ad ima *E* dissipantem *LE* 23 aquamanile] manile *T*, *cf. Forcellini I, p. 318* plenum ardentibus *T* huic *M*¹ 25 a se] *om.* *ET* martyr *G*(*T*) feruenter *PG* 26 crementia] *PM*, *rhythmo firmatum* 27 et] *om.* *T* conputrescens sanguis] conputrescentibus sanguis *L*, conputrescente riuus sanguinis *E* 28 manifestabat] *om.* *L*, prodidit *E* 29 est] ut *add.* *G*²(*LET*) addiderit *PMLE* 31 gislodi *T* proceriris *M* 32 deuotae *L*, deuota *E* 33 exoratam *PE* occurri] adduci *T* ad cuius genua prostrata uix impetrat ut dignaretur oculos eius tangere (*superscr.* ł signare) *T* 34 mox] ut *add.* *M*²*G*

crucis inpressit, caecitas fugit, lux rediit et nocturno sub tempore orbae diu dies inluxit, ita ut tracta cum venisset, nullo ducente recederet.

XXVIII (66) Item puella Fraifledis inimico instigante dum torqueretur tam nequiter, Suedas inter manus sanctae nec data dilatione curari promeruit. (67) Nec illud praetereatur tempus beatae quod praestitit. Femina quaedam Leubila dum vexaretur in rure ab adversario graviter, sequenti die sancta orante, nova Christi curatione in scapula crepante cute et verme foras exeunte, sana est reddita publice et ipsum vermem calcans pede liberata se retulit.

XXIX (68) Illud quod gessit in secreto proferatur in populum. Monacha quaedam toto anno in die gelata frigore, per noctem cremata igne, sex mensibus nec gressum movens cum iaceret exanimis, sanctae de eius infirmitate soror altera nuntiavit. Et quia perinanis esset, tepidam fieri praecepit, ipsam aegrotam ad se facit in cellulam deportari et in tepida deponi. (69) Hinc iubet omnes removeri, remanente tantum sola simul aegrota cum medica fere per horas duas. Quantum est corporis forma a capite usque ad plantam infirma membra conbaiulat. (70) Dehinc quo manus attingebat, fugiebat dolor de languida et quam duae deposuerant exiit salubris de tepida, quae vinum nec odorabat accepit, bibit et refecta est. Quid plura? Sequenti die cum iam speraretur migrare de saeculo, salva processit in publicum.

XXX (71) Adiciatur laudi quod non deperiit merito. Mulier quaedam dum inimici invasione graviter laboraret et vix ad sanctam potuissent hostem rebellem adducere, imperat adversario, ut se suo cum timore pavimento prosterneret. Mox ad beatae sermonem in terra se deiciens, qui timebatur extimuit. Cui sancta plena fide cum calcasset in cervice, fluxu ventris egressus est. (72) Est et in rebus minimis magna gloria creatoris. Ergo casu dum glomus quem sancta filaverat perpenderet de camera, veniens sorix ut tangeret, antequam filum incideret mortuus in morsu pependit.

XXXI (73) Inseratur operi res tam digna miraculo. Floreius quidam nomine homo eiusdem sanctae pro piscatione dum in mare satageret, oborto ventorum turbine, fluctuum surgente mole nec tam nauta sentinante quam unda supervergente, cum navis plena submergeret, in extremitate clamat: Sancta Radegundis, dum tibi oboedimus, non subsidamus naufragio, sed obtine apud deum, ut liberemur de pelago. Quo dicto, mox fugata nube, reddita serenitate, unda cadente, prora surrexit.

XXXII (74) Goda puella saecularis post deo monacha serviens, dum longo sub tempore lecto flebilis decubaret et inpenso multo medicamine plus langueret, facta candela ad mensuram suae staturae, domino miserante in nomine sanctae feminae, qua hora fri-

---

1 fulgit P^1 2 ut tracta] in tracta *M* 3 fraillindis *L*, friafledis *E* tam] *om. T* suedas] *ML*, suaedas *PG*, *om. ET*, *cf. supra p. 42, 16* 5 feminam P^1 letibilo M^1, leubilo *PG*, leobila *L* in ru*re *P*, irrue M^1, irruente M^2 · 6 ab aduersario] aduersatio M^1, aduersario M^2 8 liberatam *MG* 9 profertur *LE* in populum, *superscr.* ł in puplicum *P*, in publicum *M* *a monacha caput incipit LE* 12 ipsam aegrotam] et egram ipsam *T* fecit *LET* cellam *PM*, cellula (*G*) 13 tapete *LE*, tepida aqua *T* sola] *om. T* 14 forma corporis *M* 15 ad] *om. G* plantas infirmae *LE* deinde cum *M*, dein quo *T* 16 dolor] *om. M* et] *om. LE* duae] diu *M* de tepida] *om. L*, de tapete *E* 17 refecta est] refecit *L*, reficit *E* 18 speraret *G*, spectaretur *LE* sana *T* 19 deperit de merito *T* 20 rebellem hostem *T* 21 se] *om. M* cum] *om. M* tumore *LE* 22 terram (*GT*) 23 ceruicem *PE* est et] et *LT*, extitit *E* magna] est *add. T* 24 dum] *PGET* globus *LE*, *cf. supra p. 9, l. 10* penderet P^2*LE* 25 sorix] *PGE*, surix *M*, surrexit *L*, sorex (*T*) pependit in morsu *T* 27 miracula P^1M^1, *om. E* foreius *M* quidam] qui dicitur *PM* nomine] *om. T* 28 aborta uentorum turbidine P^1M^1, aborto *LE* 29 sentinante] se inante M^1, se inaniente M^2, sentinam *L*, sent̄ *E* 31 subdamur *T* 32 redita M^1 cadentem P^1 35 staturae suae *L*, suae naturae *E* feminae] *om. M*

noctis crepusculo inter coraulas et citharas dum circa monasterium a saecularibus multo fremitu cantaretur et sancta duabus testibus perorasset diutius, dicit quaedam monacha sermone ioculari: Domina, recognovi unam de meis canticis a saltantibus praedicari. (83) Cui respondit: Grande est, si te delectat coniunctam religioni audire odorem saeculi. Adhuc soror pronuntiat: Vere, domina, duas et tres hic modo meas canticas audivi quas tenui. Sancta respondit: Teste deo me nihil audisse modo saeculare de cantico. Vnde manifestum est, ut carne licet in saeculo, mente tamen esset in caelo.

XXXVII (84) Praedicetur in laude Christi more beati Martini tempore praesenti antiqui norma miraculi. Cum beatissima femina reclusa esset in cellula, audivit fletum de monacha et signo tacto venientem quid illud esset interrogat. Quae mortuam sororem nuntiavit infantulam et frigida quo lavaretur paratam esse iam calidam. (85) Condolens sancta tunc imperat, ut cadaver ipsius suam deferret in cellulam. Quo sibi deportato, excepit manu propria, reclusa post se mox ianua, iubens longe discedere, ne quis sentiret quid ageret, sed quod occulte gessit celare diu non potuit. Inter haec dum defunctae exsequiae praeparentur, fere per horas septem mortuae tractat corpusculum. (86) Sed Christo vidente fidem, cui negare non potuit, reddita prorsus salute, surgit haec ab oratione, resurgit illa de funere et se tunc sublevat vetula cum revixisset infantula. Quam tacto iterum signo laetificata reddit vivam, quam flens acceperat mortuam.

XXXVIII (87) Commemoretur et illud nobile factum. Per somnium tribunus fisci cognomento Domolenus die qua sanctissima migravit de saeculo dum graviter suffocationis totus languore deficeret videbatur ipsi, quod sancta in vicum eius dignabiliter accessisset. Currit, salutat, interrogat quid beata requireret. (88) Tunc ipsa dicit, quod ad eum illic videndum pervenerit. Et quia votum plebis erat, ut beati Martini oratorium conderent, adprehendit tribuni manum beatissima dicens: Hoc loco sunt confessoris venerandae reliquiae, per hoc aedificate templum quod sibi ducat dignissimum. (89) Quale dei mysterium! Fundamentum et pavimentum repertum est, quo basilica facta est. Adhuc in ipso sopore manum trahit per fauces eius, et gulam diu deliniens, insuper et hoc dicens: Veni ut tibi melior a deo sanitas conferatur. Et videbatur sic rogare: Per meam vitam ut propter me relaxes illos quos habes in carcere. (90) Evigilans tribunus refert quod viderat coniugi dicens: Vere credo, quod hac hora exiit sancta de saeculo. Dirigit ad civitatem, ut per hoc vera cognosceret, transmittit ad carcerem qui septem reos ibi retentos admonitus relaxaret. Redeunte

---

9 *Sulp. Sev. V. Mart. c. 7.*

---

1 corollas $PMG^{2}LT$, carollas G^{1}: coraulis *carm. III, 6, 47* carca P^{1} 2 sancta] cum *add.* *T* 3 ioculari] seculari? M^{1} unum *T* 4 coniuncta *G*, coniunctae *T* 5 duo et tria $P^{2}T$ de meis canticis audiui quae P^{2}, cantica audiui que retinui *T* 6 testor *T* nihil] fateor *add.* P^{2} de saeculare cantico *T* 7 ut] quod *T* saeculo] M^{2}, secundo M^{1} mente] quod *add.* *PE* 11 signo tacto] *MLT*, signi tactu *PG*, signo tactu *E* illud] *om.* *T* 12 frigidam (*T*) quo] *MLE* 13 deferretur *M* in] ad *T* 14 portato *M* excepiens T^{1} reclusa] et clausa *T* iubet longe eas discedere *T* discere *P* 15 celari (*GT*) interea dum *T* 16 praepararentur *P*, praeparantur (*GL*), pararentur *T* mortuum *LE* 18 surgit illa *M*, illa resurgit *T* 19 tacto iterum signo] *LE*, tactu iterum signo $P^{1}M$, tactu iterum signi $P^{2}G(T)$ 22 migrauit] *cf. Greg. gl. conf. c. 104* 23 ipse $P^{1}MG^{1}$ uico *LE* 24 percurrit *T* 25 ad] *add.* P^{2} eum] *om.* *M* illic] *om.* *L*, ibi *E* 26 construerent *L*, conderetur *E* locum P^{1} 28 o quale *T* mysterium] in quantum sancta designauit, postea tantum *add.* *LE* quod *PM* 29 trahens *T* 30 et uidebatur] et *om.* *T* 31 rogari $PG^{1}E$ propter me] *om.* *T* relaxas P^{1} 32 hora hac *PM* 33 ut] u *G* 34 quo *T* ibi] *om.* *M*

transmisso refert ea hora migrasse iustam de saeculo, et triplici mysterio, carcere relaxato, tribuno sano reddito, aedificato templo, sanctae probavit oraculum.

XXXIX (91) Sed de beatae virtutibus sufficiat exiguitas, ne fastidiatur ubertas, nec reputetur brevissimum, ubi de paucis agnoscitur in miraculis amplitudo, qua pietate, parcitate, dilectione, dulcedine, humilitate, honestate, fide, fervore sic vixerit, ut adhuc ipsam post obitum gloriosi transitus mirabilia prosequantur.

VITA SANCTI MARCELLI.

I (1) DOMINO SANCTO ET MERITIS OBTINENTIBVS APOSTOLICO VIRO IN CHRISTI CARITATE FVNDATO, MEO LVMINI PRAEPONENDO, DOMINO ET DVLCI PATRI GERMANO PAPAE FORTVNATVS. (2) Facundissima inlustrium oratorum ingenia sermonum flore variante distincta et eloquii vernantibus pampinis obumbrata solent sibi viles causas sterilemque materiam quaerere, ut magna dicendo de minimis videantur ostendere sui fluminis ubertatem, quia habentes intra se fontes eloquentiae de ipso sicco themate didicerunt undas haurire. Vnde quidquid illis iniungitur carmine inriguo copiosius explicatur. (3) Verum econtra quicumque angustae intellegentiae ariditate torrentur nec habent affluentiam inundantis eloquii, per quam vel alios reficere vel suae siccitatis possint inopiam temperare, tales non solum aliqua non per se dicere appetunt, verum etiam si quid eis iniunctum fuerit perhorrescunt, quoniam quantum doctis proloqui tantum indoctis utile fit tacere. Nam illi de parvis magna disserere, isti de magnis nesciunt vel parva proferre, et ideo quod ab aliis quaeritur ab aliis formidatur. (4) Sic belligerator expertus in armis damni esse reputat, si non possit iugiter invenire quod vincat. Sed sicut fortis requirit unde ducat spolia, sic debilis metuit, ne ducatur in praedam: et quod acer invenire desiderat iners vel audire formidat.

II (5) Cuius exempli gratia cum ipse sterilis scientiae convenienter accuser nec sit in me aliquid quod venusti sermonis ornamenta commendent, quid tibi visum fuerit, pater beatissime atque amantissime, cunctanter admiror, ut de sanctissimi viri Marcelli antestitis vita nullo fine claudenda et de illa caelesti lampade meae aliquid dignum committeres scintillae, cum ego pauper ingenio et ille dives sit merito, ego sim humilis in sermone et ille sit egregius in mercede, praesertim cum vobis multo-

---

1 misso *T* iustam migrasse *T* relaxato tribuno sano] uacuato tribuno sanitati *T* 4 in] *om. LE* quae *LE* 5 sic] *om. T* adhuc] *LE*, et ad *PM*, et (*GT*) 6 prosequantur] EXP. LIB. I *add. P*, EXPLICIT VITA BEATAE RADEGVNDIS *add. L*, adiuuante dn̄o qui uiuit et regnat in saecula saeculorum amen *add. E*, humanae eloquentiae modus ammirando attonitus uiribus explicare minime ualet. EXPLICIT VITA SANCTAE RADEGVNDIS EDITA A FORTVNATO EPISCOPO *add. T*, humanae eloquentiae modus admirando attonitus pre uiribus explicare minime ualet. sit tamen illi qui dedit gloria laus et imperium in saecula saeculorum. amen. EXPLICIT LIBER PRIMVS VITAE SANCTE RADEGVNDIS REGINAE (EXPLICIT VITA SANCTAE RADEGVNDIS VIRGINIS *Y*) *add. XY* *sequitur Vita S. Radegundis a Baudonivia composita PMGTXY*

7 prologus . . . . fortunat | uita s̄ci marcelli p | siorum ēpi *atramento in mg. scr. M*, *in* facundissima *incipit P*, *prologum om. F* 9 patri] *om. M* 10 oratorum] *P*, uirorum *M* 11 eloquiis *M* 13 se] *om. M* 14 unde **** (ē. qd̄quic *in litura P*[2]) | quid illis *P* copiosu[s] *M* 16 aliquos (*M*) uel suae] suae *M* possim *M* 17 aliqua non] aliqua *P* 19 sit *Surius*, *cf. supra p. 31, l. 3* 20 pauca *Surius* 21 expertis *P*[1], *corr. P*[2], *om. Surius* deputat *Surius* iugiter] integer *Surius* 26 constanter *Surius*

rum prudentium famosae abundantiae sufficiat eloquentia Gallicana et quadratis iuncturis verba trutinata procedant. (6) Qui si velint sermone possunt depingere quidquid animus figuravit, apud quos ipsum loqui dictare fit et quae vix corde concipitur mox in pagina res formatur. (7) Cur itaque ut dictum est inter Gallicanos cothurnos Itala Patavinitas plano pede ire praesumat, ad quorum conparationem velut inter rosas et lilia nostrae linguae vilis saliunca respirat? (8) Accedit etiam ad difficultatem ingenii inpediti res altera, quod de actibus beatissimi Marcelli plurima sunt invisenda, temporum vetustate subrepta, nec facile memoria recolit quod annositas numerosa fraudavit, quoniam quidquid in libris non figitur vento oblivionis aufertur. (9) Pauca quidem de eius gestis felicibus sunt ad nostra tempora relatione vivente perducta, ne in totum quod sui amatores in posterum quaererent deperiret, quia etsi sancta membra iam dudum sepulchro sunt condita, non tamen miracula sunt sepulta, quae tanto clariora sunt quanto plus memoria vivere meruere non scripta, quoniam licet non tenerentur in pagina, fixa sunt in cordis membrana.

III (10) Vnde inter haec difficilia dubito quo convertar, utrum vel digitos ad scribendum praeparem, cum dictare lingua formidet. Sed differre non licet quod pater iniungit, cum se magis ipse gravi pugno feriat qui tibi repugnat, praesertim qui ut oboedire me doceas et quod sustinere non valeo libenter inponis, maior enim devotio in re difficili conprobatur. (11) Denique ibi plenus affectus est, ubi etsi virtus non tolerat, tamen animus non recusat, et ego magis hoc venerer quod caritas non leviter exigit sed audacter extorquet. Denique ex hac parte mihi ipsi conveniat proficere, quia qui magna vituperat ducere ad maiora festinat. (12) Quibus suggestis vellem hoc opus aliorum lingua nitescere potius quam nostra sordere. Sed quod primi differunt vel ultimi prosequantur: quae cum displicere videatur eloquio, placere incipiat vel ex voto.

IV (13) Beatissimus igitur Marcellus antestis natus Parisii sed civis paradisi, in terris humilis, erectus in caelis, mediocris parentibus sed meritis celsus, cui hoc fuit nobilitatis lumen insigne Christo sine culpa servire, non de generis intumescens superbia sed habens de moribus ornamenta nec sumens de parentali laude iactantiam sed gratiam possidens in virtutis exemplis, intra se suos thesauros retinens, deum mundo corde conplectens. (14) Sed cum Christo pauper iste regnavit, qui in humilitatis conversatione, in caritatis ubertate, in castitatis lumine, in ieiuniorum pinguedine ita se totum caelesti tradidit disciplinae, ut ab ipsa infantia maturus ascenderet et positus in corpore quasi nihil de carne portaret. (15) Hic itaque beatissima institutione succinctus et venerandis operibus pene prius sacerdos quam clericus, iam dudum dignus qui susciperet dignitatem, antea praeparatus ad id quod erat sine mora futurus, cal-

---

1 eloquentia] gallico *add. Surius* quadratis] *cf. Quint. inst. II, 5, 9:* leuis et quadrata sed uirilis tamen compositio 2 trunata P^1 3 sit *Surius* 4 gallicanos cothurnos] *Hieron. ep. LVIII, 10:* sanctus hilarius gallicano cothurno attollitur 5 itala patauinitas *corr.* itala patauitalis *codex Valesii*, italappāta uilitas *P*, ita lippata uilitas *Surius*, itali paduinitas *coni. Ebert, Geschichte d. lat. Lit. I, p. 515, cf. Quint. inst. I, 5, 56. VIII, 1, 3* 6 accidit *P* 9 auferetur P^1 11 periret *Surius* 17 se] secum *Surius* graui pugno feriat] pugnet *Surius* 18 et] id *superscr.* P^2 imponas P^2 22 magna] minora *Surius* 23 uelim P^1, uolueram *Surius* 24 incipiat uel] uidetur *Surius* 25 uoto] in nomine dn̄i nr̄i ihū χristi incipiunt capitu | de miraculis beati marcelli ep̄i ciuitatis parisiorum. (ɪ cap̄. de aqua porrigendo *delevit* P^1). ɪ cap̄. de aqua in manu eius uinum facta ɪɪ cap̄. de aqua porrigendo ep̄o suo in balsami odorem conumsa (*scr.* conuersa) ɪɪɪ cap̄. de eo quod dum esset ipse subdiaconus ep̄m suum mutum loqui fecit uirtute diuina. ɪɪɪɪ cap̄. de quodam homine at (*corr.* ad) altare ueniente. et ex peccato ligatis manibus absoluto. ᴠ cap̄. de serpente inmanissimo ab eo cum orario suo ligato et per tria milia tracto quasi captiuo. incipit actus uel uita scī̄ssimi uiri marcelli parisiorum antistes (*corr.* antistitis) *add. P*, kł ɴoūemb. natl. sc̄i marcelli parisiacę ciuitatis ep̄i. xᴠɪɪɪɪ. *titulum praemisit F* 26 paridisi P^1 30 uirtutum exempla *F* 33 accenderet? *P*

cata mundi pompa vel crimina, cum divinis armis initiatus accingeretur ad spem felicem palmam de hoste publico relaturus, in militia Christi exercitando lector effectus est ac se ipsum templo Christi pro primitiis offerens velut Abelis sacrificium hostia victae carnis et purae mentis exceptus est.

V

(16) Qui clarior mercede quam nomine et merito maior quam gradu sine offendiculo suum gerens officium[1], coepit in milite crescere quod accepit a rege. Cuius occultae diutius velut vitis palmites coeperunt fructificare virtutes nec pertulit in eo sua dona Christus abscondi, quoniam quod de sursum venerat ab eo humiliter videbatur amplecti. (17) Denique cum adhuc clericali tyrocinio celaretur, miraculis proditur et signis caelestibus inlustratur. Contigit quadam vice accessit ad officinam fabricalem, qui dispectus ab artifice cogitur, ut, extracta de ardente camino ferri massa candente, manu sua ferrum accensum attolleret et quanti esset ponderis enarraret. (18) Tunc vir beatissimus non ignarus totum de Christo praesumere et quanta virtutis causa sit in rebus non turpibus oboedire, mox subposita manu ferrum altius elevavit dicens: De calore calet sed novem pondera habet. Quod postea tantum ad stateram inventum est quantum eius vox librata praedixerat. (19) Sic in una specie duplex miraculum propagavit, ut eum nec foci calor exureret nec ferri pondera fefellissent, nam defecatis vitiis in se libidinis vaporem non habuit qui tam libere dum portavit incendia se non ussit. Nam ut elementi ignem vinceret, ante flammas carnis extinxit, et ut in ipsa pensa non falleret, probavit ferrum pondere seu virtute.

VI

(20) In religionis ordine subdiaconus est effectus. Itaque cum subdiaconali ministerio fungeretur, in die epiphaniorum hauriens aquam de fluvio Sequanae, dum beato Prudentio episcopo manibus abluendis offerret, mutatis elementis vini sapor inventus est. (21) Quo viso obstupescens pontifex iussit ex ipso urceo in calicem sacrum defundi, unde universus populus missa celebrata ad communionem accepit, et ipsum vas cum ad plebis multitudinem suffecisset, ac si non tactum et integrum sic plenum permansit. Cuius vini mystico beneficio postea multi sanati sunt. (22) Ecce virum sanctissimum, qui undam sumens a flumine vina fudit in calicem! Sed unde tam nova miracula, ut dum portaret aquam, quodam modo quasi uvas exprimeret, nasceretur illi palmes in palma? Vere beatum Marcellum summa veneratione colendum, in cuius manibus uno eodemque momento floruit vindemia et torculata sunt vina. (23) Videmus non uno in loco beneficia divina concludi, dum quod praecessit in Galilaea successit in Gallia. Ibi ad nuptialem mensam Christus aquas vertit in vina, hic quae ad mensam Christi sufficerent nova vina sumpsit altare. Illud praecessit tempore hoc honore, nam quod tunc dederunt sex hydriae hic unum et modicum vas explevit, sed tunc effecit ut se dominus proderet, nunc ut famulum non celaret.

---

1 criminibus (*P*) initiandus accederet auspiciis felicibus palmam *F* 2 relatus *F* exercitandus *F* 3 ipsum] in *add. F* pro primitiis] *PF*, primitus *Surius* abelis] *cf. Gen. IV, 4* sacrificii: F^1 hostiā *F* 4 pusęmentis P^1, pii sęmentis P^2 7 occultata *F* uitis] in *add. F* fructificari *F* 8 ab eo] P^2F, habeo P^1, adeo *Surius* 9 miraculis proditur et] *om. F* 10 officinam fabricalem] *P*, offici|**** alē *F* 11 extractam — 12 massam candentem *F et Surius*, cadens P^1, candens P^2 12 et qua quanti P^1 13 quante *P* 15 calere *F* pondos *F* statera *F* 17 foci] ignis *F* 18 iam *P* defecatis] *Surius, cf. supra p. 38, l. 8*, defectis *PF* liberi *F* libere ignis incendia sine ustione euasit *Surius* 19 se] *P*, sed *F* 20 seu (se *P*, se[u] *F*) uirtute] *om. Surius* 21 diaconali *P* 22 sęquane *P* 23 prudenti *F* 24 sacrum defundi] *P*, fundi *F*, sacrum fundi *Surius* 25 accessit *F* 26 ad plebis multitudinem suffecisset] plebi sufficeret *F* non tactum] intactum *F* sic] *om. F* 27 mystici *F* multi] infirmi *add. Surius* 28 undam] aquam *F* a] de *F* effudit *Surius* 29 ut dum] *PF*, unde *Surius* quasi] qui *F* 31 torculata] *cf. Fortun. carm. V, 6, 2* 32 includi *F* praecessit] dominus *add. Surius* galilea *PF*, ille *add. Surius* 34 qui *F* 35 ex hydria *F: cf. Ioann. 2, 6* 36 nunc] *om. Surius*

VII (24) Veniamus ad illud miraculum secundum ordine non honore. Itaque cum vir sanctissimus quadam vice ex sui officii servitute aquam manibus venerabili episcopo porrexisset, mox inde balsama coeperunt flagrare, et dum unda curreret, visa sunt crismata respirare, ut pene pontifex crederet se manus magis unguere quam lavare et alteras aquas quaereret, ut priores undas ablueret. (25) Quo viso sacerdos venerabiliter obstupescens deo gratias de conperto munere retulit et beato Marcello reverentiam de religione servavit, dum eum non talem qui serviret sed potius cui serviretur agnovit. (26) Vnde quis tantum subdiaconem admiretur condigne, in cuius dextera ex aqua fiebant vina vel balsama et undarum pallor aut in rubore conversus est aut odore? Iam tunc illis praefigurabatur indiciis futurus pontifex qui dignus esset crisma tractare, et cum adhuc subdiaconus hausisset crisma de flumine, merito dignus erat, ut factus sacerdos hoc sacrificaret in fonte.

VIII (27) Illud quoque mysterium reticeri non debet, quod proficit auditori, quia de paucis quae memoria recoluntur quidquid dictum non fuerit aut invideri creditur aut contemni. (28) Igitur quidam clericus Nonnicius nomine annorum circiter decem propter suavissimae vocis tinnibulum et dulcedinis organum de fauce prolatum, qua contingebat animos populi delectari, cum repercussa in auribus solita esset aura blandire, iussus est ab archidiacone mellita teneritudine decantare. (29) Quo facto praecepit ipsum puerum episcopus flagellari ob hoc, quia alterum iusserat ipse cantare. Itaque dum clericus caeditur, episcopus lingua damnatur. Mox enim ut clamor vapulantis in aure sonuit, vox ab ore discessit et novo praedone sonum captivavit pontificis vox infantis. (30) Sed si causa facti requiritur, cur contigerit, invenitur. Denique qui puerum cantare prohibuit, pertulit vocis dispendia, quia vocibus invidebat. Cui ergo non nocet invidia, si episcopo non pepercit vindicta? (31) Vnde quisquis quod in alterum videre non cupit non habebit, immo hoc sibi denegat quod alios habere non optat. Omnis enim qui alteri lapsum parat iam cecidit, et antequam inducat in laqueum, tenetur ipse captivante peccato ligatus, cum magis si proficere volumus aliorum profectus nostros esse credamus. (32) Itaque idem sacerdos per triduum etsi deambulabat per compita, tamen iacebat lingua sepulta. Non enim sonus poterat repercussa palati camera resultare nec intra sepem dentium vox lingua rotante disponi, sed totum quod perdiderat ore muto prodebat. (33) Tunc beatus Marcellus his verbis appellat pontificem: Licet intellegam, pastor bone, tibi talem casum de culpa venisse, tamen quidquid vis in nomine domini sermone prorumpe. His dictis adhuc beati Marcelli sermo volvebatur in ore et iam quod imperaverat oboediebat. (34) Deinde antequam iste explicaret, ille respondit dicens: Vos mihi hoc fecistis quorum iussio fuit, ut alter cantaret quam ego praeceperam. Et dum ista loquitur, amissae vocis gratia reformatur. (35) O meritum subdiaconi, qui vocem restituit sacerdoti et versa vice quod accipere debuit hoc indulsit, qui debiles fauces armavit elo-

---

1 ordine] in ordine *F* cum *post* sanctissimus *superscr.* *F*[1] 2 ex sui] exui *P* 3 exinde *F* 8 subdiaconum (*P*) 9 ruborem — 10 odorem (*P*) 10 futurum pontificem *F* 11 et] sed *Surius* hausit *F* 12 dignus] *om.* *F* ut] et *F* scīficaret, *ras.* t *F* 13 auditoribus qm̄ quae memoria *F* 15 nonnicius] *F*, nonnitius *P*, mintucius *Surius* 16 tinnibulum] *P*, tinnibilum *F*, tintinnabulum *Surius* 17 contigit *F* esset aura] *P*, sit aura *F*, et auribus *Surius* blandire] *F* 18 archidiacono (*P*) teneritate mellifiua *Surius* 20 creditur *P*[1], *corr.* episcopi *F* 21 arem *P* resonuit *F* uox] eius *add.* *Surius* 23 dispendium *F* 24 quisquis quod] *F*, quis quod *P*, quisquis *cod. Surii* 25 alterum] *F* habit *P* denegat] *PF*, *om. cod. Surii*, perdit *suppl. Surius* 27 ligatus] *om.* *F* tum *Surius* 28 eidem *Surius*, *om.* *F* 29 deam | labat *F* campeta *F* iacebat] in *add.* *F* non poterat sonus *F* 30 palati camera] *cf. Fortun. V. M. IV, 40 et supra p. 10, l. 17* sepen *P*, septa *F* 32 tale *P* 33 uenire *Surius*, sed *add.* *F* 36 quam] quem *add.* *F* ita *F* 37 amissa uocis grati[a] reparatur *F*, gratią? *P*

(47) Tunc praecedente pontifice bestiam fere tribus milibus omnes prosecuti sunt reddentes gratias domino et solventes exsequias inimico. Deinde increpans eum beatus Marcellus dixit: Ab hac die aut deserta tene aut in mare demerge. Mox dimissa bestia, nulla eius ulterius indicia sunt inventa. (48) Ecce propugnaculum patriae in uno consistere sacerdote, qui fragili baculo fortius hostem edomuit quam si balistae transisssent, nam sagittatus repercutere poterat, nisi vinceret res divina! O virum sanctissimum, in cuius levi baculo virtutis est pondus ostensum, cuius molles digiti fuerunt catena serpentis! Sic inimicum publicum vicerunt arma privata et plaudit in unius praeda generalis victoria. (49) Si sanctorum virorum ex factis merita conferantur, miretur Marcellum Gallia dum Roma Silvestrum, nisi hoc distat in opere, quod draconem sigillavit ille iste iactavit. Sed quis eius miracula valeat per singula sermone conprehendere vel voce proferre, quanta ille fecerit et celaverit, cum ea scripta sunt, quae de ipso teste populo claruerunt? (50) His namque operibus sanctissimus Marcellus semper intentus, conversatione clarus, consummatione praecipuus, beatitudine gloriosus, remuneratione ditatus, cum perpetuo domino regnaturus, vincens mundi contagium, mundus migravit ad Christum die Kalendarum Novembrium, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

3 in] *om. P* demergere *F*, te demerge *Surius* 4 bellua *Surius* 6 sectatus *F* 8 catenę serpenti *F* et] *om. Surius* 10 gallia marcellum ut roma *F* syluestrum (*P*): *V. S. Silvestri auct. Simeone Metaphraste c. 8* (*Surius tom. VI, p. 1054*) nisi] nam si *P* 11 sed] si *P* 12 et] ea *F* 13 sint *F* 14 clarus consummatione] *om. F* 15 dotatus *F*[1], *corr.* 16 contagia *F* 17 honor] *om. P* gloria] cum patre e spu sco *add. F*, et uirtus et potestas *add. Surius* in] per cuncta *Surius*

sternitur, fundit preces, suspiria ingeminat, tundit crebro verbere sanctum pectus, petit a domino quod a praeside obtinere nequiverat. (9) Digna ilico praeses immitis paena percellitur, nam cathedrae cui altior insederat miris repente modis affigitur, deserit ossa vitalis calor et soluta nervis rigentibus membra officium quo animae famulabantur amittunt. (10) Ad cellulam beatissimi viri concurritur, ab oratione consurgit, ad forum progreditur. Sensit adventum viri praeses magna iam sui parte praemortuus. Amissi itaque redduntur sensus et famulantia usibus suis ad vigorem pristinum redeunt membra. (11) Redditur ergo salus praesidi, vita dampnato, et quicquid vel admittendo ille vel hic non dimittendo contraxerat pia domini miseratione conceditur. Denique condonata est reo vita cum crimine, praeses meruit veniam cum salute.

III (12) Non longo post tempore sequitur longe clarior virtus et tanto par merito. Erat nanque haud longe ab urbe in altiori baside eminens simulachrum, quo in loco mira gentilium multitudo confluxerat. (13) Itaque cum daemoniis pecudum carnes suis moribus litant dumque referti epulis vino pleni cantu perstrepunt, beatissimus sacerdos advenit, vidensque exultare infelicem plebem omni luctu graviori laetitia, trahens ab imo pectore longa suspiria, eos a sacrilegii impio scelere pio hortamine revocare pertemptat. (14) Sed semper invisa ignaviae remedia sunt salutis, quae perire arbitrio suo quam alieno servari consilio mavult et modum utilium ad modum voluptatis examinat, blanda et noxia pro rectis ac necessariis habet. (15) Totis ergo furoris stimulis in iniuriam sancti viri seditiosum vulgus exarsit, cum pia ille adversus saevientes arma corripiens repetit cellulam, terrae prosternitur, fundit uberes pro hostibus fletus, ingeminat pro inimicis alta suspiria, petit ut sine nece sua vel certe propria saevientium furor decideret. (16) Nam ille quo coronaretur optabat, pro hac ne punirentur impii pia apud misericordem regem vota fundebat. Non enim minor animi virtus est pro inimico exorasse dominum quam procubuisse pro domino, pro persecutore fudisse preces quam effudisse animam innocentem. (17) Post longa itaque suspiria sanctum elevans caput, si nubes aliqua ab oriente consurgeret, qui prope astabat puerum interrogabat. Nullam ille se videre respondit. Rursus beatus pontifex terrae prostratus ingemuit, erectoque iterum a terra capite, eadem quae prius famulum sciscitatur, videre se ut prius famulus negat. Cunque tertio sancta terrae membra prosterneret, puer cui iniunctum id operis fuerat nubem ab oriente pertenuem exiguamque videri scilicet credidit quod futurum praeviderat. (18) Ab humo homo dei consurgit et caelum de quo nunquam mente defuerat intuetur. Tegitur repente

1 ingeminat] *B*, *cf. v.* 22, geminat *M*, gemina emittit *L* 2 praesidem immitem poena percellit *L* 3 cathedrae] in cathedra *L* affigitur *L* 4 calor ossa uitalis *B* 5 oratione] pater *add. L* 7 et] *om. B* ad] in *L* 8 uita] reo *add. B* ille admittendo *L* 9 pia] *om. L* 10 donata *B* crimine] et *add. L* 11 longe] *om. L* 13 multitudo gentilium confluebat *L* daemoniis] mortibus *add. B*, daemonibus *S* carnes suis moribus] uel suis potius mortibus *B* 14 epulis] et *add. L* 15 laetitia omni luctu grauiori *B* 16 trahens — suspiria] *Ov. met. II, 753. X, 403* ab] *om. B* longa] *om. L* eos a sacrilegii impio scelere] a sacrilegii scelere eam *L* reuocare pio hortamine *B* 17 sunt remedia ignauiae *B* salutis] *om. B* 18 alienum seruare consilium *L* et modum utilium ad modum] *ML*, immo dum utilitates animo *B*, in modum utilium incommodum *S* 19 examinat blanda] nititur retorquere blandaque *L* 20 in — seditiosum] *om. L* cum pia] sed *L* 21 arripiens *L*. 22 fletus] preces *L*, *cf. Ov. met. XI, 672* ut — 23 decideret (desisteret *S*)] *BS*, illis uitam qui in necem suam certe saeuiebant *L* 23 quod *L* pro hac] *B*, pro his *S*, ideo *L* 24 pia apud misericordem regem] *S*, apud misericordem regem pia *B*, pia apud misericordiam domini *L* non — 26 innocentem] *om. B* 27 sanctum] s̄c̄s *B*[1] si] uidit quasi *B* puerumque qui prope astiterat interrogat *B* 28 nullam ille] *SL*, si et ipse quam intuebatur uideret. ille nullam *B* 29 ingemuit] *LS*, suspirauit *B* iterum] *L*, item *S*, *om. B* 30 famulum] a famulo *L* se — 32 praeuiderat] scilicet se credebat quod futurum praeuiderat *L* 32 uidens *B* scilicet] *S*, *om. B* futurum] sanctus antistes *add. B* homo — 33 quo] ergo dei homo consurgens et caelum cui *L* 33 aberat *B*, defuit *L*

nubibus dies mox diabolo exitium ferens, terribili nanque sonitu fulmen increpuit pariterque infelix simulachrum ferit, dividit dispergitque. (19) Fertur per aera lapideum sacrilegorum numen: quod ita diversam in partem ultricis procellae turbo deiecit, ut partem nunc eius Lauterna teneat rivus, partem Avarionis habeat ripa fluminis in testimonium virtutis perpetuo servatura. Partem ab urbe procul patens retinet campus rem tanti miraculi visibus ingerens, ammirationem praebens, memoriam repraesentans. (20) Itaque divina providentia verberat impios, ut animae morbum corporis afflictatione sanet, et de adversis remedia praeparans salutem infirmitate restituit, ideoque sacrilegam plebem percussit, ut perderet eam, et pia manu inflixit vulnera, ne ipsam puniret. (21) Fuit ergo praesens paena non ultio sceleris sed medela peccati, quae perimeret peccatum, coerceret peccatorem: extinxit crimen auctore servato obortaque simul est ex dolore salus, ex ira remissio multis. (22) Nam ut simulachrum fulmine ictum dissiluit, statim quibus inerat iuventutis robur quique de media nocte vergebant in senium auditu obstrusis auribus caruere. Iunior vero minusque nocens aetas mansit incolumis, sed hi quibus altius serpentinum virus inoluerat feriuntur. Quos ergo ad fidem praedicatio sancta non moverat insignis miraculi virtus impellit. (23) Ad beatissimum etenim virum concurrunt, facinoris veniam expetunt et merentur, amissos repetunt sensus atque percipiunt, sentiunt sani fontis fluenta et hauriunt. Discessit ergo vulnus illatum, curatur inventum nec ultra emendationem verbera illis contulerunt. (24) Sic dominus noster fidelis oratione servi antiquam putredinem ulcerum curavit, vulnera sanavit, flagella lenivit, iram terrore compescuit. Ita divino munere bellator egregius praedam inimico abstulit, detulit caelo, detraxit hosti, auctori restituit: captivos enim reddidit libertati praedone captivo vitaeque mortuos mortis auctore prostrato restauravit. (25) Et ilico de penetralibus cordis sacrilegi peccati maculas Christi amore repulit, fides abstraxit, unda purgavit et nivalis simul candor terrenos homines spiritali fidei velamento induit, sicque pater egregius fidelisque servus evangelici praecepti memor commissa sibi a domino felici faenore multiplicata restituit.

(26) Aliquantulum vero post haec temporis fluxerat, cum praecepit duobus sanctae IV
ecclesiae famulis, ut in flumine quod iuxta urbem praeterfluit paucos pro advenientibus pisces caperent. Haud mora praeceptis obediunt, pisces capiunt, lina legunt, ad urbem remeant, quos milites qui in praesidio erant civitatis redeuntes offendunt. (27) Ii hostili ritu septi potiuntur piscibus eosque male multatos flagris relinquunt exanimes. Ad sacerdotem famuli redeunt et quae iis simul ablata illataque fuerant testis luctus edocuit. (28) Beatus tamen pontifex de amissis non doluit ex contemptu, sed afflictis congemuit ex affectu. Illinc constantiam rigor tenuit, hinc lacrimas pietas fudit. Felix cum vicit contemptu, felicior cum victus affectu est. (29) Domum interea milites repetunt, nituntur praedam edomare flammis: subiecto etenim igne exundant latices, sed novo repente miraculo perdit vim flamma desiliens et aestuans in cassum furibunda

27 Matth. 25, 21.

1 dies] et *add.* *L* terribili — fulmen] terribilis tonitru fragor *L* 2 et dispergit *L* lapidum *B* 3 diuersa in parte *B* 4 lauterna] nunc *add.* *L* riuus partem] uero *add.* *L* habeat ripa auarionis *B* 5 partem] quoque *add.* *L* 6 usibus ingerens *S*, usibus humanis ingerens *L* ammirationi praebens memoriae *B* 7 itaque — 28 restituit] *om.* *B* 13 fulmine ictum] *M* 15 inoluerat] *M*, incaluerat *L* 26 niualis simul] *M*, ualidissimus *L* 29 uero] *om.* *B* cum] et *L* sanctae] *om.* *L* 32 praesidio ciuitatis aderant *B* ii] his *B* 33 septi potiuntur piscibus] septem (saeui *M*) de piscibus uiolenter abripiunt *B* 34 iis simul] sibi *B* 35 de] *om.* *L* sed] *om.* *B* 36 illic — hic *B* uigor *L* 38 igne] contemptum *add.* *B*[2] exultant *L* sed] *om.* *B* 39 furibunda in cassum aestuat *B*

miroque repente modo indurantur magis flammis pisces lege mutata naturae et intractabiles durique sensus tanti novitate miraculi molliuntur. (30) Interea milites ad sacerdotem concurrunt, direpta referunt, genibus adhaerent, veniam facinoris petunt. Ignoscit mens pietate promptissima, donat eis crimen cum piscibus: mox quae direpta focis intemerata duraverant flammis reddita edomantur. (31) Hic beatus pontifex oratione sanctissima plebi ferendi necessitatem iniuriae, militibus consuetudinem abstulit infligendi pariterque ultricium vis extincta flammarum et emendatio militum ac populi fuit. Praeclaris gloriosisque signis stupenda succedunt.

V (32) Erat nanque in foro in altiori baside eminens simulachrum, quod vir beatissimus zelo divini amoris accensus deiecit atque confregit. In ultionem igitur numinis sui sacrilegae plebis multitudo consurgit ac limphatico furore succensa praesens bellatori Christi minitatur exitium. (33) Sed vir beatissimus mortem non timuit vitae amore. Neque enim fas erat fortissimum bellatorem praesentem timere mortem, qui iam aeternam praesentium rerum contemptu calcaverat. Itaque plebs misso rem nuntio viro cuidam defert, qui erat illo tempore natalium splendore, honore, tytulis, opibus, auctoritate ceteris longe praestantior. (34) Contrahit hic servulorum solatia, sede invectus curuli urbem protinus petit. Et iam emensus iter, dira fremens et extrema minitans, urbi aderat. (35) In medio tamen portae pridie beatus pontifex orationem ad dominum terrae prostratus fuderat. Quo in loco miro stupore haesere biiuges et ut insensibilia riguere simulachra. Nil agunt stimuli, nil verbera saeva proficiunt. (36) Cum autem vir ille insignis miraculi novitate perculsus ad beatissimum virum unum ex necessariis mittens rogat, ut pia eum oratione absolveret quem meritis quasi vinculis nexuisset, haud mora sacerdos advenit, carpento devolvitur, persecutor adhaeret sancti genibus, rigat pedes lacrimis, peccatum fatetur, petit auxilium. (37) Vix verba compleverat et animalia quae ut durae cautes riguerant caelitus recepta mobilitate praeceptis obediunt, dumque sanctis orationibus natura nunc mutatur, nunc redditur, mens fera prius et dominum ut de duris cautibus orta non sentiens subito fidei igne succenditur. Ilico maculas peccatorum unda diluit salutaris et incredulitatis nube detersa clarum pectori lumen infunditur. (38) Interea unus e famulis cursu praepeti fit dominae tristis nuntius. quae repentino luctu perculsa monilia proicit, vestimenta disrumpit, scindit crines genasque dilacerat, irrigat fletibus vultum ac tunso pectore suspiria aegra perfundit et nunc confractum mixtumque pulveri dominum suum, nunc amissum quasi coniugem deflet. (39) Turbatur domus, iunguntur planctibus dominae lacrimae famularum, ad urbem mox properat et turbata collisaque gerens ora femineo simul furore vel planctu aggreditur sacerdotem. Quae ut serenitatem verendi vultus inspexit, subito pavore contremuit. (40) Glorioso itaque statim fidei calore succensa genibus provolvitur sacerdotis et daemonia quae dementi prius superstitione coluerat laudabili execratione condemnat. Ipse vero ilico eam labe culparum emundans vitae

---

1 durantur *B* et] tunc *B* 2 tantae nouitatis miraculis *B* 4 prompta *L* his *B* moxque qui direpti focis (foris *L*) intemerati (pace temerata *L*) *B* 5 duruerant *L* redditi *B*, redduntur *M*, redeunt et domantur *L* 7 ac] quies *M* 8 signis] plus *add. S* 9 nanque] *om. B* in altiori] altiori *B* base *B* 10 diuini amoris zelo succensus *B* atque] et *B* 11 ac] *om. L* limphatico] bellatorum *add. L* succensa christi bellatori minatur *SL* 12 metuit *B* 14 iam] *om. L* calcauerat] meruerat *SL* misso rem nuntio] *scripsi*, misso in rem nuntio *B*, misso in rutenem nuntio *S*, misit nuncium *L* 15 defert] *B*, refert *S*, honorato nomine *L* illo] in *B* natalium splendore] *om. B* honorum *L* 16 hic] is *B* seruorum *B* urbem protinus sede inuectus curuli *L* 17 iter dire fremens dira *L* 18 beatissimus *B* 19 effuderat *B* biiuges] *BM*, *cf. Verg. Aen. X, 587*, bigae hominis illius animalia *L* 20 simulachra] signa *L* nihil agunt *B* stimuli] famuli *M* 21 autem] *om. B* nouitate miraculi *B* 22 rogauit *L* 23 carpentum *L* 24 sanctis *B* auxilium] et *add. L* 25 compresserat *M* et] *om. L* 26 dumque — *p.* 59, *l.* 27 sensit] *om. B* 37 dementi] *M*, decenti *L*

aeternae lavacris perfudit sicque beatissimus pontifex infelicem praedam de faucibus diaboli abstrahens fecit feliciter suam.

(41) Venerunt quoque quondam duo viri ad urbem infelicem vitam atroci gerentes in scelere. Tegunt itaque funesta demissis vultibus corda et extortis fletibus et imo pectore abstractis suspiriis vilium vetustate pannorum pauperes se esse mentiuntur. Tribuuntur eis necessaria victui et simulatae miseriae miseratione piissima subvenitur. (42) Deflent itaque vim sese frigoris ferre non posse, tandem intra septa recipiuntur ecclesiae. Vixque corda mortalium quies prima grata curarum oblivione laxaverat, cum illi admittunt latrocinium et sacra, pro nefas! pollutis manibus pallia adeunt, vela deiciunt reseratisque ianuis gradu concito fugam crimine stimulante arripiunt, qui ita digno caecitatis supplicio feriuntur, ut nefarii oculi qui indices criminum fuerant duces esse fugae non possent. Huc itaque et illuc incertos implicant orbes et vacuo noctem labore consumunt. (43) Redditur terris dies, agnoscitur facinus, fit ad sacerdotem concursus. Demonstrat beatus antistes quos oratione tenuerat aitque auctores criminis prope pontem qui proximus urbi est caecitate esse percussos et vacuo lassos itinere considere. (44) Ad pontem ergo itur, reperiuntur nefarii criminis rei, interrogatique quo irent quidve eis esset negotii, aiunt se longius velle pergere, sed cum esset hora fere diei tertia, a coepto se dicunt itinere opacae noctis tenebris impediri. Ad sacerdotem denique pertrahuntur. (45) Itaque cum vir beatissimus illatam sibi iniuriam velut in sublimi positus ante despiceret, tamen licet divini memor esset praecepti, alienas noluit culpas sine propria virtute castigari, nam dempto pallio suo sacrilegos bis aut tertio in dorso percussit, quod ita in eorum membris insedit, ut omni ab ipsis atrocius verbere sibi esse putaretur. (46) Multos quoque regulam melioris vitae transgressos sancti tegminis levi tactu ad emendationis sanitatem reduxit, sed semper secundum modum peccati impendebatur cura remedii et pro qualitate culpae vis inferebatur vindictae. Sic ergo sancti in oratione viri in latebris factum animae vulnus fortius morbi remedium sensit.

(47) Igitur criminosus quidam ortulum sancti viri exiguum quidem spatiis laetis VI
tamen conspicit virentem holeribus, ampliabat si quidem loci angustias amoena iocunditas. Statim ergo atroci mente furti facinus concipit. (48) Itaque redditur terris occasu diei noctis silentium vixque corda mortalium alta quies dulci sopore laxaverat, cum ille accommodum fraudi tempus amplectens prosilit audacia plenus ad scelera levique impulsu quae obstabant cedentibus adit ortulum, holera diripit, abire festinat, sed divinitus retinetur. (49) Nullus etenim remeandi exitus patet et ita reus tenui sepe quasi muro vallatus, exigua nanque obstacula velut omni constructa munimine crescere fugienti videntur in molem. Noctis ergo totius iter spatium ortuli fuit. Interea roseae lucis splendor mundum irradiat facieque rebus reddita terris lux redit. (50) Igitur beatus senex in cellula ubi spretis somnis inertibus noctem dulci meditatione et sancto labore transegerat unum e fratribus vocat mittensque in ortulum mandat, ut quem inibi errore lassatum suo et velut quibusdam artatum vinculis ita innexum crimine repperisset attraheret. Haud mora it, repperit et attrahit. (51) Adest ilico criminosus, furtum in medio proicit, pedes complectitur sacerdotis. Itaque vir pietate

---

3 atroci] *om. L* 8 laxauerat] *Verg. Aen. V, 857* 26 uis] *M*, ius *L* 28 spatio *B* 29 quidem] spatio *add. L* 30 concepit *B* redditur terris] *cf. supra v. 13*, reddito terris *M* 31 occasus *SL* silentio *SML* uixque] *cf. supra v. 8*, uix *SML* 32 commodum *B* et scelere *B* 33 quae obstabant cedentibus] transit quod obstabat *L* adiit *B* 34 sed diuinitus retinetur] *om. L* etenim remeandi] tamen redeundi *L* et ita] quia *L* 35 uallatur *B* nanque] *om. L* 36 fugienti] sibi *add. L* 37 redditur *L* 38 in aestibus noctis *B* 40 inibi] ibi *L* ita] *om. B* 41 abstraheret *L* it] *S*, illum *B*, adit *L* repperit et attrahit] reperit abstrahit *L* adest ilico] *SL*, ut uero affuit coram sacerdote *B* 42 pedesque *B*

plenus indulget crimen donatque furtum monens saepe, ut suis usibus necessaria potius petat quam rapiat et necessaria sibi tribuentis munere non rapinae scelere conferantur: sic ergo indulgentiam a sancto viro promeruit et discessit.

VII (52) Quid memorem in eodem ortulo a simili scelesto quondam mella ab alvearibus nocturno dempta furto delataque domum in picis prorsus mutata naturam, stupuisse reum ammiratione virtutis, cum criminis non deesset causa et conscientia criminis torqueret auctorem? (53) Tandem vero criminosum alto mentis stupore discussum ad antistitem properasse, retulisse furtum sanctisque prostratum vestigiis veniam facinoris postulasse, perfacile supplicanti indulsisse antistitem naturamque mellis non minori reddidisse miraculo quam mutasse, ita reum pro supplicio veniam munus domum retulisse pro crimine.

VIII (54) Dumque his virtutum fulgeret miraculis, beatum gloriosae consummationis tempus advenit, sed cum fracta iam aevo membra deficerent, afflictum emortuumque corpus virtus abstinentiae roborabat et quod natura negaverat meritum conferebat. (55) Fuitque tantus in eo viro fidei fervor, ut insatiabili ardore quo plus corpori districtionis intulisset eo inferre plus cuperet, et ita erant augmenta meritorum eius incitamenta profectuum. Amor quippe dei reficere animum potest, satiare desiderium non potest, sed magis magisque cum hauritur sitim inflammat, iocunditate enim sua excitat appetitum, sed non facit de satietate fastidium. (56) Igitur beatissimus Amantius hac meritorum luce fulgens terrena terris membra commendat, caelestis spiritus celsa conscendit. Illic nunc interest choris angelorum, hic fulget claritate virtutum, illic interpellat pro famulis voce supplici, hic tuetur famulos virtute sublimi, illic petit, hic praestat, illic vota fundit, hic votis respondet, illic nunc aeterna circumseptus emicat luce vel meritorum splendore clara vel illatae crucis tormentis roseo quasi fulgore purpurea. (57) Nam ipse in semet et persecutor extinguendo vitia extitit et martyr crucifigendo corpus emicuit adeptusque est novum non morte sed carnis mortificatione martyrium. Et cum sit in conspectu domini pretiosa mors martyris, dum beatissimus Amantius ipse in se hostem et persequitur et prosternit, fuit in conspectu domini pretiosa mors viventis.

IX (58) Hactenus quidem vitam beati confessoris Amantii divino munere ut potui stilo digessi. Nunc pauca de his quae triumphator egregius gessit brevi sermone constringam. (59) Igitur mulier quaedam erat Iuliana nomine vidua et anus et pauper, quam artabant pariter fragilitas senii et solitudo et egestas, vigebat in ea tamen fortis animus aerumnarumque contemptor. (60) Haec quo propior divino operi foret, cellulam prope sancti antistitis basilicam collocavit, ut frequentiam quam tarda senectus ei negaverat vicinitas cellulae restauraret. (61) Huic mercandi vendendique vini usum necessitas variarum artium magistra monstraverat. Mercabatur itaque vendebatque hoc modo vina, ut quod supererat pretii fieret substantia laborantis neque

---

1 monens] monetque *B*, eum *add.* *L*   potius necessaria usibus *L*   2 et] ut *B*   3 indulgentia a sancto sibi concessa ab eo discessit *L*   4 quondam] *om.* *L*   5 naturam mutata et stupuisse *L*   6 non] *om.* *B*   7 auctorem] cum furto dampnum superesset et iniqua mens in tam atroci maneret scelere *add.* *B*, cum furto damnum superesset, in qua moestus atroci maneret in scelere *add.* *S*: *glossa videtur esse*   tandem uero] *S*, tandemque *B*, tandem uerum est *L*   sopore *L*   8 properasse et furtum retulisse *B*   9 postulasse] et *add.* *L*   naturamque] et sic naturam *L*   10 minoris rediisse miraculi fuit quam mutari *L*   ita] et ita *B*   domum] *om.* *L*   12 que] *om.* *B*   fulgeret] ipse *add.* *L*   gloriosae] eius *add.* *L*   13 mortuumque corpus abstinentiae *L*   14 roborabat] labore erat *L*   15 eo] sancto *L*   16 eo] *om.* *L*   eius] *om.* *L*   18 iocunditatē *B*[1]   19 beatus *B*   20 condit sed caelestis *L*, caeli *B*   21 choris interest *B*   24 micat *B*   claro *L*   tormentis] *om.* *L*   quasi] ac *L*   25 purpureo *L*   ipse in semet] et in semetipso *L*   extinguendo uitia extitit] uitia exequendo extinxit *L*   26 nouum non morte] *M*, nouum non mortis *B*, non mortem *L*   28 ipse in se hostem et] hostem *L*   pretiosa in conspectu domini *L*   29 uiuentis] *desinunt* *B*, *ubi* PASSIO SCI MENNĘ MART *sequitur*, *et* *S*

plus lucri caperet augmentum quam victus necessitas postulabat. (62) Venit ergo ad hanc vir quidam atroci scelere aliis longe criminosis immanior aitque se velle vinum mercari. Illa vero eum intra cellulam recepit ut emptorem, et ut ne diutius teneret eum forsitan properantem, celeritatis studio seniles castigat moras. (63) Ille vero circumspectare coepit omnia vagisque luminibus universa percurrere, si quae essent quae viduae simul et pauperi crudelissimus praedo posset auferre. Dum ergo haec muliebri levitate turbatur, mox ille capsulam cum exigua pecunia conspicit, diripit abstulitque et vino mercato aufugit venitque post triduum quasi innocentiam suam praesentialiter monstraturus. (64) Illa ilico nefarii furis certissima coepit evolare in faciem eius opemque clamoribus quaerere: criminosus et ipse conscientiae suae scelere territus cursu subito cito se proripit equumque conscendit. (65) Anus prodit e cellula cupiens praeire clamoribus quem tardo sequi gressu non poterat. Ad sanctam tamen basilicam erigens oculos hoc fideli devotione et maxima voce proclamabat: Ne sinas, summe sacerdos defensorque fortissime, abire praedonem meum, ne deseras viduam et pauperem, divitiarum mearum solatium et virtus mea. (66) Cumque hoc supplex depromeret, miris repente modis conspicit in medio atrio in morem cautis riguisse cornipedem. Acciderat enim, ut ea die sacrae depositionis eius celebrarentur festa annuo orbe completo et egrediebantur de basilica populi expletis ex more solemnibus stupentque miraculi novitate perculsi. (67) Haerebat quoque reus stupens corpore, stabat anus innixa baculo. Fundit tandem criminosus uberes fletus, peccatum fatetur, pecuniam reddit et absolvitur domumque remeat absolutus. (68) Plebs igitur tantam virtutem mira exultatione et ineffabili laude ad caelos effert et ita gloriosus antistes fuit in defensione pauperis fortis, in absolutione criminosi misericors praebuitque immensa miracula, vel cum audit innocentem vel solvendo dampnatum.

(69) Non longo vero post tempore, dum ipse in periculis adest famulis, sequitur X
clara virtus ac maxima. Iamque in Septimaniam quidam vinum mercari cupiens properabat, prius tamen basilicam gloriosi triumphatoris ingressus tumulum eius petit, solo prosternitur, prosperitatem poscit itineris, vota spondet. (70) Mox progreditur levique labore diffusum emensus iter in Septimaniam venit, vinum mercatur, ad urbem remeat. Et iam medium secundis gaudens rebus iter transgreditur, iam summae de vertice rupis in imo vallis amne leni fluentem Tarnem conspicit flumen, iam vicinus urbi alacer eam intuetur, iam votis dulces nati blandis pendent ex osculis, iam urbe fruitur, iam parentum civiumque potitur affectu. (71) Dum ergo spe totus in urbe est et excelsi montis iuga carpit itinere, repente atroci luctu gaudia perturbantur, nam impulsum saxo vehiculum quatitur excussoque vehiculo vas atroci resultat sono atque ima petens vallis in planis tandem collabitur. (72) Quod emptor perspiciens abrumpit caesariem genasque dilaniat et vertens ad moenia oblitos lacrimis oculos fatur sic paucis: Te, o beatissime pontifex, duce extrema adii loca, en desertus a te, iam patriae adductus in finibus, gravi aerumnarum mole oppressus, dignas meritis paenas luo. (73) Haec autem ingenti luctu commemorans, ad locum in quo vas deciderat properabat, cum lacrimas scilicet causa lacrimarum augeret et dolor damni praesentis maiores a misero paenas exigeret. (74) Cum ergo ad locum flens venit, aspicit repente stupendo miraculo vas integrum vinoque plenum et patronum quem querebatur absentem virtute clara praesentem intelligit. Lacrimae igitur vertuntur in gaudia et maeror in laetitiam permutatur. (75) Et ita fuit maioris miraculi rem patrociniis antistitis sancti commissam sic fuisse salvatam quam non fuisse dilapsam, duras cautes non sensisse dum collideretur quam evasisse pericula dum servaretur,

---

16 cautis riguisse] *cf. supra p. 58, l. 25* 17 cornipedem] *Verg. Aen. VII, 779* 31 in imo (uel ima *add. M*) uallis] *M*, primae *L* fluentem — 32 eam] *om. M* 32 uotis — 33 affectu] *M*, uocatus uota dissoluit *L* 34 iugia coepit itinera *L*

excepisse aspera et nescisse discrimina, transisse inter praerupta, quam si a praeruptis esset integre custodita.

XI (76) Nondum quoque multorum emensa temporum orbe completo redierant curricula, cum sanctus Quintianus episcopus ante sacrosancta altaria capacem tumuli locum elegit, ubi ipsum miro opere et laudabili arte collocavit, nam prius in basilica sancti viri extensa sepulchrum velut praefulgens lampas splendore propriae claritatis mentes expectantium illustrabat. (77) Hoc itaque tam pulchrum facinus episcopus mente concepit, devotione spopondit consummatoque opere diem sacrae translationis constituit. Haec ergo celerrime fama percrebuit et non solum diffusae urbis conclusa fimbriis loca sed diversae etiam urbes confinesque provinciae vel pontifices ad id misere vel populos. (78) Fideli itaque coetu moenia complentur, venit etiam e Narbonensi urbe Marturius abbas quidam laudabilis et vita conspicuus. Prius tamen artifex eligitur, qui tumulo circumiecta demat: qui statim sacrae venerationis locum ingressus audaci motu de sepulchro opposita expulit, sed ilico insurgentis dexterae ictu percussus ingemuit ultricique paena temeritas prolapsa procubuit. (79) Iamque sacrae translationis dicata dies illuxerat, quae primos urbis Romae doctores Petrum et Paulum duo mundi scilicet maxima lumina triumphali supplicio victores misit ad caelos. Hac ergo die omnium expectata votis sacerdotes adsunt, populi confluunt, oratio ex more indicitur, plebs solo prosternitur, tumulus commovetur. (80) Mox vero repentino miraculo tanta fragrantia de tumulo ineffabilem exhalans suavitatem prodiit, ut non solum cunctum in sancta ecclesia populum verum etiam sitam in porticibus atriisque plebem dulcedine nimia repleret et velut quodam retributionis munere spiritali hausto reficeret. (81) Interea subiectis manibus pia devotione fidelium vehiculo, felix onus infertur, tumulo manus Marturii abbatis comprimitur. Ille vero neque manum retrahere nititur neque circumstantium opem uti sepulchrum elevetur inquirit. (82) Sed piis questibus auxilium beatissimi Amantii implorare non desinit haec humili voce commemorans: Noli, sacerdos quondam noster, nunc socius angelorum, noli opprimere manum famuli, ne servum tuum ullo afflictionis maerore exasperes: iucundior mihi melle dulcedo, ne sinas gaudia nostra tristitiae nubilo maculari, gaudium et exultatio mea, quem ad solemnitatem tuam perduxisti hospitem, cellulae reduc suae incolumem! (83) Vix verba finiebat, cum elevatur subito sponte tumulus et abstrahitur manus illaesa abstractaque rursus oneri pio subicitur.

XII (84) Interea obvium sibi quendam vehiculum impulit impulsumque prostravit atque obliquatis strati pedibus discurrens rota pertransiit, sed ita minacem impetum iussa suspendit, ut nec sensum doloris strato infligeret nec signa livoris imprimeret. Cucurrit ergo motu celeri nec subiecta contrivit, sed ministeria complevit itineris relinquens signa virtutis. (85) Inter haec vero miraculorum insignia, nullo impediente labore, summo cunctorum gaudio in loco studiose praeparato reliquiae sacrae conduntur. (86) Nonnulli autem ad tumulum sancti viri vesano praesumpsere ausu scelus priori scelere cumulare, sed correpti protinus furore limphatico solvere supplicia afflictique horribili fremitu et occultis exusti flammis prodiderunt nefas, reddiderunt sublata prostratique solo veniam petiere facinorum ac sine mora beatissimi virtute antistitis obscenis contagiis meruere purgari. Ita hos et ultio iusta perculit et miseratio pietatis absolvit.

4 *Greg. de vita patrum c. IV, 1:* in quo episcopatu ampliatis adhuc virtutibus, cum in dei semper operibus cresceret, auctam beati Amanti antestitis basilicam sanctum corpus in antea transtulit, sed non fuit sancto acceptabile hoc opus.

9 celerrima *L* percrepuit *M* 11 fidei itaque conuenientia completa *L* 16 petrum et paulum] *dies 29 Iunii* 22 speciali haustro *L* 23 pia deuotione] *om. L* 40 furore limphatico] *cf. supra p. 58, l. 11*

XIII

(87) Rursus cum adversus Ruthenenses Marcomanni truces ingruerent omnemque late provinciam belli nube texissent, — atroci etenim corona cinxerant civitatem —, horrebant murorum interiecto discrimine strictis mucronibus. Addebat etiam fiduciam hostibus multitudo ingens, natura ferox, quorum fugam sternebat passim dira lues immiti ense, fame obscena. (88) Consurgit tandem in ultionem famulorum sacerdos noster propugnatorque fortissimus et ita gentem totam uno timore percussit, quod discedentes pavore fugam arriperent, sicut vehementi furore arma rapuerant. (89) Nam cum fortissimae gentis duces ingrederentur ex more basilicam, uti res secundas poscerent suis, tumulum petiere: statim circumiecta sepulchro velamina nunc alteram in partem ut acta flabris novae virtutis miraculo sinuantur, magnus e tumulo liquatur sudor. (90) Commemoratione etiam mira sacrum de tumulo velamen excutitur, sternuntur solo duces pro gloria reditum fugam pro felicitate poscentes et ipsi atroci prius saevitia immanitatem transgressi feralem in hominum mores novo redeunt metu perculsi. (91) Ab oratione itaque consurgunt terribilique sono tubae gens tota contrahitur, prodit metum pallor timoris index factumque trepidus sermo miraculum: horror omnium quatit membra, novitate virtutis placet fuga, densa mole referuntur ad patriam. (92) Peracto itaque triennio hoc quo prius veniunt furore succensi, hac saeviunt immanitate bacchantes, ex hoc redeunt miraculo commoniti hocque fugiunt pavore perculsi et ita pastor egregius gregem suum ab incursu luporum bis eruit una virtute.

XIV

(93) Dicam iterum miraculum quod ipsa Rutena urbe teste conspexi. Puerum quendam Euphrasium nomine arto dirae infirmitatis nexu constrinxerat hostis ille multimoda nocendi arte saevissimus atque ora ferocitate obseraverat, dempto linguae motu et fandi libertate sublata, luebat longi maeroris paenam diuturno silentio nec ulla ad afflictum conferri poterant remedia sanitatis. (94) Tandem infirmus audacis fidei fervore succensus sancti patris tumulum petiit et tumulo velamen contiguum ori violentus iniecit et ilico verberante ora linguae plectro auctorem Christum vox clara collaudat divinamque virtutem et merita bellatoris antiqui soluta lingua testatur et ita infirmus ille e basilica Christo referendo gratias sanus egreditur totamque exultando percurrit urbem tanti miraculi testis ac nuntius.

XV

(95) Item latro quidam saevissimus viatorem incautum adit, interimit prosternitque, spolia diripit ac telo ultricis conscientiae perculsus aufugit. Ignoto cuidam a latrone extincti vestimenta venduntur, quibus palam sine mora prolatis, innocens emptor ad supplicia rapitur et alieni sceleris paena torquetur, in carcerem truditur, profertur, verberatur, carceri redditur et comperendinato die letalis patibuli paena differtur. (96) Interea intempestae noctis silentio divino fulgore carcer emicuit, adest gloriosus Amantius nivali splendore conspicuus, maerentem visitat, nomen edicit et ut crudelia tormenta effugiat exhortatur. Ilico arta ferri vincla dissiliunt, claustra panduntur, procedit vinctorum manus fitque nocentum salus absolutio innocentis. (97) Patet carcer, ad basilicam gloriosissimi triumphatoris confugitur, pulsantur fores, mox sera novo miraculo illaesa solo resiliit et ita beatissimus Amantius divino munere ab imminente exitio dampnatos eripuit sacraque ereptos basilica dulci gremio salvandos excepit.

XVI

(98) A latrone quoque quidam in praesentia viri bonae conscientiae occiditur, sed cum se latro cursu praepeti confugiens occultasset, innocens ille metuens ne stans iuxta corpus extincti alieni sceleris paenas exciperet, basilicam beati triumphatoris expetiit, a propinquis extincti artissime vinculis innectitur. Qui offusis fletibus ma-

2 belli nube] *Verg. Aen. X, 809* 5 fame obscena] *Verg. Aen. III, 367* 14 terribilique sono tubae] *Verg. Aen. IX, 503* 15 horror omnium quatit membra] *Verg. Aen. III, 30* 16 densa mole referuntur ad patriam] *Verg. Aen. XII, 575:* densaque ad muros mole feruntur 21 euphrasinum *L*

xima in conspectu populi voce proclamat: Fortissime propugnator, si scis me reum, ultrici dampnatum paena prosterne. si inspicis innocentem, inique vinctum, iustitiae defensor, absolve. (99) Vix verba finierat, cum in conspectu suae plebis ferrum dissiluit proculque collapsum merita bellatoris et innocentiam laborantis virtute miraculi monstravit.

XVII (100) Nunc ergo in tantae festivitatis gaudiis omni supplicatione dominum nostrum, cui ineffabili miraculo est unitas sine confusione coniuncta, trinitas sine divisione distincta, deposcamus, ut, quia pariter iustus et pius est, cum beatissimo suo Amantio iuste petita praestet nobis, errata clementer indulgeat, qui cum patre vivit et regnat in unitate spiritus sancti per omnia saecula saeculorum. Amen.

VITA SANCTI REMEDII.

I (1) Beatissimi Remedii antestitis depositio sancta nobis hodiae diem misticae solemnitatis festam exhibuit, quae annis singulis, dum in se cursus temporum volvitur, nostris desideriis innovatur. (2) Hic itaque primis ortus natalibus parentum nobilitate fulgebat, quem divina pietas non solum priusquam nasceretur sed antequam conciperetur elegit, in tantum ut Montanus quidam monachus, dum se levissimo sopore quiesceret, tertia fuisset admonitione pulsatus, uti et matri suae benedictae Caeliniae quod masculum conceptura esset veredica relatione praediceret et nomen eius vel mereta designaret. Quod illico implevit imperio et fecundissimae genetricae concepturae sobolis gaudia nontiavit. (3) Illa vero sicut fidei credulitate non apparuit dubia, ita suscepit in parto quod praescierat in utero: haud morosa extitit vel incerta, felicissimum pignus secura protinus ededit quod prius corde concepit.

II (4) In quo adsiduae venturae aetatis mereta dulcis infantia designabat et quod ante conceptum mater agnoverat ante tempora iam videbat. Studebat teneros annos morum maturitate vincere et benevolentiam cordis caritatis melle condire. (5) Quid plura? Cum secundis successibus certatim sanctae conversationis studiis aduliscens vicensimi secundi anni iustum sumpsit exordium, in hac urbae Remensium omnium generaliter votis ad pontificii culmen raptus fuisse denoscitur potius quam electus. In quo statim sic apparuit aptus et devotus officio, tamquam si quod noviter ascenderat iugiter praefuisset. (6) Fuit itaque in elymosinis largus, in vigiliis sedulus, in oratione devotus, in caritate perfectus, in humanitate profusus, in doctrina praecipuus,

---

7 cui — distincta] *M*, *om. L* 8 quia — est] *M*, *om. L*

11 INCIPIT VITA SANCTI ET (AC *C*) BEATISSIMI REMEDII *GC*, KL. OCTOBRIS INCIPIT VITA SANCTI REMIGII CONFESSORIS *B*, (INCIPIT *add.* W^2) VITA SANCTI REMIGII (EPISCOPI *add.* W^2) *W* 12 remedii] *G*, remigii *vel* remidii *C*: remedi *Fort. carm. II, 13, 9*, remedius *vel* remegius *Greg. Hist. Fr. II, 31* antestitis] dei *add.* *G* hodierna DEC^2 die *CDE*, *om. W* festa solemnitatis *C*, solemnitatis festa *DE*, festam *om. BW* 13 uoluetur *C* 15 diuina] dnī *W* priusquam] antequam *G* nascetur C^1 antequam] quando *G* 16 se] *om. G*, *del. C* quiesceret] dedisset *W* 17 tercio C^1, tertio *B* uti] C^1 et] *om. BW* caeliniae] *G*, chiliniae DC^1, ciliniae EC^2W, cyliniae *B* 18 merito C^1, meritum C^2BW 19 qui C^2B implebit C^1 imperium (*C*)*BW* 20 credulitatis (*C*)*B* 21 quem *CBW* presciuit *G*, praesciebat *E*: praescierant *infra p. 66, l. 17* haud — incerta *om. G*, haud *e corr. C*, nec *W*, non ut *Mombr.* uel] C^1 *Mombr.*, aut C^2, haud *DE*, ut *B*, nec *W* certa *B* 22 corpore *B* 23 designabit *G* 25 maturitatis C^1 caritate melli C^1 27 uicissime C^1, uicesimo secundo anno *W* iustus (*C*) sumpsisset C^2 remorum C^1 29 quod] qui *DE*, quo C^2W, *om. G* ascendebat *DW* 30 presidebat *G* 31 humilitate C^1

in sermone paratus, in conversatione sanctissimus. Numquam in eo invenit humani generis adversarius nec quod fraude deciperet nec quod simulatione fuscaret.

(7) Sinceritatem mentis vultus sui serenitate munstrabat et pietatem clementissimi III
cordis ostendebat in lenitate sermonis. Quicquid ad salutem pertinere possit aeternam non minus implebat beatissimi operis studio quam sermonis praedicatione docebat. (8) Longum est itaque verbis exeri, ne inrogemus audientibus de nimia prolixitate fastidium, quantum in eum bonorum omnium ornamenta quae sunt vel praeciosa vel maxima supernae remunerationis praerogativa contulerit. (9) Studiamus ergo pauca deserere, plurima praeterire, nam si tanta virtutum suarum insignia aut ariditas nostri sermonis posset excolere aut memoria retinere, prius habere poterat terminum lux hodierna quam pagina. (10) Intendebat vir beatus Remedius iactantiam virtutis fugire, in quo non poterat gratia celsa latere. Cum eum vero contigisset habere inter domesticos suos secretiore convivium et delectaretur in libertate carorum, discendebant ad eum intrepidi passeres et in manu eius mensae reliquias collegebant. Discedebant alii saturi, accedebant alii saturandi. Sic mansuescebat feretas avium in operatione virtutum.

(11) Accedit ergo quodam tempore, cum ex more pastorale sollercia parocias cir- IV
cuiret, ut si neclegenter aliquid in divinis cultibus ageretur, fidelis Christi servus agnosceret: in vico similiter cui vocabulum est Calmaciaco ipsius devotionis studio peraccessit. (12) Vbi dum quidam caecus ab eo opem misericordiae postularet, coepit qua dudum captus fuerat infestatione daemonii corpores vexatione torquere. Tunc sanctus Remedius in oratione qua semper animi sancta intentione vacabat corporea se etiam sedulitate prostravit raptimque lumen pristinum reddedit oculis et pestem inmundi spiritus effugavit. (13) O ineffabiles gratia pietatis, a quo dum substantia sola petitur triplex remedium obtenetur! Victu pavit egenum, muneravit visu caecatum, reddedit libertate captivum adque ita contigit per hoc insignem misterium, ut dum apparuit unus in paupere trinitas se ostendit in salute.

(14) Sic ut semper ergo humani generis adversarius suam non desistit ostendere V
nocendi virtute potentiam, civitatem Remensium eodem tempore surgentibus subito flammarum globis, oborta nimium vastatione succenderat et iam fere partem tertiam favillis extantibus concrematio peracta consumpserat et quod residuum erat victrix flamma lambebat. (15) Tunc cum eius rei nuntius ad beatissimi Remedii antestetes

---

1 serne *G* inuenit in eo *W* humane *C* 2 nec — nec] ne — ne C^1B 3 sinceritate *G* serenitatem *G* pietate *G* 4 possit] (*C*) 5 beatissimi operis studio (studium C^1)] beatissimus opere C^2 predicacionem C^1 6 exeri] *G*, exigere (*C*), exsequi *W*, comprehendere *D*, texere *E* nimia] his *add. DE* 7 quanta (*G*) ornamenta bonorum omnium *CW* sunt uel] sunt *DE* 8 contulerat *G*, contulit *DE* studiamus] C^1, studuimus *G* 9 plurimam C^2 tantarum *DE* signa *DE*, dicere coeperimus *add.* C^2 10 sermonis] non *add.* C^2 possit *CW* plus *C* poterit *DE* 11 pagina] capiat *add.* C^2 beatus remedius] sanctus *G* uirtute *G*, uirtutum C^2W 12 fulgere C^1 celsa] concessa *G* ea C^1, ei C^2 13 secretiorem *B*, secretius *W* 14 trepidi *DE* passeris C^1 15 saturati *E* operacicione C^1 17 ergo] autem (*C*) cum (eum *E*) ex more] *om. G* pastoralis solertię *W* circumire *E* 18 culpis C^1 19 calmacaco G^1, calmatiacus *D*, calmiciaco C^2 deuotione studium accessit *C*, deuotione per studium accessit *W* 21 qui *E* daemonis *W* torquere] *G* 22 sanctus remedius] *om. G* anima C^2 sancta] *om. G* corporeas etiam *G*, se etiam *om. C*, se etiam corporea *W* 23 sedulitatem *G*, se uilitate C^2 prostrabat *G* 24 infabilis C^1 25 petetur *G* numerauit G^1, remunerauit uisum C^1 26 libertate] *G*, libertatem C^1 insignum C^1 misterio *G* 27 unus apparuit *W* pauperem *C* salutem (*C*) 28 sic ut] sed sicut *E* ergo] *add.* C^2, erga *EW* generis] detrimenta *add. E* aduersarios *G* suarum C^2W desistet *G* 29 uirium *D*, uirtutum EC^2W, uirtutem C^1 remorum (*C*) 30 succenderet C^1 31 stantibus *G* 32 huius *E* nuncius *add.* C^2, *om. W* remedii] *om. G*

pervenisset auditum, illico velut invictus adleta ad ruinam urbis caeleri velocitate percurrit adque se igni obvium impleta oratione monstravit: statimque velut quodam reatu fracta vel concisa populo teste in se vastationem reducit incendii et per patentem portam admodum fugens discessit, ut omnibus monstraretur, quod vir dei plenus fidei igne plus caluit, qui saevitiam tantae indignationis et evicit meritis et extincxit.

VI (16) Quaedam vero puella ab urbae Tolosa praeclaris orta natalibus ab adulescente infantia vesani spiritus tenebatur obsidione captiva. Quam cum tenero amore diligerint piissimi genitores, ad sancti Petri sepulchrum in Romana urbae cum plurima multitudine et multa devotione duxerunt. (17) Ibi quidam dei servus cum auxilio sacri corporis plurima implebat signa virtutis. Hanc tamen puella cum nulla potuisset intercessione purgare nec ab ipsa calledi daemonis viros valuisset expellere, hunc responsum hostis antiquus reddidit divini nominis obsecratione constrictus, quod numquam ab alterius de eodem habitaculo nisi huius beatissimi Remedii antestitis emundatione possit expelli. (18) Tunc parentes eius et ipsius benedicti et Alarici regis Gothorum adfatibus suffragati cum devincta sobole ad sanctum Remedium antestitem pervenerunt deprecantes, ut virtutem eius agnuscerent in purgatione sobolis quam praescierant in confessione latronis.

VII (19) Tunc beatissimus Remedius cum diuturna luctatione se non esse dignum adsereret et consueta patientia repugnaret, precibus est populi supplicantis evictus, ut orationem pro ipsa funderet et parentum lacrimis condoleret. (20) Tunc sanctus Remedius meretis sanctitatis armatus verbi praecepit imperio, ut iniquus praedo per quod ingressus fuerat discederet et Christi famulam relaxaret. Itaque cum nimio vomitu et obsceno fetore per os quod fuerat intromissus abscessit. (21) Sed paulo post discedente pontefice sub ipsius tamen horae spatio, dum nimio labore fessa nutaret, vitae calore decepta spiritum salutis amisit. Iteratis ergo precibus supplicantum turba recurrit ad medicum, beatus autem Remedius ille se accusat potius perpetrasse facinus quam sanitatis praemium indulsisse et extetisse homicidii reum, nam non contulisse remedium.

VIII (22) Ad basilicam igitur sancti Iohannis quo corpus iacebat exanimae populi obtentus deprecatione regreditur ibique sanctus Remedius cum lacrimis ad pavimenta sanctorum in oratione prosternitur et reliquos ut ita facerent adortatur. (23) Tunc sanctus Remedius effuso lacrimarum hymbre consurgens suscitavit mortuam, quam

---

1 hancleta C^1, hantleta C^2 2 statimque — 3 reatu] *om.* C^1B, statim uelut quoddam reatum *add.* C^2, que *om.* *W* 3 conscia *G* populi testa *B* sese *G* uastationem] *GB*, uastatio ECW^2, uastatione W^1 reduxit *G* incendium C^2W 4 fugens] C^1, fugere *G*, fugiens C^2W 5 fide C^1W ualuit C^1 quam saeuitia tanti *E*, qui seuitium tanti C^1 et] quam et *E* et extinxit meritis *CW* 8 ad] *suppl.* C^2 petri] apostoli *add.* *W* ad romanam urbem C^1 9 seruus] nomine benedictus *suppl.* C^2, *habet E:* benedicti (*infra l. 14*) *pro nomine proprio Hincmarus falsarius accepit, AA. SS. 1. Oct. tom. I, p. 142, cf. Roth, Beneficialwesen p. 463: de S. Abundio vel Acontio Mabillon et Bollandiani cogitaverunt, cf. Greg. dial. III, 25* 10 uirtutum *C* puellam C^2W 11 purgare] curare *G* calidi C^1 daemonis] hostis *W* uiros] *GC* hoc C^1W 12 hostis antiquus (antiquos *G*)] diabolus *W* numinis EC^2 13 ab] *om.* *GE*, *del.* *C* antestitis] *om.* *G* 14 posset EC^2 benedicte C^1 alarichi *C* reges gotorum *G* 15 remedium] *om.* *G* 17 in] *om.* *CW* latrones *G* 18 tunc beatissimus remedius] ille *GE* 19 est] eius C^1 populum supplicantem? G^1, subplicantes C^1 20 tunc sanctus remedius] ille uero *G* 21 iniquos C^1 22 gemitu *G* 23 quo EC^2 24 tamen] statim *E* dum — nutaret] *om.* *E* nimium C^1 25 decepta] redempta C^1, alienata *Mombr.*, exempto *Surius* salus *D*, *om.* *E* emisit *W* iterat* *C* ergo] *om.* *E* precibus] *om.* *G* 26 beatus autem remedius] *om.* *G* illi *E*, illum C^1 27 extetisse] se *add.* *W* nam] *G*, *add.* C^2, *om.* *W* tullisse *C* 30 deprocecatione *G* sanctus remedius] illi *G* 31 in oratione] *om.* *E* ita *** faceret C^1, ut idem faceret *W* 32 sanctus remedius] *om.* *G* mortuam] *cf. Greg. Gl. Conf. c. 78, Hist. Fr. II, 31*

…s sanavit aegrotam. Quae protinus adprehensa manu pontificis cum integra in-c…nitate surrexit et ad propriam feliciter remeavit. (24) Iudicare enim possumus, q… tus in praesenti miraculo fuisset parentum fletus pro gaudio laus populi pro tri… pho. Putasne cum quo gemito quantaque devotione gloria in excelsis deo caecir… ınt qui per sacrum antestitem divina videre mysteria meruerunt? Potuit ille pr…l dubio plebem suam de caso cuiuslibet pericoli inminentes eripere qui vitam m….ae valuit restaurare.

(25) Inter huiusmodi igitur virtutum suarum insignia elegit beatissimus Remedius IX
a…a Christi transitum laetiferi soporis excipiens procellas mundi senio iam vergente d…rere et ad portum caelestis habitaculi pervenire. (26) Post cuius vero obitum ta… a ad sui corporis patrocinia fidelibus remedia tribuuntur, ut solis agnuscetur viv… e meritis qui tantis fulget exemplis, cui vero poena dinuscitur defuisse martyrii, …n non devotio confessuris. (27) In illis ergo divinis templorum oraculis ubi eius p…trocinia veneramur quicquid cum fide petitur invenitur et quod speratur studio prae-…tatur effectu. Profusis ergo unanimiter precibus exoremus, ut nobis vitae salutaris spacium indulgentiam delictorum obteneat intercessio sancti Remedii ponteficis cum auxilio redemptoris. Det etiam deprecatio eius generaliter omnibus in hoc mundo tranquilla pacis tempora qui promisit iustis aeterna.

VITA SANCTI MEDARDI.

(1) Beatissimi Medardi antestitis vitam, quae per universum orbem virtutum pro- I
palatur insignibus, nequivimus silencio praeterire ac non valemus gestorum cuncta perstringere. (2) Et quia solemnitatis eius diem veneratione perspicuum omnium populorum catervas quotannis expetere depositionis suae commemoratio principalis invitat, crescat in universorum pectoribus pro fidei ardore devotio, dum sanctorum suorum panditur magnitudo, ut hac si rarus sit qui existat imitator operis, cunctos tamen faciat eius intercessio potiores. (3) Cuius ergo originem propterea primum

---

1 egrota *G* 2 propria *CW* 3 quantos *G*, quantum C^1 miculum C^1 prae *E* gaudium C^1 laus] lętus *W* prae *E* 5 potuit] enim *add.* C^2 6 procul dubio] *om.* *CW* eminentes *G* 7 mortuo *G*, mortui potuit *E* 8 suarum] *om.* *G* beatus *W* remedius] *om.* *G* 9 haclyta C^1, anthleta C^2 christi] *om.* *G* laetiferum *W* procellam C^1 10 eius *D* 11 remedia] que *add.* *E* et (*C*) agnuscatur *G*, agnoscitur *W* 12 tantis] multis *G* refulget W^1 cuius *W*, cui — 13 confessuris *om.* *B* 13 nam] *om.* *W* illis] hoc *G* 15 effectum C^1 unianimiter *C* salutis *GE* 16 spatio *W*, et *add.* GC^2 remedii] *om.* *G* 17 omnibus] *suppl.* C^2 18 tranquillam C^1 quę *W* aeterna] caelebratur dies natal. eius XVII k. febr. ad gloriam christi qui uiuit et regnat in secula seculorum *add.* *G*, EXPLICIT DEPOSITIO SANCTI REMIGII *add.* *E*, quod ipse prestare dignetur qui regnat cum patre et spiritu sancto qui est benedictus in saecula. amen *add.* *CB*, adiuuante dn̄o nr̄o iesu christo cui est honor et gloria in saecula saeculorum. amen *add.* *W*, *ubi V. S. Nazarii sequitur*

19 XVII INC̄P VITA SC̄I AC BEATISSIMI MEDARDI EP̄I QVAE CELEBRAT VI. ID̄ IVNI*I (IVNIN M^1) *M*, INCIPIT VITA SANCTI AC BEATISSIMI MEDARDI EP̄ : AR. (?) ID̄ IVN̄ *Q*, INCIPIT VITA SANCTI MEDARDI PRAESVLIS ALMI *P* 20 antestitis] *om.* *P* uita *Q* urbem Q^1 uirtutum] meretis *add.* *Q* 21 insignibus] M^1P, insigniis M^2, *om.* *Q* nequimus M^2Q^1 ac] quamuis *P*, ac si *Q* ualeamus *P* gestorum] uerbis *Q* 22 praestringere M^1 quia] *eras.* *M* eius diem] M^1QP, eiusdem M^2 perspicuum] per| *quae sequuntur ad c. 3* ui|ciorum *desunt* *M* 25 hac si] *Q*, si in hac *P* 26 intercessio] *QR*, imitatio *P* huius *P*

suggestio nostri sermonis insinuat, ut nullus forsitan desperationis obstaculo magis culpandus offendat, quoniam deum integro amore diligere non facit gentium divisa discretio sed unita fidei plenitudo, nec divina gratia, quae volentibus cunctis generalis ostenditur, specialis esse iudicio fallente credatur.

II (4) Pater igitur huius de forte Francorum generi non fuit infimus libertate, mater vero Romana absolutis claruit servitute natalibus, quae in Christi tabernaculis, ut censemus, praecioso fecunda parto plus placuit, quam si integritate servata nequaquam se vinclis virilibus tradedisset: quorum in Veromandensi territurio et habitatio fuisse dinuscitur et origo. (5) In qua urbae cum adulescens ad scolam recurreret, casululam quam ei sua genetrix fecerat per ipsum ad artificem conponendam direxit, quam in itinere caeco a se invento mox praebuit. Similiter quicquid ad aescam accipere deberet, dum suorum parentum gregem pasceret, si pauperem vidisset, cibos egeno porrigebat, ipse ferens inopiam, diei ducens ieiunia. (6) Nec illud est reticendum rei gestae mysterium. Dum adhuc esset in scolis vir sanctus, parvus et innocens, dicit ad Eleutherium quendam puerulum conparem, quod publica in actione comitivam adsumeret, et cum triginta annorum vitae spatium caperet, ipsum dixit futurum summum dei pontificem, qui in Tornaco civitate pastor est datus ecclesiae. (7) Ita sanctus quod praedixit quasi propheta divino spiritu iam probavit.

III (8) Deinde cum crebrius ad templorum oracula fidei monitu promulgante discurreret et teneros aetates annos libratis pacientiae moribus temperaret propriae voluntatis arbitrio, dum mundi inlecebras vitando despiceret, officium sacerdotis excepit pariter et animo conversus et habito. Morum caritate praecellens, confestim claruit apud urbis pontificem conversatione praecipuus, apud cunctos mentis puritate sincerus. (9) Numquam se laeticiae ubertate plus extulit, numquam maeroris acerbitate turbavit. Fuit semper tolerans in adversis, mitis in prosperis, cunctos oboedientiae sedulitate praeferens, egentibus larga miseratione succurrens: et ex omnibus calcato viciorum fomite vel anguste calles tramitem sanctae conversationis gressu surgente conscendens, quicquid adversum est orruet, quicquid praeciosum eligit. (10) Quid plura? Vt hospes cerneretur in saeculo et iam possessor esset in caelum, tunc crescentibus muniis, singulos sacerdotii honores interiecta discritione temporum eclesiastici mores tenore percursus, praesbiterii officium electus excepit, probatus obtenuit et ita se deinceps sanctis coepit publicare virtutibus, ut Christi merito potaretur alumnus.

---

26. 27 *Fortun. carm. II, 16, 13:*

te inter mundanos vepres gradiente fatemur
calcatis spinis promeruisse rosas.

ib. 17: cauta per angustum figens vestigia callem,
sic dedit arta tibi semita lucis iter.

---

2 culpandos *Q* quoniam] nec inpossibile *Q* integro — facit] integre credere iudicet *Q* 3 sed unita] quem unita meretur recipere *Q* nec] per hoc quod absit *add. Q*, ne *P* 5 huius (beati medardi *P*)] nomine nectardus *add. PR: sic Ratbodus* forte francorum generi (satus *add. Q*)] *cf. Prol. legis Salicae* 6 uero] *om. Q* romana] nomine protagia (protasia *R*) *add. PR: sic Ratbodus* claruit] *BP*, tantum *Q* 7 seruita *P*[1] 9 ad scolam — 19 deinde cum] *om. Q* 12 gregem] porcorum *add. B* 13 cibum *B* 16 comitiuam] *cf. Fortun. carm. VII, 16, 19* uitae] *om. PR* 17 turnaco *B* 19 montu *Q*[1] discurret *Q*[1] 20 teneros aetates] *Q*[1], tenerositatis *BPR* uolutatis *Q*[1] 21 inlecebra *Q*[1] respueret *Q* 22 caritate] maturitate *Q* 24 ubertate laetitiae *P* extollit *Q*[1] acerbitate] ac irae puritate? *Q* 25 cunctos] se *add. B*, sibi *add. PR* 26 uiciorum] *in* ciorum *redit M* 27 uel] *M*[1], ut *M*[2], *** *Q*[1], per *Q*[2], *om. P* c**les *M*[1] 29 caelum] *M* muniis] munus *Q*[1], munis *Q*[2], *om. P*, per *add. M*[2] 30 singulorum (uel signorum *superscr. Q*[2]) sacerdotii gradǒs *Q*, singulis sacerdotii honoribus *P* temporum ecclesiarum more *Q* 31 tenorem *P*, *om. Q* percussus *M*, conscendens *Q*, percurrens *P* 32 aluminis *M*[1]

(11) Contegit ergo autumni temporis fructus mitiscente butris fuco variante IV
vindimiae ubertas ostenderet, per quam latronis temeritas eius gratia publicaret. Intempesta igitur nocte cum potius in humanis corporebus, curarum diversitate seclusa, dominante silentio blandi soporis onus incumbet, vineam suam cupidine fraudis inpulsus latro capiendus expetiet, tenendus inrupit. (12) Tunc praedam gladio sicante corripiens, ipse magis praedatus intra patentia septa constringetur et quod effrangire violentus voluit nequaquam evasit. (13) In posterum suo crimini captivatus gustum habere de furtum non meruit et redeunde adetum ebrius non invenit nec amittere poterat quod praesumpserat nec auferre fas habuit quod ambebat, sed cum inibi primo delucolo rei praescius vineae dominatur occurreret, furem repperet, quem sua iam praeda praevinxerat, et uterque alio mutato iure servabat. (14) Tunc usque adeum sancti ultio rei saevit in crimine, ut uvas propria manu discerpens augmentum magis illi profusa oblatione tribuerit et delictum obiurgatione castigans remeandi adetum indulgeret.

(15) Pari igitur meruit poena percellire vel perdurante insidia cohercere qui vasa V
eius domum nocturna obreptione praeveniens distenta melle furaverat. Custodis deceptione callida fallire potuit, pecus quod rapuerat temerarius non evasit. (16) Castrorum habitacula sublatae apes cum indignatione linquebant, ubique furem non casto ditantes opere, sed acoleorum saevitia persequentes, quousque latronis detecta confusio sancto quod fraudaverat reddedit et veniam prostratus invenit: sed nec inmerito pia sacerdotis indulgentia reum non damnabat ex crimine quem ipsa ultrix praeda turquebat.

(17) Accedit etiam simile sub hac proditione mysterium. Dum viator quidam VI
iuxta domum eius agendi itineris cupia praeteriret, capiens illius callida fraude io-

---

1—14 *Fortun. carm. II, 16, 35:*

nam semel ut molles carpserunt palmitis uvas,
    non valuere gradus inde referre foris,
nec potuit raptor pedibus subducere praedam,
    raptori abduxit sed sua praeda pedes.
ergo suis laqueis coepit miser esse ligatus:
    venerat ut caperet, captus at ipse fuit;
nec tetigit mustum, sed iniqua mente rotatur:
    antea quam biberet, ebria turba iacet.
incepit servare magis quam ferre racemos
    et datus est custos qui cupit esse rapax,
donec, sancte, tuis verbis iussisses abire;
    ut furtum inpleret, doctus ab hoste redit.

23 — *p.* 70, *l.* 12 *Fortun. carm. II, 16, 49:*

Tintinnum rapit alter inops, magis inprobus ille,
    qui iumentorum colla tenere solet,

---

1 IV] V *M, et sic deinceps* ergo] ut *add. QP* fructu* *M* mitescentibus brumis *Q*, botri suco *P* uaricante *M*, *om. P* 2 ubertas***, *ras.* obs *M* gratiam *QP* 3 diuersitas M^1 4 blandis operibus bonis *M* 5 expe**t *M* temerator inripit (?) *Q* 6 patentia septa] *QP*, patentiā M^1 effrangire] auferre *Q* 7 ualuit *M* in posterum] *om. Q* 8 fructum Q^1, fructu Q^2, furto *P* habetum M^1, abitum M^2, auditum e*rore aebrius Q^1 9 fas — ambebat] poterat quod tenebat *Q* inibi] *om. Q* 10 occurret Q^1 iam sua *Q* 11 uinxerat atque illum mutato *Q* alium *P* 12 adeum] M^1, adeo *rell.* rei saeuit (se**uit, *ras.* lu *M*)] et *Q* 13 illo *Q* 15 percellire] M^1, percell*** Q^1, percelli *rell.* 16 ditata *Q* furauerat] *MQ*, furatus erat *P* cŏstodi *Q* 18 sublatae apes] *om. Q* relinquebat non furem custodit ante soporem sed *Q* 19 ditante sopore *M* persequens Q^2 20 immerita Q^1 21 ex] in *Q* ipsa] *om. Q* 23 VI] V *et sic deinceps P* 24 itinere Q^2 cāpū Q^2 calida Q^1

vencum, forti scelere tinnibulum collo praeripuit, atque hyatum ipsius inpraessi graminis fraude condemnans, nullius contemplatione depraehensus abscessit, et cum iam se censuit vel criminis evasisse periculum vel sortitum conpendia fuisse per furtum, obstaculo nullo serata ipsa dedit praeda tinnitum, cupiens domini reddire praesidio. (18) Quae quamlibet abditis penitralibus studio diligenti locata vel ferrata claustrorum obseratione retrusa maneret, tinnienti ambitu scelus nullo motelante vulgabat, hyatu ingenti vomens, auctorem criminis quaerilla geminante confundens. (19) Tunc latro praeteritis memorans confusa mente periculis, revexit domino territus quod abstulerat, quod etiam pietatis studio non errabat. Ita daemum reddito iurae naturae coepit species inanimata selere nec sonetu se nisi pulsa detegere. (20) Sanctus igitur athleta Christi reato proprio pro delectu confundetur alieno atque ideo mercidem reo pro culpa tribuit, ne inani ambitione tristior remearet.

VII (21) Quadam vice praecelsus Chlothacharius rex in procincto Francorum movens exercitum, cum transisset fluvium, est Sumina cuius vocabulum, omnia quae inveniebant loca praedantes et pecora, pervenientes inter castellum quod fertur Noviomagum et Isara fluvium, quicquid fuit vehiculorum carra vel saumas trahentium pedes adfigentes de loco nullatenus moverunt per triduum. (22) Ad villam sancti Medardi Silentiacum qui dicetur occurrunt viro sanctissimo et data oratione discarecantes quae tulerant laxati pergunt itinera.

VIII (23) Nec illud omittendum est quod miraculum factum est. Cum porcarii sui in glande porcus deducerent et ab iniquis hominibus furto subducti fuissent, divina

---

absconditque sinu, feno praecludit hiatum
et tenet ipse manu, ne manifestet opus.
te veniente, sacer, causas patefecit opertas
tinnitu incipiens iam quasi furta loqui.
nil valet abscondi, nil claudi nilve teneri:
facundo strepitu prodidit omne malum.
pandebat propriam veluti sub iudice causam,
nil de fure timens liberiore sono.
indicat accusat convincit damnat acerbat:
te praesente tamen non licet esse reum;
absolvis furem solitae pietatis amore,
addens et monitus, cautus ut intret iter.
praecipiens querulam secum portare rapinam,
ne vacua tristis spe remearet inops.

---

1 furu *Q* tinnibulum] M^1Q^1, tintinnabulum M^2Q^2P, *cf. V. Marcelli c. 8 supra p. 52, l. 16* 3 censuit uel] uel *eras. Q* sorcium Q^1 4 obstaculo nullo serata (seruata *M*)] *om. Q* ipsa] se *add.* Q^2 praedat in|nitu M^1 cupiens (capiens M^1) — praesidio] quamlibet damnata fuisset obstaculo crimen indicat diuino motelante (mutilante Q^2) mysterio non humano *Q* praesidio — 5 penitralibus] *om. M* 5 abditis penitralibus] abscondita paenetralibus tectis et *Q* ferrea *Q* 6 muniret *Q* tinnienti] incessanter *add. Q* nullo motelante] *M*, fraudas (fraudis Q^2) se prodente *Q*, nullo modòlante *P* 7 incesti M^1, ingesta euomens *Q* confudit *P* 8 praeteritis — periculis (periclis P^1)] noua mysterii confusione detectus et ipso accusante furtu uulgatus *Q* reuixit *P* 9 quod — errabat] dum latere non poterat quod caelabat *Q* etiam] ueniam *M* errabat] M^1, orabat M^2, seruabat *P* coepit] captiua *Q* 10 inanimata — detegere] domino presenta (presente Q^2) conticuit, que ablata fideliter reclamauit *Q* selere] *scripsi*, scelere *M*, cęlare *P* 11 christi] absque *add. P* 12 tribit Q^1 inani*, *ras.* m *M* ambitione] deceptus *add. Q* remearet] *desinit Boscius* 13 *c.* VII *et* VIII *om. Q* lotharius M^2, chlotharius *P* 14 cuius uocabulum est sumna *P* 16 isaram *P* uehiculorum] *cf. V. S. Germani § 65, V. S. Albini § 40* saumas] *M*, sagmata *P*, *cf. supra p. 12, l. 22* 17 triduum ad uillam. sancti *M* 18 quae dicitur sellentiacum *P* sanctissimo uiro *P* discarecantes] *gall. décharger, cf. Du Cange II, p. 870* 20 VIII] *om. P* quod] per *add. P* dum *P* 21 glandem *P*

mox virtutem soli de longa regione nullo homine sequente ad sanctum virum reducti sunt.

(24) Nec hoc inter reliqua miranda signa praetereat. Quidam Tosio nomine dae- IX
monii graviter oppraessus infestatione curari meruit expresso viri dei signaculo.

(25) Sed cum iam multimodis virtutum fulgeret studiis famaque eius per diversa
orbis spacia gratia crescente praecelleret, | defuncto Veromandensium urbis pontifice X
in eius loco consecrator episcopus. (26) Vbi conversatione caelesti ter quinus annorum curriculis sanctimunia ipsius officii sacerdus extetit praeciosus, et nisi quod percussor corporis defuit, nam martyrium confessor inplevit. Sustenuit iugiter diabulo praeleante calumniam, sed pervenit victor meritis ad coronam. (27) Tunc pontifex beatissimus membrorum conpage protenta longaevetate defessus, spiritum requiem deprecatus amisit et convexa caeli adleta triumphalis ascendit.

(28) Inter reliquos etiam adseverante ut vidit Wilachado presbitero, quando XI
sanctus Medardus accepit corporis transitum, ipsius horae momento caeli prorsus aperti sunt et ante sancti corpuscolum fere per tres horas divina luminaria cunctis videntibus adsteterunt. Mox in terra grande fluxit diluvium, ita ut plueret multum caleda aqua de nubilo.

(29) Cuius corporis solemne pignus praecellentissimi Chlothachari principis Fran- XII
corum vel devotione vel tempore Suessionensium urbs tanti muneris praemio detata promeruit. (30) Sed cum omnium populorum fidei solemnis ambitio sacratissima feretro tradenda sepulturae membra conveheret et unanimitate vel amore gestandi
honus leve sentiret, | tunc obviam habiit sancto damnatis aurium dudum aditibus XIII
surdus quidam occurrens: praeciosi velaminis peplum osculans, psallentium ilico stupens melus audivit et fraudatus sensus usum recipere mundatus fide promeruit. (31) Postquam igitur depositione fidelium maximo decore praefulta eius tumuli urna exornata surrexit, prolexsum est iterare, quantis se virtutibus quantisque pro dibilium

14 Matth. 3, 16.

18 *Greg. Hist. Fr. IV, 19:* Tempore quoque Chlotharii regis sanctus dei Medardus episcopus, consummato boni operis cursu et plenus dierum, sanctitate praecipuus diem obiit. Quem Chlotharius rex cum summo honore apud Sessionas civitatem sepelivit.

23 *Fortun. carm. II, 16, 67:*

cum pia composito veherentur membra feretro,
substratus meruit caecus habere diem.

1 uirtute *P* regionē M^1 hominum *P* 3 IX] *om. P* 5 *in* qui cum iam *redit Q*, c. VII *incipit P* fulgeret] se publicaret *Q* que *eras. M* 6 urbes Q^1 praecelleret] fulgeret *Q* ueromandensium urbis] *P*, ueremendinsium urbis *M*, in urbe uiromandensium *Q* pontificem *M* 7 locum *Q* consecrator episcopus] unanimitate perfecta omnium uotis expetitus dignis meretis eleuatus pontifex consecratur *Q* quinus] M^1 8 circulis *P* sanctimunia] insignia *Q* extulit *Q* 9 diabulum Q^1 10 praeleante] calumpniante *add. P* sed peruenit uictor] ut perueniret *Q* 11 protente M^1, matura *Q* requie M^1 12 conuexa (connexa Q^1) caeli] *cf. Verg. Aen. IV, 451* ascendit] expetiit *Q*, *desinit I* 13 XI] *om. P*, c. XI *om. Q* guillachario *P*, uulcario *B* 16 terram *P* multum plueret *P* 18 XII] *om. P* *in* cuius *redit Q* corpus *Q* pignus] excipere *add. Q* lotharii M^2, chlothoharii *Q*, chlotharii *P* princeps M^1 19 urbis *Q* premium *Q* decata M^1 20 fides (fidei *om. Q*) solempni ambitione *P* gratissima *P* 21 tradenda] *om. Q* conueherant M^1, deueherent M^2 gestandi] *om. Q* 22 leuis M^1 sentirent *M* XIII] c. VIII *a verbis* postquam igitur *incipit P* tunc *et* habiit sancto *om. Q* sc̄i M^1 atrium M^1 audientibus M^1, additibus Q^1 23 quidem Q^1 psallentum *Q*, que *add. P* 24 melius *Q*, audiuit melos *P* fraudati M^2P 25 dispositione M^2Q urna] *P*, morna *M*, ***** *Q*, *om. B* 26 exornata] uel exornatio *superscr.* Q^2 narrare *P* se uirtutibus] seruitutibus M^1 quantisuae *Q*

clamor adtollat emundatione tropies, cui quicquid fusis precibus expetetur incunctanter effectibus obtenetur. (32) Cuius igitur templi pro foribus paraliticus quidam et deposetus et eiectus, quem omnium membrorum debilitas diverso iure discrete damnaverat, pristinae incolomitatis meruit augmenta suscipere et salutis gloriam obtinere, ut singulis vigor artubus redditus, confestim suffragante remedio adstarit inlaesus, et cuius prius communi nece sermonis adnexa palatu lingua confuderat, virtutem sancti antestitis resoluta oris conpage laudabat.

XIV (33) Protenus scilicit saepe palam triumphante misterio, quos iniqua ferrei ponderis retentacula gressibus negatis adstrinxerant, et ad templi oraculum summus antestis veniende praestetit facultatem, et rubustam metalli naturam exsuperans, vasta conpedum vincla confringit. (34) Multos igitur promiscui sexus, quos membrorum debilitas miseranda contraxerat, usibus restitutis, virtus medica indiscrite solvebat.

XV (35) Crebrius etiam oculorum captis lumine purgatis tenebris praesidium contemplationis indulsit et redivivae lucis conpendia disertis habitaculis restauravit. (36) Multa quoque et innummera virtutum suarum insignia quae diebus singulis ex more concrescunt relatio nostra praeteriit, ut nec laterit silentio magnitudo operis nec diei consummerit spatium tantum prolexitas dictionis. (37) Cuius ergo piam maiestatem fusis indesinenter praecibus exoremus, ut clementissimi Theodoberti regis nostri filicitatem crebris successibus dilatatam vel in externis gentibus iusto dominandi iure procul extensam pro sua pietate longaevet et clementissimi Sigeberthi quondam regis sempi-

---

8—11 *Fortun. carm. II, 16, 77:*

Compedibus validis alter manicisque ligatus
mox tetigit templum, ferrea vincla cadunt.
tam grave fragmentum (dolor est vel cernere poenam),
pondera tot miseros sustinuisse pedes!

11—12 *Fortun. carm. II, 16, 105:*

Inde vetus mulier, pariter nascente periclo,
vulnere naturae mortua membra tulit *e. q. s.*

13—14 *Fortun. carm. II, 16, 139:*

Dum iacet alter inops, visu caligine clauso,
caecus, nec misero lumine lumen erat *e. q. s.*

14—16 *Fortun. carm. II, 16, 159:*

cuncta nec enumero, tua me praeconia vincunt:
etsi non potui, velle fuisse vide.

20 — *p.* 73, *l.* 4 *Fortun. carm. II, 16, 161:*

en tua templa colit nimio (levavit nimium *M*) Sigebercthus amore,
insistens operi promptus amore tui.
culmina custodi (requiem praestare *M*) qui templum in culmine duxit,
protege pro meritis qui tibi tecta dedit.

---

1 clamor] *om. Q* trophæs *Q* cui] *M*, ubi *Q*, a quo *P* precibus fusis *Q* incunctanter effectibus] *om. Q* 2 huius *P* prae *M* et] *om. QP* 3 electus *M*, iectus *Q*[1] aduerso *M* discreta (*Q*) 4 recipere *Q* 5 singulos *Q*[1] uigor artubus redditus] ue coram stantibus redditos *M* 6 communi nece] *MQB*, communis usum *P* lingua — 7 antestitis] *om. M* 7 resolata laudabat *Q*[1] 8 XIV] *om. P* saepe] *om. Q* ini*qua, *ras.* i *M*, iniquo ferri pondere retenacula *Q* 9 gessibus *M*[1] adstrinxerat *M*[1] et] *om. P* antestis] *om. Q* 10 ueniens de *M*[1] facultatem prestitet *Q*[1] 11 conpendium *Q*[1] uinculam *M*[1] confregit *M*[2]*P* multas *M*[1] sexu *M*[1] 12 usibus restitutis] *om. Q* mistica *Q* 13 XV] *om. P* crebrius] plurimis *Q* captos *M*[1] purgatis tenebris] tenebrarum nubae purgata *Q* 14 mira igitur et *Q* 16 preterit *Q* silentiū *Q* 17 tantae *M*[2], tanta *P*, *om. Q* lectionis *Q* huius *M*[2]*P* 18 clementissimi — *p.* 73, *l.* 4 tribuat uniuersis] *om. P* theodoberti (thiodoberthi *M*[2]) regis] principes *Q*[1] 19 dilatatum *M*[1] extensa *M*[1] 20 longeu* *Q*[1] et — *p.* 73, *l.* 3 culmine regii] ac tempora illi tranquilla multiplicet *Q* sigiberti *M*[2] regis] animae *add. M*[2]

ternam requiem praestare dignaretur, quatenus qui templi eius spatia devotus extendens ad excelsa fastigii tigmena sumptuoso decore produxit, eodem intercedente, servato culmine regii deadematis, praetendantur sceptra regiae potestatis ac perinde medellam populis pacemque tribuat universis, conferat etiam pro delectorum indulgentia cunctis generale praesidium qui speciale sollemnitatis suae mundo praestitit ornamentum, cui est honor et gloria, laus et imperium per cuncta saecula saeculorum. Amen.

(38) FORTVNATVS praesbiter conposuit haec vita vel actus sancti Medardi.

VITA SANCTI LEOBINI.

(1) Igitur beatissimus Leobinus Pictavorum urbis indigena dignis extitit ortus I parentibus, quibus tantae humilitatis devotione se subdidit, ut in pueritia primaevae aetatis positus per hoc diceretur meritis approbatus. (2) Hic bonae indolis in adolescentia florens, discendarum amor litterarum eius versabatur in pectore, ut sancti spiritus gratia quasi caelesti nube circumdatus, dum boves servaret in pascuis, contigit ut Noidgelinsem monachum sibi obvium deprecaretur litteras sibi discendas scribere. Qui cum non haberet codicis aut tabularum supplementum, prout potuit apices in cingulo scripsit. (3) Quod utique praesagium divinae pietatis misterio actum credimus, ut qui multis erat profuturus ad exemplum castitatis, ipse caelibatus zona circumdatus candoris instar fraglantis lilii circa renes haberet cingulum litteris inscriptum veritatis. (4) Postea vero cum pater huiusmodi aviditatem discendi in filio comperisset, litterarum lineas in tabulis fieri decrevit, cui tantum exinde processit studium, ut utrumque qariter ageret, videlicet ut et laborationi insisteret et lectioni operam daret: sic inter colendi instantiam et legendi frequentiam sedulum dividebat officium. (5) His quippe duobus actibus praefigurabatur, ut per agriculturae opus obedientia strenuus futurus indicaretur monachus et per discendi studium venturus

---

8 *Fortun. carm. II, 16, 165:*

haec, pie, pauca ferens ego Fortunatus amore
auxilium posco: da mihi vota, precor.

---

1 dignetur M^{2} extendi*s M^{1} 2 perduxit M^{2} 3 regis M^{1}, regalis M^{2} 4 tribuit M^{1} pro] $M^{2}QP$ indulgentiae generale Q^{1} 5 spaciale *M* mundo] *om. Q*, hodie *P* 6 cui — 7 amen] *MB*, caelebratur dies natalis eius sexto idŏs iunias. regnante dn̄o n̄o ihū x̄p̄o cui est honor et gloria in secula seculorum. amen (explicit uita sc̄i medardi *add.* Q^{2}) *Q*, quae cuncta praeconia sunt non modo eius qui accepit, ut dignus (accepit indignus *R*) pro nobis suffragator assistat, sed potius sanctae et inseparabilis trinitatis (trinitas *R*), cui est (cuius *R*) honor et potestas, uirtus et imperium, laus et iubilatio in omni gente (gente *om. R*), loco et tempore et per infinita saecula saeculorum. amen. explicit (explicit *om. R*) *PR* 8 fortunatus — medardi] *solus M, ubi sequitur:* ITEM VITA SC̄I MEDARDI EP̄I. *Est Fortunati carm. II, 16, quod contuli, cf. supra p. 72 n.*

9 VITA SANCTI LEOBINI] in sepulchro patris n̄ri leobini p̄sulis scriptū est pridie idus primi m̄sis marcii ipsum sc̄m leobinum migrasse a sęculo. incipit uita sc̄i ac gloriosi pręsulis leobini, qui carnotis meritis uiuit *P*, incipit uita sancti leobini episcopi et confessor̄, quę est XVII kl̄ oct̄b *Q* 14 spicuis Q^{1} 15 discenseras Q^{1} 16 codicem *Q* 18 caelibatus] est *add. Q* 19 flagrantis *Q* 22 ut et] ut (*Q*) lectionis Q^{1} 23 et legendi frequentiam] *om.* (*P*)

praepararetur episcopus, per fidelium corda vomere disciplinae exarata saturus divini verbi semina.

II (6) Nec multo post aliquatenus scientiae praerogativa illustratus in quodam monasterio pie susceptus, coma capitis detonsus efficitur monachus, cui obedientiae humilitate cellarium creditum et temperandarum cursus horarum et vigiliarum diligentia committitur. Qua occupatione detentus, per diem se lectioni vacare non posse comperiens, declinantibus ad dormiendum monachis pernoctabat intente, ut disceret normam iustitiae. (7) Qui cum assiduitatem lectionis fratribus novisset onerosam, nolens eorum murmur verti in tumultum fenestrae quae oculis fratrum patula erat velum opposuit, ut lumen eis redderet suboscurum et ipse lectionis caperet incrementum.

III (8) Quidam autem diaconus illustris nomine Nileffus cognoscens eum velle adire beatum Avitum, qui tunc temporis heremita morabatur in Pertico et erat abbas de Miciacensi loco qui est situs inter Ligerim et Ligericum, dulci affatu ipsum alloquitur dicens: Agnosco, frater, de minimis ad maiora te velle conscendere, sed quae tibi in incoepto sanctae institutionis proposito proficiant tribus rebus te instruere curabo: id est nulli episcoporum te obsequiis obliges, quia inter malos bonus multos invenies detractores. (9) Aliud moneo, ne quorumcumque hominum basilicam regere aut petitor ambias aut expetitus adquiescas, ne inter diversos mores aut rigorem monachi perdas, aut si blandimentis non consentias, detrahentes tamen vix sufferas. (10) Tertium praemoneo, ne parvae te socies cellulae, quia dum singuli praeponere sibi cupiunt, nulli obedientia ministratur.

IV (11) Post octo itaque annos in illa cella monastice conversatus beatissimi Aviti praesentiam se obtulit expetendam, qui cum ab eo responsum accepisset, ut post eruditionem quam in congregatione monachorum percepturus erat ad ipsum reverteretur, inde recedens cum quodam diacono qui in monasterio aliquandiu conversatus fuerat Ligeris littora coepit peragrare, perveniensque ad praedictum Miciacense monasterium, regulariter susceptus, ibidem longo tempore conversatus est et se in eo loco alligare noluit, sed volens Lirinum pervenire, quendam fratrem Lirinensem repperit dicentem se non posse illic temperiei incommoditatem vix ferre. Quo dicto ab itinere quod coeperat revocatur. (12) Deinde Gavalensem expetens urbem, cum a beatissimo Hilario eiusdem urbis antistite sacerdotaliter fuisset susceptus et aliquantisper cum eo commoratus, coepit conqueri praedictus frater non aptum sibi locum esse ad habitandum. (13) Vnde cum inter se eosdem fratres altercantes beatus Hilarius animadvertisset, coepit hortari illum vagum fratrem, ne a comitatu beati Leobini discederet, ne forte obedientiae gratiam recedendo perderet, quam hactenus illum sequendo adeptus fuisset. (14) Inde vero recedentes audientesque beati Lupi famam longe lateque crebrescere, ad eum se humiliter contulerunt. Cumque modico tempore cum eo morati fuissent, hortatur praedictus frater utpote instabilis et vagus inde beatum

---

13 *Charta Chlodovechi (M. G. DD. I, p. 3)*: Miciacum concedimus et quicquid est fisci nostri intra fluminum alveos — sive infra sive extra Ligerim et Ligerinum.

---

1 praeparetur Q^1 3 scientia *P* 7 monchis pernotabat *Q* 8 dum *Q* uolens *Q* 10 carperet intellectum *P* 11 nileffus] carileffus *coni. Labbe* uelle] *om. Q* 12 auitum] *cf. Greg. Tur. Gl. Conf. c. 97* 13 situs est *Q* ligeritum *Q* dulci — 14 dicens] *om. Q*, ait illi *superscr.* Q^2 16 malos] *P*, bonos *(Q)* 17 moneo ne] *P*, ne Q^1, moneo *corr.* Q^1 19 blandiementis Q^1 sufferos Q^1 20 praeponere] *om. Q* 25 aliquandio *P* 26 preueniensque *Q* praefatum *Q* 27 longo tempore ibidem *Q* eodem *Q* 29 uix] *om. P* 30 hylario *P*, *ut infra* 32 praedictus] *om. (P)* esse] *om. Q* 33 hilarius] *om. Q* 34 illum] eum *Q* fratrem] *om. Q* a] *PQ*^{2} 36 que] *om. Q* 37 cum eo morati tempore *Q*

Leobinum discedere. (15) Nolens itaque vir sanctus huiusmodi persuasionibus adquiescere, fortiter resistens et tam vagum fratrem in suo comitatu habere contemnens, continuato quinquennio in eodem commoratus est coenobio.

V

(16) Interea dum Francorum dura ferocitas contra Burgundiones bella concitaret et eiusdem cellae monachi eorum metu huc illucque diffugerent, praedictus sanctus cum altero sene illic remansit intrepidus. Interpellatus ergo ille alter senex a barbaris, ut res monasterii totas panderet, respondit beatum Leobinum omnes easdem res scire, se autem ab earum cognitione alienum esse. (17) Hac ergo excusatione illo priore sene ab inquisitione liberato, coeperunt praedicti barbari hominem dei molliter alloqui, ut si quid ex eisdem rebus nosset praesentialiter panderet. Qui cum per eum suis blandimentis nihil possent ex his quae quaerebant investigare, multimoda poenarum genera excogitantes apponere temptant. (18) Nam frontem eius cordis fortiter circumdantes et pedes fustibus adstringentes et saepe eum in gurgitem submergentes, sicut nec blanditiis ita nec tormentis ab eo aliquid extorquere potuerunt. Sanctus vero Leobinus inter utrumque constanter perdurans maluit ferre supplicia iniquorum quam revelare secreta monachorum.

VI

(19) His nempe suppliciis miserabiliter afflictus, licet semivivus divina tamen suffragante ope ereptus, decrevit cum duobus fratribus Eufronio et Rustico adire iterum sanctum Avitum in vasta Pertici solitudine commorantem, quos ille fraterna caritate suscipiens et illos duos fratres praedictos per congrua sibi officia disponens, ut cognovit beati viri mentem caelesti bonitate uberius enitescere, eum cellarii praefecit officio. (20) In cuius ministerii dispensatione ita se reddidit providum, ut nec petenti aliquid daret superfluum nec indigenti congruum subtraheret alimentum. Adeo namque beatus Avitus eius obsequium sibi conspexerat gratum, ut suae fragilitatis corpus ieiunio maceratum et senio adtenuatum nullo tandem alimento reficeret nisi quod beatus Leobinus sua industria praeparasset.

VII

(21) Factum est autem, ut cum dominus beati Aviti solitarium laborem caelesti mercede remunerans terrenis exemptum impedimentis in collegio sanctorum suorum connumeratum haberet, sanctus Leobinus cum praedictis duobus fratribus in loco qui vocatur Carbonariae decrevit consistere. Et cum aliquandiu in tribus cellulis a se conditis certatim divinum explerent officium, discedentibus duobus, labore manuum suarum per quinquennium aquae tantum poculo et sobrio ibidem pastus est cibo. (22) Cum autem aestivo tempore proventus fructuum instaret et maturae segetes tritae horreis recondi deberent, subita aeris oborta tempestas ita silvarum frangebat cacumina et messes sternebat in terram, ut in stragem penitus viderentur redigi. (23) Commotus ergo vir dei tantae incommoditatis periculo, contra huiusmodi nimbi tempestatem caelestibus armis orationibus videlicet se inarmans, oleum sacrae benedictionis obponens non solum fulgora et tonitrua tempestatem concitantia fecit conquiescere et in pristinam tranquillitatem aeris quassationem redire, sed insuper quicquid cellae in

18—26 = *V. Aviti Miciac. III, 19* (*AA. SS. 17. Iun. III, p. 357*).
27—29 *ad* haberet = *V. Aviti IV, 23* (*l. l. p. 358*), *sequitur* beatus, *infra p. 77, l. 34.*

4 burgondiones *Q* 6 inpellatus *Q* ille] *om. Q* 7 totius *Q* 10 praesentaliter *Q*[1] 11 bladimentis, *infra* bladitiis *Q* 12 opponere *Q* cordis frontem eius *Q* 15 constanter] firmiter *Q* 18 euformio *Q* 19 sollicitudine *Q* 20 recipiens (*Q*) 21 bonitate] uoluntate *Q* eum — 23 alimentum] eum intimi amoris desiderio cepit *V. Aviti* 27 solitarium] *om. Q* 28 exuotis *Q*[1], exutum *Q*[2] suorum sanctorum *Q* 29 sanctus] beatus (*Q*) 34 horres *Q*[1] 38 tempestantem *Q*[1]

stipendiis debebatur sub integritate conferri. (24) Illius miraculi spectaculum a beato viro patratum ad laudem dei est memoria retinendum.

VIII (25) Dum beatus Etherius episcopus beatum Leobinum Braiaco ut sibi occurreret convocaret, contigit ut vicina illius cellae quicquid obvium edax ignis invenerat exurendum nihil parceret relinquendum. (26) Sed cum monachi tanti vaporem incendii nequaquam iniectis aquis possent reprimere, sed ut videbatur potius ignem eis viderentur accendere, vir dei Leobinus orationibus et lacrimis valentioribus aquis flammarum globos nomine Christi invocato penitus consopire fecit.

IX (27) Nec minus et illius miraculi insigne praeconium memoriae est commendandum. Cum per idem tempus praefatus Etherius episcopus beati viri Leobini perspiciens sanctitatem ad diaconatus officium proveheret et fratribus Braiacensis monasterii praeponeret, dignum duxit, ut praefecturae officium commodius ageret, si ad presbiterii onus eum ordinabiliter sublimaret. (28) Postmodum cum flamma rabidi ignis silvas et campos exurens ad monasterium segetes exurendo venisset et monachi eius metu a mensa surrexissent, vir sanctus in oratione ante incendium prostratus apud caeli deum impetrare meruit, ut omnis illius ignis rabies oppressa consopiretur et pristina temperies aeris reddita blandiretur.

X (29) Inseratur huic operi illud caeleste miraculum, quod dominus patrare dignatus est per beatum Leobinum. Quodam tempore duo energumeni, in quibus tanta vis daemonum praevaluerat, ut saepe vincula et catenas comminuerent, occurrentes beatissimo viro sospitatis remedium sibi humiliter largiri poposcerunt. (30) Sanctus itaque vir a fratribus cohortatus impendere gratiam medelae daemonico furore agitatis, pietate commotus opposito crucis signaculo et daemonium ab eis expulit et pristinae sanitatis incolumitati efficaciter restituit. (31) Nec multo post tempore dum longe a cellula absens esset et ad monasterium ubi paucae puellae morabantur compendioso itinere declinaret, benigne exceptus est ab illis. (32) Denique post humanitatis officium quod ei libentissime exhibuerunt intempestae noctis silentio una de puellarum collegio incentive impulsa petulantiae aestu nefario pedibus sancti iacentis sub lecti operimento dentibus dolosum intulit morsum, qui sentiens se huiusmodi morsu attrectatum cum percussione pectoris et ingenti gemitu illam pedibus suis repulit mortiferum instillantem venenum et servata omni corporis integritate laqueos mulieris sine damno evasit strophyo pudicitiae praecinctus.

XI (33) Ab hac itaque temptatione deo se protegente ereptus, contigit ut ipse qui aliorum infirmitatibus extiterat medicus cancri vulnere percuteretur in naribus, qui dum monachorum precibus rogaretur, ut sibi humano quolibet studio mederetur, ipse aeterno fidens in medico qui solo verbo curat omnia ceram benedictam per annos fere duodecim eiusdem morbi imposuit tabo, ut virtus per divinam gratiam augmentum caperet in infirmitate. (34) Vnde semper in dei servitio permanens et in omnibus deo gratias agens sine aliquo humano suffragante auxilio postea narium meruit recipere sanitatem.

XII (35) Proferatur in medium et illud stupendum gestae rei miraculum, quod omnibus prodesse poterit ad fidei incrementum. Quidam ex monachis vocabulo Tyrannus crudelis quidem antiteto nomine sed praeclarus virtute dum esset quadam nocte solli-

42 — *p.* 77, *l.* 13 = *V. Aviti IV, 23 (AA. SS. 17. Iun. III, p. 359).*

3 leobinum] *om. Q* braiai *P* 4 ouium *P* euenerat *Q*[1] 5 dum *P* 8 penitus] *om. Q* 10 ep̄o *Q*[1], ep̄os *Q*[2] prospiciens (*P*) 11 proponeret *Q* 13 rapidi *Q* 15 prostratus ante incendium *Q* dominum *Q* 16 compressa *Q* 18—40 *c.* X. XI. *om. Q* 43 antiteto] *om. V. Aviti* praeclarus] actibus atque *add. V. Aviti* nocte] in oratione *add. V. Aviti*

citus pervigil, vox ei directa est, quod tactum iam sonuisset signum. (36) Hac itaque voce commonitus surgit continuo et ingressus basilicam splendore diffusi luminis radiantem, in qua conspicua claritate prospicit duos egregios forma viros, sanctum videlicet Leobinum et alterum nomine sibi incognitum, ex quorum visu nimio pavore perterritus fugam iniit seseque in sua cella abscondit. (37) Sed dum ad signi boatum in praefatam basilicam ad matutinos se intulisset hymnos, expleta orationis consuetudine praelocutus Tyrannus cautus et devotus pergit ad domnum Leobinum, obsecrans ut sibi indicaret quae esset illa persona quam in basilica una cum eo intuitus esset. (38) Agnoscens itaque vir dei fratrem fuisse dignum tantae visionis miraculo ait: Frater, cum fuisses oratorium ingressus et duos pariter vidisses viros, me ut audio cognovisti, alter vero tibi incognitus sed micante splendore candidus ipse est beatus Avitus me visitando dignatus corripere et admonere, qualiter debeam quendam fratrem pro suis excessibus corrigere. (39) Merito namque caeleste lumen super sanctum virum radiabat, quia licet in terra corpore mente tamen in caelis conversabatur iuxta illud apostoli: *Nostra autem conversatio in caelis est.* Vnde visitationem meruit habere et consolationem, in cuius si quidem corde et ore per divinorum eloquia mandatorum lux caelestis gratiae iugiter ac ineffabiliter rutilabat.

(40) Non multo post tempore a beato Etherio pontifice ei iniunctum est, ut causa XIII
proficiendi in melius sanctum Caesarium Arelatensem episcopum inquirere et adire deberet intrepidus. (41) Ad quem cum pervenisset sanctus Leobinus pariterque cum eo beatus Albinus, qui comes eius itineris fuerat, requisitus a beato Caesario, cur tanti itineris laborem assumpsisset, respondit beatus Albinus se tantummodo sui desiderii causa venisse, beatum vero Leobinum derelictis fratribus quibus praepositus fuerat Lirino properaturum, ubi fratribus eiusdem monasterii derelictis Lirino foret subiciendus, accedens ibi omnibus fratribus desideraret esse subiectus. (42) Tunc sanctus Caesarius corripiens eum, ut celeriter reverteretur, ait: Vide, frater, ne fratres te absente vim regulae frangant et quasi oves sine pastore in direptionem veniant, quia si hoc contigerit, tuae reputabitur culpae et omnis eorum iniquitas in tuum redundabit caput. (43) Hac ergo trementi admonitione prosternatus ad regendos praedictos fratres quantotius ad propriam revertitur cellam. Comperiens autem eosdem fratres nihil in se habere invidum, nihil maledictioni aut obtrectationi obnoxium, omnes aequaliter diligens omnes hilariter intuens deo omnipotenti immensas retulit gratias, qui eos ad tantae unanimitatis concordiam perduxit.

(44) Interea beatus Etherius Carnotensis urbis episcopus vitae suae cursu con- XIV
summato migravit ad dominum, cumque de successore eius varia esset inquisitio, rex caeli dominus in cuius manu cor regum est Childeberti regis cor ita sua inspiratione inflexit, ut de beato Leobino monacho pontificem in successorem eligendo regale daret

15 Philipp. 3, 20. 27 Matth. 9, 36. 36 Prov. 21, 1.

34 *a* beatus — *p.* 78, *l.* 1 = *V. Aviti IV, 23* (*AA. SS. 17. Iun. III, p. 358*).

1 tactum] ecclesiae *add. V. Aviti* 2 basilicam] templum beatae dei genetricis mariae *V. Aviti* 4 nomine] *om. Q* terrore *Q* 5 seseque] rapido cursu *add. V. Aviti* suā cellā *Q* beatum? *P*, tactum *V. Aviti* 7 tirannus *Q* obsecrans] deprecans *V. Aviti* 8 unā *Q* 9 tantae uisionis miraculo] tanti secreti mysterium uidere *V. Aviti* 10 oratorium] domum orationis *V. Aviti* 13 corrigere] distringere et populum mihi creditum ab insidiis antiqui hostis liberare *V. Aviti* 14 conuersabatur in caelis *Q* 19 inquirere] *om. Q* 20 debet *Q* sanctus] beatus *Q* 24 eiusdem] *om. Q* 25 ubi *Q* 28 reputabatur *Q*[1] 31 maledictionis et detrectationis *Q* 33 reddidit *Q* 34 eutherius *semper V. Aviti* carnotensium episcopus *Q* 35 dominum] χpm̄ *Q* inquisitio] electio *V. Aviti* 36 manus *Q* hildeberti *P* ita] *om. Q*

decretum. (45) Vniversi namque qui aderant beatum Leobinum non solum a rege sed a deo esse electum alacri corde laetantes consono ore et concordi voto conclamare coeperunt eum cathedra episcopali in successione affore dignum. (46) In hac ergo electione cum universus consentiret populus, quod non absque livore invidiae actum esse credimus, quidam episcoporum coeperunt resistere et contradicere eius ordinationi, eo quod modica pars naris quondam incumbente cancri aegritudine mutilata videretur. Sed voce omnium unanimiter conclamantium oppressa invidiae illatione et penitus frustrata, vir sanctus secundum dei dispensationem et populi electionem ordinandus decernitur.

XV (47) Interea quidam illorum scientes beatum Leobinum ad episcopatus non velle conscendere dignitatem, consilio inito miserunt ad eum, ut aliquem de suis monachum pontificali infula dignum eis transmitteret ordinandum. (48) At ille libenter confestim eorum dictis obtemperans deputat unum ex suis discipulis tantae ordinationi invehendum, instruens et docens, qualiter se in regimine agere deberet et in sanctitatis apice exhibere. Sed frater nolens solus sine abbatis sui praesentia illi concilio properare, obnixe postulavit eum, ut cum ipso illuc pariter pergeret. (49) Surgens igitur senex profectus est simul et pervenit Carnotis, quemadmodum ab eo fuerat deprecatus. Qui cum in quadam mansione hospitaretur et vidisset nocte in somnis pavimentum nucibus stratum, divina ut credimus iussione ei iniunctum est, quatenus emundatis testis nucleum sibi nitidum reservaret. (50) Transacto igitur noctis tempore, cum in crastinum vellet offerre monachum, ut ab eo postulatum fuerat, episcopum ordinandum et populi consensus non esse decerneret recipiendum, regis edictum ilico in medium est prolatum et inde recitatum, quod ad regis imperium et totius populi votum Leobinum oporteret episcopum ordinandum. (51) Ipse vero renuens et indignum se iudicans tanti regiminis suscipere curam, ad pedes episcoporum porrectus extenditur, excusationem opponens illud quod imponebant nec implere posse nec perficere opus. (52) Sed reluctantibus omnibus atque eius excusationi non adquiescentibus, somnium quod viderat congrua interpretatione conicitur, scilicet quod per nucleum a suis testis emundatum populus esset ab eo regendus, qui deposita omni austeritatis rigiditate quandoque esset suo regimine corrigendus nectareoque sui dogmatis pabulo nutriendus. (53) Exinde sine mora plaudentibus populis ac deo in excelsis maximas referentibus odas, Leobinus quem votis omnibus postulabant Carnotinae urbis ecclesiae ordinatus praeficitur episcopus et contra callida antiqui hostis machinamenta constituitur pastor egregius. (54) Qui postea rigorem sui propositi indeficienter servans sine pompae ostentatione monachum se ut ante fuerat in suo proposito perseverabilem demonstrabat.

XVI (55) Suscepta igitur pontificali reverentia qualiter quantumve se gesserit in lege mandatorum dei, verborum affluentia non facile est disserendum. (56) Erat enim vir apostolicus, splendidissima veluti ardens in domo domini lucerna, sermone nitidus, dogmate facundissimus, praedicatione egregius, mente serenus, mira patientia benignus, parsimoniae studiis semper intentus, misericordiae operibus devotissimus, angelicae quoque castitatis candore super nivem dealbatus omniumque virtutum copia ditatus et euprepia decoratus vita. Et ut probaretur esse dei amicus, fidelis quoque servus et prudens, sequentia reserabunt miracula.

---

3 ergo] *om. P* 4 confiteretur *Q* inuidiae liuore *Q* 8 secundum] *bis scr. Q* 11 ascendere *Q* 13 ex] de *Q* 15 consilio properari *Q* 17 ab eo] *om.* (*Q*) 18 dum (*P*) 19 quatenus] *om. Q* 20 tempore noctis *Q* 22 prolatum est in medium *Q* 24 episcopum] *om. Q* 25 porrectus] *om. Q* extenditur] et *add. P* 27 quiescentibus *Q* 28 per] *om. Q* testibus *Q* 29 eo] esset *repet. Q* qui — 30 corrigendus] *om. Q* 31 dm̄ *Q* 32 carnotanę *P* 33 callidi *P* 35 per se uenerabilem *Q*[1] 38 in domo ardens lucerna *Q* 40 sparsimoniae *Q* 42 uita] *om. Q* seruus] *om. Q*

XVII

(57) Quodam itaque tempore cum idem beatus vir Leobinus ex more pontificum parroechias suas circumeundo visitaret et Avallocium pervenisset, quidam caecus ab annis octo caecitate obtenebratus ut cognovit virum sanctum per illum locum habere transitum, humiliter petiit, ut per crucis signaculum se redderet illuminatum. (58) Quod vir sanctus aliquandiu recusans, timens ne virtutem operando aliquid arrogantiae videretur assumere ex episcopali ministerio, dum caute vult transire, tandem a suis compulsus est, ut opem medelae aerumnis caeci clementer impenderet. (59) Qui statim precibus devote peractis, cum signaculo crucis excutiens caecitatis caliginem pristino extinctum reparavit lumine vultum, quo caecus fuerat antea alienatus.

XVIII

(60) Adiciatur etiam huic honesto operi illud nobile miraculum, quo vir sanctus medens sanavit hydropicum. Dum gloriosissimus rex Childebertus beatum Leobinum episcopum Rotoialo speraret ad se venturum et in ipso itinere accederet Avallovico, oblatus est quidam hydropicus nimis tensus visceribus, sanitati restituendus. (61) Quod cum pontifex pro obtrectantibus recusaret sospitati restituere, suorum precibus pulsatus, signo crucis opposito omnis tumor ydropici fugatus resedit, viscerum dolor penitus recessit et cutis tumore deposito in planitiem redacta est, aegroto a mortis periculo liberato.

XIX

(62) Inseratur in pagina, qualiter per sanctum virum evanuerunt incendia. Quodam tempore dum beatus Leobinus cum Medeveo consacerdote a saepe dicto rege Parisius fuisset invitatus et dies paschae vice pontificis illius loci defuncti episcopaliter transegisset, a parte basilicae beati Laurentii noctu edax ignis exiliens domos pendulas quae per pontem constructae erant exurere coepit et non solum ex vicino fluvio incessanter aqua superfusa non adquievit, sed etiam civitati proximus civibus ut universa consumeret magnum timorem incussit. (63) Vt autem rex ob clamorem populi expergefactus, sopore quietis abrupto, causam tumultus agnosceret, confestim ad beatum Leobinum dirigit missum, ut celerrime veniens civitati succurreret. (64) Sed dum multis hortantibus, ut ante eum iret locum, quo magnum flagrabat incendium, ait: Viri fratres, illic occurrendum est nobis, unde contra flammae globum divinum potius quam humanum imploretur auxilium. (65) Qui cum pergeret ad ecclesiam et in terram prostratus divinum efflagitaret suffragium, fretus oratione una cum consacerdote ad ignem properavit impiger. Moxque ignis compressus eius oratione in semet ipso deficit et vires quas incendendo aedificia assumpserat obliviscitur et ita flamma eius interventu consumitur, ut in semet ipsa mortua penitus consopiretur.

XX

(66) Nec illud silentio praetereundum est miraculum, quod nobiliter virtutibus floret egregium. Quaedam deo devota ex monasterio puellarum cum tunicam domni Leobini causa consuendi accepisset et de novo filo resarciens refecisset, vetus filum ex ea accipiens ad suam zonam ex fide alligavit. Soror vero eius saecularis, quae pavore concussa ad eam confugerat, diluculo consurgens cinxit zonam sororis, cui inerat filum pontificis alligatum. (67) Tum daemon, a quo antea arrepta fuerat, sentiens circa puellam aliquid magnum diu ferre non posse, acrius eam vexare incipiens clamavit per os puellae tunicam domni Leobini velut ignem ferre non posse. Cum hac itaque vociferatione daemon egrediens, puella tristes foetores eius cum sanguine pariter evomuit. (68) Hoc quippe miraculum non illo videtur inferius quod in muliere

43 Matth. 9, 20.

1—17 *c.* XVII. XVIII. *om. Q* 12 auallouico] *cf. Longnon, Géographie p. 325* 19 medeueo] *cf. conc. Aurel. V, Conc. Gall. coll. ed. Maur. I, p. 1043* sacerdote *Q* 23 quieuit *Q* 26 gressum *Q* 28 nobis est *Q* 30 suffragium] auxilium *Q* fretus] in *add. Q* sacerdote (*Q*) 31 mox ignis eius oratione compressus *Q* 34 — *p.* 80, *l.* 33 *c.* XX—XXIII. *om. Q*

emorousa a domino constat patratum, quia sicut illa ex tactu fimbriae sanata est a profluvio sanguinis, ita et ista ex tactu fili erepta est a vexatione daemonis. Illa autem liberata tam a laqueis inimici quam a curis saeculi devovit se omnibus diebus servituram domino, coniuncta sorori in eodem coenobio.

XXI (69) Inter reliqua virtutum miracula illud inserere mirificum est quod in fugandis infirmitatibus constat celeberrimum. Nam si quis typo cotidianae, tertianae vel quartanae febris correptus de palliolo sancti viri fuisset praecinctus, pristina incolumitate recepta ad hospitium revertebatur sanus. Et ita divina gratia salus concessa manabat de tegmine pontificis, quanta quondam profluxerat de tegmine redemptoris.

XXII (70) Adiciatur in pagina quod vir sanctus obtinuit in vita. Dum cuiusdam Carnotensis civis domus in suburbio civitatis posita daemonica infestatione saepius lapidum imbre quateretur, ita ut vicini propter densitatem crepitantium petrarum parata relinquentes convivia domos suas effugerent, exortati sunt a dei famulo, ut aquam a se benedictam cum crucis signaculo illuc porrigerent conspergendam, ubi daemonicae illusionis maximum instabat ridiculum. (71) Quo facto hostis effugit territus et dominus aedis cum eadem domo securus mansit et intrepidus.

XXIII (72) Illud etiam peculiare miraculum nobis est ad memoriam reducendum, quo vir sanctus Leobinus illustris episcopus refulsit in populo. Quidam beatus vir nomine Caletricus nobilis genere sed nobilior meritis post excessum beati Leobini Carnotis constitutus episcopus dum in presbiterii gradu se tam in conspectu dei quam in oculis hominum sancta conversatione redderet gratum, tanta infirmitatis angustia est correptus, ut vix ultimo palpitaret anhelitu. (73) Cuius venerabilis germana nomine Mallegundis directis velociter missis ad sanctum episcopum, ut ad levandam fratris sui infirmitatem benedictum dirigeret oleum. Ipse vero cum oleo praesentabiliter veniens silentium ab omnibus postulavit dicens: Domine qui omnia nosti, si hunc famulum tuum ecclesiae tuae vel populo iudicas necessarium, tua opitulante virtute, restitue sanum. (74) Tunc ille aeger statim ut sacrae unctionis oleo est perunctus, tantae sanitatis gratiae est restitutus ac si nullius infirmitatis molestia nunquam eius membra fuissent adtacta. (75) Ad comprobandam autem sancti viri virtutem residua olei pars in tantam constat pulchritudinis claritatem conversa, ut cunctis qui aderant non olei nitor sed christalli videretur clarescere splendor, nimirum illud praefigurans, ut qui futurus erat episcopus per ministerium episcopale oleum consecrationis sanctificaret et divinis virtutibus per caelestem gratiam splendesceret.

XXIV (76) Operae pretium est et illud insigne miraculum huic operi inserere quod vir sanctus quamvis nesciens peregit in corpore. Quodam tempore dum memoratus episcopus parroechiam Dunensis pagi cum suis pergeret visitandam, filia unica cuiusdam ex parroechianis nomine Baudolevi genere et opibus inlustris viri ita vi febrium et longa aegritudine tenebatur adstricta, ut iam sepultura praepararetur cum exequiarum pompa. (77) Hic audiens sanctum Leobinum ex proximo venientem concito gradu eius praesentatur conspectui, petens ab eo suam benedici domum et tam sibi quam suis omnibus eulogias dari. (78) Sanctus itaque Leobinus mature consurgens, ad memoratum Baudolevum ut spoponderat perveniens, dum ingrederetur domum, eius puella ea qua gravabatur infirmitate in lecto efficitur mortua. Nulli enim fideli constat dubium, ut per resurrectionem puellae a mortuis nomen sancti antistitis clarificaretur in populis. (79) Praefatus namque vir Baudolevus volens se in conspectu pon-

---

3 tam] *om. P* 11 demonaca *P* 16 domo] *om. P* 17 opitulare (*P*) 19 calericus P^1, caletricus P^2: *Chalacterici epitaphium v. Fort. Opp. I, p. 83* 23 leuiandam (*P*) 34 operi] ordini (*Q*) 35 pergit Q^1 36 dunensi *P* unica] *om. Q* 38 infirmitate teneretur *Q* 39 hec *Q* 40 suam] *om. Q* 43 ea] illa *Q* constat] esse *add. Q* 44 clarificatur (*Q*)

tificis hilariter continere, sub adtestatione omni domui suae praecepit mortem defuncti cuiquam nullo modo pandere, sed quia sine dolore nemo amittit quod cum amore possidet, diu celare non potuit, quia interior dolor cordis patefecit exteriorem tristitiam corporis. (80) Vt autem sanctus dei maestam illius domus conspexit familiam, tristitia correptus et ipse ab apparatu prandii aliquatenus se suspendens, basilicae templum ingressus ac pavimento corpore prostratus cum lacrimis dominum deprecatus est, ut tristitiae causam qua maerens domus anxiabatur sibi ostendere dignaretur. Oratione expleta ut senex surrexit de pulvere, puella exanimis surrexit de morte. (81) Tunc iam dictus Baudolevus admirans tantae virtutis excellentiam, cum omni domus suae familia pedibus sancti prostratus omnia quae facta fuerant humiliter indicavit, unde et inmensas ei gratias a luctu in laetitiam retulit.

(82) Dicatur et illud mirificum quod sanctus dei iam infirmitate detentus patravit XXV
miraculum. Hac itaque cum urgueretur infirmitate, duo pueruli hostis vexatione agitati, eius vestigiis se prosternentes cibum qui sibi post esum remanserat cum benedictione percipere meruerunt. Quo curante medicamine uterque rediit incolumis ad propria. (83) Cumque beatus Leobinus per septem annos continuata infirmitate agitaretur divinis actibus in caelum intentus et miraculorum honoratus insignibus, quasi sopore dormiens, praemiis remunerandus opimis, ut fidelis servus talentum sibi creditum duplicatum reportans, in gaudium domini sui intraturus angelis plaudentibus feliciter migravit ad caelos.

(84) Qui tamen antequam sepulturae traderetur, quantae virtutis fuerit vivus, pro- XXVI
didit mortuus. Denique cum in basilicam sancti Martini in feretro positus portaretur humandus, quidam de circumstantibus dum virga gestatoria frequentiam populi irrumpentis prohiberet, contigit ut crucem cum lampadibus oleo plenis pendentem ad terram prosterneret. (85) Mox ipsa crux, mirabile dictu! funiculo unde ceciderat cum omni integritate lampadarum et sine olei detrimento nemine sublevante sese innexuit et permanere in oculis omnium ut ante consueverat coepit, et ubi credebantur lampades minutatim confractae, sua integritate solidae nec ullam olei guttam permiserunt distillare. Sic beatissimi viri corpus ad laudem gloriae suae emicuit virtute crucis in funere.

(86) O gloriosissimum virum, cuius merita adeo valuerunt apud crucifixum, ut XXVII
crux quae ceciderat in terram sine ullius adminiculo ad locum unde ruerat reverteretur illaesa! O venerabilem Christi pontificem custodia angelorum iugiter munitum, cuius virtute nec olei liquor damnum nec ulla illarum confractionis sustineret detrimentum! (87) Vere etenim illius gaudens anima gloriatur felicitate aeterna habens lampadem sanctam inextinguibilem lucernam, quia sine laudis humanae pompa eius manus nunquam cessavit ab opere misericordiae, quod indicatur huiusmodi liquore. Illius potentia haec edita sunt miracula qui per crucis tropheum a morte perpetua redemit genus humanum et a peccatis mundatum dedit conscendere caelum. (88) Et quoniam gloriosissimi antistitis Leobini praeclara miraculorum praeconia ob venerandam annua devotione memoriam narravimus recolendam, de innumerabilibus videlicet

18 Matth. 25, 20.

---

1 continere hilariter *Q* defuncti] *PQ* 3 interiorem *P* 5 aliquatenus] *om.* *Q* 7 qua maerens] *P*, querens Q^1, quare Q^2 8 resurrexit de morte *Q* 13 pueri *Q* 20 feliciter] *om.* *Q* 22 martyni *Q* 23 uirgam gestatoriā *Q* irrumpentis populi (*Q*) 24 ad terram pendentem *Q* 29 suae gloriae (*Q*) 31 adeo merita *Q* 32 illius *Q* 34 sustinere Q^1, sustinuere Q^2 35 animas Q^1 36 inextinguibilem lucernam] cum inextinguibili lucerna *Q* 38 edicta *Q* 39 genus redemit (*Q*) 40 antistitis] *om.* *Q*

pauca, summissis precibus tanti patroni imploremus sanctitatem, ut qui eum fecit coruscare miraculis nos faciat exuberare operibus bonis concedatque nobis praesentis vitae cursum sine offensa transcurrere continuamque pacis tranquillitatem obtinere et in futuro saeculo ad eius consortium feliciter pervenire, qui in trinitate perfecta vivit et gloriatur deus per cuncta saecula saeculorum. Amen.

PROLOGVS GREGORII.

(1) SANCTISSIMO SANCTAE PARISIORVM MATRIS ECCLESIAE PRAESVLVM DOMINO GERMANO GREGORIVS TVRONICAE METROPOLIS HVMILIS EPISCOPVS SALVTEM. Petistis sane, uti vitas et miracula quae dominus per beatum Maurilium atque Albinum Andecavorum antistites operari dignatus est, quas Fortunatus presbiter luculento sermone descripserat, scriptorum vitiis iam paene depravatas nostrae auctoritatis peritia corrigeremus vestraeque devotioni, qui priorum exemplis proficere cupitis, misissemus. (2) Sed nos recolentes, si id egerimus, perfidorum nos latratibus atque morsibus, qui doctrinam quaerere nesciunt sed invidere, dilaniari, duplicis taedii merore concutimur, dum et vestris non parere iussionibus ipsisque displicere metuimus. Fisi tamen omnipotentis promissionibus, qui per prophetam suum loquens innotuit, quia *qui seminant in lacrimis metent in gaudiis*, vestrae satisfaciam voluntati. (3) Scimus namque, quia si quae digna sunt imitari et alteri possunt saeculo prodesse, sanctissimorum Christi confessorum vitas atque virtutes stilo quis digesserit correxeritque vel rustico, et sibi mercedem et imitari volentibus conferet adusque salutem. (4) Permaximas igitur pretiosissimorum Christi confessorum Maurilii atque Albini virtutes non loqui sive corrigere quia memoria dignae sunt crimen ducentes, plebeio ut postulastis utentes calamo, quo potius vulgaribus prosint, de plurimis pauca sed tamen deo teste verissima corrigemus omittentes plurima a Fortunato edita quae fortassis infidelibus incredibilia viderentur. (5) Quae vero a nobis correcta sunt vestrae sanctitudinis petitioni dignius offerenda putavimus, ut qui illos imitari gaudetis illorum proficiatis virtutibus informati.

CAPITVLA.

16 Ps. 125, 5.

---

16 *Prol. Magnobodi* (*AA. SS. 13. Sept. IV*, *p. 72*): Serunt ergo in lacrimis, metunt in gaudiis.

---

2 praesentis] *om. Q*   4 perfecta] *om. P*   5 amen] expl. uita beati leobini conf. *add. P*, *ubi vita* Foce mart. *sequitur*

6 Incipit prologus beati gregorii turonorum archiepiscopi in uita beati maurilii episcopi et confessoris *GP*   26 informati] explicit prologus *add. GP*

27 Incipiunt capitula de uita et uirtutibus beati Maurilii episcopi *GP*

que idolum destruxerit et ecclesiam ibi construxerit et postmodum illam diebus multis incoluerit et multas ibi per eum dominus virtutes fecerit.

III. Qualiter in Pociacense villa quendam hominem Saturnum nomine ambas manus ex utero matris suae aridas habentem tactu et benedictione sanavit.

IV. Qualiter quandam mulierem Namnetensem solo intuitu a daemonio liberavit et postmodum ei lumen reddidit.

V. Qualiter quendam pecorum pastorem quem vipera momorderat de saliva propria signo crucis super vulnusculo bestiae imposito sanavit.

VI. Qualiter cuidam pernobili matronae sterili filium impetraverit ipsumque absque dono septiformis spiritus sancti defunctum post septimum depositionis annum resuscitaverit et postmodum ut post se episcopus Andecavorum fieret apud dominum obtinuerit.

VII. Qualiter in praedio nomine Prisciaco alterum idolum domino cooperante destruxerit et postmodum ibi honorabile monasterium construxerit.

VIII. Qualiter quendam monachum datis solummodo eulogiis a validissima febre quam per tres annos pertulerat sanavit.

IX. Qualiter captivum qui vendendus ducebatur a servitio liberaverit et postmodum negociatorem dominum ipsius de morte resuscitaverit.

X. Qualiter in Ligeris flumine quosdam navigatores naufragium perferentes signo sanctae crucis liberaverit.

XI. Qualiter quendam latronem qui asellum ipsius furatus erat arreptum a daemonio liberaverit.

XII. Qualiter quandam matronam Ameliam nomine visitans sola inunctione sanaverit.

XIII. Qualiter de vico Calonna et sua propria ecclesia per vim extractus ad episcopatus honorem per beatum Martinum Turonorum archiepiscopum et reliquum populum spiritu sancto in specie demonstrante columbae electus et ordinatus sit.

XIV. Qualis post ordinationem beatus Maurilius extiterit et quid pro eo dominus frequenter operatus fuerit.

XV. Vbi quendam ex utero matris suae caecum signo sanctae crucis illuminavit.

XVI. Qualiter puerum de quo supra diximus, qui sine crismatis dono excesserat, quem trans mare positus per VII annos planxerat, post septimum depositionis annum Andecavis revertens resuscitaverit, quem etiam, dum confirmaret, Renatum nominavit, et post se ut episcopus fieret Andecavorum cum domino impetraverit.

XVII. Qualiter hominem qui die dominico operari praesumpserat divina ultione dampnatum sanaverit.

XVIII. Qualiter alterum Belgicum nomine pro simili temeritate caecatum illuminaverit.

XIX. Qualiter impetraverit, ut per XXX annos quibus Andecavis episcopus praefuit vinum et triticum et ceterae merces per totum Andecavensem pagum aequaliter venderentur.

XX. . . . .

XXI. Qualiter a Cinomannica urbe regrediens quendam puerum paralisis humore incurvum sua oratione sanavit.

XXII. Qualiter naves Lidi fluminis ad ipsum transfretandum sponte ex altera parte in alteram venerunt.

---

3 quandam *G* 12 optinuit *P* 13 destruxerat *P* 14 construxerat *P* 31 carismatis *G* 42 *titulum* XX *om. GP*, qualiter alterum idolum destruxerit *suppl. Bordier* 43 rediens *P*

[illegible] Qualiter [illegible]

[illegible] Qualiter [illegible]

[illegible] Qualiter [illegible]

[illegible] Qualiter [illegible]

[illegible] Qualiter [illegible]

[illegible] Martini [illegible]

[illegible] Qualiter [illegible]

[illegible] Martini [illegible]

[illegible] Martini [illegible]

VITA BEATI [illegible]

[illegible] Martinus [illegible]

[illegible]

[illegible]

speriam, communi sorte praeventus hominem exivit. Maurilius vero verissimus iam evangelici cultor praecepti dicentis: *Qui reliquerit patrem aut matrem aut agros propter me centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit*, relicta matre omniumque rerum suarum cupiditate habendi, sub Iuliano tunc caesare Martinum, cuius primo profecerat instrumentis cuiusque virtutes per totum prope Romanorum divulgabantur imperium quique cogentibus populis Turonicam in Gallia iam regebat metropolim, expetiit et tam diu cum eodem commoratus est divinis semper occupatus offitiis, dum caeteros ecclesiasticos gradus gratiamque sacerdotii invitus Martino cogente susciperet. (4) Adepto namque sacerdotii honore artiorem quam inter monachos duceret diligens vitam, ut solus solum liberius dominum sequi valeret, Martini admodum doctrinis eruditus et aeque benedictionibus roboratus, se se invicem osculantes et multum flentes, ab eodem ipso nolente discessit.

(5) Pretiosus denique dei sacerdos Maurilius Turonis egressus, quo solitariam II
quam potius diligebat si posset sibi vitam eligeret, Andecavorum aggressus est urbem. (6) Audiens autem haud longe ab ipsa super Ligerim fluvium in villa quadam cui prisca vetustas Calonnae nomen indiderat fanum fore antiquissimum diversis idolorum culturis dedicatum, uti maiori illic iniuria quateretur, et simul animans, ut ipsum, quia non pauca ibi vulgarium superstitio servabatur, everteret, ibidem advenit. (7) Videns ergo, quia nisi virtus illud divina dirueret, eo quod dignitatem loci tenebat, humana non posset manu divelli, tota ad dominum mente conversus expetiit, ut qui ad petitionem quondam Heliae prophetae ignem de sublimi deposuit, qui infideles quinquagenos primo ac secundo exussit, ipse fanum daemoniis consecratum, ubi diversis erroribus mentes fraudabantur humanae, quod ille non poterat ipse destrueret. (8) Mox vero divinus ignis e caelo dimissus quicquid simulacrorum et inmunditiae ibidem repperit sub momenti hora consumpsit. Eliminata igitur omni spurcitia honorabilem Christi ibi fundavit ecclesiam et ut dedicaretur obtinuit ipsamque postmodum fore vicum instituit. (9) Ibi enim bis senos degens per annos multis se ieiuniis et orationibus sedule domino mancipabat. Quantas qualesve ibidem dominus per ipsum virtutes operatus sit, non est nostrae facultatis evolvere, nam quantum in ipso fuit omnes virtutes

2 Matth. 19, 29. 21 IV. Reg. 1, 10. 12.

---

trem superstitem reliquit cum facultatibus universis quas in Mediolanensium urbe possederat unde natalibus claris fuerat oriundus.

4 *Magnobodus l. l.:* Beatus igitur Maurilius sub Iuliano caesare terrenam patriam pro Christi amore despiciens humilis exul in Gallias adventavit.

4—8 *Magnobodus l. l.:* Itaque beatum Martinum clarissimum iam tunc Turonicae civitatis episcopum expetiit, qui eum gratanter suscipiens subdiaconum et diaconum ordinavit.

11—13 *Magnobodus l. l.:* Itaque se invicem osculantes et maesti multum ab se se digressi sunt et ille solitudinis habitationem maxime desiderans abiit viam suam.

15—18 *Magnobodus c. 2:* Audiens vir dei Maurilius, quod fanum esset antiquissimum in territorio civitatis Andecavae loco qui nominatur Calonna super litus Ligeris, ipsum fortiter expugnaturus incredulitatis fomitem illuc constanter advenit.

20—25 *Magnobodus l. l.:* Ibi post multam praedicationis et abstinentiarum instantiam tantum eius magnanimis oratio obtinuit a domino, ut ignis de caelo manifeste lapsus templum illud cum delubris suis repente voraret ad similitudinem videlicet antiquae virtutis beati Eliae prophetae, cum oratio sancta ad zelum dei in impios exercendum ignem divinum demitti caelitus impetravit.

25—27 *Magnobodus l. l.:* Igitur mundato divinitus loco ecclesiam Christi ibidem fidelis famulus construxit vicumque instituit, ubi et conversatus est usque quo onus episcopatus accepit.

28 — *p.* 86, *l.* 4 *Magnobodus l. l.:* Quantas autem ex tunc inibi virtutes dominus per eum operatus

---

1 exuit *G*, *cf. infra p.* 94, *l.* 5 2 aut agros] uel agros *GB* 13 denique] itaque *P* 17 cultibus (*P*)

suas occultare maluit. (10) Sed quia quae in sanctis suis omnipotens operatur coram hominibus fieri et lucere praecepit, licet occultare voluerit, ex toto celare non potuit. Nos vero ex ipsius miraculis deo tribuente licet pauca sed tamen deo teste verissima colligemus.

III (11) In praedio vero cui Pociacense nomen est erat vir quidam Saturnus nomine, quem ex utero matris suae ambas manus aridas habentem in hanc mortalem vitam natura ipsa produxerat. (12) Qui cum manuum destitutus offitiis, devotorum semper altus alimoniis ad plenam pervenisset aetatem, quadam nocte admonitus per visum audivit vocem dicentem sibi: Vade ad virum dei Maurilium et deprecare ipsum, ut signum sanctae crucis super manus tuas faciat, et statim sanaberis. (13) Expergefactus autem properante crastina luce et ipse pariter propere cucurrit ad virum. Provolutus vero sanctis pedibus confessoris, totus effusus in lacrimis suppliciter precabatur, ut sibi manum imponeret, exponens illi pariter et ipsam quam de se ipso viderat visionem. (14) Tunc beatus Maurilius totus ut erat verecundissimus diutius erubescens, tota die et nocte illa ieiunans et in precibus solo prostratus perseverans dominum pro aegroto fideliter precabatur. (15) Reddito vero mane mox ut sacerdos venerabile crucis signum super manus infirmi deposuit, rubescentibus venis et directis nervis, geminas manus extemplo sanatas in usus operandi direxit.

IV (16) Non multo post tempore mulier quaedam Namnetensis pagi incola male a daemonio vexabatur, quod non solum illam toto corpore debilem sed etiam caecam ex pluribus iam praecedentibus annis lumine privato reddiderat. (17) Quae geminis vincta catenis ad aedem beati viri fidelium fide ac devotione deducitur. Altera vero die ubi in eam pius confessor sancta sua lumina direxit, mox illam daemonium deseruit luminaque quae illi vis inimica subtraxerat signo sanctae crucis imposito fides addita confessoris mulieri restituit. (18) Femina vero, quae ferreis vincta catenis ad beati viri deducta fuerat ecclesiam, libera et incolumis repedavit ad patriam.

V (19) Sub ipso fere tempore dum pastores quidam in eadem regione dominorum suorum pecora pascerent et pervigiles quibusdam noctibus redderentur, eorum unus, dum noctu pecora custodiret, mordetur a vipera. (20) Bestiae vero virus se repente per omnes pueri venas infudit et totum hominem in tumorem convertit. De quo cum

2 Matth. 6, 1.

---

est, non est nostrae facultatis prae paupertate sermonis exsolvere. Sed tamen vel pauca recensere de plurimis secundum quod parvitatis nostrae vires suppetunt ad laudem domini ac beatissimi confessoris venerationem conemur.

5. 6 *Magnobodus* c. 3: Erat in villa Pociacense homo nomine Saturnus per longum temporis tractum manus ambas habens aridas.

10—13 *Magnobodus* l. l.: qui ad beatum virum dei Maurilium pro sanitate postulanda profectus, cum noctem unam ad vigilias eius pernoctasset, facto diluculo ad pedes eius se prosternit deprecans, immo obnixa credulitatis suae ostentatione compellens, ut signum crucis super manus eius faceret.

17. 18 *Magnobodus* l. l.: quo facto, statim restitutae sunt sanitati atque aptatae diu negatis usibus operandi.

19—26 *Magnobodus* l. l.: Nec longo post tempore ecce et mulier quae a daemonio vexabatur iam multis annis, ex qua infestatione tyrannica etiam caeca facta fuerat, ad sanctum domini a fidelibus viris adducitur. Quam ubi beatus vir praesentem sibi factam vidit, mox eam diabolus reliquit. Pariter et mens sana rediit et oculi eius quod vis inimica abstulerat lumen receperunt praebentes feminae ducatum proprium, quae paulo ante venerat alieno.

27 — p. 87, l. 9 *Magnobodus* c. 4: Cum quidam pastores pecora sua vigiliis noctis pascentes sollicite custodirent, unus ex eis latenter mordetur a vipera, et cum iam vi veneni in se grassante semivivus

---

4 corrigemus *P* 25 iuncta *P*

nihil aliud praestolaretur nisi interitus, quia iam semivivus iacebat extensus, tum caeteri pecorum pastores fide commoniti infirmum praesentiae deferunt confessoris. (21) Sanctus autem Maurilius eum intuitus eaque fide repletus, qua fuerat et beatus Paulus apostolus quando in proprio digito viperam pendentem excussit in ignem et nihil mali passus est, universa pueri membra signavit et oculos ad caelum erigens in ipso vulnusculo per quod vipera virus inflixerat de propria saliva signum crucis impressit. (22) Statimque venenum ex omnibus corporis partibus revocatum cucurrit ad ipsum per quem se inmerserat locum. Integrae igitur sanitati mox redditus ad domini sui quod invitus reliquerat incolumis servitium recurrit.

VI

(23) Andecavensis territorii matrona quaedam pernobilis nexa tamen vinculo coniugali ex tempore suae copulationis sterilis permanebat. Quae dum pro adipiscenda prole dominum precaretur assidue et nequaquam votum suum obtinere valéret ac procederet matura in annos desperationis adepturae iam prolis, ad beatum virum se tota mente convertit sedule flagitans, ut quod illa non merebatur ipse apud dominum suis meritis et intercessionibus obtineret, et si suis precibus seni feminae filium impetrare potuisset, ipsum se domino oblaturam et perpetuo serviturum tota fide ac voto pollicebatur. (24) Intuens autem vir beatus mulieris mentem et fidem ac fletuum ubertatem nihilque apud deum impossibile esse confidens, qui partum vetulae Sarae et ad petitionem Heli sacerdotis filium Samuhelem scilicet prophetam sub sponso voto sterili concessit Annae, dominum pro femina precaturus accessit. (25) Exaudivitque dominus virum et deprecanti feminae conceptum dedit et partum, quem illa sicut promiserat domino consecravit habendum. (26) Quale vero quantumque miraculum super eundem dominus per beatum Maurilium, postquam sanctae Andecavensis ecclesiae episcopatus honorem accepit, operatus est puerum ad corroborandam fidem fidelium, licet illud beatus Fortunatus propter minus credentes omiserit, immo quia verum est et res est digna memoria, non tacebimus. (27) Quod tamen, quia post acceptum episcopatum id ipsum pro eo dominus fecit, suo in loco melius exponemus. Hic vero quae ante episcopatum per eum dominus fecerit in ordine describemus.

VII

(28) Non longe vero a praescripto vico Calonnae, cui vir beatus praeerat quemque sedulus incolebat, erat quidam collis Prisciacus nomine diversis idolorum titulis decoratus. Maurilius vero dolens illam longius manere superstitionem, ubi diversarum animarum credebat inesse perditionem, quadam die adhibitis secum paucis fidelibus viris perrexit ad locum. (29) Cumque pervenisset ad idolum, ut illud everteret, daemonia

4 Act. 28, 3. 18 Gen. 21, 2. 19 I. Reg. 1, 20.

---

factus esset, ad sanctum Maurilium iam in illis locis famosae potentiae medicum desperatus adducitur. Qui ut eum vidit, de saliva sua in os pueri per universa membra tumescentis immisit et continuo peste fugata reddita est sanitas: sicut enim beatum Paulum apostolum quondam vipera mordens ad interitum non laesit, ita nec puerum hunc apostolici viri Maurilii medicante virtute mirabili.

10—22 *Magnobodus c. 5:* Erat mulier in ipsis finibus sterilis diu permanens, quae multum prius prae pudore matronali cunctata, necessitate tandem compulsa a sancto Maurilio petiit, ut oraret dominum pro ipsa, quatenus ei filium daret, qui et ad ipsam ecclesiam devotus domino deserviret. Exaudivit dominus preces servi sui Maurilii, mulier concepit et peperit filium, qui secundum vota parentum divinis traditus officiis eidem ecclesiae Calonnensi longo tempore deservivit: vere consequens est sententia, sicut ab Anna per gratiam domini genitus est Samuel, qui sacerdos dei et propheta servivit in templo, ita et puer ipse.

29 — p. 88, *l.* 7 *Magnobodus c. 6:* Remanserat diutius iuxta oppidum ipsius vici Calonnae collis qui vocatur Prisciacus diversis adhuc idolorum titulis repletus. Vbi sancto spiritu revelante vir beatus cognovit tempus sibi a domino praestitum illam quoque animarum fraudem destruendi, ad ipsum locum iter direxit.

---

1 tunc (*P*) 3 et] *om. P* 10 andecauensis] fuit et andecauensis *P*

quae ibi latebant statim clamare coeperunt dicentia: Quid nos et hic, Maurili, persequeris? In his regionibus nullus est locus quo te evadere valeamus. Ilico namque in adversum signo sanctae crucis opposito daemonia repente elevato magno mugitu non sine immenso foetore fugerunt. (30) Ille autem omnium idolorum simulacra coadunari praecepit et ignibus concremans in favillam redegit. Deinde mundans diligentius locum ibidem honorabile statuit monasterium, quod ad gloriam Christi et laudem nunc usque sui permanet confessoris.

VIII (31) Monachus quidam Clemens nomine per tres iugiter annos quartanis febribus urebatur. Atterebat enim illum nimius aestus cum frigore et erat ei horror cibi, cum fatigato febre prae dolore deficeret virtus stomachi. (32) Cumque tali dolore deficeret iamque de praesenti vita omnimodis desperaret, amicorum monitu ad beatum virum se transferri praecepit. Qui ut eius praesentiam videre promeruit, eulogias salutis sibi dari ab eodem fideliter postulavit. (33) Quas dum beatus sacerdos sanctificatas illi de more porrigeret, languor qui monachum diutius fatigaverat ut fumus evanuit, moxque omni virtute roboratus propriis regressus est vestigiis qui ad beatum virum adminiculis venerat alienis.

IX (34) Proximis sane exinde diebus dum negotiatores inter diversarum specierum et mercium copias scitos utriusque sexus iuvenes venales haberent et cum eisdem ad Hispanias tenderent, aut necessitudine commeandi aut desiderio sacerdotis visendi per Calonnae praedium iter agebant. (35) Praetereuntibus autem secus aedem beati confessoris, unus eorum qui vendendi ducebantur magno prosiliens impetu ecclesiam ingressus est et provolutus cum lacrimis pedibus confessoris orabat, ut suis precibus aut pretiis se se pro dei amore redimeret secumque retineret, qui furtim de propria captivitatis patria vendendus ducebatur in alienam. (36) Cuius verbis et fletibus suum patrioticum recognoscens commotus est pia mente sacerdos nec mora pro captivo ipsius dominum supplicaturus egreditur humiliterque supplicabat, ut sibi venderetur, quatinus a se servitio absolutus liber ad patriam reverteretur. (37) Sed cum dominus ipsius summa obstinatione id fieri posse negaret, annuit suis, ut ipsum de ecclesia velociter extraherent. Cedentibus autem ministris vimque facientibus ac domini sui praeceptum exequentibus, immensis captivus clamare vocibus coepit: Miserere et succurre, serve dei, quem devote liberandus expetii. (38) Sacerdos vero flexis solo paululum genibus rursusque elevatis ad caelum manibus inquit: Domine deus omnipotens, qui in

---

Cumque illuc pervenisset, statim in aere daemonia coeperunt clamare: Quid nos et hic persequeris, Maurili? Nullus est locus quo te evadere possimus. Ille autem festinans neque quidquam motus ad plenam venenosae malignitatis quaerimoniam quidquid ibi fuerat congregatum ex diversis idolis igne cremavit et monasterium ibi proxime constituit, quod permanet usque in praesentem diem ad gloriam domini nostri Iesu Christi et memoriam incliti Maurilii confessoris.

8. 9 *Magnobodus c. 7:* Monachus nomine Clemens febribus quartanis annis tribus vexabatur.

9. 10 *Greg. Tur. de virt. S. Martini II, 1:* et errat horror cibi, cumque ab inaedia deficeret virtus stomachi, febris tantum erat victus corpori.

10. 11 *Greg. Tur. l. l.:* et taliter agi coepi, ut inminente morte vivere omnimodis disperarem.

12—15 *Magnobodus l. l.:* Cumque tandem eulogias sanctissimum virum postulasset et ille ei libenti animo praestitisset, ilico ut fumus languor iste diutinus evanuit et sospitas optata successit.

17 — p. 89, *l.* 10 *Magnobodus c. 8:* Praetereuntibus quadam die per ipsum Calonnae praedium negotiatoribus, qui solent inter alia commercia etiam homines captivos venumdare, unus ex eisdem captivis qui tamquam merces quaelibet ducebantur venales confugium in ecclesiam fecit. Beatus Maurilius supplex ad dominos precator accedit, ut miserum redimere posset. Tunc illi humilem superbe spernentes precem ausu temerario fugitivum de ecclesia rapere coeperunt. At ille multo magis tunc trepidus et vociferans ait:

---

21 uenditurі *P* 24 captiuitus *G*

angustia constitutis et de tua misericordia vere confidentibus celeri pietate succurris, subveni huic captivo pro quo te supplex exoro. (39) Ad hanc nempe sacerdotis vocem tanta vis febrium dominum ipsius arripuit, ut antequam perituro paenitere succurreret, spiritum exhalaret. (40) Tum tanta formidine caeteri percelluntur metuentes, ne se se vivos terra absorberet, ut unanimes expeterent sacerdotem flebiliter postulantes, quatinus et sibi indulgentiam et defuncto suis meritis adquireret vitam. (41) Vir vero beatus nimium metuens, ne ipse occasio et causa illius esset perditionis, prostratus terrae inmensis planctibus et crebris singultibus invocat Christum, ut defuncto redderet animam, nec antea surrexit a solo, donec et defuncto vitam et captivo adquireret libertatem. (42) Negociatores denique, ut sibi retroacta praesumptio indulgeretur, multis donariis ipsum honoraverunt et locum. Quae prope omnia vir beatus in usus pauperum deputavit.

(43) Nimirum praeterea, ut necessitudo compellit humana, Argis haud modica X
mercibus referta per Ligerim vehebatur. Quae cum contra Calonnam ascenderet, subito turbato cum flamine ponto navis in vertiginem rotabatur, frangitur antemna et nunc prora subrigitur elevata in fluctus, nunc puppis deprimitur inter undarum hiatus. (44) Victi autem nautae tantaeque tempestatis timore perterriti, de praesenti iam desperantes salute, obliti omnia navis armamenta iecerunt solum tantum praestolantes interitum, cum repente inmensis clamare vocibus coeperunt dicentes: Miserere, vir Christi Maurili, nostro succurre naufragio! Potes enim hoc obtinere cum Christo, qui post funus vitam adquisisti defuncto. (45) Ad quorum voces exsurgens ab oratione Maurilius festine cucurrit ad litus et elevato in adversum crucis signo imperat procellae ne saeviret. Cedunt mox deposito rigore spiramina, tumescentes undae vertuntur in aequora subsequiturque serena tranquillitas. (46) Illaesi ergo nautae ut coeperant navigium expleverunt et ad optatum portum sacerdotis adiuti suffragio feliciter pervenerunt.

(47) Erat enim familiare beato viro, ut nunc ecclesias nunc infirmos evangelicum XI
semper cupiens implere praeceptum verbique dei fidelissimus dispensator sedule circumiret. Et ne ultra modum fatigatus corpore defecisset, habebat humilis sessor asellum, quo saepius utebatur. (48) Quem nocturnis latro temporibus apprehensum furari non metuit, sed infelix dum furatur asellum arripitur a daemonio et sic demens per totam noctem vagabundus illuditur. Mane autem reddito ante fores beati viri affuit exsensis ipse pariter cum asello. (49) Crimen quod commiserat invito primitus

---

Serve dei, succurre captivo. Ilico tanta febris dominum unum qui erat ceteris pertinacior accinxit, ut spiritum prope redderet. Sed ut erat beatus Maurilius misericors, dominum precatur pro impio, reddita est ei sanitas et captivus continuo relaxatur a servitio, liber factus ex mancipio.

13—26 *Magnobodus c. 9:* Quomodo Christo proposito naves necessariae humanis usibus negotia deportantes die noctuque per Ligerim discurrentiam habent, aliquando quaedam earum grandi mercium onere refertae subita perturbatione flante austro coeperunt mergi sub ipso ubi sanctus habitabat coenobio. Clamaverunt itaque unanimiter nautae mortis metu et tristitia confecti. Tunc beatus Maurilius ad eorum voces commotus primo, sed mox intrepidus per fidei constantiam factus, contra tempestatem salvaturus naufragos egreditur. Moxque ut oravit deum periclitantibus tranquillitas subito divina virtute facta est et illaesi nautae iter quod coeperant perrexerunt.

29 — *p.* 90, *l.* 5 *Magnobodus c. 10:* Cum pro subsidio humanae infirmitatis vir dei asellum haberet, quem sedere ipse humilis sessor consueverat, vespere quodam ubi diem nox clausit furtim ei ab impio praedone ablatus est. Sed quid infelici contigit qui hoc ausus fuit sacrilegium perpatrare? Daemonio arreptus per totam noctem fugam celerans et nihil tamen promovens frustrato labore vagabundus eluditur. Luce vero prima sancto viro asinum suum divina coactus virtute repraesentat, quem ut sanctus dei conspexit, ve-

---

13 argis] *v. Du Cange ed. Favre I, p. 382* 27 enim] autem *P*

confitetur, deinde arreptus a daemonio fugere nititur, ne curetur. Sed vir beatus furiosum per exorcismi graciam prius a daemone liberavit et postmodum ab omni crimine recepto asino miseratus absolvit. (50) Veruntamen pro nocturna quam perpessus fuerat latro iniuria, neve voto priori privaretur ex toto qui necessitate coeperat involare non vitio, tres illi sacerdos aureos dedit sicque liberum abire permisit.

XII (51) Matrona quaedam nobilis, praedives opibus, senatorio ex genere oriunda Amelia nomine gravi coeperat incommodo urgeri. Quod cum per duodecim annos pertulisset omnesque fere res suas in medicorum expensis impenderet, nullum incolumitatis remedium assequi merebatur, sed quanto curiosius totum artis suae ingenium in illam impendere studuissent, tanto semper deterius incommodo gravabatur. (52) Cum iam de eius sanitate desperantes parentes ipsius de solis sepulturae necessariis admonebant dicentes: Non enim proficere potest periturae ulla vis medicaminis nostri, tum illa inquit amicis: Ite, ite, currite quantotius ad beatum virum Maurilium, et si obtinere potueritis, ut ab illo merear visitari, confido quod per illum restituar sanitati. (53) Tunc parentes ipsius et amici praepete cursu pro femina beatum Maurilium adierunt piis precibus postulantes, ut aegrotam diutius languentem sua miseratione visitaret. Ille ubi hoc audivit, reminiscens illud dicentis domini benedictum: *Infirmus fui et visitastis me*, nec mora proficiscitur cum eisdem. (54) Vento autem illo ad domum, de more proprio prius prostravit se ad orationem, deinde aegram intuens, accepto benedicti olei liquore mulieris membra perunxit. Expleto namque unctionis officio femina surrexit incolumis, itaque extemplo restituta est sanitati, ut nihil eatenus putaretur pertulisse incommodi.

XIII (55) Interea dum talibus vir beatus in praedio Calonnae floreret meritis et virtutibus, urbs Andecava proprio pastore viduabatur. (56) Tum plebs urbana vel rustica nec non et universa nobilitas, collectis etiam undique sacerdotibus, in unum venere concilium, conquirentes quis eorum substitui deberet in pontificale ministerium. Sed re vera aut ventoso nobilitatis favore aut pecuniis subrogati ad tanti culminis dignitatem quidam alios praeferebant. (57) Ideoque in unum non valebant venire decretum, eo quod etiam scriptum sit per prophetam: *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt*, et iterum: *Quod non est a deo consilium numquam poterit stabiliri sed solvi.*

18 Matth. 25, 36. 29 Ps. 93, 11. 30 Act. 5, 38.

---

lociter eum daemon reliquit. Effugato latrone clementissimus iudex reum suum reputans non furem sed custodem, tres ei aureos dedit, sicque et animal recepit et hominem absque culpae noxa ad propria abire permisit.

6—22 *Magnobodus c. 11:* Matrona nomine Amelia ex nobili senatus genere veniens longam aegritudinem incurrerat et per annos duodecim tenebatur quotidie ingravescente morbo. Tunc parentes eius ad beatum Maurilium precantes accedunt, ut eam visitaturus pro mercedis supernae causa adesse deberet. Timens sacerdos futurum domini iudicantis in immisericordes dictum: *Infirmus fui et non visitastis me*, cum ipsis ad eam perrexit. Et domum ingressus ubi manu sua cum oratione unctionis oleum in aegrotam fudit, ilico mulier super pedes suos stetit et incolumis gratias deo egit, quod per sanctum Maurilium citissimam recepisset sanitatem, quae prius magna ex parte in medicos facultates suas perdiderat, unde remedia nulla receperat, sed et deterius ei semper contigerat in contagione morbi.

23—30 *Magnobodus c. 12:* Cum talibus vir domini Maurilius in Calonnensi vico claresceret conversationis atque miraculorum insignibus, evenit ut Andecavae civitatis episcopalis sedes nudaretur a pastore. Ergo, ut est consuetudo, collecti in unum sacerdotes et cunctus populus conglobatus ad substituendum praesulem quasi vir unus coeperunt intra se mussitare, quis de eis pontificatum accipere potuisset. Sed variante consilio et per favoris noxialis scissuras in diversa partito, stare non potuit quod a deo non fuit, ut propheta ait: *Cogitationes hominum vanae sunt.* Eligebantur enim non veri pastores, sed qui in ipso officio sua non Iesu Christi lucra quaererent, quique quod periisset in dominico grege solidare non possent.

---

1 ne curetur] *om. P*

(58) Dum igitur haec in vicem volverent nec diffinire valerent, subito sanctissimum sanctae sedis Turonicae archiepiscopum, cuius et potior erat potestas Andecavensi ecclesiae pontificem eligere, nunciatur adesse Martinum. (59) Huius dum paene omnes sententiam praestolarentur, ait: Viri fratres, audite et adtendite consilium bonum. Qui a deo vobis electus est pontifex ipsum suscipite sacerdotem. Sane Maurilius Calonnensis ecclesiae presbiter erit pontifex vester. (60) Quod audientes primo mirati sunt, sed quia simul Maurilii iam noverant et virtutes et merita, postposita statim omni priori ignorantia mox pari mente ac voto in unam venere sententiam. Acceptoque domni archiepiscopi praecepto, celerrime diriguntur ad virum, quem fisi episcopi auctoritate de propria raptum ecclesia Martini praesentiae nolentem sistunt. (61) Qui dum cum beato Martino iam ecclesiam ingrederetur, statim ad declaranda tanti sacerdotis merita niveo candore columba divinitus elapsa super caput ipsius descendit ac sedit. Quod videntes multi ad beati Martini mox se se genua prostraverunt unanimes una voce fideliter acclamantes Maurilium episcopatu esse dignissimum, non ab hominibus tantum sed ab omnipotente electum ac demonstratum. (62) Tum Maurilius tali vel miraculo vel precibus victus pariter et addictus, ut erat humilis et mitissimus, non contempsit imperium, sed implens praeceptum suscepit sacerdotium. Nam, ut multi videre meruerunt, quotienscumque beatus Martinus ad sacram consecrandi antistitis benedictionem super caput eius extendisset manum, semper ei praefata aditum dabat columba. (63) Tali igitur miraculo sanctae Andecavensi matri ecclesiae Maurilio pontifice substituto et beato Martino ad propriam sedem regresso, idem pretiosissimus confessor Christi Martinus referre saepius erat solitus, quod ad benedicendum Maurilium antistitem non solum in specie columbae spiritus sanctus sed etiam affuerit angelorum exercitus.

(64) Ordinato itaque in pontificali cathedra ad pastoralis curae ministerium et XIV
custodiam Christi ovium Maurilio pontifice, tanta in eo domini gratia rutilabat, ut non minora per eum quam dudum per apostolos signa et miracula fierent. (65) Nam verbis tantum daemones effugabat, aegrotos vero sola oratione curabat, sed et caecis imposito crucis signo visum reddebat. Sane paraliticos saepissime ad pristinam corporis soliditatem verus medicus merito medicante revocabat. (66) Sunt etiam et perplurima alia eius miracula, quae licet scripta non inveniantur, tamen quia vera sunt deficere non possunt, sed multorum ore celebrantur. (67) Talis igitur vir dei antistes

---

1—10 *Magnobodus c. 13:* Cum ergo dissidentia inter se taciti consilia volverent, ecce pro hac ipsa electionis causa sollicite festinans beatus Martinus pontifex ecclesiae Turonicae sanctissimus in Christo sacerdos affuit, cui scilicet et per sanctitatis meritum et per metropolitanae sedis privilegium potestas erat eligendi pontificem. Ait ergo ad eos: Viri fratres, audite me: quod a deo electum est hoc erit, non vobis durum esse videatur. Maurilius presbyter ecclesiae Calonnensis iubente deo ipse erit vobis pontifex. Tanti auctoritate censoris ilico compressis partium studiis, omni mora postposita ad virum diriguntur nuntii, mandatum accipientes, velit nolit, ad urbem cogatur venire. Ille autem, ut erat mitissimus atque ut reliquarum virtutum ita quoque sanctae oboedientiae munere plenus, non contempsit imperium sed adimplevit praeceptum.

10—24 *Magnobodus l. l.:* Quo ingresso in ecclesia coram universa inspectantis plebis frequentia ad manifestandam gratiam domini columba super caput eius descendit. Quo viso omnis multitudo ad beati Martini genua se prostraverunt non alium conclamantes quam Maurilium dignum esse episcopatu, non ab hominibus electum sed a deo sibi praesulem manifestatum. Vbi vero super caput eius vir dei Martinus manum posuit ad sacram benedictionem tradendam, tunc columba rursus circumvolans ipsius consecrationis aditum dedit. Frequentius postea beatus Martinus cum gaudio in memoriam revocabat, quod certissime spiritus sanctus et angelorum chorus ad ipsam benedictionem affuisset.

25 — *p.* 92, *l.* 5 *Magnobodus c. 14:* Hic itaque pastor ovium factus et unus ex apostolicis domini sacerdotibus electus tanta virtutum praeditus erat gratia, ut signa per eum non minus quam dudum per apostolos domini fierent. Nam daemones verbo tantum fugabat, aegros sola oratione curabat, sed et caecis visum reddebat, paralyticos ad stabilitatem corporis revocabat et multa alia sunt eius miracula, quae cum scripta non sint, etiam nunc ore hominum celebrantur. Talis igitur in ecclesiam domini refulgebat aposto-

Maurilius apostolica simplicitate redimitus cordisque puritate perlucidus sine intermissione pro sibi commisso Christi grege in vigiliis et orationibus atque ieiuniis totum se se domino mancipabat, ut antiquus hostis diabolus, qui circuit tanquam leo quaerens de unitate quem devoret ecclesiae, nullam ex sibi ovibus creditis temptando posset laedere aut auferre.

XV (68) Proximo autem post acceptam episcopii dignitatem tempore dum de basilica beati Petri apostoli egrederetur, ubi pervigil in orationibus totam noctem insomnem duxerat, obvium habuit quendam caecum ex utero matris suae carentem lumine. (69) Quod cum sibi a domino tribui per merita beati Maurilii fideliter postularet, beatus antistes paulisper erubuit. Sed cum super oculos ipsius signum sanctae crucis imprimeret, erumpente mox sanguine cum dolore lumen quod numquam habuerat habere promeruit. (70) Tamen homo ipse pro amore beati Maurilii eidem beati Petri traditus basilicae quam diu in reliquum advixit fideliter deservivit.

XVI (71) Sequenti si quidem die beato Maurilio antistite in eadem beati Petri apostoli basilica sancta sollempnia celebrante, advenit cum moriente puero matrona, cui quondam sterili eundem ut nasceretur ante episcopatum apud dominum suis meritis obtinuerat, postulans ut filio suo quem domino habendum obtulerat manuum suarum impositione spiritum sanctum daret, antequam obiret. Sed remorante in sancta corporis ac sanguinis Christi consecratione paululum praesule, puer excessit. (72) Quantum vero miraculum super eundem puerum post septimum depositionis ipsius annum per pretiosissimum antistitem suum Maurilium dominus operari dignatus est, quanquam uti iam diximus illud Fortunatus omiserit, nos tamen minime reticebimus, quod verum esse scimus, quia ad gloriam Christi laudemque antistitis sui res est condigna describi. (73) Nam novimus dicente propheta, quia *omnia quaecumque voluit dominus fecit in caelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis*, et iterum, quia *in sanctis suis idem est ipse mirabilis*. (74) Si enim credimus, quod fide obtenta ad iussionem unius hominis sol, luna caeteraque sidera spatio unius diei immobilia substitere et quod ad percussionem virgae Moysi mare Rubrum in geminas est partes divisum siccaque Horeb petra perlargas evomuit undas quodque contra naturam intelligibiles asina edidit pavefacta loquelas ad petitionemque Heliae tribus annis et medio ne plueret seratum est caelum iterumque cum voluit suis precibus adapertum, quodque est mirabilius, si credimus, quod ad redemptionem humani generis mirabili et indicibili spiritus sancti opere verbum patris verus processit deus et homo de virgine idemque per crucis mysterium mortis destruxit imperium quodque etiam per ipsum in fine saeculi deus pater mortuorum hominum omnium ex initio in cineres redacta sub momento resuscitabit corpora aut ad gloriam aut ad poenam sine fine victura, quod per beatum Mau-

3 I. Petr. 5, 8. 24 Ps. 134, 6. 25 Ps. 67, 36. 27 Ios. 10, 13. 28 Exod. 14, 21. 29 Exod. 17, 6. Num. 22, 28. 30 III. Reg. 18.

---

licae simplicitate vitae et cordis puritate totusque in Christi famulatu, die noctuque sine intermissione pro grege Christi qui sibi fuerat assignatus in vigiliis et eleemosynis constitutus ad arma caelestia se converterat, ut hostis antiquus nullum ex ovibus sibi commissis quantum in ipso erat morsu letifero laedere posset.

6—13 *Magnobodus c. 15:* Cum ad basilicam beati Petri apostoli more suo pervigilem quandam noctem duceret, caecus ab utere matris suae lumen incognitum a servo dei sibi tribui cum fletu obsecrans postulavit. Vbi beatus Maurilius signaculum vivificae crucis super oculos eius fecit, erumpente sanguine repentina lux intravit. Homo ipse ad eandem basilicam se tradens omnibus diebus vitae suae fideliter deservivit et virtutum servi dei Maurilii testimonium admirabile fuit.

---

22 diximus] *supra p.* 87, *l.* 25

rilium gloriosum antistitem suum post septimum depositionis annum mortuum resuscitaverit puerum, satis credere possumus, sane beato testante papa Gregorio: *Fides non habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum.* (75) Miraculum ergo qui non istud firme crediderit, quod in sanctis et per sanctos suos alia multa quae et praemisimus dominus operari dignatus sit semper et operetur, nequaquam credere valebit.

(76) Beatissimus igitur Maurilius, expleto sanctae sollempnitatis capitello obituque pueri qui absque carismatis dono excesserat percognito, totum id suae desitudini deputavit lacrimis multo tempore inremediabilibus suae culpam lugens inoboedientiae. Cui cum nec ista sufficerent, diu multumque quid ageret secum animo colluctante, tandem repperit, quod inter concives tantae neglegentiae piaculum plene expiare nequiret, ni singularis elapsus patriam propriam civesque relinqueret. (77) Tali igitur reperto consilio, occulte exinde semet ipsum eripuit ex sanctorum reliquiis, quibus sancta Andecavensis mater ecclesia decorabatur, secum claves exportans. Cum autem pervenisset ad mare, divina omnipotentis dei providente clementia qui manebat in litore diem transitus sui exaravit in lapide sicque ascensa puppi inchoati itineris coepit maturator existere. (78) Cumque processisset in altum et quare reliquiarum claves secum detulerit cogitaret, insidiante humani generis inimico, ut dolorem sancto viro super dolorem imponeret, repente claves de manibus elapsae submerguntur in aequore. Tunc cum lacrimis id fertur exclamasse Maurilius, quod postea rei probavit eventus: Nisi, inquit, has iterum claves videre meruero, patriam urbemque nunquam repetam quam effugio. (79) Transmisso igitur mari, quo quis esset abscondere potuisset, mutato habitu uni regionis principum adhaesit, professus se ortolanum fore, quatinus corpus quod ieiuniis, vigiliis et orationibus castigare decreverat, ne ex toto deficere potuisset, proprio labore pavisset. (80) Qui cum tali praeficeretur ministerio, tantam copiam eius meritis dominus holeribus dabat, ut et omnibus quibuscumque necesse fuerat ex eisdem sufficienter tribueret et tamen holera nunquam deficerent. Vnde perpluribus placebat et paene ab omnibus amabatur.

(81) Interea plebs Andecavorum e caelitus sibi quondam dato viduata pastore non minimo pavore percellitur crebrisque visionibus minatur, persaepe etiam admonetur, uti proprium pastorem circumquaque perquirerent, nisique Maurilius inventus suae redderetur ecclesiae, urbem Andecavam fore celerius subvertendam. (82) Vnde eiusdem regionis tota nobilitas sed et vulgaris inmensitas collatione facta in unum venere decretum eligentes e concivibus quattuor diffusae virtutis ac fidei viros. Quibus qui necessarii ad tanti itineris erant supplenda negotia, sumptibus ex voto collatis, praecipiunt, ne umquam reverterentur, ni prius proprium invenissent patronum. (83) Qui functi legatione et devotius iussa sequentes urbes omnes oppidaque vel vicos praeterlegunt. Omnique fere Europa circuita, septimo tandem in partes Galliae revertentes anno et minime quem quaerebant invento, divino ductu ad portum oceani maris qui in Britannia manet minori cursu avido pervenerunt, quatinus cis mare quem invenire non poterant trans mare quaerere niterentur. (84) Praestolantes igitur navem, cum qua coeptum explere valerent obsequium, dum residerent in litore, scriptum quod supra diximus invenerunt in silice: Hic transiit Maurilius Andecavorum episcopus. De tam evidenti igitur alacres effecti inditio trans pontum abiere securi. (85) Haud longe autem adhuc acta puppis a litore, cum lenis flatibus et pendulo velo ac mari

2 *Greg. M. hom. in evang. II, 26* (*Migne, Patr. lat. LXXVI, 2, p. 1197*).

7 *Sulpic. Sev. V. S. Martini Praef. § 5:* totum id desuetudine (desitudine *codd. dett.*) tanti temporis perdidissem.

29 procellitur *P* 39 brittannia *G*

tranquillo medios iam salis fluctus sulcare secura coepisset, repente immanis emersus e gurgite piscis prosilivit in Argim. (86) De quo cum deo gratias retulissent ipsumque piscem exenterare coepissent, reliquiarum claves quas Maurilius in mari perdiderat in piscis iecore reppererunt. Quas recognoscentes nimiumque mirantes turbabantur attoniti, metuentes ne cum ipsis Maurilius naufragium passus hominem exisset.

(87) Demissis igitur de navi anchoris, in hoc stantes, ut de mari reverterentur, asserentibus nautis Maurilium esse defunctum, singuli sequenti nocte unum eundemque visum domino tribuente viderunt: Nolite metuere nec revertamini de itinere, coeptum maturate negotium, procul dubio diu quaesitum et huc usque dilatum vestrum invenietis desiderium. (88) Mane autem reddito quid singuli viderant in invicem referebant, unde admodum roborati quod coeperant avidius peragebant. Vnde factum est, ut angelico ductu ad domum principis cum quo Maurilius habitabat recto itinere ducerentur. (89) Ingressi autem ilico vocari Maurilium, ut cum holeribus quibus rex uti consueverat accurreret, audierunt. Oculorum ergo aciem in partem qua illum inclamare audierant dirigentes, nec mora cum holeribus accurrere Maurilium perspexerunt. (90) Quem cum recognovissent, prostrati pedibus ipsius cum magno fletu rogabant, ut propriae subveniret ecclesiae atque civitati, quae eius absentia nil iam aliud nisi supremum praestolaretur exitium. (91) Ad quorum fletum cum se negare non posset, obstupefactus cum lacrimis repugnare coepit obnixius dicens: ‚Voto memet ac iuramento constrixi nunquam me patriam reversurum, ni claves videre mererer iterum quas amisi. Quas statim exhibentes, quicquid in mari viderant et pertulerant ex ordine referebant.

(92) Interea istius modi circumquaque negotii fama pervolitat ipsumque sollicitat regem. Mirantur cuncti et quem ut ortolanum habuerant nunc ut sanctissimum praesulem venerantes adorant, multis eum muneribus et donariis honorare quantotius concertantes, ut qui quasi pauper et peregrinus ad eos venerat felix et dives reverteretur ad propria. (93) Tum Maurilius tot precibus ut regrederetur et miraculis victus, dum sollicitior de reversione cunctaretur et vigiliis atque orationibus insomnem ducere sequentem disponeret noctem, tandem fatigatus ieiunio paululum obdormiens vidit angelum dicentem sibi: Surge, Maurili, et populorum te requirentium praepes exequere votum. Ecce enim tuis precibus atque meritis tibi commissas servavit dominus oves pro quibus rogasti et insuper reddidit tibi puerum quem diutius plorans quaesisti! (94) Quid multis? mane reddito concurrentibus undique populis cum magno honore deducitur ad navem et traducto ponto cum nec minori gloria a propria excipitur patria. Taliterque propriam regressus ad urbem, nimirum spectantibus turbis, de domini promissione securus venit ad pueri tumulum. (95) Quo rastris discooperto, invocat diutissime planctibus Christum. Tandem autem expleta cum lacrimis oratione, uterque consurgunt Maurilius de oratione et puer de morte. Quem septiformis spiritus gratia consecratum ex eventu vocavit Renatum. (96) Qui divinis cultibus ilico mancipatus et a beato Maurilio diligentius eruditus tantis promeruit florere virtutibus, ut post Maurilium pontificalem Andecavensis ecclesiae cathedram et postumus sortiretur et heres. (97) Quod si quis fortuitu aestimaverit fabulosum, Andecavam recurrat ad urbem, ibi enim inveniet pretiosissimum confessorem Christi Maurilium inmensis virtutibus florentem et nec minus Renatum antistitem successorem ipsius mi-

---

41 *Magnobodus c. 5:* Idem enim etiam post beatum Maurilium pontifex factus praesedit ecclesiae Andecavensi.

---

2 argim] *cf. supra p.* 89, *l.* 13 8 uirum (*P*) 19 meme *G*

raculis coruscantem, praestante domino nostro Iesu Christo qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat omnipotens deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

XVII (98) Sanctissimo itaque sacerdotum Maurilio sedi propriae restituto, quid proximis exinde diebus cuidam contigit ad declarandam virtutem antistitis, quod et Fortunatus edidit, adnectemus. (99) Vir quidam avarus omnium malorum radice instigatus cupiditate, temerario ordine arrepta securi, die dominica avidus operator extiterat. Quem securis manubrio in manibus adhaeso ultio statim divina dampnavit. (100) Idem tamen cogentibus doloribus post menses quinque sanctum Maurilium expetens suae ordinem culpae flebiliter confitebatur. Cuius vir beatus cum paenitudinem vidisset, commotus spiritu dolere coepit. (101) Sed cum sanctis manibus manubrium tetigisset securis, ilico laxatis nervis et directis digitis omnique fugato dolore, manus integrae reformantur. Sic autem operator improbus ab omnipotente correctus et a sacerdote mundatus propriam aedem sospes est ad usque reversus.

XVIII (102) Quid autem pro consimili neglegentia sub ipsis temporibus alteri contigit, edicemus. Belgicus quidam nomine primo die paschae proprias segetes servis propriis temerario iure mundare praeceperat. Mancipia vero cum reniti coepissent ac dicere contra auctoritatem fore, ut die dominica servilia opera agerentur, dominus eorum ut id agerent coegit invitos. (103) Sed cum segetes ingressi lolia et quaeque inutilia sarcire temptassent, mox Belgicus oculorum caecitate percussus, ut coepta desererent et quantotius egrederentur, circumquaque palpando quaerens insuper qui ei manum daret quemadmodum reverti posset ad domum, inmensis vocibus clamabat invitus. (104) Cum autem per tres annos in ea caecitate mansisset, dum beatum Maurilium pro commissi sibi populi salvatione, ut episcopis moris est, vicos ac villas circuisse audisset, cogentibus continuis doloribus sedule et devotius expetebat, ut ei vel vestimentum sacerdotis tangere praeparassent, confidens, si illud tangere mereretur, statim se ab infirmitate mundari. (105) Quod cum praeparantibus amicis tangere meruisset, mox dempto dolore lumen quod per neglegentiam amiserat merito sacerdotis recipere meruit. Nec tamen Belgicus quae prius commiserat agere ulterius praesumpsit.

XIX (106) Illud enim inserere lectioni operae pretium duximus, quod ex quo beatus Maurilius episcopatus adeptus est dignitatem usque ad terminum vitae suae eius me-

---

5—13 *Magnobodus c. 16:* Nec praetereundum est, quod contigit in publico. Vt se in multis humana habet cupiditas, quidam vir agricola die dominico assumpta securi praesumptuoso ordine coepit manibus suis ruralem operam reddere. Statim eum ultio divina manibus ad ipsum ferramentum astrictis damnavit. Post menses quinque ad sanctum Maurilium properans et poenam demonstravit suam et ordinem culpae confessus est. Mox ut manubrium securis sanctus vir miseratus anxium in manum suam accepit, manus damnati resolvuntur et ut ante fuerant in usus incolumitatis revertuntur. Redit homo correptus a deo et a sacerdote suo mundatus.

14—28 *Magnobodus c. 17:* Nec istud quoque in oblivione per taciturnitatis nostrae negligentiam ponere possumus aut debemus, quod alias rursus in consimili re factum est miraculum. Belgicus quidam nomine mancipia sua primo die paschae crudelitate et avaritia seductus segetes suas mundare praecepit. Vbi coacti importuno imperio famuli coeperunt noxia gramina evellere, confestim dominus eorum prius iam in mente cupiditate caecus oculorum quoque caecitate percussus est. Tandem sero impietatis et irreverentiae suae paenitens rogat, ut egrederentur nec magis intempestivo labore in satis mundarent. Quid ageret infelix nesciens, quo se verteret ignarus, tandem palpitando ducatum quaerere coepit, qualiter reverteretur domum. Post haec annos tres in eadem caecitate perdurans, dum demum sanctus Maurilius dioecesim circumiret pro populi benedictione, rogat Belgicus longa satisfactione emendatus et iam aliquando fidei igne accensus, ut vestimentum sacerdotis tangere mereretur. Quo facto lumen oculorum quod per negligentiam suam amiserat per sacerdotem dei recepit.

29 — p. 96, l. 8 *Magnobodus c. 18:* Nec obliviscendum est in populis quod ex corporali praesentia

---

6 dominico *G* 14 contigerit *P*

ritis semper tantae ubertatis fertilitate urbs Andecava superexcrevit, ut in mercibus modii Cereris atque Bachi forum publicum nec minueretur, ne omnipotentis dei dona vilescerent, nec augeretur in pretiis, ne pauperiores inopiae necessitudinem paterentur. (107) Semper enim in sumptibus cotidianis aequale erat pretium nummi, sane opere et praedicatione Maurilii inter populos sibi commissos crescente concordia diffundebatur ubique quae nunc frigescit laudabilis virtus caritas. Cessaverant bella, pax multiplicabatur in annos, replebantur vino atque frumento omnium horrea ideoque aequa erant in negotiis secundum quamque mercem aeris commercia.

XX (108) In pago vero cui Commonio nomen est erat rupes quaedam excelsa, diversarum arborum generibus nemorosa, ad quam non toto adhuc paganorum ritu discusso stultorum turba conveniebat sacrorum suorum sollempnia anniversario ordine celebrare, ubi per septem dies epulando et choros ducendo atque bacchando sollempnia sua quasi iure debito persolvebant. (109) Sed quod fieri in vino plerumque et epulis solet, orta seditione multi vulnerabantur, nonnulli etiam ibi de more iugulabantur, et id ipsum cum accidisset, inevitabili fato fieri acclamabant. (110) Quod ubi Maurilius comperit, nec mora cum religiosis quibusdam fratribus ad locum perrexit, ubi cum in ieiunio et oratione una nocte vigilasset, gallorum cantu tantus fetor de loco surrexit, ut vix vir sanctus ibidem habitare posset cum suis. (111) Mane autem reddito etiam qui superstitionem loci illius antea servabant intellegentes se divina virtute perterritos, ne episcopo repugnarent, ipsi cum eodem omne nemus succidere et igne concremare festinant. (112) Ita autem mundato per ignem loco aedificavit ibi statim in honore beatae Mariae genitricis basilicam. Locus enim ille qui antea Rupes vel Lucus Martis appellabatur Castrum Petrae nomen accepit.

XXI (113) Accidit autem isdem diebus, ut beatus Maurilius ad fratrum visitationem et inter quosdam discordes reformandam pacem Cinnomannicam vocaretur ad urbem. Quo cum sine mora venisset et pace inter dissides restituta regredi coepisset, antequam ad Pontem Leugae perveniret, incolae loci illius, ut benedictionibus praesulis firmari mererentur, eius adventum devotius praestolabantur. (114) Inter quos parentes cuiusdam pueri filium suum nimia infirmitate ex tempore gravatum secus viam per quam transitum episcopi fore cognoverant posuerunt dicentes: Poterit enim si voluerit nostri infantuli obtinere salutem qui mortuo puero vitam reddi obtinuit etiam post

---

sanctissimi praesulis totius populi Andecavensis generalis fuit profectus. A die ordinationis sancti Maurilii usque ad transitum tantae urbem Andecavam ubertatis abundantia replevit, ut forum publicum in pretio alimoniarum nec minueretur nec adderetur. Cuncti populi repleta erant horrea ex ubertate tritici et vini: cessaverant enim bella, pax bona terrae multiplicaverat, cunctam quoque plebem repleverat caritas cum reliquarum virtutum et bonorum morum consequentia, ut eos pastor bonus apostolicis docuerat monitis pariter et exemplis.

9—23 *Magnobodus c. 19:* Erat in pago Commonico rupes excelsa arborum diversarum genera multa habens, in quem lucum ex pagano adhuc ritu retenta consuetudine tanta stultorum hominum singulis annis turba conveniebat, ut diebus septem solemnia ibi sacrilega exsolverent bacchando et choros gentiles ducendo, sed et frequenter post vina et epulas insurgentes in se multorum caede mutua sanguinem effundebant. Quod dolens Maurilius pontifex quadam die una cum fratribus suis ad eum locum perveniens tota nocte in oratione perdurat. Ad gallorum cantum tantus foetor de loco egressus est, ut vix tandem vir dei cum suis ibi inhabitare posset: quo videlicet signo eliminatae gentilis et daemoniacae spurcitiae palam omnibus dato et per hoc rusticanorum quoque turbis ad destructionem suae superstitionis animatis, luce prima sanctus praesul arbores incidi et igne cremari praecepit. Et aedificata ibidem ecclesia gloriosae Mariae matris domini, locus ipse abolito etiam vocabulo quod antea ex superstitionum observantia usurpaverat a naturali positione situs nomen accepit Castrum Petrae.

24 — *p.* 97, *l.* 11 *Magnobodus c. 20:* Cum evocatus fuisset beatus Maurilius ob fratrum visitationem Cenomanicam civitatem, revertente eo post negotium confectum in pace, ad Pontem Leugae iacebat puer, quem parentes eius obviam venienti sancto antistiti posuerant, qui omnem compagem membrorum obvolutus

---

2 ne] *scripsi*, nec (*GP*) 10 pagano *P* 23 castae *P*

sepulchrum. (115) Erat nempe puer ille tam gravi infirmitatis dolore constrictus, membrorum omnium contractis nervis quasi in circulum involutus, ita ut glomeris rotulam potius imitari cerneretur quam hominis formam. (116) Adveniente autem episcopo inter benedictionis flagitationem cuncti catervatim ad pedes eius ruentes, etiam congeminatis vocibus unanimes orabant, ut infirmi pueri pietatis studio misereretur. Nec enim sacerdos aliud facere potuit quam quod populus domino permittente coegit. (117) Prostravit se omnino statim sacerdos in oratione cum lacrimis nec antea semper Christum planctibus invocans ab oratione surrexit, donec distortis tibiis coepissent se singula pueri membra distendere ac pristinos in artubus repetissent reflexus. (118) Tum surgens ab oratione apprehensaque manu pueri, extemplo incolumem reddidit parentibus qui aliorum manibus ad se se deportatus fuerat aegrotus. Sicque beatus vir Maurilius iter quod coeperat explicabat.

(119) Cum autem ad portum Lidi fluminis pervenisset, nullam ibi navem repperit, XXII
sed omnes ex parte fluminis altera tenebantur nec etiam nauta parebat qui navigium adduxisset. Quod dum praestolaretur et nemo esset qui traduceret, repente se omnes carinae divina iussione semotae a litore ad obsequium praesulis in partem alteram deducuntur. (120) Vnde cum omnipotenti gratias retulissent, ingressi naves deo solo gubernatore ac remige absque humanorum nautarum adminiculo transierunt. Veruntamen nautis qui accurrerant, quasi si eorum labore transisset, naulum non expetitus uti fidelis debitor dari praecepit.

(121) Villam quandam Gerciacum nomine ad alimenta captivorum, viduarum at- XXIII
que pupillorum nec non subsidia clericorum ac pauperum profuturam vir beatus ex rebus ecclesiae comparaverat. (122) Quam dum quadam die ut ibidem quiddam operis ageret cum fratribus circuiret, repente cornu petens vitula instinctu daemonis acta cum ingenti mugitu ac torvis furibunda luminibus in eum rotatim cum magno impetu accurrebat, contra quam cum beatus episcopus signum crucis opponeret, mox diabolus de capite eius in specie corvi egrediens evolavit et subito ceu fumus evanuit. (123) Multi enim fidelium qui comitabantur oculis haec videre corporeis meruerunt. Bubula vero gregi suo statim mitior se ove inmiscuit et deinceps neminem laesit et nunquam aliquid mali pertulit.

(124) Quadam namque die dum per Meduanae fluvium navali subvectione in Li- XXIV

---

ita ut glomus involvi solet tenebatur astrictus. Ad beatum pontificem ululare miseri parentes pro filio infelici coeperunt, ut utriusque misereretur. Nec aliud sacerdos facere potuit non absque importunitatis violentia petitione plebis instante quam consueta clementia cogebat et domini suggerebat voluntas. Prosternit se in orationem diutius nec longa interfuit mora: illo orante coeperunt contracti membra paulatim extendi et venae suos agnoscere discursus. Apprehensa tandem a praesule eius manu protinus erigitur, laeti parentes cum filio incolumi reddito vadunt domum laudantes deum et gloriosi pontificis merita praedicantes.

13—20 *Magnobodus c. 21:* Cum ad Ledi fluvium pervenisset, nullam ibi paratam reperit navim, sed totae ulteriori ripae fluminis tenebantur. Nullum fuit intervallum, sine humano ductu omnes simul ad eum per transversum amnem diriguntur. Vir dei gratias egit deo, qui sibi per mirabilem rerum famulatum tam cito navalem praebuit evectionem. Sed et nautis qui post tempus advenerant et factum cernentes astabant stupefacti mercedem reddidit sui officii non laboris.

21—30 *Magnobodus c. 22:* Villam Gerciacum ipse sanctus data pecunia comparaverat in possessionem matris ecclesiae, ut alimenta praeberet captivis, viduis et pupillis simulque et clericis fratribus suis. Eam cum die quadam circumiret, ecce vitula amens obvios omnes furibunde cornu petens in eum cum mugitu torvo fremens rotatimque ruens veniebat. Extendit e contra dexteram suam interritus sanctus dei et diabolus de capite vitulae in specie corvi egressus velut nebula evanuit, multis eorum qui praesentes aderant oculis eum videntibus. Mox bucula mansuefacta tamquam ovis furore deposito relicti armenti consortium repetivit.

31 — *p.* 98, *l.* 10 *Magnobodus c. 23:* Quadam vice dum beatus Maurilius per fluvium Meduanae navali

---

19 accurrerent (*GP*)   31 subuectio *P*

geris alveum secure descenderet, Maurilius ieiunio fatigatus et oratione in navis puppe paululum obdormierat, cum subito humani generis insidiante inimico diabolo coeperunt gurgitis intumescere fluctus, ita ut cadentibus desuper limphis submergi navis autumaretur in undis. (125) Tum discipuli timore perterriti excitaverunt eum dicentes: Exurge quantotius et succurre, Maurili, in supremae mortis naufragio constitutis. Expergefactus autem illis clementius inquit: Quod mihi quaeritis vos, fratres, satisfacere poteratis. (126) Tum accepta quae benedicti liquoris erat vasculum ampulla, mox ut oleum cum oratione et signo sanctae crucis in gurgitem respersit, illa saeviens tempestatis procella temperatis flatibus aequatisque undarum molibus extemplo cessavit. Laeti ergo et incolumes ut aptaverant pervenerunt ad portum.

XXV (127) Adolescens quidam catecuminus de numero ecclesiae sibi commissae absente Maurilio tam vehementem febrem incurrerat, ut antequam sacri fontis baptismate regenerari potuisset, spiritum exhalaret. Nec mora parentes ipsius non sine inmensis ac crebris suspiriis singultibusque atque lacrimis, dum locus funeri pararetur, eum ad ecclesiam detulerunt, cum subito beatus Maurilius adesse nuntiatur. (128) Qui comperto quod sine baptismatis remedio ultimo fungeretur offitio ingemuit. Tum sentiens per spiritum sibi adesse virtutem, egredi omnes cellulam in qua corpus iacebat sponte praecepit, ubi singularis cum puero remanens de more prostravit se in oratione cum gemitu et rigans lacrimis solum, vix tantum spatio unius horae intergresso, vidit defunctum palpitante spiritu paulatim membris omnibus commoveri, quem statim ut de oratione surrexit parentibus qui pro foribus astiterant vivum et incolumem reddidit ac sacro baptismate consecravit.

XXVI (129) Duos denique leprosos sub ipso tempore pervariis vulneribus obsessos atque foedatos, dum salutis remedium a beato pontifice postularent et ipse quod dominus eos salvare dignaretur humiliter responderet, ilico verbo tantum medicante sub momento curavit.

XXVII (130) Quae in sanctis suis dominus operatur sunt quidem ineffabilia, sed tamen incredibilia non sunt omnipotentis Christi miracula. De beato ergo Maurilio non solum generales et cotidianas quas per eum dominus operabatur virtutes sed vel speciales tantum et praecipuas scribere digne quis poterit? (131) Vnum sed tamen adhuc mirabile miraculum quod nostris omnibus et multis iam aliis regionibus est notum qualiter per eum dominus fecerit adnectemus. Peregrinus quidam dum hiemali tem-

---

evectione cum ipso aquae decursu descenderet, navicula coepit mergi fluctu intumescente, sanctum vero dei sacerdotem ex nocturnis fatigatum vigiliis sopor oppresserat. Accedentes socii suscitaverunt eum dicentes: Quid est quod agis? iam perimus. Ille clementer respondens ait eis: Vosmet ipsi hoc facere potueratis, fratres, et accepta ampulla ubi sanctus liquor erat, fudit in fluctus oleum cum oratione et mox unda cessavit sub momento tranquillitate reducta.

11—21 *Magnobodus c. 24:* Absente forte sancto Maurilio pontifice quadam die unus de numero famulorum ecclesiae vehementem febrem incurrit. Defertur in ecclesiae sacrarium, ubi suspiria et singultus mixtasque lacrimas super eum deducebant oculi sociorum. Iam quidem catechumenus erat. Subito dei voluntate adveniens beatus Maurilius in ipso iam iam futuri exitus articulo praecepit, ut egrederentur cuncti foras. Ipse singularis cum puero remansit, qui vix tandem supremo spiritu palpitabat. Vnius horae spatium moratus servus dei, ecce egreditur cum puero integrae sospitatis laetante munere repentino.

23—26 *Magnobodus c. 25:* Miseris foedatos vulneribus duos leprosos sanctus dei confessor Maurilius verbo tantummodo medicante curauit. Nam alimoniae stipem poscentes pius pastor multo maiore quam peterent commiseratus clementia subito cutis reparato decore insperatae sanitati restauravit.

27 — p. 99, l. 15 *Magnobodus c. 27:* Quod factum est ad ecclesiae dei aedificationem miraculum manifestatum est universo vicinarum terrarum spatio. Cum electus dei sanctus Maurilius hiemis tempore ad vicum Saponariam pro necessariis gregis sui iter illud suum incessabile faceret, ita mors subita contigerat, ut

---

5 constitutos (*G*) 17 sponte] *om. P*

pore paenitentis habitum gerens medicinam animae suae quaerendo vicos et urbes perplurimas circuiret, beatum Maurilium cuius iam bonitatis famam audierat, quatinus ab ipso verbum salutis audire potuisset, longius exul a patria cum aliis peregrinis iterator avidus expetebat. (132) Sed antequam ad ipsum pervenire potuisset, repentina morte in via praeventus occubuit mortuus. Vbi cum peregrinorum aliqui multique ex vicinis etiam partibus ad plangendum peregrini obitum convenissent, accidit ut electus dei sacerdos, qui pro supplendis commissi sibi gregis necessitudinibus infatigabiliter laborare certabat, a vico Saponaria revertens ad iusti et sancti peregrini hominis cadaver iustus et sanctus ac pius pastor Maurilius advenisset. (133) Cui cum debitum de more pro absolutione animae funeris officium exsolvisset et cum populis qui advenerant sermonem de religione conferret, mirum dictu! subito se palam omnibus defunctus vivens erexit et cum reliquis deo gratias referens, quod per beatum Maurilium dominus eum resuscitaverit, evidenter omnibus patefecit. (134) Tum quod verum esse constabat turbae clamabant non minorem Helisaeo Maurilium, qui nostris temporibus mortuos suscitat etiam post sepulchrum.

(135) Vt supra dictum est, etenim indicibilia Maurilii multa sunt opera nec re XXVIII
vera esse potest, ut quod in eo divina contulit virtus et operatus est spiritus sanctus sensus comprehendere possit humanus, sed tamen si ex operibus eius cotidianis in exemplum et usum nostrae conversationis ad profectum et imitationem aliquid scribere poterimus, quis audire non cupiat? Et quis silere audeat ore taciturno quod de eo iam patefactum et notum omni est Europae et prope universo mundo? (136) Beatus igitur Maurilius cum ante episcopii dignitatem ex ipsa sua fere infantia in omnibus sanctis operibus se domino fideliter mancipaverit, ut breviter aliquid de eius cotidiana operatione narremus, ab exordio episcopatus sui usque ad terminum vitae, ut canonicam adimpleret sententiam quae praecipit: Sit tibi canonice suppellectilis vilis et artus panis et aqua brevis, tenuis scilicet victus et interdum vespertinus, semper victum pauperem et aquam brevem ac suppellectilem habuit vilem. (137) Sane cum sanctae quadragesimae dies advenirent, per omne tempus afflictionis erat ei ut dictum est aridus et vespertinus die tertia cibus aqua tepida et modicum salis ac panis ordeaceus, quem tamen ipse excutiens molebat sibique causa oboedientiae praeparabat. His vero pro summa mollicie summisque utebatur deliciis. (138) Pedem non proferebat isdem diebus in publicum cilicio semper interius tectus et cinere. Veruntamen non ideo macie corporis torpebat, non pallens in vultu appa-

---

ibi peregrinus quidam a longe exul repente interiisset et feretro compositus parato iam sepulchro condendus iaceret. Cum super eum pauperum turbae lacrimarum deducerent fletus, adest pontifex: nec aliud possumus quam quod divina virtus per servum suum mirabili complevit effectu. Prope enim defuncti corpus aliis maerentibus affuit misericors pastor, et dum astantes de re sepulchri loquerentur, sacerdos domini misericordia profundius tactus in orationem prosternitur et invocat diutius deum auctorem vitae. Cumque persisteret in perseverantia precis, cadaver de morte vivificatum surrexit ad instar videlicet virtutis Elisaei sancti prophetae de parvulo defuncto et misericorditer suscitato.

18—20 *Magnobodus c. 26:* Quod ad animae salutem et ad sanctae parsimoniae exemplum actum est, quis libenter non audiat?

24—28 *Magnobodus c. 28:* Ab episcopatus sui primordio usque in finem sanctus hic antistes suppellectilem vilem habuit et victum pauperem, ut per omnia canonicam adimpleret sententiam.

28 — *p.* 100, *l.* 1 *Magnobodus c. 26:* Cum sancti dies quadragesimae adveniebant, erat ei aridus cibus, panis hordeaceus quem ipse manu molebat, quia et hoc voluntas boni operis exigebat, addensque salem et aquam, hoc pro summis ducebat deliciis. Sed tamen non ideo macilento colore torpebat, non palleus erat vultu, sed semper, mirum dictu! robustus in attrito corpore ut rosa resplendebat in facie, ut quodam modo

---

23 mancipauerit] satis est *suppl. Bordier*

rebat: robustus semper in corpore, facies eius ut rosa rubebat. Re vera quod dicturi sumus impossibile forsitan hominibus esse poterit, sed credentibus deo praestante satis possibilia esse possunt. (139) Iam etenim ad senilem beatus Maurilius pervenerat aetatem. Propterea non caput, non dentes, non visum, non stomachum, non caetera membra dolebat, non viscerum cruciabatur doloribus, non sicca humus iacentia super se ipsius membra confregerat, sed totus semper sanus corpore, mente etenim sanior, in utrisque semper robustior apparebat, cum solitudinem qua inter homines utebatur putaret esse delitias et inter cives constitutus solitudinem heremi aut monachorum aridam et angustiorem vitam non desideraret. (140) In sanctis namque genibus suis et cubitis sedule pro plebibus sibi commissis flectendo eadem instar genuum camelorum quandam duriciem concrevisse et concalluisse visum est. Nam bonum quod Maurilius elegit arripuit, tenuit nec dimisit sed complevit. (141) Nihil enim erat illius severitate iocundius, nihil iocunditate severius, nihil risu tristius, nihil in illo tristicia suavius. Erat omnino sermone silens et silentio loquens nec citus nec tardus, idem illi habitus idemque semper incessus. Erat etiam neglecta illi mundities et inculta vestis, cultus tamen ipse sine cultu. (142) Talibus ergo cum ab ipsa pueritiae suae aetate virtutibus floreret semper et meritis et appropinquare cerneret sui transitus diem, ad comparationem patriarchae nostri Abrahae haud longius ab Andecava urbe ad septentrionalem eiusdem urbis partem duplicem sepulturae suae criptam qua defossus quiesceret aedificari praecepit. (143) Quod cum secundum ipsius desiderium perficeretur et votum, quadam die dominica, dum sanctae sollempnitatis offitium de more complesset, modica pulsatus infirmitate convocavit omnem clerum sibi commissum commendans illis ultimam transitus sui diem dicens: Ego ingredior viam universae carnis, vos omnes admoneo: servate caritatem, custodite dilectionem, diligite castitatis pudicitiam, patientes estote ad omnes et mementote semper pretio sanguinis Christi vos omnes esse redemptos. (144) Interea etiam tantae convenerunt ex vicinis undique partibus visitationis studio populorum catervae quantum urbs Andecava recipere poterat aut recepit, maerentes et multum flentes, cur tanto viduarentur patrono. (145) Quos omnes patrum piissimus devotius in summae mortis articulo constitutus absolvens et benedictionibus corroborans, septima incommoditatis die ultimoque totius suae aetatis anno nonagesimo et episcopatus tricesimo pius pastor et doctor Maurilius

---

integritas animae appareret in vegeto corpore. Navigii ergo sui indefessus vela tendebat, pedem [non proferebat] his diebus in publicum. Ciliciis carnem terebat assidue et tamen ut dictum est corpore alacri mens robustior erat in Christo.

1—11 *Magnobodus c. 28:* Quod impossibile forsitan homini videatur sed credentibus deo praestante possibile est. Iam nonagenariam pervenerat ad aetatem, ut non doleret stomachum, non viscerum cruciaretur iniuria, non sicca humus crebrius superiacentia sibi membra confregerat, sed sanus corpore, animo sanior, parsimoniam et solitudinem putabat esse delicias. Nam et in urbis frequentia vir prudentissimus inveniebat sibi eremum monachorum. Genua eius quadam duritie ad instar genuum camelorum flectendo ea pro populo suo per orandi frequentiam occaluisse perspectum est.

11—16 *Magnobodus l. l.:* Ceterum ille intus apud se quod elegit arripuit, tenuit, coepit, implevit. Sane in communi foris conversationis habitudine nihil illius severitate iucundius, nihil iucunditate severius, nihil risu tristius, nihil tristitia suavius. Cum continentiam indicaret, non redolebat ostentationem sermone silens et silentio loquens nec citus nec tardus incessus, idem semper habitus, neglecta mundities et inculta vestis, cultus ipse sine cultu.

17—19 *Magnobodus c. 29:* Iam beatus Maurilius senectute bona confectus et adesse sibi desideratum sui obitus sentiens diem aedificavit cryptam duplicem sepulturae suae ad exemplum patriarchae nostri sanctissimi Abrahae.

31 — *p.* 101, *l.* 2 *Magnobodus l. l.:* In secundo ergo ordine sacerdotii XL annis ecclesiam regens, in pontificalis autem apicis dignitate XXX annis praesidens cathedrae pius pastor animam qualem de lavacro sacri

---

3 etenim] enim *P* 14 idem] *G*, idemque *P*

qualem de sacri fontis baptismate sumpserat talem idus Septembris coram multis astantibus populis et psallentium choris omnipotenti domino animam reddidit.

(146) Dum autem sanctum eius corpusculum die altera portaretur ad tumulum, XXIX
gemini ex utero matris suae caeci ut sancti corpusculi loculum tangere potuerunt, lumen quod nunquam habuerant ad declaranda defuncti antistitis merita ilico recipere meruerunt.

(147) Quidam etiam e civibus paralisis distentus incommodo per triginta annos XXX
tenebatur in lectulo, qui cum psallentium chorum Maurilium deferentium audisset, e lectulo statim exiliens quasi cervus nemine prohibente beati Maurilii pervenit ad corpus, tactoque et osculato beati funeris feretro pristinam sanitatem fide plenus recipere meruit extemplo. (148) In tanti igitur honoris gloria sepultus, quanti qualisque meriti apud dominum fuerit, dum cotidianis virtutibus et miraculis eius exornat tumulum, dominus ostendit omnibus post sepulchrum, praestante domino nostro Iesu Christo qui cum eo et spiritu sancto vivit et gloriatur deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

PASSIO SANCTORVM MARTYRVM DIONISII, RVSTICI ET ELEVTHERII.

(1) Gloriosae martyrum passiones et pretiosa domino expectante certamina quam I
digna sint pro miraculorum dignitate conscribi, nequeunt tamen sine formidinis trepidatione conplecti, quia cum magnarum rerum consideratur adsumptio, non inmerito praesumpti operis retegitur magnitudo, eo quod tantum sermo tenuis explicare non valet quantum de se dici veritas passionis inponit. (2) Tamen propositio tantae rei arduum habere videatur initium, in hoc mens trepidatione fatigata respirat, quod semper opificem suum magisterium divinae instructionis informat et inchoantes initium

---

baptismatis sumpserat idus Septembris Christo reddidit, laetantibus sanctis angelis et in gaudia superna suscipientibus eam.

3—6 *Magnobodus c. 30:* Cum igitur corpusculum sanctum deduceretur sepulturae suae tradendum, occurrentes ei duo gemini fratres, ambo oculorum luce orbati, pariter sunt illuminati et confestim sanctas exequias sine alieno ducatu cum laudibus prosecuti.

7—15 *Magnobodus c. 30:* Quidam quoque homo xxviii annis tenebatur in lectulo languore vehementi, qui ipsa hora funeris venerandi, mox ut voces psallentium audivit, totius immemor debilitatis exsiluit agilis ut cervus et usque ad feretrum ubi sanctus deferebatur perveniens antiquam mirabatur se subito recepisse sanitatem. Iam vero eo sepulto venerabilem quoque pausationis illius tumulum virtus divina magnis miraculorum insignibus clarificat, cum ibi quoque fiant virtutes assiduae et tribuantur divinitus per merita sacri confessoris Christi et animarum et corporum sanitates multimodae, ut benedicatur cum gloria et laudibus nomen domini dei vivi per dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria cum eodem aeterno patre et spiritu sancto in omnia saecula saeculorum. Amen.

---

16 PASSIO — 17 ELEVTHERII] incipit prefatio sancti dionisii cum sociis suis *P*, prologus in passione sci dionisii (VII ID'. OCT. NTL. *add.* Q^2) *Q*, incp passio sci ac beatissimi dionisii martyris cum sociis suis rustici et eleutherii et est sollemnitas ipsorum VII. id octb *M*, inc. pass. scrm mart. dionisii rustici et eleutherii *N*, *prologum om. MN* 18 gloriosae — certamina] *om. Q* 21 presumptio *P* retegitur] *scripsi*, regitur *PQ* tantum] *om. Q* 22 duci P^1

ingenii restauratione commendat. (3) Hac ergo consideratione audaciam nimiae temeritatis adsumens, quae longo temporis fuerant obumbrata silentio ipsius divinitatis auxilio suscepta sunt reseranda. Et ut habet testimonium veritatis plus fidelium sunt relatione comperta, quam probentur ad nos lectione transmissa. (4) Vnde non sine certa aestimatione conicitur, quod novitas adhuc credentium populorum gentilium crudelitate conterrita formidavit scribere, quod tamen gaudebat dei famulos meruisse, cum sine dubio iudicentur scripta quae fidelium sermo testatur impleta. (5) Credendum enim de his est et abstersa dubietatis nube totis viribus confitendum eos qui pro confessione domini ac dei nostri digni fuerunt subire martyrium etiam ampliora tolerare valuisse, quam videtur succedentibus aetatibus relatio per populos transmissa recolere. (6) Id ergo supplicatio communis obteneat, ut veniam consequatur devotus, si quid de virtutibus praetermisit ignarus. Nam etsi omnia non a se exsolvuntur, credere universitas mereatur, ut dei famulus iam maiora sentiat quam sermo passionis explanat. (7) Qualiter enim cultor domini locus eius gaudens patrocinium habere promeruit, si quoque modo aliorum sanctorum iunctum illi agnoverimus fuisse consortium — sic fidelium relatione didicimus —, ipsorum iuvamine martyrum quantum de se scire tribuunt explicemus.

II (8) Post domini nostri Iesu Christi salutiferam passionem, post resurrectionis unicae singularisque mysterium, post ascensionem eius, qua manifestavit hominibus numquam se defuisse quo rediit, apostolorum praedicatio universis gentibus profutura successit. (9) Qui cum inminere suas cernerent passiones, quae domino Iesu Christo docente didicerant repleti spiritus sancti gratia docuerunt, adeo ut fide crescente non pauci mererentur fieri confessores, quos postmodum ecclesia catholica gaudet promeruisse martyres. (10) Hos ergo quorum virtutem persecutorum non praevaluit superare conflictus, quos ad auri similitudinem reddidit flammarum examinatio pretiosos ad suscipienda mandata domini idoneos apostolorum esse iudicavit electio, quibus evangelica semina gentibus serenda committeret. Electisque viris dei dispositione et providentia, honori decreverunt episcopatum adiungere, quo facilius eorum praedicationibus adquisiti ad ministerium sacri proveherentur altaris. (11) Ex qua confessorum turba sanctum et venerandi meriti Saturninum primum se urbs Tolosana promeruisse gaudet episcopum, quem impietas peccantium populorum posterioribus tauri multis funium nexibus inligatum dedit capitulinis gradibus inlidendum, ubi sancti capitis soluta conpage cerebrum frequentis inlisionis dispersit iniuria, sed talem discensum meliore vehiculo ad dominum est secutus ascensus. Felix tanti meriti tantaeque virtutis persona, cui concessum est primum doctorem esse sic martyrem, qui

---

30—34 *Vita S. Saturnini c. 5* (*Ruinart, Acta mart. ed. Rat. p. 179*): Postrema enim parte funis illius quae ad posteriora tauri ipsius defluebat sancti viri pedes inligant actumque stimulis acrioribus taurum de superiori capitolii parte in plana praecipitant. Nec mora inter primos descensus ipsius gradus capite colliso cerebroque excusso et omni membrorum parte corpore lacerato, dignam deo animam Christus excepit, ut quam pro nomine suo fideliter dimicantem suppliciis furor gentilis extorserat suis post victoriam laureis coronaret.

---

1 restatione? *P* audaciam] a *add. P* nimę *P*¹ 2 longo *vel* longę *P*¹, longi *P*² 5 conicetur *P* 6 formidabit *P* famulus *P* 13 famulis *P* 14 patrocinio *P* 17 explicemus] explicit prefatio. incipit passio sancti dionisii cum sociis suis rustici et eleutherii vii. idus octb; *add. P*, expl. prologus. incipit passio sc̄i dionisii mr̄. *add. Q* 19 quam *P* 24 hoc *P*¹*M* seperare conflictos *M*¹ 25 quod *P* 27 dispositionis prouidentia *M* 28 honorē *P*², honor* (honori *M*²) decreuerunt episcopatus *M*¹ que *P*¹ 30 ueneranda *M*¹ meritis *P*¹ tholosana? *M*¹ 32 inludendum *P*¹ 33 iniuria* *M* 34 ad] *eras. M* 35 personę (et *superscr.*) uirtutis (uir *in litura scr.*) *M* cui] *in mg. add. M* sic] *M*, sancti *P* qui quod] *M*, quicquid *P*

quod docuit verbis evidentibus implevit exemplis. (12) Simili etiam gratia beatissimus Paulus antistis atque confessor Narbonensem provintiam salutari adquisivit eloquio, quem talis labor domesticus et tribulationis exercuit, ut eum verum domini esse famulum adprobaret. (13) Sed gratias tibi, domine Iesu, qui infestantis inimici tela probationem fidelium tuorum permisisti esse non vulnera et talem tuis praestas pro labore mercedem, ut nullum tuorum fuisse gaudeat hostis inbellem. (14) Dum ergo ad peculiaris patroni gesta suscepti officii tendat obsequium, non ex atse quae de servo dei sunt conperta prosequimur, sed inmemores sui nos non fuisse sufficiat: in talibus enim causis maius convenit fideles credere quam possit relatio humana monstrare.

III

(15) Sanctus igitur Dionisius, qui tradente beato Clemente Petri apostoli successore verbi divini semina gentibus parturienda susceperat, quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem, illic intrepidus et calore fidei flammatus accessit ac Parisius domino ducente pervenit non veritus incredulae gentis expetere feritatem, quia virtutem suam praeteritarum poenarum recordatio roborabat et qui meruerat esse confessor non cunctatus est trucibus populis accedere praedicator. (16) Tunc memorata civitas et conventu Germanorum et nobilitate pollebat, quia esset salubris aere, iocunda flumine, fecunda terris, arboribus nemorosa et venetis uberrima, constipata populis, referta commerciis, ipsumque insulae potius quam urbis spatium quod habitatione circumfusa fluminis unda praestabat crescentibus consistentium catervis reddebatur exiguum et iocunditatis sollicitatione in unum plebs acta commigrans pene territorium suum intra murorum conclusione contraxerat. (17) Hunc ergo locum dei famulus elegit expetendum, atque cum primum fide armatus et constantia confessionis accedit intrepidus, ecclesiam illic quae nec dum et locis erat et populis illis notam construxit ac officia servientium clericorum ex more constituit probatasque personas honore secundi ordinis ampliavit. (18) Cinctus ergo fide et iam constructione basilicae roboratus deum gentibus non desinebat insinuare quem noverat eiusque omnibus et iudicium et misericordiam anteponens paulatim sotiabat deo quem diabulo subtrahebat. (19) Tantas etiam per illum dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda gentilium non minus miraculis quam praedicationibus obteneret, miroque modo inermi viro non valebat plebs armata resistere, subdebat se certatim Germaniae cervicositas et iugum Christi suave inponi sibi acta cordis conpunctione poscebat. (20) Ab ipsis quoque destruebantur idola quorum sumptu fuerant et studio fabricata et invento salutis portu idolorum gaudebant perire naufragia. Lugebat portio victa diaboli, cum de ea victrix ecclesiae legio triumphabat. (21) Tunc hostis antiquus videns sibi perire quod domino constabat assidua populorum conversione proficere, totam artificii sui machinam ad inpugnanda quae fuerant constructa convertit et suae partis auctores deorum suorum flentes exitium ad impietatem subito persecutionis armavit, ut eos qui unum et verum deum colendum insinuaverant et timendum expendere diversitate supplicii maturarent, ne superesse possit qui valeret adquirere quod periebat.

---

1 simili* *M* 2 salutari adquisiuit eloquio] (per *superscr.*) salutare atq: siuit *M* 3 talis] *P*, ita *M* dī *M*² esse] *om.* *P* 5 promisisti *P* prestes *P* 6 uisse *M*¹, uicisse *M*² 7 tendit *M* non ex atse] *scripsi*, non ex asse *Luchi*, *sed* atsem *vel* adsem *iam a. 455* (*cf. Computum Carthag.*) *scripserunt*, non errat si *P*, nec errata* sed *M* 8 efficiat *M*² 9 reuelatio *M* 12 susceperat*t, *ras.* n *M* 13 illuc *M*² 14 gentes *M* 15 meruit *P* 16 populi *P*¹ 18 memorosa *M*¹ uineis *M* 19 ipsamque *M*¹ insulam *M*² habitationis *M* 20 pręstauit *P* reddebantur? *P* 21 penetrare torium suum *M* 22 conclusione] *PM* construxerat *P* 23 accessisset *M* 24 dum et] *PM*, in his *superscr.* *M*² populus *P*¹ 26 cunctis *M*¹ 28 dm̄ *M*¹ quos *M* 30 mi(raculis *in marg.*) *M* obtenere*t *M* 31 germine *P*¹ 33 distruebatur *P* 36 conficere *P* artificiae *M*¹ 38 de*orum *M* 40 periebat] quod *add.* *P*

(22) Persecutionis ergo publicata sententia, impiorum gaudens turba progreditur et contra dominicum populum pugnatura conspirat non cunctati adpetere gladio quos dominus suos monstraverat esse signaculo. (23) Itaque cum occiduam orbis partem pro christianorum inquisitione percurrerent, sanctum Dionisium contra incredulos demicantem Parisius reppererunt, quocum Rusticum et Eleutherium archidiaconem persecutionis furor invenit. Hii sancti viri a beati Dionisii nunquam sustinuerunt abesse praesentia, quos in unum interrogatio percussoris invenit, sed repperire non potuit quem a societate martyrii separaret. (24) Interrogati unum et verum in trinitate deum confitentur, terrore subacti multisque adflicti iniuriis vel suppliciis macerati christianos se esse testantur visoque percutientis ictu domini ac dei nostri se famulos magna confessionis voce pronuntiant. (25) In hac ergo fidei pertinatia permanentes, reddentes terrae corpora, beatas caelo animas intulerunt, tali ad dominum meruerunt professione migrare, ut amputatis capitibus adhuc putabatur lingua palpitans domino confiteri: beata nimium et domino nostro grata societas, inter quos nec primus alter potuit esse nec tertius, sed trinitatem confitentes non potuerunt non venerabilem locum trino decorare martyrio. (26) Metuentes igitur percussores, ne conversi populi fidelissima probataque devotio sanctorum corpora profutura sibi ad patrocinium tumularet, elegunt tetris Sequanae profundisque gurgitibus martyrum corpora perdenda committere, quae inposita navibus ad provisum iubentur gurgitem destinari. (27) Tunc matrona quaedam Catulla nomine, quae licet paganorum inplicata teneretur errore, conversionem tamen se desiderare [mente monstrabat et opere], facere aliquid cogitans domino placitura, usa subtilitate consilii ad convivium venire postolat percussores, et dum copiam oblatae humanitatis extendit, a memoria eorum quae susceperant agenda discussit ac fidelibus suis secreta ordinatione committit, ut subtracta furto corpora diligens elaboraret occultare provisio. (28) Qui dominae ordinatione conperta festinanter quod eis praeceptum fuerat exsecuntur furtumque laudabile in sexto ab urbe memorato lapide, id est in aratam quam seminibus praeparaverant industria colentis abscondunt. (29) Facta ut moris est satione nec suum seges negavit obsequium, quae tale fecundata pinguidine, sic in ea beneficium se ubertatis effudit, ut centuplicatos fructus et cultor adquireret et patria mereretur salutem. Qua pubescente totis latuit quod erat Parisiorum populis profuturum. (30) Antedicta tamen materfamilias horum non inmemor secretorum, cum primum persecutionis vidit tepuisse fervorem, locum sanctorum martyrum ossa servantem qua oportuit sollicitudine requisivit atque inventum eminentis mausolei constructione signavit. (31) Vnde postmodum christiani basilicam super martyrum corpora magno sumptu cultuque eximio construxerunt, ubi cotidie operante domino nostro Iesu Christo merita eorum virtutum probantur monstrare frequentiam et experiuntur infirmi, quantum dei famulos conveniat honorari, ubi recipit caecitas visum,

---

1 persecutiones *M* sentia *M*[1] 2 dominicum populum] dominū* *M* 3 suo* *P*[1], suus *M*[1] occidu[i]s turbis *M* 4 inquisitionem *P* 5 reppererent *M*[2] cum quo *M* 6 beato? *P* 7 quem] *P*[2], qua *P*[1], quos *M* 8 in] *om. P* dn̄m̄ *M* 9 terrore* sibi (in *superscr.*) iuncto *M* 12 ad dominum] *M*, domino *P* migrari *P* 13 ut] quem *P* putabantur *P* 14 dō *** (*ras.* gra) nr̄o gra(ta *superscr.*) *M* 15 non] *eras. M* non] tam *in litura M*[2] 17 deuotione *M*[2] tumularent *M*[2] tetres *P* 20 catulla nomine] *P*, *om. M* 21 mente monstrabat et opere] *add. Luchi*, *om. PM* placiturū *M* 22 copiam] *M*, pie *P* 23 humanitates *M*[1] 25 prouiso dominę qui *P* ordinationi *M* 26 laudabilis? *P*[1] memorato] *om. M* lapide] *P*, miliario *M* 27 arata *M* praeparauerat *M* 28 ratione *M*[1] suam *P* 29 ubertatis] *M*[2], ubertas *PM*[1] centuplicatus *M* et] *om. M* ad adquireret *P* 30 totis] *scripsi*, totius *PM*[1], toties *M*[2] 31 matr** familias *M* 32 uidit tepuisse feruorem] *M*, tempus (exactum *add. P*[2]) se seruorum (se seruorum *exp. P*[2]) *P* 33 manusole; *M*[1] 35 sumptu] *M*, desuper *P* 36 nostro] *om. M* frequentia *M*

debilitas gressum et obstrictae aurium ianuae recipere merentur auditum. (32) Sed nec illud silendum est, quod inmundi spiritus infestatione vexati, dum ad memoratum locum examinandi virtute divina loquuntur, sanctorum ipsorum coguntur imperio quo quisque sit martyrum positus loco adsignatis nominibus indicare. (33) De quorum passione dominus gaudere nos voluit, qui centisimum esse fructum martyrum repromisit, cui est honor et gloria, virtus et potestas, imperium et fortitudo in saecula saeculorum. Amen.

SYMBOLVM ATHANASIANVM.

(1) Quicumque vult esse salvus, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem, (2) quam nisi quis integram inviolatamque servaverit, absque dubio in aeternum peribit. (3) Fides autem catholica haec est, ut unum deum in trinitate et trinitatem in unitate veneremur (4) neque confundentes personas neque substantiam separantes. (5) Alia est enim persona patris, alia persona filii, alia persona spiritus sancti, (6) sed patris et fili et spiritus sancti una est divinitas, aequalis gloria, coaeterna maiestas. (7) Qualis pater talis filius, talis et spiritus sanctus. (8) Increatus pater, increatus filius, increatus spiritus sanctus. (9) Inmensus pater, inmensus filius, inmensus spiritus sanctus. (10) Aeternus pater, aeternus filius, aeternus spiritus sanctus (11) et tamen non tres aeterni, sed unus aeternus, (12) sicut non tres increati nec tres inmensi, sed unus inmensus et unus increatus. (13) Similiter omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus (14) et non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. (15) Ita deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus (16) et tamen non tres dii, sed unus deus. (17) Ita dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus (18) et tamen non tres domini, sed unus dominus, (19) quia sicut singillatim unamquamque personam et deum et dominum confiteri christiana veritate conpellimur, ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur. (20) Pater a nullo est factus nec creatus nec genitus. (21) Filius a patre solo est non factus nec creatus sed genitus. (22) Spiritus sanctus a patre et filio non factus nec creatus nec genitus sed procedens, patri et filio coaeternus est. (23) Vnus ergo pater non tres patres, unus filius non tres filii, unus spiritus sanctus non tres spiritus sancti (24) et in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales, (25) ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est, et trinitas in unitate et unitas in trinitate veneranda sit. (26) Qui vult ergo salvus esse, ita de trinitate sentiat. (27) Sed necessarium est ad aeternam salutem, ut incarnationem quoque domini nostri Iesu Christi fideliter credat. (28) Est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur, quia dominus noster Iesus Christus dei filius et deus pariter et homo est. (29) Deus est ex substantia patris ante saecula genitus et homo est ex

5 Matth. 13, 8.

---

1 obstructę *M* sed nec illud] et non *Q* 3 loquuntur] *P*[1]*N*, ducuntur *P*[2], loquendi *M* quo quo (quod qui *M*[2]) scit *M*, quo usque sit *N*, sit *om.* *Q* 4 hominibus *P*[2], manibus *Q* 6 cuius *M*[1] 7 amen] explicit passio sanctorum martyrum dionisii rustici et eleutherii *add.* *P*, explicit *add.* *M*
10 inuiuolatamque *A* 13 sed — 14 et spiritus sancti] *suppl.* *A*[2] 18 tam** *A*[1] 28 pr*-cedens *A*[1] 36 ante saecula genitus et] *in mg.* *suppl.* *A*[3]

substantia matris in saeculo natus, (30) perfectus deus, perfectus homo ex anima rationabili et humana carne subsistens, (31) aequalis patri secundum divinitatem, minor patre secundum humanitatem, (32) qui licet deus sit et homo, non duo tamen sed unus est Christus, (33) unus autem non conversione divinitatis in carne, sed adsumptione humanitatis in deo, (34) unus omnino non confusione substantiae, sed unitate personae. (35) Nam sicut anima rationabilis et caro unus est homo, ita deus et homo unus est Christus. (36) Qui passus est pro salute nostra, discendit ad inferos, surrexit a mortuis, (37) ascendit ad caelos, sedit ad dexteram patris inde venturus iudicare vivos ac mortuos. (38) Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent in corporibus suis et reddituri sunt de factis propriis rationem (39) et qui bona egerunt ibunt in vitam aeternam, qui mala in ignem aeternum. (40) Haec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

EXPOSITIO FIDEI CATHOLICAE FORTVNATI.

(1) QVICVMQVE VVLT ESSE SALVVS, ANTE OMNIA OPVS EST, VT TENEAT CATHOLICAM FIDEM, QVAM NISI QVISQVE INTEGRAM INVIOLATAMQVE SERVAVERIT, ABSQVE DVBIO IN AETERNVM PERIBIT. Primo ergo omnium fides necessaria est, sicut apostolica docet auctoritas dicens: *Sine fide inpossibile est placere deo.* Constat enim neminem ad veram pervenire posse beatitudinem nisi deo placeat et deo neminem placere posse nisi per fidem. (2) FIDES namque est bonorum omnium fundamentum, fides humanae salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum dei potest consortium pervenire, quia sine ipsa nec in hoc saeculo quisquam iustificationis consequitur gratiam nec in futuro vitam possidebit aeternam. Et si quis hic non ambulaverit per fidem, non perveniet ad speciem beatam domini Iesu Christi. (3) CATHOLICA universalis dicitur, id est recta quam universa ecclesia tenere debet. Ecclesia quippe congregatio dicitur christianorum sive conventus populorum. Non enim sicut conventicula haereticorum in aliquibus regionum partibus coartatur, sed per totum terrarum orbem dilatata diffunditur. (4) VT VNVM DEVM IN TRINITATE ET TRINITATEM IN VNITATE VENEREMVR et credamus et colamus et confiteamur trinitatem in personis, unitatem in substantia. (5) Hanc quoque trinitatem personarum atque unitatem naturae propheta Esaias revelatam sibi non tacuit, cum se dicit Seraphim vidisse clamantia: *Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus Sabaoth.* Vbi prorsus in eo quod dicitur tertio *sanctus* personarum trinitatem, in eo vero quod semel dicitur *dominus deus Sabaoth* divinae naturae cognoscimus unita-

17 Ebr. 11, 6. 30 Is. 6, 3.

4 conuersatione *A*¹ 5 humªnitatis *A*¹ 7 inferos] tertia die *desiderantur* 9 resurgere habent in corporibus suis et] *om. Mur., sed exstant in codice A* 12 poterit] *in eadem scripturae linea haec sequuntur:* lacta mater eum qui fecit te, quia talem fecit te, ut ipse fieret in te. lacta eum qui fructum foecunditatis tibi dedit conceptus et decus uirginitatis non abstulit natus *A*

13 ITEM EXPOSITIO — FORTVNATI *A*, EXPOSITIO SVPER FIDES CATHOLICA *M*, *neque F Fortunatum auctorem laudavit* 15 quam — 23 christi] fides dicitur credulitas siue credencia catholica *M F* 23 beatae *A* 24 ecclęsia dicitur congregatio *M* 25 non — 26 diffunditur] *om. M F* 28 trinitatem — 32 unitatem] *om. M*

tem. (6) NEQVE CONFVNDENTES PERSONAS, ut Sabellius errat, qui ipsum dicit esse patrem in persona quem et filium, ipsum et spiritum sanctum, non ergo confundentes personas, quia tres personae omnino sunt. Est enim gignens, genitus et procedens. Gignens est pater qui genuit filium, filius est genitus quem genuit pater, spiritus sanctus est procedens, quia patre et filio procedit. (7) Pater et filius coaeterni sibi sunt et coaequales et cooperatores, sicut scriptum est: *Verbo domini caeli firmati sunt*, id est a filio dei creati, *spiritu oris eius omnis virtus eorum*. Vbi sub singulari numero *spiritus eius* dicitur, unitatem substantiae deitatis ostendit, ubi sub plurali numero *omnis virtus* eorum dicitur, trinitatem personarum aperte demonstrat, quia tres unum sunt et unum tres. (8) NEQVE SVBSTANTIAM SEPARANTES, ut Arrius garrit, qui tres personas esse dicit, sic et tres substantias esse mentitur. Filium dicit minorem quam patrem et creaturam esse, spiritum sanctum adhuc minorem quam filium et patris et filii eum administratorem esse adserit. Non ergo substantiam separantes, quia totae tres personae in substantia deitatis unum sunt. (9) ALIA EST ENIM PERSONA PATRIS, quia pater ingenitus est, eo quod a nullo est genitus, ALIA PERSONA FILII, quia filius a patre solo genitus est, ALIA SPIRITVS SANCTI, quia patre et filio procedens est. (10) SED PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI VNA EST DIVINITAS, id est deitas, AEQVALIS GLORIA, id est claritas, COAETERNA MAGESTAS. Magestas gloria est, claritas sive potestas. (11) QVALIS PATER, TALIS FILIVS, TALIS ET SPIRITVS SANCTVS, id est in deitate et omnipotentia. INCREATVS PATER, INCREATVS FILIVS, INCREATVS ET SPIRITVS SANCTVS, id est a nullo creatus. INMENSVS PATER, INMENSVS FILIVS, INMENSVS ET SPIRITVS SANCTVS. Non est mensurabilis in sua natura, quia inlocalis est et incircumscriptus, ubique totus, ubique praesens, ubique potens. (12) AETERNVS PATER, AETERNVS FILIVS, AETERNVS ET SPIRITVS SANCTVS, id est NON TRES AETERNI, sed in tribus personis VNVS deus AETERNVS, qui sine initio et sine fine aeternus permanet. (13) SIMILITER OMNIPOTENS PATER, OMNIPOTENS FILIVS, OMNIPOTENS ET SPIRITVS SANCTVS. Omnipotens dicitur, eo quod omnia potest et omnium obtinet potestatem. Ergo si omnia potest, quid est quod non potest? Hoc non potest, quod omnipotenti non conpetit posse. Falli non potest, quia sanitas est, mori non potest, quia inmortalis vita est, finiri non potest, quia infinitus et perhennis est. (14) Ita DEVS PATER, DEVS FILIVS, DEVS ET SPIRITVS SANCTVS. DEVS nomen est potestate non proprietate, proprium nomen est patris PATER et proprium nomen est filii FILIVS et proprium nomen est spiritus sancti SPIRITVS SANCTVS. (15) Ita DOMINVS PATER, DOMINVS FILIVS, DOMINVS ET SPIRITVS SANCTVS. Dominus dicitur, eo quod dominat et omnium est dominus dominator. (16) QVIA SICVT SINGILLATIM, id est sicut distincte, VNAMQVAMQVE PERSONAM DEVM ET DOMINVM CONFITERI CHRISTIANA VERITATE COMPEL-

6 Ps. 32, 6.

1 *Leonis I. Sermo 24 (ed. Ball. I, p. 81)*: Sabellius inexplicabili errore confusus, unitatem substantiae in patre et filio et spiritu sancto inseparabilem sentiens, quod aequalitati tribuere debuit singularitati dedit. Et cum veram trinitatem intelligere non valeret, unam eandemque credidit sub triplici appellatione personam.

1 confundantes *M* 2 persona*, *ras.* m *M* 3 personae] persona[n]s *M* omni non *M*[1] et] *om. M* 4 unigenitus *M* 10 separentes *M*, *ut infra* garri*t *M* quia *A*, qui ut *F* 14 tota *M* 16 sancti quia] a *add.* (*A*) 19 pater filius talis *M* 20 sanctus] sp̄s *M*[1] omni*potentia, *ras.* a *M* 22 creatura *M*[1] 25 intio *A* 30 inmortali *M*[1] 31 deus nomen — 32 proprietate] *om. A*, deus est potestatem non proprietatem *F* est patris] patris *M* 33 pater** dominus, *ras.* et *M* 34 dominat (dominatur *F*) — 35 dominus dominator] *MF*, dominatur creaturae cunctae uel quod creatura omnis dominatui eius deseruiat *A*

LIMVR. Quia si me interrogaveris, quid est pater? ego respondebo: deus et dominus. Similiter si me interrogaveris, quid est filius? ego dicam: deus et dominus. Et si dicis, quid est spiritus sanctus? ego dicam: deus et dominus. Et in his tribus personis non tres deos nec tres dominos, sed in his tribus, sicut iam supra dictum est, unum deum et unum dominum confiteor. (17) VNVS ERGO PATER NON TRES PATRES, id est quia pater semper pater nec aliquando filius. VNVS FILIVS NON TRES FILII, id est quia filius semper filius nec aliquando pater. VNVS SPIRITVS SANCTVS NON TRES SPIRITVS SANCTI, id est quia spiritus sanctus semper spiritus sanctus nec aliquando filius aut pater. Haec proprietas personarum. (18) ET IN HAC TRINITATE NIHIL PRIVS AVT POSTERIVS, quia sicut numquam filius sine patre, sic numquam fuit pater sine filio, sic et numquam fuit pater et filius sine spiritu sancto. Coaeterna ergo trinitas et inseparabilis unitas sine initio et sine fine. (19) NIHIL MAIVS AVT MINVS. Aequalitatem personarum dicit, quia trinitas aequalis et una deitas, apostolo dicente atque docente: *Per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur*, et per creaturam creator intellegitur secundum has conparationes et alias quam plures. Sol, candor et calor et tria sunt vocabula et tria unum. Quod candit hoc calit et quod calit hoc candit. Tria haec vocabula res una esse dinoscitur. (20) Ita pater et filius et spiritus sanctus tres personae in deitate substantiae unum sunt et individua unitas recte creditur. Item de terrenis vena, fons, fluvius tria itemque vocabula et tria unum in sua natura. Ita trium personarum patris et filii et spiritus sancti substantia et deitas unum est. (21) EST ERGO FIDES RECTA, VT CREDAMVS ET CONFITEAMVR, QVIA DOMINVS IESVS CHRISTVS. Iesus Hebraice, Latine salvator dicitur, eo quod salvat populum, Christus eo quod spiritu sancto divinitus sit delibutus, sicut in ipsius Christi persona Esaias ait: *Spiritus domini super me, propter quod unxit me* et cetera. Ita et psalmista de Christo domino dicit: *Vnxit te deus deus tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis*. (22) DEI FILIVS DEVS PARITER ET HOMO EST. Filius a felicitate parentum dicitur, homo ab humo dicitur, id est de humo terrae factus est. (23) DEVS EST EX SVBSTANTIA PATRIS ANTE SAECVLA GENITVS, id est deus de deo, lumen de lumine, splendor de splendore, fortis de forte, virtus de virtute, vita de vita, aeternitas de aeternitate. (24) PER OMNIA, id est quod pater in divina substantia, hoc est et filius. Deus enim pater deum filium genuit non voluntate neque necessitate sed natura. Nec quaeratur, quomodo genuit filium, quod et angeli nesciunt, prophetis est incognitum. (25) Vnde et isdem eximius propheta Esaias dicit: *Generationem eius quis enarrabit?* Ac si dixisset: angelorum nullus, prophetarum nemo. Nec inenarrabilis et inaestimabilis deus a servulis suis discutiendus est, sed fideliter credendus et pariter diligendus. (26) ET HOMO EST EX SVBSTANTIA MATRIS IN SAECVLA NATVS. Dei filius verbum caro factum, non quod divinitas mutasset deitatem, sed adsumpsit humanitatem, hoc est *verbum caro factum est*, ex utero virginis veram humanam carnem traxit et de utero virginale verus homo, sicut et verus deus, in saeculo natus est salva virginitatis gratia, quia mater quae genuit et virgo ante partum et virgo post partum permansit in

14 Rom. 1, 20. 24 Is. 61, 1. 25 Ps. 44, 8. 33 Is. 53, 8. 38 Ioann. 1, 14.

---

2 me] *om. M* dico *M*, *item infra* 3 in] *om. M* 6 qui *M* 8 qui *M* semper] est *add.* (*A*) 9 *ante* filius *eras.* pater *M* haec] est *add. A* proprietas] propria etas *M* 11 filio] filius M^1 13 aequalis] est *add. A* 14 dicentem A^1 15 sol] *e corr. A* 17 rēs unam *M* 18 personas *A* 19 idemque *A* 21 ergo] *om. M* 22 aebreica *M* populum] suum *add. F* 25 et psalmista] *A*, psalmus *MF* unxite deus *M*, unxit de dominus *F* oleum letitia *M* 26 dei] deus *M* pariter] pater A^1 27 deus est] deus *A* 30 et] *om. M* 31 enim] *om. M* 33 et] *om. M* hisdem *A* eximus propheta aesaias *M* enarrauit *M* 34 innarrabilis *M* 35 discutiandus *M* 36 filium uerbum patris caro *M* 39 uirginales M^1 40 uirgo post] post (*M*)

saeculo, id est in isto sexto miliario, in quo nunc sumus. (27) Deus et homo Christus deus, unus dei filius et ipse virginis filius, quia dum deitas in utero virginis humanitatem adsumpsit et cum ea per portam virginis integram et inlaesam nascendo mundum ingressus est virginis filius et hominem quem adsumpsit. Idem dei filius, sicut supra diximus, ut deitas et humanitas in Christo, et dei patris pariter et virginis matris filius est. (28) Perfectus deus, perfectus homo, id est verus deus, verus homo, ex anima rationali et non, ut Apollinaris haereticus dixit primum, quasi deitas pro anima fuisset in carne Christi, postea, cum per evangelicam auctoritatem fuisset convictus, dixit: Habuit quidem animam quae vivificavit corpus, sed non rationalem. Et e contrario iste dicit qui catholice sentit: Ex anima rationale et humana carne subsistens, id est plenus homo adque perfectus. (29) Aequalis patri secundum divinitatem, minor patre secundum humanitatem, id est secundum formam servi quam adsumere dignatus est. (30) Qui licet deus sit et homo, non duo tamen sed unus est Christus, id est duae substantiae in Christo, deitas et humanitas, non duae personae, sed una est persona. (31) Unus autem non conversione divinitatis in carne sed adsumtione humanitatis in deo, id est non quod divinitas quae incommutabilis est sit conversa in carnem, sed ideo unus, eo quod humanitatem adsumsit, coepit esse quod non erat et non amisit quod erat: coepit esse homo quod antea non fuerat, non amisit deitatem, quia incommutabilis in aeternum permanet. (32) Unus omnino non confusione substantiae sed unitate personae, id est divinitas inmutabilis cum homine, quem adsumere dignata est, sicut scriptum est: *Verbum tuum, domine, in aeternum permanet*, id est divinitas cum humanitate, ut diximus duas substantias unam personam esse in Christo, ut sicut ante adsumptionem carnis aeterna fuit trinitas, ita post adsumptionem humanae naturae vera maneat trinitas, ne propter adsumptionem humanae carnis dicatur esse quaternitas, quod absit a fidelium cordibus vel sensibus dici aut cogitare, nisi ita, ut supra dictum est, et unitas in trinitate et trinitas in unitate veneranda sit. (33) Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita deus et homo unus est Christus. Etsi dei filius nostram luteam et mortalem carnem nostrae redemptionis conditionem adsumpsit, sed tamen se nullatenus inquinavit neque naturam deitatis mutavit, quia si sol aut ignis aliquid inmundum tetigerit, quod tangit purgat et se nullatenus coinquinat, ita deitas sarcinam quam ex nostra humanitate adsumpsit nequaquam coinquinavit, sed nostrae naturae carnem quam adsumpsit purgavit et a maculis et sordibus peccatorum aut vitiorum expiavit, sicut Esaias ait: *Ipse infirmitates nostras accepit et aegrotationes portavit.* (34) Ad hoc secundum humanitatem natus est, ut infirmitates nostras acci-

22 Ps. 118, 89. 34 Matth. 8, 17.

---

7 *Leonis I. Sermo 24* (*l. l. p. 81*): Apollinaris fidei soliditate privatus filium dei ita veram humanae carnis credidit suscepisse naturam, ut in illa carne diceret animam non fuisse, quia vicem eius expleverit ipsa divinitas.

---

1 sexto] seculo *M*¹ deus — 6 filius est] *MF*, secula enim generationibus constat et inde secula quod sequantur. abeuntibus enim aliis alia succedunt *A* 3 eam *M* 5 et dei] dei *F* 6 matris] *om. F* 7 ex anima tione paulo^{na}ris hereticus *M* 9 fuit *M* qui *M* 10 e] *om. M* dixit *M* 12 patri *M* 13 formor, *exp.* m *M* licet] certe *M* 16 deum (*A*) 17 est — carnem] et inconuertibilis est caro *M* 18 incipit *M*, *ut infra* 19 amisi *M* inmutabilis *MF* 21 dignatus *M* 23 stantias *M* personam] *om. M* 24 humanae naturae] carnis humanae *F* 26 ad *M* 29 redemptionis conditionem] *MF*, condicionis *A* 30 sed tamen] *om. M* aut] *om. M* 31 nullatenus] eo *add. F* 32 deitas sarcinam] *A*, deitatis sarcina *M* quam ex] q; *M* nequāquam *M*¹ 33 nostra *M* 34 aut] ac (*A*) esayas *A*

peret et aegrotationes portaret, non quod ipse infirmitates vel aegrotationes in se haberet, quia salus mundi est, sed ut eas a nobis tolleret, dum suae sacrae passionis gratia ac sacramento cyrographo adempto redemptionem pariter et salutem animarum nobis condonaret. (35) QVI PASSVS EST PRO SALVTE NOSTRA, id est secundum id quod pati potuit, quod secundum humanam naturam, nam secundum divinitatem dei filius inpassibilis est. (36) DISCENDIT AD INFEROS, ut protoplastum Adam et patriarchas et prophetas et omnes iustos qui pro originale peccato ibidem detenebantur liberaret et de vinculo ipsius peccati absolutos, de eadem captivitate et infernale loco suo sanguine redemptos ad supernam patriam et ad perpetuae vitae gaudia revocaret. (37) Reliqui vero qui supra originale peccato principalia crimina commiserunt, ut adserit scriptura, in penale tartaro remanserunt, sicut in persona Christi dictum est per prophetam: *Ero mors tua, o mors*, id est morte sua Christus humani generis inimicam mortem interfecit et vitam dedit. *Ero morsus tuus, inferne.* Partem morsit infernum pro parte eorum quos liberavit, partem reliquid pro parte eorum qui pro principalibus criminibus in tormentis remanserunt. (38) SVRREXIT A MORTVIS *primogenitus mortuorum.* Et alibi apostolus dicit: *Ipse primogenitus ex multis fratribus*, id est primus a mortuis resurrexit. *Et multa sanctorum dormientium corpora cum eo surrexerunt*, sicut evangelica auctoritas dicit, sed ipse qui capud est prius, deinde qui membra sunt continuo. (39) Postea ASCENDIT AD CAELOS, sicut psalmista ait: *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem*, id est humanam naturam, quae prius sub peccato venundata et captiva, eademque redemptam captivam duxit in caelestem altitudinem et ad caelestis patriae regnum sempiternum ubi antea non fuerat eam collocavit in gloriam sempiternam. (40) SEDET AD DEXTERAM PATRIS, id est prosperitatem paternam et in eo honore quod deus est. (41) INDE VENTVRVS IVDICARE VIVOS ET MORTVOS. Vivos dicit eos quos tunc adventus dominicus in corpore viventes invenerit et mortuos iam antea sepultos. Et aliter dicit vivos iustos et mortuos peccatores. (42) AD CVIVS ADVENTVM OMNES HOMINES RESVRGERE HABENT CVM CORPORIBVS SVIS ET REDDITVRI SVNT DE FACTIS PROPRIIS RATIONEM ET QVI BONA EGERVNT IBVNT IN VITAM AETERNAM, QVI VERO MALA IN IGNEM AETERNVM. HAEC EST FIDES CATHOLICA, QVAM NISI QVISQVE FIDELITER FIRMITERQVE CREDIDERIT, SALVVS ESSE NON POTERIT.

3 Coloss. 2, 14. 11 II. Petr. 2, 4. 12. 13 Os. 13, 14. 15 Apoc. 1, 5. 16 Rom. 8, 29. 17 Matth. 27, 52. 19 Eph. 4, 8.

---

1 portationes porta^{r}*et *M* 2 qui *F* abstuleret *M* suae] *om. F* 3 ac sacramento] *F*, ac sacramenta (*A*), a sacremento *M* cyrograffa *M* 4 condonauit *MF* quia *M* 5 quod] est *add. A* 6 inpassibile *A*¹ inferna *MF* qui protoplaustō *M* 8 uinculis — absoluitis *M* et] *om. M* 9 redemptus *M* perpetuam uitam *M* 10 reliquis qui *M*, uero *om. F* originalēs *M* peccatum *F* 12 tuus *M* 13 interficit *M* morsit] *in mg.* al. momordit *A*² 17 cum eto surrexit *M* 19 ascendes] ascendit *M* 21 et captiua] *om. M* ea^{n}demque *M*, eaque redemptio *F* 22 ante ea *M*, *ut infra* eam] et (*A*) 23 sed^{it} *M* 24 uenturus] est *add.* (*A*) 25 in] *in mg. M* iam] *om. M* 27 reddituriturі *M* 30 poterit] explicit expositio fidei catholicae *add. A*, *sequitur* symbolum fidei de sancta trinitate *M*

INDICES.

I. INDEX PERSONARVM.

II. INDEX REGIONVM ET LOCORVM.

III. POETARVM PRIORVM LOCI EXPRESSI A FORTVNATO.

IV. POETARVM POSTERIORVM LOCI EXPRESSI AD FORTVNATVM.

I. INDEX PERSONARVM*).

*) *Indices prioris partis R. Iacobi potissimum composuit; nomina posterioris ego inserui, littera B paginarum numeris praescripta.*

strasiae Sigiberctho X, *16 inter a. 561, quo Sigiberethus patri successit, et 567, quo obiit quem item celebrat frater eius Chariberethus* (*v. sub eo*). *paulo post Domitiano episcopo Andegavensi, qui conciliis Paris. III. post a. 556 et Turonensi II. a. 567 intererat, vitam Albini dicavit. ante a. 576, quo Germanus obiit, vitam Marcelli composuit. ex oceani insula epistulam dat* I, 17, 3 *sqq. e Britannia* III, 26. *e septentrionali regione* VI, 10, 40. *Gelesuintham Chilperici uxorem vidit* VI, 5, 223. '*nono in anno ab Italia exulem*' *se dicit prope ab oceani litore versans* VII, 9, 6 *sqq. cf.* III, 4, § 1. *carmina quattuor* IX, 1. 2. 4. 5 *in honorem Chilperici regis filiorumque eius Chlodoberethi et Dagoberethi scripta a. 580* (*vide sub his*). *post bis denos annos carmen componit* IX, 7, 50 *cf. ib. v.* 19. *carmen* X, 7, *quo Radegundis defunctae meminit, pariter atque Vita scripta est post a. 587, carmina* X, 11. 12 *a. 589* (*cf. sub Florentiano et Romulfo*). *fructibus a Mummoleno datis aegrotat* VII, 14. *de coco regis qui ei navem abstulerat queritur, iocose itineris molestias describit* VI, 8. *ad Sigeberthum regem* († *575*) *Nauriacum venit ib. v.* 30. *navigium in Mosella et Rheno depingit* X, 9. *Italae quota portio linguae VM* I, 26. *eius studia ib.* 27 *sqq. Pictavis residet* VIII, 1, 12.

famulum se dicit Gregorii Turonensis V, 14, 23. *humilem G. famulum* V, 8ª, 5. *famulum et devotum Martini* III, 1, § 3. *Radegundis App.* XX, 1. XXIV, 15. *egenum VM* II, 482. *humilem* V, 5, 149. 15, 6. VIII, 1, 11. 15, 11. 16, 5. X, 13, 11. 15, 11. *VM prol.* 2. *inopem VM* IV, 595. *pauperem* IX, 1, 148. *App.* V, 11.

se commendat Aredio abbati V, 19, 8. *Armentariae* X, 15, 11. *Avito* III, 21, 16. *Brunichildi reginae App.* VI, 15. *Childebertho regi App.* V, 13. *domino per Bosonem referendarium* VII, 22, 14. *dominantibus per Agiulfum App.* VII. 11. *regibus per Faramodum referendarium* IX, 12, 5. *Eufronio episcopo Turonenensi* († *573*) III, 1, § 3. *Felici episcopo per Eufronium* III, 2, § 6. *Felici episcopo Namnetico* III, 4, § 13. *Gregorio Turonensi* V, 5, 149. 8, 9. 8ª, 5. 9, 14. 12, 7. 16, 5. VIII, 14, 5. 15, 11. 16, 5. 18, 8. 20, 14. 21, 9. IX, 7, 74. *VM prol.* § 2. *Martino Galliciae episcopo* V, 1, § 11. 2, 60. *Bucconi diacono* III, 26, 15. *Syagrio Augustidunensi episcopo* V, 6, § 17. 6ª *a lat. commendat Italum quendam in patriam redeuntem episcopis Galliae* V, 18, 5—10. *peregrinum in Italiam profecturum episcopis* X, 13.

pro se implorat sanctos Agaunenses II, 14, 29. *Chalactericum* IV, 7, 26. *s. crucem in cruce ipsa* II, 3, 4. *Eufrasiam* IV, 27, 20. *Martinum* I, 5, 22. X, 6, 102. *VM* II, 480 *sqq.* IV, 595. *b. Medardum* II, 16, 165.

[*Gregorius Turonensis in praef. ad vitam S. Martini:* utinam Severus aut Paulinus viverent aut certe Fortunatus adesset, qui ista discriberent. *citat eundem ibidem l. 1 c. 2:* sed et Fortunatus presbiter omne opus vitae eius (*Martini*) in quattuor libris versu conscripsit. *l. 1 c. 13:* sed nec hoc praeteribo, quod venerabilem conservum meum Fortunatum presbiterum retulisse commemoro *et quae sequuntur c. 14. 15. 16. ex carmine* '*Fortunati presbyteri*' *IX, 14 quaedam affert idem Gregorius in glor. mart. 41. — Paulus diaconus hist. Lang. II, 13:* quia Felicis (*episcopi Tarvisani, v. sub hoc*), *inquit*, fecimus mentionem, libet quoque nos pauca de venerabili et sapientissimo viro Fortunato retexere, qui hunc Felicem suum adseverat socium fuisse. Denique hic de quo loquimur Fortunatus natus quidem in loco qui Duplabilis dicitur fuit; qui locus haut longe a Cenitense castro vel Tarvisiana distat civitate. Sed tamen Ravennae nutritus et doctus, in arte gramatica sive rethorica seu etiam metrica clarissimus extitit. Hic cum oculorum dolorem vehementissimum pateretur, et nihilominus Felix iste ipsius socius pari modo oculos doleret, utrique ad basilicam beatorum Pauli atque Iohannis, quae intra eadem urbem sita est, perrexere. In qua etiam altarium in honore beati Martini confessoris constructum propinquam habet fenestram, in qua lucerna ad exibendum lumen est constituta. De cuius oleo mox sibi isti, Fortunatus scilicet et Felix, dolentia lumina tetigerunt. Ilico dolore fugato sanitatem, quam optabant, adepti sunt. Qua de causa Fortunatus in tantum beatum Martinum veneratus est, ut, relicta patria, paulo antequam Langobardi Italiam invaderent, Turonis ad eiusdem beati viri sepulchrum properaret. Qui sibi, ut in suis ipse carminibus refert, illuc properandi per fluenta Tiliamenti et Reunam perque Osupum et Alpem Iuliam perque Aguntum castrum Dravumque et Byrrum fluvios ac Briones et Augustam civitatem, quam Virdo et Lecha fluentant, iter fuisse describit. Qui postquam Turonos iuxta votum proprium advenit, Pictavis pertransiens, illuc habitavit, et multorum ibidem sanctorum gesta partim prosa, partim metrali ratione conscripsit; novissimeque in eadem civitate primum presbiter, deinde episcopus ordinatus est, atque in eodem loco digno tumulatus honore quiescit. Hic beati Martini vitam quattuor in libris heroico versu contexuit, et multa alia maximeque ymnos singularum festivitatum et praecipue ad singulos amicos versiculos, nulli poetarum secundus, suavi et diserto sermone conposuit. Ad cuius ego tumulum, cum illuc orationis gratia adventassem, hoc epitaphium, rogatus ab Apro, eiusdem loci abbate, scribendum contexui:

Ingenio clarus, sensu celer, ore suavis,
Cuius dulce melos pagina multa canit,
Fortunatus, apex vatum, venerabilis actu,
Ausonia genitus, hac tumulatur humo.
Cuius ab ore sacro sanctorum gesta priorum
Discimus: haec monstrant carpere lucis iter.
Felix, quae tantis decoraris, Gallia, gemmis,
Lumine de quarum nox tibi tetra fugit.
Hos modicos prompsi plebeio carmine versus,
Ne tuus in populis, sancte, lateret honor.
Redde vicem misero: ne iudice spernar ab aequo,
Eximiis meritis posce, beate! precor].

Fortunati nomen male prae se ferunt opuscula haec: Vita Medardi B 73, 8. *Vitae Maurilii et Albini B* 82, 10. 24. *Maurilii B* 87, 25. 92, 22. 95, 4. *Expositio fidei catholicae B* 106, 13.

Fraifledis *puella B* 46, 3.

Franco *pater Probiani B* 8, 19.

Fredegundis *regina* IX, 4, 7. 5, 8. *eius laus* IX, 1, 117 *sqq. ad eam et Chilpericum carmina data* IX, 2. 3.

Frigia *v.* Phrygia.


Gabriel, Gabrihel X, 5, 3. 10, 3. *Laud. M.* 67. 186. *carm. spur.* 9, 6.

Galactorius. *Ad eum carmina* VII, 25. X, 19. *defensor, amator, tum iudex vel comes Burdegalensis* VII, 25, 11. X, 19, 3. *comparatur Iustiniano imperatori* 19, 16. [*Waitz, Deutsche Verfassungsgeschichte II, 2, p. 13 n. At quod ait Fortunatus:* Burdegalensis eras et cum defensor, amator: dignus habebaris haec duo digna regens *non de duobus muneribus videtur accipiendum esse, sed hoc vult poeta et civem Burdigalensem Galactorium fuisse et praefectum et recte consociasse amorem patriae officiique curam. Th. M.*].

Gallienus *comes* [*amicus Gregorii Turon. cf. H. F. V, 49*]. *pro puella a iudicibus capta anno 589 ad eum carmen datum* X, 12ᶜ. *Cf.* Romulfus.

Gallomagnus *episcopus, pater Palatinae, socer Bodegisili ducis* VII, 6, *tit.* 23. [*Gallomagnus episcopus Trecensis commemoratus a Greg. Tur. Vit. Patr.* VIII, § 8, *subscripsit conciliis Parisino IV. a. 573 et Mati-*

Stemma regum Francorum quatenus pertinet ad Fortunati opera illustranda.



II. INDEX REGIONVM ET LOCORVM.

III. POETARVM PRIORVM LOCI EXPRESSI A FORTVNATO*).

COMPOSVIT M. MANITIVS.

*) *Multi loci in duos hos laterculos recepti non tam expressi sunt a Fortunato ad certum poetam aliquem vel a poeta alio ad Fortunatum quam communes versificatorum omnium; sed ut fines inter utrumque genus regere difficile est, ita inutilium adiectio utilium usum non imminuet.*

II, 7, 38 Ovid. Metam. XV, 532 Et lacerum fovi . . corpus.
49 Sedul. C. Pasch. II, 2 Florigera de sede virum.
8, 9 Arat. act. ap. I, 564 venerabilis orbi.
24 (cf. 9, 20) Ov. Amor. I, 4, 48 dulce peregit opus.
9, 47 Claudian. cons. Stil. I, 55 videndi | Flagravit studio.
59 Ov. Ibis 458 Et quatias . . tympana rauca.
60 Claudian. rapt. Pros. praef. I, 14 repetit fila canora lyrae.
11, 17 Sedul. C. Pasch. II, 37 Et dictum comitata fides.
12, 5 Arat. act. ap. II, 78 virtute potens.
6 Claudian. in Rufin. II, 274 occiduo maneas sub cardine.
14, 20 Sedul. C. Pasch. I, 343 Quattuor hi proceres.
26 Alcimi Aviti C. III, 357 iudex atque arbiter orbis.
15, 9 Sedul. C. Pasch. I, 314 quia vana deo est sapientia mundi. cf. I Cor. 3, 19.
12 ib. I, 284 Arrius infelix.
16 Prosper epigr. 76, 2 intemerata fides.
19 Sedul. C. Pasch. II, 216 dominumque deumque. cf. Iuvenci hist. ev. I, 24.
16, 108 Ov. Art. Amat. II, 494 Movit . . pollice fila lyrae.
125 Sedul. C. Pasch. II, 5 Mortali sub lege iacens.
III, 3, 23 cf. Verg. Aen. II, 525 sacra longaevum in sede locavit.
4, 5 Verg. Georg. III, 460 salientem sanguine venam.
6, 5 Verg. Aen. II, 202 taurum ingentem mactabat ad aras.
28 Sedul. C. Pasch. I, 341 Iura sacerdotii.
35 Verg. Aen. IV, 298 Omnia tuta timens.
7, 47 Ov. Metam. XIV, 752 patulis . . sublime fenestris.
8, 31 Prosper epigr. 79, 1 vitam sine crimine ducens.
9, 17 cf. Verg. Georg. II, 30 Caudicibus sectis.
22 ib. IV, 61 frondea semper | Tecta.
34 ib. II, 440 levandum | Fronde nemus.
45 ib. 328 resonant avibus virgulta canoris.
59 Ov. Trist. III, 5, 40 funeris exsequiae.
62 (cf. 87) Sedul. C. Pasch. IV, 286 Extremuit letale chaos.
73 Iuvenci hist. ev. II, 512 caeci de carceris umbris.
79 Verg. Aen. VI, 421 fame rabida tria guttura pandens.
10, 9 ib. VII, 6 Aggere conposito tumuli.
23 cf. Ov. Metam. III, 110 seges clypeata virorum.
12, 37 Verg. Georg. III, 330 Currentem . . canalibus undam.
13, 25 Verg. Aen. XI, 59 pleno lupus insidiatus ovili.
17, 3 Arat. act. ap. I, 675 volat axe citato.
23a, 4 Sedul. C. Pasch. V, 427 cuncta tenens excelsa vel ima.
27, 1 cf. ib. V, 237 meruerunt cernere vultum.
30, 7 Prosper epigr. 101, 8 subdere colla iugo.
IV, 1, 17 Arat. act. ap. II, 47 stetit exul ab oris.
21 Prosper epigr. praef. 9 pietate magistra.
6, 11 Sedul. C. Pasch. I, 134 populum dulcedine pastum.
8, 13 Claudian. III cons. Hon. 182 qui mente serena. cf. cons. Stil. II, 66.
9, 4 Ov. Fast. III, 706 pontificale caput.
9 Horat. C. I, 3, 18 siccis oculis.
11 cf. Verg. Aen. XI, 441 haud ulli . . pietate secundus.
10, 1 Martial. ep. VII, 47, 11 fugitivaque gaudia carpe.
22 Ov. Pont. I, 2, 4 abstulit una dies.
12, 1 Sedul. C. Pasch. II, 14 extremae sors inreparabilis horae.
18, 1 ib. V, 94 quantis | Impedior lacrimis, rabidum memorare tumultum.
25, 3 Verg. Aen. II, 689 precibus si flecteris ullis.
6 Ov. Pont. I, 2, 4 abstulit una dies.
26, 1 cf. ad 10, 1.
17 cf. Iuvenci hist. ev. I, 165 ingentia gaudia porto.
45 Sedul. C. Pasch. II, 63 enixa puerpera regem.
91 ib. IV, 165 quibus arbiter orbis | . . dicturus erit.
92 Verg. Aen. IX, 503 At tuba terribilem *e. q. s.*
129 Iuvenci hist. ev. III, 15 lux aurea vitae.
V, 1, 2 cf. Sedul. Hymn. I, 43 madido sed vellere.
2, 28 Ov. Fast. II, 820 fluunt lacrimae more perennis aquae.
3, 3 Ov. Art. Amat. II, 670 curva senecta.
9 Sedul. C. Pasch. I, 341 Iura sacerdotii.
5, 11 Prosper epigr. 65, 11 virtute augente superna.
47 Iuvenci hist. ev. I, 403 si me veneratus adores.
83 Claudian. in Rufin. I, 262 volucris non praepete cursu.
110 Verg. Ecl. IV, 7 Iam nova progenies.
6, 3 cf. Verg. Georg. II, 490 rerum cognoscere causas.
8b, 4 Verg. Aen. I, 600 grates persolvere dignas.
7. 8 Sedul. C. Pasch. IV, 202 grates ageret pro munere tanto.
9, 11 Prosper epigr. 101, 1 divinae et pacis amator. cf. Ov. Remed. am. 20.
15, 2 cf. ad IV, 9, 4.
VI, 1, 4 Ov. Trist. III, 1, 40 Cingit . . arbor opaca fores.
6 Ov. Fast. III, 238 e tenero palmite gemma tumet. cf. I, 152.

VI, 1, 35 Verg. Aen. VIII, 412 castum servare cubile.
42 Verg. Georg. III, 271 subdita flamma medullis.
43 cf. Verg. Aen. VI, 390 noctisque soporae.
45 Claudian. de nupt. Hon. et Mar. 6 mens omnis aberrat | in vultus quos pinxit Amor.
46 Ov. Ep. XVII, 45 falsa sub imagine lusae.
52 Verg. Aen. VII, 53 matura viro, iam plenis nubilis annis.
54 Claudian. bell. Gildon. 188 nec damna pudoris | Turpia sufficiunt. cf. IV. cons. Hon. 86. Ov. Art. Amat. I, 100.
70 Sedul. C. Pasch. I, 96 spem gentis opimae.
79 cf. ad II, 12, 6. I, 15, 7.
107 Verg. Georg. III, 307 Tyrios incocta rubores.
108 Claudian. rapt. Pros. I, 184 rutilum squamis intermicat aurum. cf. IX, 3, 3.
116 cf. Ov. Metam. IV, 73 quid amantibus obstas.
1a, 21 Prosper epigr. 101, 1 Cultor iustitiae divinae et pacis amator.
2, 46 Ov. Amor. I, 8, 10 fulget in orbe dies.
67 ib. I, 7, 54 ventilat aura comas.
90 cf. Ov. Fast. V, 410 praemia doctor habet.
101. 102 Sedul. C. Pasch. II, 77 tunc fronte serena | Nubila mentis habens.
4, 5 Claudian. de phoen. 10 patitur contagia mundi.
5, 9 Verg. Aen. X, 501 Nescia mens hominum fati.
35 cf. Verg. Ecl. X, 65 te fasce levabo.
55 cf. ad IV, 25, 3.
64 Verg. Aen. III, 661 Solamenque mali.
68 cf. Ov. Remed. 169 oblectant animos.
88 cf. Verg. Georg. IV, 169. Aen. I, 436 Fervet opus.
154 Lucan. Phars. III, 352 Vbera sicca fame.
170 Verg. Aen. IV, 300 Saevit inops animi (cf. ad 149 ibid. 328 sq.).
175 cf. ad IV, 12, 1.
203 Prosper de provident. 19 et fletibus ora rigamus. cf. Verg. Aen. VI, 699. III, 619.
229 Verg. Ecl. V, 43 ad sidera notus.
292 Ov. Trist. III, 5, 14 auribus illa bibi.
302 Ov. Art. Amat. III, 360 saepe recurrit iter.
333 Verg. Aen. X, 843 praesaga mali mens.
6, 1 Verg. Ecl. IX, 40 Hic ver purpureum. (Verg.) Culex 50 viridantia gramina.
4 cf. ad III, 9, 22.
8, 5 Arat. act. ap. II, 47 stetit exul ab oris.
10, 6 Catull. C. 68, 62 Aestus hiulcat agros.
23 Iuvenci hist. ev. III, 566 torperent otia lenta.
27 Verg. Ecl. VII, 17 Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
44 Ov. Metam. XIII, 123 Telamone satus.
48 Horat. C. II, 17, 5 te meae . . partem animae. I, 3, 8 animae dimidium meae.
63 Verg. Ecl. IX, 3 ut possessor agelli.
VII, 1, 1 Ov. Metam. X, 145 impulsas tentavit pollice chordas.
2. 3 Ov. Fast. V, 106 fila dedisse lyrae.
4, 20 cf. Verg. Aen. IX, 541 caelum tonat omne fragore.
7, 75 Prosper de ingratis 322 comitetur gratia cursum.
8, 10 Lucan. Phars. IV, 757 longe trahit ilia. cf. Ov. Ibis 171. Hor. epist. I, 1, 9.
52 Ov. Amor. I, 8, 10 fulget in orbe dies.
12, 17 Verg. Aen. X, 180 sequitur pulcherrimus Astur.
44 cf. Ov. Ep. XXI, 156 languida membra cadunt.
63 Ov. Art. Amat. II, 505 taciturna silentia rumpas.
14, 3 cf. Verg. Aen. VII, 495 ripaque aestus viridante.
23 Verg. Ecl. I, 81 sunt nobis mitia poma.
31 Verg. Aen. V, 791 Aeoliis . . freta procellis.
18, 4 Ov. Fast. V, 596 debita solvit honos.
20, 12 cf. ad VI, 10, 48.
21, 5 Verg. Aen. IV, 357 Testor utrumque caput.
22, 8 Sedul. C. Pasch. I, 350 Gaudia longa metam.
25, 14 Verg. Aen. I, 105 cumulo praeruptus aquae mons.
VIII, 1, 1 cf. Ov. Fast. IV, 245 Aoniae facunda voce Camenae.
15 Horat. ep. II, 3, 22 Institui, currente rota.
3, 103 Sedul. C. Pasch. I, 97 et serum suspendit ad ubera natum.
126 cf. Sil. Ital. Pun. XII, 738 natis infigunt oscula matres.
175 Verg. Aen. XII, 708 genitos diversis partibus orbis.
201 Ov. Metam. I, 167 tenuit mora nulla vocatos.
235 Verg. Aen. VIII, 369 Nox ruit et fuscis tellurem amplectitur alis.
259 cf. Verg. Aen. X, 96 fremebant | Caelicolae adsensu.
264 Claudian. bell. Gildon. 477 Ordinibus variis.
284 Claudian. Magnes 53 Fluctibus in mediis.
317 cf. Ov. Trist. II, 325 radiantia lumina solis.
321 Arat. act. ap. I, 564 venerabilis orbi.
343 Sedul. C. Pasch. II, 125 nec iam modo mater.
360. 362 Sedul. ib. 126 Orba super gelidum frustra premit ubera natum. cf. ad VI, 5, 154.
4, 34 Iuvenci hist. ev. I, 118 gaudia mira frequentes | Concelebrant.
6, 9 Horat. C. II, 16, 35 Afra | Murice tinctae.

VIII, 7, 1 Claudian. bell. Pollent. 60 Aquilo glacie constringat harenas.
9, 15 Horat. C. I, 3, 7 Reddas incolumem precor.
10, 3 Claudian. cons. Manl. 30 revocasti gaudia genti.
11. 12 Verg. Georg. IV, 142 Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos | Induit.
16, 3 cf. ad 3, 321.
IX, 1, 5 Horat. C. I, 1, 1 atavis edite regibus.
25 Verg. Aen. V, 262 decus et tutamen in armis.
41 Lucan. Phars. IV, 503 sors invida.
47 cf. Verg. Aen. IX, 462 armis circumdatus ipse.
58 Sedul. C. Pasch. I, 350 Gaudia longa metam.
100 Arat. act. ap. II, 78 virtute potens.
117 Horat. ep. II, 1, 2 Res Italas . . moribus ornes.
2, 1 Sedul. C. Pasch. II, 14 sors inreparabilis horae.
3 Arat. act. ap. I, 733 venenum | Semper ab ore vomit.
69 cf. Ov. Fast. VI, 273 media rerum regione locati.
128 Claudian. de phaleris 10 purpura vestiat armos | . . te zona ligat variata colorum.
3, 3 Ov. Trist. IV, 7, 1 post frigora brumae.
8 Verg. Ecl. VII, 59 nemus omne virebit.
4, 11 Claudian. de phoen. 10 patitur contagia mundi.
7, 53 cf. Ov. Metam. IV, 616 Libycas . . arenas. cf. Catull. 61, 206 sq.
9, 7 Sedul. C. Pasch. I, 341 Iura sacerdotii Lucas tenet.
X, 6, 1 Ov. Pont. III, 3, 91 venerabile templum.
27 cf. Verg. Aen. IV, 527. VII, 87 sub nocte silenti.
64 Ov. Art. Amat. III, 360 saepe recurrit iter.
77 Sedul. C. Pasch. I, 45 qui conditor orbis.
89 Ov. Metam. XIV, 752 patulis tectum sublime fenestris.
123 Ov. Trist. V, 12, 53 qui mihi commodet aurem.
127 Claudian. III cons. Hon. 97 cui militat aether.
7, 59 cf. ad VIII, 3, 103.
8, 4 Ov. Ep. XXI, 242 Lumina fixa tenens.
9, 11 Claudian. rapt. Pros. I, 220 patulis illudere campis.
19 Claudian. III cons. Hon. 47 valles et concava.
32 Ov. Amor. I, 7, 54 Vt cum populeas ventilat aura comas.
35 Ov. Metam. IV, 777 et silvis horrentia saxa.
41 Sedul. C. Pasch. I, 75 impressas calcabit vinitor uvas.
11, 15 Lucan. Phars. III, 720 defunctum parte cadaver.
12[a], 1 cf. ad VIII, 3, 321.
12[d], 3 cf. Horat. ep. II, 2, 1 bono claroque fidelis amice Neroni.
13, 1 Arat. act. ap. II, 581 tu semita vitae.
18, 4 Verg. Aen. V, 293 Vndique conveniunt.
19, 18 Ov. Fast. III, 420 pontificalis honos.
XI, 5, 1 Horat. C. I, 1, 2 dulce decus meum.
9, 15 cf. Ov. Amor. I, 5, 23 Singula quid referam.
13, 4 Verg. Ecl. I, 82 Castaneae molles.
18, 5 Verg. Aen. VII, 67 ramo frondente pependit.
26, 15 cf. ad IV, 25, 3.
App. I, 1 Lucan. Phars. IV, 503 sors invida.
45 Verg. Aen. I, 261 quando haec te cura remordet.
86 Ov. Trist. III, 10, 31 undas | Frigore concretas.
167 Sedul. C. Pasch. V, 52 Hausisset . . flabris vitalibus auras.
2, 90 cf. ad IX, 1, 58.
9, 1 cf. ad II, 12, 6.
10, 6 cf. ad VIII, 4, 34.
14, 9 Sedul. C. Pasch. II, 69 angelicus cecinit miracula coetus.
21, 5 ib. II, 114 complet balatibus auras.
23, 25 Arat. act. ap. I, 450 deus arbiter orbis.
24, 13 Verg. Aen. III, 599 per sidera testor.
25, 1 cf. Verg. Aen. VIII, 61 Supplicibus supera votis.
29, 5 Verg. Aen. IV, 257 Litus arenosum . . secabat.
VM praef. 29 Sedul. C. Pasch. I, 319 comitantur in ardua gressum.
33 Verg. Ecl. V, 43 ad sidera notus.
I, 7 Verg. Aen. II, 330 portis alii bipatentibus adsunt.
50 Petron. Sat. 119 male pubescentibus annis.
79 Verg. Aen. II, 57 manus post terga revinctum.
89 Verg. Aen. VI, 638 et amoena virecta.
102 Sedul. C. Pasch. II, 215 Dixerat et validi confossus cuspide verbi.
123 Sedul. C. Pasch. V, 248 Summus apex.
163 ib. IV, 128 gelidumque cadaver.
217 Verg. Aen. XII, 724 ingens fragor aethera complet.
258 ib. XI, 135 ferro sonat alta bipenni | Fraxinus. cf. VI, 180.
300 Sedul. C. Pasch. I, 31 Quid fana profana | Proderit.
306 Verg. Aen. IV, 304 his Aenean compellat vocibus ultro.
311 Claudian. III cons. Hon. 97 cui militat aether.
314 Verg. Aen. IV, 569 Heia age rumpe moras.
330 ib. VIII, 611 seque obtulit ultro.

VM I, 348 Verg. Aen. IV, 71 liquitque volatile ferrum.
368 (Verg.) Ciris 223 fessam languore puellam.
371 Ov. Trist. III, 5, 40 funeris exsequiae.
396 Verg. Aen. VIII, 581 mea sola et sera voluptas.
482 Prosper epigr. 101, 1 divinae et pacis amator.
485 Verg. Aen. IX, 341 fremit ore cruento.
II, 6 Verg. Aen. VII, 23 ventis inplevit vela secundis.
27 Sedul. C. Pasch. I, 189 Ardentis fidei restincta est flamma camini.
48 cf. ad VI, 1, 43.
59 Verg. Aen. II, 339 maximus armis | Epytus.
87 sq. ib. I, 639 Arte laboratae vestes ostroque.
88 Paulini Nol. C. XXV, 74 Quae modo purpureis serica mixta gerunt.
89 Claudian. rapt. Pros. I, 184 intermicat aurum.
122 Sedul. C. Pasch. II, 218 coetusque micantes | Angelici.
125 Verg. Aen. VI, 202 liquidumque per aera lapsae.
152 ib. VI, 682 Forte recensebat numerum.
156 ib. VI, 710 causasque requirit.
163 Claudian. in Rufin. I, 97 artesque nocendi | Edidicit.
179 Ov. Trist. II, 565 suffusis felle refugi. Sedul. C. Pasch. III, 184 nigro qui felle veneni.
180 Verg. Aen. V, 84 lubricus anguis.
217 ib. VI, 879 Heu pietas, heu prisca fides.
240 ib. IV, 527 sub nocte silenti.
246 ib. I, 725 Fit strepitus tectis.
256 Iuvenci hist. ev. III, 359 daemonis arte.
265 cf. Claudian. praef. in Eutr. II, 1 rerum flectebat habenas.
302 Verg. Aen. V, 162 huc dirige gressum.
347 ib. V, 740 fugit ceu fumus in auras.
359. 360 Sedul. C. Pasch. III, 70 Nec tergere sacras nec cessat lambere plantas.
373 Verg. Georg. III, 172 valido nitens sub pondere.
406 Ov. Art. Amat. II, 505 taciturna silentia vitet.
478 Arat. act. ap. I, 450 deus arbiter orbis.
III, 2 Iuvenci hist. ev. III, 566 torperent otia lenta.
4 Stati Theb. IX, 492 Stabat gramineae producta crepidine ripae.
6 Lucan. Phars. V, 426 solvere rates totosque rudentes.
6. 7 ib. V, 560 solvensque ratem dat carbasa ventis.
56 Verg. Aen. II, 684 Lambere flamma comas.
83 Ov. Ep. X, 10 tardat arena pedes.
99 Ov. Amor. III, 9, 19 mors importuna profanat.
113 Verg. Georg. III, 460 salientem sanguine venam.
124 Ov. Metam. II, 205 rapiuntque per avia currum.
137 Horat. Sat. I, 5, 23 Fuste dolat.
175 cf. VIII, 3, 321.
178 cf. Verg. Aen. VII, 484 matris ab ubere raptum.
200 Sedul. C. Pasch. II, 216 dominumque deumque.
227 Verg. Aen. VIII, 541 solio se tollit ab alto.
235 Sedul. C. Pasch. III, 299 genua amplectens genibusque volutans. cf. Verg. Aen. III, 607.
257 Verg. Aen. I, 701 Dant famuli manibus lymphas.
293 Sedul. C. Pasch. I, 189 flamma camini.
295 ib. II, 110 ceu leo frendens.
314 ib. V, 314 Vestigiis calcare suis veneranter adorant.
328 Ov. Remed. am. 199 venandi studium cole. cf. Tib. 4, 3, 23.
329 Claudian. cons. Stil. III, 299 (canes) hae nare sagaces.
339 Verg. Aen. XII, 755 morsuque elusus inani.
344 Claudian. rapt. Pros. I, 220 patulis illudere campis.
364 Verg. Aen. VI, 405 tantae pietatis imago.
375. 376 Arat. act. ap. II, 556 prima de sede repulsi | Exsilio mundi iacimur.
399 Verg. Aen. XII, 398 nixus in hastam.
426 Verg. Aen. X, 265 atque aethera tranant.
440 ib. III, 179 remque ordine pando.
458 Ov. Fast. III, 269 frontem redimita coronis. cf. VI, 321.
462 Verg. Aen. V, 132 auro | . . ostroque decori.
IV, 2 Ov. Fast. V, 255 decerpsi pollice florem.
11 Claudian. epith. Pallad. et Celer. 27 Et reliquum nitido detersit pollice somnum.
98 Verg. Aen. VI, 384 Ergo iter inceptum peragunt.
152 ib. IV, 300 Saevit inops animi.
220 Ov. Art. Amat. II, 505 taciturna silentia rumpat.
222 cf. ib. III, 179 croceo velatus amictu.
231 Ov. Metam. X, 608 magnum et memorabile nomen.
274 cf. Verg. Aen. V, 158 sulcant vada salsa carina.
275 Sedul. C. Pasch. II, 222 vaga caerula ponti.
299 Verg. Georg. I, 142 pelagoque alius trahit humida lina.
326 Pers. Sat. I, 32 hyacinthina laena est.
365 Verg. Aen. VII, 160 Iamque iter emensi. Claudian. cons. Stil. I, 228 per vasta silentia silvae. cf. Lucan. Phars. V, 508.
371 Verg. Aen. IV, 295 ac iussa facessunt.

VM IV, 404 ib. I, 67 Tyrrhenum navigat aequor.
410 Lucan. Phars. I, 501 Desilit in fluctus deserta puppe magister.
422 Prosper de provident. 99 ventis dare libera vela secundis.
453 Iuvenci hist. ev. I, 96 gratesque rependit.
499 Ov. Met. VI, 145 exercet aranea telas.
500 Ov. Fast. VI, 697 per rara foramina buxo.
525 cf. Ov. Pont. I, 2, 18 spicula felle linunt.
605 Ov. Met. IX, 175 tendens ad sidera palmas. cf. Verg. Aen. V, 256.
Spur. I, 43 Iuvenci hist. ev. I, 621 Totius . . splendebunt corporis artus.
62 Sedul. C. Pasch. II, 93 Pronus adoraret.
82 cf. Fort. VM I, 106.
92 Sedul. C. Pasch. II, 66 Imperium sine fine manet.
139 ib. I, 286 petit ima profundi.
164 ib. II, 51 forma speciosus amoena.
303 cf. Ov. Metam. X, 264 dat longa monilia collo.

IV. POETARVM POSTERIORVM LOCI EXPRESSI AD FORTVNATVM*).

COMPOSVIT M. MANITIVS.

Bonifatii carmina

aenigm. 249 C. IV, 26, 91 arbiter orbis.

Pauli carmina

VI, 20 C. V, 10, 1. IX, 10, 1 Summe pater patriae.
XIV, 15 C. III, 22, 5 pietatis amator.
XXII, 10 C. VI, 1, 108 Lilia mixta rosis.
21 sq. C. IV, 26, 35 At Tertius a decimo ut hanc primum acceperat annus | Traditur optato consociata viro. VI, 1a, 42 Quam tibi divinus consociavit amor.
XXXIII, 50 C. IV, 17, 12 quem paradisus habet.
51 C. VIII, 8, 1 O regina potens.
XXXVI, 21 C. III, 6, 3 pueros iuvenesque senesque.
XXXIX, 20 C. IV, 5, 6 spiritus astra colit. IV, 8, 6 spiritus astra tenet.
XL, 18 C. III, 9, 74 ad ima ruit.
LVI, 33 C. IV, 6, 9 patientia victrix.

Versus libris saec. octavi adiecti

I, 4 C. IV, 18, 1 Inpedior lacrimis.
Ia, 3 C. IV, 2, 5 Nobilis antiqua decurrens prole parentum.
IVa, 12 C. III, 21, 2 noster et altus amor.
VIIa, 24 C. VIII, 3, 141 Culmen apostolicum.

Tituli saeculi octavi

I, II, 2 C. IV, 17, 12. 18, 25 Non iam flendus eris.
6 C. VIII, 3, 5. VM II, 122 Coetibus angelicis.
8 C. V, 18, 2 Norma sacerdotum.
IV, 14 C. IV, 8, 8 pontificalis apex.
VI, 1. 2 C. IV, 5, 6 Membra sepulchra tegunt, spiritus astra colit.
19 C. I, 2, 1 sancti concurris limina templi.
VIII, 24 C. IV, 18, 24 Post finem terrae regna superna petit.
IX, 4 C. II, 11, 20 promptus ad omne bonum.

Alcuini carmina

I, 22 C. VIII, 3, 155 fecunda Britannia.
118 C. VIII, 15, 1. IX, 10, 1 Summe pater patriae.
199 C. III, 8, 1 Inluxit festiva dies.
284 VM II, 217 O pietas et celsa fides.
309 C. IV, 7, 11 Forma venusta.
324 VM I, 368 Tabida paralysis gelido languore puella.
439 C. III, 6, 3 pueros iuvenesque senesque.
500 C. IV, 4, 19 rexit habenas.
528 cf. ad 439.
565 C. IV, 4, 19 ita rexit habenas.
1020 C. II, 11, 11 pietate coruscans.
1086 C. I, 15, 33 Pontificalis apex.
1269 C. VIII, 3, 264 Ordinibus variis.
1433 VM I, 29 Parvula grammaticae lambens refluamina guttae.
1435 ib. I, 31 Cote ex iuridica.
1540—1544 cf. C. VIII, 1, 54—59.
II, 1 cf. ad I, 1086.
III praef. 1 C. III, 3, 3 Christi venerande sacerdos.
IX, 1 cf. ad I, 500.
XXIV, 9 C. VIII, 3, 5 Coetibus angelicis . . sociata.
XXVIII, 4 C. IV, 5, 6 spiritus astra colit.
9 ib. 21, 13 Luce perenne fruens.
XXXI, 9 ib. 7, 9 pietatis membra quiescunt.
XXXIV, 38 C. II, 11, 20 promptus ad omne bonum.
IX, 16 C. VIII, 3, 7 Alternis vicibus.
217 C. III, 30, 5 Fer patienter onus.
X, 13 C. V, 5, 11 ditans virtute superna.
XIV, 13 C. VIII, 16, 3 toto venerabilis orbe.
XXI, 5 C. II, 7, 20 urbs, caput orbis.

*) *Ad poetarum Latinorum aevi Carolingici editionem, quam curavit Ernestus Duemmler (vol. I a. 1881; vol. II a. 1884) haec aptata sunt et fere ex eorum voluminum adnotatione desumpta.*

XXI, 7 C. IV, 1, 21 pietate magistra.
XXIII, 6 C. III, 9, 6 salutis opem.
10 C. VI, 1, 108 Lilia mixta rosis.
24 C. VIII, 3, 264 Ordinibus variis.
XLIII, 5 C. VI, 1ª, 21 Iustitiae cultor, pietatis amore coruscas.
39 C. III, 22, 5 pietatis amator.
XLV, 16 C. II, 16, 61 solitae pietatis amore.
LXIII, v, 1 C. VII, 14, 7 qui celsa palatia regis.
LXXXII, 6 C. IV, 26, 32 praeter amare deum.
LXXXVI, 1 C. III, 6, 11 egregios . . patres.
LXXXVII, xv, 16 C. VIII, 3, 5 Coetibus angelicis.
XCII, ii, 6 C. II, 11, 19 Ecclesiae fultor . . | . . promptus ad omne bonum.
XCIX, x, 5 C. III, 22, 5 pietatis amator.
ix, 4 C. II, 16, 61 solitae pietatis amore.
CII, 2 C. IV, 1, 21 pietate magistra.
CVI, 1, 4 C. V, 5, 11 ditans virtute superna.
CIX, iii, 22 C. VI, 3, 16 et pietatis ope.

Angilberti carmina

I, 24. 25 C. VI, 1, 46 Saepe per amplexum falsa sub imagine lusit.
36 C. III, 21, 2 noster et altus amor.
II, 53 cf. C. VI, 1, 52 maturis nubilis annis.
74 C. IV, 7, 15 modulamine dulci.
85 C. III, 6, 3 pueros iuvenesque senesque.
97 C. VIII, 3, 31 lilia pollice rumpunt.
III, 3 C. II, 16, 61 solitae pietatis amore.
V, iii, 7 C. IV, 1, 21 pietate magistra.
VI, 1 VM III, 14 Rursus in oceanos.
6 ib. II, 5 Ad cursum levis aura vocat.
11 ib. praef. 29 Tendere pollicitum quia cogor ad ardua gressum.
12 ib. I, 48 luce coruscans | Gallica celsa pharus.
14 C. III, 23ª, 5 cum sole coruscas: | Ille suis radiis fulget.
26 C. VI, 1ª, 1 Victor ab occasu quem laus extendit in ortum.
32 C. VI, 1ª, 21 Iustitiae cultor.
61 C. IV, 20, 2 fulsit in orbe potens.
70 VM I, 123 summus apex fidei.
73 C. VI, 2, 100 vincis in eloquio.
120 VM II, 373 Deficit . . valido sub pondere planta.
135 C. III, 9, 25 apes . . | . . poplite mella rapit.
177 C. II, 16, 95 tetigit sacrati limina templi.
180 VM I, 125 Mox fragor astra petit, clamor vagus atria complet.
188. 189 C. III, 18, 10 aurea fila. VIII, 3, 263 Inseritur capiti radians diadema beryllis.
190 C. VIII, 3, 275 Veste superposita: bis cocto purpura bysso.
191 ib. 273 oneratur zona lapillis.
204 ib. 27 medio circumdata coetu.
212 ib. 25 Inde . . Maria coruscat. ib. 19 sequitur pius ordo.
215 VM III, 470 erat niveis amethystina vitta capillis.
216 C. VIII, 3, 264 Ordinibus variis. VM II, 290 gemmarum luce coruscans.
217. 218 C. VIII, 4, 7 Pulchra corona caput . . cingit.
219. 220 C. IV, 26, 96 Inter virgineos prima Maria choros.
227 VM II, 290 Ordine gemmarum numerosa luce coruscans.
233 C. VIII, 3, 141 radianti luce coruscum.
240 VM III, 328 volat agmen equorum.
241 C. VIII, 3, 277 His cumulata bonis.
VI, 245 C. VIII, 4, 8 Et gemmae exornant pectora, colla, comam.
247 ib. 3, 263 Inseritur capiti.
254 VM I, 375 Pes, manus, ora, genae.
256 ib. IV, 627 Vel toga permixtis hyacinthina curreret albis.
264 C. VIII, 3, 19 Hinc mercede pari sequitur pius ordo senatum.
269. 270 C. II, 16, 78 Mox tetigit templum, ferrea vincla cadunt.
271. 272 VM III, 329 Nare sagace canum fit praeda reperta frutectis.
277 ib. 330 Transiliunt campos equites et voce sequuntur.
278 ib. 331 leporem fugitivum agitare molossi.
279. 280 ib. 333 Diffusi excurrunt celeres in amore rapinae.
282. 283 ib. 334 Alter in alterius. ib. 336 Hic frutice in vacuo delusus odore rotatur.
287 ib. 332 et dente minaci.
291 ib. 345 pede lasso. ib. 349 exagitatus anhelus.
314 ib. 348 Flexit iter trepidus.
333 C. III, 19, 2 pastor opime gregis.
338 VM IV, 103 Agmina conveniunt. C. VIII, 3, 175 Vndique collectos diversis partibus orbis | Agminibus iunctis.
340 VM II, 357 Domitare rebelles.
345 C. V, 2, 1. VIII, 3, 16 Lumen apostolicum. VM I, 180 crudeli funere.
346—349 C. II, 4, 11 Serpentis suasu. VM II, 279 letiferi suffusus felle veneni.
360 ib. 242 monachorum turba tumultum.
362 ib. I, 120 Dulcia membra viri per amara flagella cavantur.
363 ib. III, 338 Capturae unius cunctorum frendet hiatus.
367 C. II, 7, 17 Sed vitiata malis et plebs infecta venenis.
385 VM III, 375 paradisi sede repulsus. ib. 502 sedis honore.
399 ib. IV, 687 Iam desperatum lumen mihi reddidit auctor.
402 C. I, 15, 31 venerande sacerdos. ib. 32 celsus in orbe.
414 VM IV, 460 voces recreato pectore.
425 C. II, 14, 4 Rupibus in gelidis.
426 VM IV, 462 quam Vindo Lycusque fluentant.
437 C. VI, 1, 102 superasti lumine vultus.
451 VM III, 344 Per patulos campos.
455. 456 VM III, 314 Sternitur ante pedes sancti veneranter adorans. ib. IV, 685 Fusus humi supplex.
497 cf. ad 456.
508 VM IV, 695 oculorum luce fenestris.
509 cf. ad 437.
514. 515 C. VIII, 3, 7 Alternis vicibus divina poemata psallunt | Atque creatori mystica verba canunt.
522 C. IV, 23, 16 divinis fungitur officiis.

Nasonis ecloga

I, 8 C. VIII, 3, 284 Fluctibus in mediis.
16 C. II, 7, 25 Pessima mens hominum.
40 C. III, 7, 20 urbs caput orbis.
II, 76 C. VI, 10, 55 Arar Rhodanusque.
110 C. XI, 9, 13 avidus superavi cuncta gulosus.
App. 22 C. IV, 18, 24 regna superna petit.

Hibernici exulis carmina

I, 24 C. IV, 10, 6 fama sub astra levat.
II, 52 C. II, 16, 61 solitae pietatis amore.

III, 5 VM I, 123 summus apex.
6 C. III, 30, 7 Subdere colla decet.
12 C. VIII, 3, 30 rosas. ib. 32 flore comante metunt.
IX, II, 5 C. IV, 10, 3 Malueram potius.
XI, 5 C. IV, 26, 32 Omnia praetereunt.
XII, 3 C. IV, 7, 1 Tu patriam repetis, nos .. relinquis.
11 C. IV, 3, 10 Ecclesiae cultor. ib. 10, 13 Templorum cultor, tacitus largitor egentum, | Susceptor peregrum distribuendo cibum.
13 C. IV, 1, 11 Dulcis in eloquio. ib. 10, 17. 21, 7 animo probus, ore serenus.
14 C. IV, 7, 14 promptus ad omne bonum.
XIII, 1—3 C. II, 11, 19 Ecclesiae fultor, laus regum, pastor egentum | Cura sacerdotum, promptus ad omne bonum.
XV, 4 C. IV, 26, 18 Nubila fronte fugans.
9 C. IX, 2, 98 Deque tua facie plebs sua vota metit.
15 C. IV, 9, 10 nulli de nobilitate secundus.
17 cf. ad 9.
20 C. IV, 9, 4 raptus ab orbe fuit.
XVI, II, 3 C. IV, 1, 31 Felix ille abiit.
XVII, 36 C. IX, 2, 22 Cum de lege necis nemo solutus adest.
XVIII, 2 C. IV, 2, 2 mors inimica. ib. 20, 4 sors inimica tulit.
8 C. IV, 20, 2 fulsit in orbe potens.
Bernowini carm. XXVI, 7 C. IV, 8, 13 ceu mente serenus.

Tituli saeculi noni

I, 16 C. II, 11, 20 promptus ad omne bonum.
28 C. III, 30, 8 subdere colla decet.
III, III, 14 C. IV, 17, 12 quem paradisus habet.

Theodulfi carmina.

I, 256 VM IV, 621 Pone, libelle, modum, trepido verecunde relatu.
II, 67 C. X, 13, 7 norma salutis.
VI, 57. 58 VM III, 494 Quasque Britannus habet terras atque ultima Thyle.
XV, 7. 8 ib. IV, 3 Vngue recido rosas et per violaria curro.
18 C. III, 14, 20 dando salutis opem.
XVI, II, 28 C. IV, 26, 32 praeter amare deum.
XVII, 6 cf. ad II, 67.
XXI, 93 C. IX, 2, 36 Quamvis celsae animae, corpora terra tegit.
99 C. IX, 2, 31 David rex atque propheta.
XXIV, 1 C. IV, 7, 9 pietatis membra quiescunt.
3. 4 C. IV, 8, 11 Nobilis antiquo .. | Sed magis in Christo nobilior merito.
XXV, 3 VM II, 78 Rhenus Arar Rhodanus Tibris Padus Hister Orontes.
13 ib. I, 127 ter cocto ardentior auro.
25 ib. 129 Vberior Nilo, generoso sparsior Histro.
84 C. IX, 12, 16 pro pietatis ope.
180 C. X, 11, 22 hic dedit esse pares.
222 VM praef. 23 Attonitus, trepidus, hebetans, vagus, anxius, anceps.
XXVI, 7 C. IV, 7, 11 Forma venusta decens.
23 C. IV, 11, 1 Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu, | Munus in hoc tumulo quod venereris habes.
XXVIII, 57 C. II, 9, 15 veluti fornace recocto.
XXIX, 19 C. III, 20, 2 aurea dona.
24 C. III, 26, 2. VIII, 17, 6 salutis opus.
XXX, 71 C. VII, 10, 15 dona salutis.
XXXI, 1 C. VIII, 8, 1 O regina potens.
6 cf. ad XXV, 84.
XXXI, 21 cf. ad XXX, 71.
XXXII, 42 C. IX, 2, 36 Quamvis celsae animae, corpora terra tegit.
XXXIV, 15 VM III, 498 simul Atticus atque Quiritis.
XXXV, 5 VM I, 127 Pulchrior electro, ter cocto ardentior auro.
10 C. III, 21, 2 noster et altus amor.
XXXVIII, II, 1 C. IV, 7, 9 pietatis membra quiescunt.
XL, 9 C. IV, 18, 19 Ecclesias ditans.
XLI, 1 VM I, 12 Hebraicus cecinit stilus Atticus atque Latinus.
37 ib. 102 validi transfixus cuspide verbi.
XLV, 15. 16 VM I, 19 Prudens prudenter Prudentius immolat actus.
XLVI, 10 C. VIII, 4, 7 caput triplici diademate cingit.
XLIX, 8 C. I, 4, 1 Emicat aula.
LXXIV, 4 C. I, 19, 2 vernat amoenus ager.
LXXV, 78 C. II, 16, 61 solitae pietatis amore.
LXXVI, 5 C. III, 15, 10 sidus in orbe micas.
LXXVII, 5, 4 C. III, 30, 7 Subdere colla decet.
7, 4 VM IV, 377 Fortis athletae.
LXXVIII, 16 C. IV, 18, 24 regna superna petit.

Aedilvulfi carmen

V, 1 C. IV, 8, 8 pontificalis apex.
VIII, 45 C. VIII, 3, 8 mystica verba canunt.
53 C. V, 5, 11 ditans virtute superna.
XX, 31 C. VIII, 3, 264 Ordinibus variis.
XXII, 87 C. VIII, 4, 19 variato lumine florent.

Smaragdi carmina

II, 17 C. X, 13, 7 norma salutis.

Ermoldi Nigelli carmina

I, 3 C. IX, 1, 3 Parvolus opto loqui regis praeconia celsi.
20 cf. C. VI, 1a, 5 Si nunc Virgilius, si forsitan esset Homerus, Nomine de vestro iam legeretur opus.
28 C. III, 19, 2 Pastor opime.
43 C. IX, 1, 29 Non fuit in vacuum sic te vocitare parentes.
55 C. VII, 20, 8 Ordine disposito.
73 C. IV, 11, 1 Quisquis ab occasu properas huc.
105 C. VIII, 7, 3 Tempore vernali.
123 C. III, 19, 1. X, 7, 66 honoris apex.
133 C. VI, 1, 96 Qui sibi censura est.
134 C. VI, 2, 86 Pondera mox legum regis ab ore fluunt. cf. VIII, 3, 225.
138 C. VI, 5, 70. 162 lambiat ore (caput) genas.
140 C. IV, 1, 8 Et meritis priscos crescere fecit avos. ib. VII, 14, 14 Moribus ipse tamen vicit honore patres.
141 C. II, 3, 1 Virtus celsa crucis.
155 C. V, 5, 83 Tende celer gressum.
191 C. III, 11, 9 Plurima per patriam monachorum examina fundens.
249 C. IV, 26, 59 De funere matris.
278 C. IX, 1, 73 Quem Geta Vasco tremunt.
304 C. VII, 25, 5 Velaque fluctivagum traherent. VM IV, 1 Post mare fluctivagum.
354 VM IV, 535 per inania bombica iactans.
365 C. VIII, 3, 197 sagitta volans.
530 C. VIII, 3, 178 urbs patefacta poli.
545 C. VI, 5, 281 Fama recens .. perculit aures.

II, 3 C. VIII, 16, 3 venerabilis orbe.
32 C. VII, 14, 12 Ingenio sollers et probitate sagax. V, 9, 11. IX, 1, 23 bonitate placens.
62 C. VI, 1ª, 4 Non trahit ingenium, sed tuus urguet amor.
77 C. III, 8, 1 Inluxit festiva dies.
79 C. III, 7, 17 Gallia plaude libens.
87 C. IV, 6, 16 Pergit ad antiquos plebe gemente patres.
97 C. VII, 14, 7 celsa palatia regis.
110 C. IX, 2, 1 sors inrevocabilis horae, | Quod generi humano tristis origo dedit.
112 ib. 63 migrabo cum omnibus illuc; | Ibimus hinc omnes, nemo nec inde redit.
143 VM IV, 636 Inde Parisiacam placide properabis ad arcem.
146 C. II, 16, 126 Nunc thalamis Christi virgo dicata micat.
147 cf. ad 79.
150 C. II, 16, 166 Auxilium posco.
151 C. VI, 5, 125 Hinc iter arripiunt.
155. 156 C. II, 16, 25 Quae prius incipiam sacri miracula facti, | Cum, quidquid facias, omnia prima micant.
162 C. IV, 18, 19. 20. VI, 5, 244 Pauperibus tribuens.
172 C. IV, 2, 6 nunc super astra manet. ib. 10, 6 fama sub astra levat.
174 C. VIII, 13, 2. X, 6, 37 generosa fides.
187 cf. C. VI, 2, 37 Ille auxere armis patriam, sed sanguine fuso: | Tu plus adquiris qui sine clade regis.
216 C. II, 9, 32 Non de veste nitens, sed pietate placens.
218 cf. ad 32.
235 C. XI, 25, 9 Hinc sacer antistes. ib. III, 11, 3 apostolico praecellens pastor ovili.
267 C. VI, 2, 81 Tu melior fidei merito.
268 C. II, 9, 35 Iste satis melior . . . | Hic quia vera colit, quo prius umbra fuit.
368 C. IV, 15, 4 mors rapit atra virum.
379 cf. ad 235.
404 C. IX, 1, 28 Adiutor fortis hoc quoque nomen habes.
441 C. IX, 2, 131 Est tamen omnipotens, Abrahae qui semen adauxit.
442 cf. C. VII, 14, 38 Et de natorum prole voceris avus. cf. IX, 1, 132.
455 C. IX, 3, 11 Gaudia distensos pariter celebretis in annos.
467 C. III, 20, 2 aurea dona ferant.
512 C. VIII, 15, 6 pia castra.
534 C. IV, 6, 6 vexit ad astra fides.
542 cf. ad 512.
569 C. II, 8, 7 Altera causa monet, quoniam.
600 C. VI, 8, 44 Ordinat et sumptus. ib. 2, 105 Muneribus largis replet.
III, 44 cf. C. V, 9, 11 bonitate placens.
75 C. I, 21, 18 exul oberrat.
114 C. VIII, 3, 7 Vicibus (*al.* vocibus) alternis divina poemata psallunt.
135 C. IX, 2, 96 Consuleas genitae, consuleas patriae.
189 C. VI, 1, 70 spes gentis opimae.
190 ib. 73 hic nomen avorum | Extendit bellante manu.
259 C. I, 18, 5 de nomine prisco.
309 C. II, 16, 61 solitae pietatis amore.
372 C. VIII, 3, 158 concomitante suo.
435 C. VI, 2, 53 regali germine natus.
593 C. VIII, 7, 1 Frigoris hiberni glacie constringitur orbis.
IV, 12 C. I, 18, 5 vocat hunc de nomine prisco.
IV, 79 VM III, 2 Otia lenta trahens.
257 C. II, 8, 23 Romana gente fabrivit.
302 cf. ad II, 600.
388 C. IV, 28, 8 Arte Minerva fuit.
402 C. I, 19, 2 vernat amoenus ager.
404 C. II, 9, 91 Inde sacerdotes, leviticus hinc micat ordo.
431 cf. ad I, 55.
453 C. XI, 10, 11 Olla nigella.
463 ib. 3 Carnea dona.
532 C. IX, 1, 10 te genus ornat avi.
579 C. IV, 10, 13 tacitus largitor egentum.
645 cf. ad II, 79.
705 C. III, 7, 51 Dextera pars templi meritis praefulget Hilari.
707 C. II, 15, 13 Egregius doctor.
732 VM III, 411 Angelicusque chorus.
Eleg. I, 20 VM III, 362 Hic fugit, ille redit.
29 C. III, 23ª, 1 Phoebus ut . . . 3 Effusis radiis totum sibi vindicat orbem.
30 C. IV, 26, 18 Nubila fronte fugans.
36 VM III, 273 Virgineique chori. C. VIII, 4, 7 Pulchra corona.
37 C. VIII, 3, 27 Ipsa puellari medio circumdata coetu.
42 ib. 264 Ordinibus variis. ib. III, 26, 2. VIII, 17, 6 solvo salutis opus.
48 C. III, 21, 2 noster et altus amor.
53 VM III, 418 Coetibus in mediis.
89 C. IX, 1, 75 Fresonibus atque Suebis.
90 cf. ad II, 600.
108 C. I, 19, 2. III, 12, 17 (vernat) ridet amoenus ager.
127 C. VII, 5, 34. 7, 35 Nilus ut Aegyptum recreat, dum plenus inundat.
143 C. VII, 8, 17 Prosperitate nova.
151 C. II, 11, 11 pietate coruscans. ib. V, 9, 11 Vir bonitate placens. ib. XI, 8, 5 probitate micans.
159 C. IV, 4, 5 Testis et antestis Gallus.
176 C. II, 8, 4 Admonet ingenium res ratione duplex.
177 C. IV, 1, 17. VI, 8, 5 patriis vagus exul ab oris.
178 C. II, 8, 7 Altera causa monet.
196 C. II, 15, 16 pertulit exilium.
197 C. III, 30, 5 Fer patienter onus. ib. 19 se ferre laborem.
II, 2 C. III, 30, 21 Carmina parva ferens.
13 C. XI, 18, 1 pruna nigella . . | Ne rogo dispicias.
15 C. IX, 2, 73 Quale placet figulo vas fictile.
25 cf. C. VI, 2, 53 regali germine natus.
26 cf. C. VI, 1, 69 Et reges geniturus erit.
27 App. 8, 7 Gratus in aspectu.
35 C. IX, 5, 7 Regibus antiquis. ib. III, 10, 1 Cedant antiqui quidquid meminere poetae.
36 C. VII, 7, 4 Pompeius felix, omnia solus habes.
38 C. VII, 10, 22 cordis amore colo.
39 C. IX, 1, 91 regni dicione gubernas.
53 C. VII, 7, 5 Illis consulibus Romana potentia fulsit.
59 C. III, 22ª, 7 altor egentum.
64 C. VI, 1, 73 hic nomen avorum | Extendit.
66 C. IX, 2, 76 Cuius ad intuitum sidera terra tremunt.
74 C. IV, 26, 32 Omnia praetereunt praeter amare deum.
111 C. III, 9, 65 alma potestas.
114 C. III, 9, 46 passer amore cano.

Eleg. II, 123 C. IX, 2, 101 David psalmographus. ib. 31 David rex atque propheta.
144 C. IV, 1, 8 crescere fecit avos.
148 C. VI, 2, 15 Ille fuit mitis, sapiens, bonus.
152 C. II, 8, 40 Moribus ipse suis amplificavit avos. ib. VII, 16, 8 Quae meritis propriis amplificavit avos.
161 cf. ad 148.
166 C. III, 9, 36 lux polus arva fretum.
189 C. VI, 2, 31 Cuius celsa fides.
191 C. IV, 24, 9 Vir sapiens iustus moderatus honestus amatus.
193 ib. 3, 10 Ecclesiae cultor. ib. 11 tutor viduarum.
195 C. III, 24, 2 Cuius in aspectu mens pretiosa micat.
196 C. XI, 12, 4 Cuius ab ore pio dulcia mella fluunt.
199 C. VIII, 3, 77 Non aliunde petas, in matre exempla require.
203 C. XI, 6, 5 Testis adest Christus.
207 C. III, 18, 19 Sit tua vita diu.
210 C. II, 7, 1 Ianua celsa poli . . patescit.
App. I, 23 C. I, 1, 11 solido perfecta metallo.

Candidus de vita Aeigili

II, 7 App. I, 47 primaevis qualis ab annis.
X, 22 C. II, 16, 9 possessor Olympi.
XIII, 14 C. VII, 20, 8 Ordine disposito.
XIV, 94 C. IV, 7, 15 Organa psalterii cecinit modulamine dulci.
XV, 1 C. II, 16, 61 solitae pietatis amore.
XVII, 5 C. I, 15, 33 Pontificalis apex.
12 C. VIII, 3, 25 Inde dei genitrix pia virgo Maria coruscat.
39 C. XI, 6, 5 Testis adest Christus.
112 cf. ad 5.
XVIII, 2 cf. ad XV, 1.
XIX, 20 cf. ad II, 7.
App. I, 4 C. IV, 2, 6 nunc super astra manet.
II, 2 C. VIII, 1, 14 notus in orbe pater.

Carmen de exordio gentis Francorum

21 C. VIII, 3, 10 concutit astra fragor.
88 C. III, 9, 39 toto venerabilis aevo.
101 C. III, 30, 7 Subdere colla decet.

Hrabani Mauri carmina

I, i, 13 C. IV, 7, 19 Sex qui lustra gerens.
II, i, 10 C. VIII, 3, 5 Coetibus angelicis.
III, 4 C. VIII, 3, 8 mystica verba canunt.
IV, iii, 1 C. VIII, 8, 1 O regina potens.
35 VM III, 89 aeger . . 92 recubans paulo ante grabatto.
XIII, 1 C. I, 1, 1 Antistes domini, meritis in saecula vivens.
5. 6 C. I, 1, 5 Dignus apostolica praefulgens mente sacerdos. ib. 2 Gaudia qui Christi de grege pastor habes.
24 C. I, 9, 14 signa tremenda.
26 C. IX, 4, 10 Accelerante die.
XXXIV, 4 C. IV, 18, 24 regna superna petit.
XXXVII, 47. 48 C. IX, 2, 13 Primus Abel cecidit, miserando vulnere caesus, | Ac fraterna sibi sarcula membra fodent.
XLIV, ii, 7 C. VII, 5, 117 collactanea ludat.
vi, 1 C. VIII, 3, 25 dei genetrix pia virgo.
XLVII, 1. 2 cf. VM I, 1 Altithronus postquam repedavit ad aethera Christus | . . . victricia signa reportans.
5 C. IV, 7, 9 pietatis membra quiescunt.

XLVIII, iii, 1 C. X, 6, 73 Alme, decus rerum, pie summe.
XLIX, viii, 1 C. VIII, 3, 141 Culmen apostolicum.
LXVI, iii, 1 cf. ad XLVII, 5.
LXXXI, 11 C. II, 8, 20 fultus honore fuit.
LXXXIV, 5 ib. 11, 15 Bis senis rexit . . lustris | . . pastor opimus oves.
8 C. V, 9, 11. IX, 1, 23 bonitate placens.
LXXXV, 3 C. IV, 23, 1 Condita sunt tumulo Iuliani membra sub isto.
5 ib. 10, 17 Ingenio vivax, animo probus, ore serenus.
LXXXVII, 5 sq. C. IV, 6, 9 Pectore sub cuius regnans patientia victrix | Fluctibus in tantis anchora sensus erat. | Felle carens, animo placidus, dulcedine pastus. VM III, 1 fixa stetit anchora terris.
LXXXVII, 9. 10 C. IV, 9, 33 Lustra decem pollens, septem quoque vixit in annos; | Mox urguente die raptus ab orbe fuit.
11. 12 C. IV, 4, 31 Hinc meliore via sanctum ad caelestia vectum | Non premit urna rogi sed tenet ulna dei. ib. 6, 18 quem tenet aula poli.
LXXXVIII, 1 C. X, 6, 107 Noscere qui mavis.
9. 10 C. IV, 14, 9 Invitans instanter oves ad pascua regis | Distribuit dulcem fratribus ore salem.
12 C. III, 21, 2 noster et altus amor.
LXXXIX, 6 C. VIII, 4, 4 Iungitur angelicis casta puella choris.
XCIII, 2 C. IV, 5, 6. 8, 6 Membra sepulchra tegunt, spiritus astra colit (tenet).
XCVII, 20 C. IV, 27, 1 Si pietatis opus.

Walahfridi Strabi carmina

I, i, 9 C. III, 21, 3 peregrinus et hospes.
ii, 18 VM III, 2 Otia lenta trahens.
iii, 11 ib. 314 veneranter adorans.
xiv, 11 C. XI, 6, 5 Testis adest Christus.
xv, 25 C. IV, 6, 11 Felle carens . . dulcedine pastus.
xx, 14 VM III, 314 Sternitur ante pedes sancti veneranter adorans.
II, 17 C. VIII, 5, 1 Regali de stirpe potens.
50 VM III, 1 fixa stetit anchora terris.
96 ib. IV, 1 Post mare fluctivagum.
169 ib. I, 18 donaria mittens.
III, 9 ib. III, 137 lacerantque flagello.
46 C. III, 11, 3 pastor ovili.
54 C. VIII, 3, 285 speciale decus . . fulget. ib. IV, 20, 2 fulsit in orbe.
220 C. II, 8, 17 animam transmisit Olympo.
242 VM I, 393 tribuat conpendia vitae.
524 C. II, 16, 16 quae paradisus habet.
529 VM III, 57 splendore coruscans.
550 ib. I, 103 quem Christus obumbrat.
552 ib. III, 36 rogitans procedere sanctum.
IIIa, 22 C. VIII, 16, 3 toto venerabilis orbe.
V, i, 1. 2 C. I, 17, 1 Munera, parva nimis, pia suscipe, quaeso, libenter, | Quae . .
viii, 27 App. 5, 10 Florum flos florens, florea flore fluens.
31 C. VII, 12, 41 crocus violae rosa lilia cedunt.
xi, 1 cf. ad i, 1.
xvii, 3 C. IV, 1, 21 pietate magistra.
xx, 55 cf. ad IIIa, 22.
xxii, 5, 3 VM III, 344 Per patulos campos.
xxiii, 155 VM III, 57 splendore coruscans.
255 C. III, 30, 7 Subdere colla decet.
XIV, 3 VM II, 290 gemmarum numerosa luce coruscans.
8 C. VIII, 3, 141 radianti luce coruscum.

XIX, 11 C. IV, 6, 6 pro meritis vexit ad astra fides.
XXIV, 8 C. IX, 2, 122 Candida ceu rubeis lilia mixta rosis.
XXVI, 16 C. VI, 2, 86 regis ab ore fluunt.
XXVII, 75 VM IV, 536 Dirus erat graviter, qui melli absinthia miscet. cf. VM I, 39.
100 C. IV, 1, 11 Dulcis in eloquio.
135 C. VII, 7, 75 serenatum . . vultum.
XXVIII, 11 C. IV, 17, 1 Omne bonum velox.

Carmina Sangallensia

III, 16 C. IV, 20, 2 fulsit in orbe potens.
VI, 3 VM III, 57 fulgore coruscans.

Gesta Apollonii

21 C. V, 6, 61 aeternae suffulti laude coronae.
100 C. VI, 5, 123 lacrimarum flumina.
207 VM IV, 423 vada complet nauta celeuma.
306 ib. III, 44 neque problema solvit.

Flori Lugdunensis carmina

V, 59 VM II, 290 numerosa luce.
119 C. IX, 2, 37 Semine ab humano cui nullus maior habetur.
IX, 8 VM III, 57 splendore coruscans.
VI, 1 C. IV, 3, 1 Palma sacerdoti (*al.* sacerdotum).
2 C. III, 15, 10 sidus in orbe micas.
3 C. IV, 3, 11 Esca inopum, tutor viduarum.
5 C. III, 15, 13 Nil lupus . . subducit . . | Te pastore sacro.
18 C. I, 15, 104 Quae bona cuncta gerit.
26 C. IV, 26, 114 velut arce poli.
VII, 4 C. V, 18, 1 veneratio christicolarum | Norma sacerdotum.
10—14 C. VII, 1, 1 Orpheus orditas moveret dum pollice chordas | . . 3 . . tetigit dulcedine silvas, | . . traxit amore feras . . 7 . . Filomela . . 8 . . fessa concurrit avis | Sed quamvis longo spatio lassaverat alas.
12 C. IV, 7, 15 modulamine dulci.
16 C. VII, 1, 11 Sic stimulante tua captus dulcedine, Gogo.
IX, 4 C. VIII, 14, 4 Vestris nunc scriptis laetificatus.

Wandalberti Prumiensis carmina

comprehensio temporum 10 C. IX, 4, 10 Accelerante die.
martyrolog. 295 C. IV, 1, 7 Stemmate . . fulgens.
486 C. VIII, 4, 4 Iungitur angelicis casta puella choris.
799 C. VIII, 1, 12 Gallica rura.
835 C. I, 9, 14 signa tremenda.
846 Spur. I, 43 corporis induit artus.
de mensium XII nominibus 231 VM I, 39 Mellis . . absinthia miscam.

Carmina Cenomanensia

I, 23 C. V, 5, 11 virtute superna.
II, 5 C. VII, 9, 19 rex . . supernus.
V, 25 C. VIII, 6, 8 Purpureae violae.
33 C. VIII, 3, 127 refovet, veneratur, honorat.
38 C. V, 2, 70. App. 34, 2 pontificale decus.
VI, 32 C. III, 6, 3 pueros iuvenesque senesque.
VII, 2 C. XI, 25, 2 Instabilique gradu pendula vita meat.
15 C. IX, 5, 3. VI, 2, 53 regali germine natus.
18 C. II, 12, 2 Cuius in hunc mundum spargitur altus honor.
30 C. X, 13, 7 norma salutis.
46 C. VII, 12, 118 Exsuperas labiis dulcia mella favis.
51 C. III, 8, 30 dote . . reples.
72 C. II, 15, 13 Egregius doctor.
100 cf. ad V, 38.
110 C. III, 6, 11 egregios . . patres.
VIII, 2 C. III, 20, 2 aurea dona ferant.
5 C. VIII, 8, 1 O regina potens.
IX, 6 cf. ad VII, 2.
10 cf. ad V, 38.
XIV, 1 C. IV, 9, 11 nulli de nobilitate secundus.
2 App. 8, 4 Quem . . mors inimica tulit.
3 C. IV, 10, 13 largitor egentum.
6 C. I, 9, 6 qui colit astra poli.

Carmina Salisburgensia

I, 4 C. II, 8, 20 fultus honore fuit.
8 C. II, 10, 40 pastor opimus.
I^b, 11 App. 5, 1 regionis apex.
II, 10 cf. ad I, 8.
III, 5 C. IV, 7, 9 pietatis membra quiescunt
IV, 6 C. III, 6, 52 machina trina sonet.
V, 6 C. IV, 7, 10 lingua sepulta iacet.
XXIV, 30 C. IV, 6, 9 patientia victrix.
XXX, 17 C. XI, 25, 2 Instabilique gradu pendula vita meat.
XLIV, 11, 1 C. VIII, 3, 25 Inde dei genetrix pia virgo.
LIV, 26 C. VI, 1, 102 superasti lumine.
LXVI, II, 5 C. VI, 5, 123. VIII, 3, 255 lacrimarum flumina.
LXXXVIII, 18 C. IV, 12, 1 sors inreparabilis horae.
App. V, I, 1 C. I, 2, 1 Quisquis ad haec sancti concurris limina templi.
9 C. I, 13, 5 Nudatosque trabes paries vacuatus habebat.
10 ib. 9, 19 Emicat aula potens divino plena sereno.
11 ib. 10, 11 Deiectamque solo rursus fundavit ab imo.
14 C. IV, 16, 9 Cuius abundantem venerata est Gallia sensum.
15 ib. 15 Consilio sapiens, animo pius, ore serenus.
16 ib. 13 Dogmata corde tenens plenus velut arca libellos.
17 C. I, 8, 17 Praemia succedant operanti longa salutis.
VI, praef. 8 C. IV, 26, 104 semina iacta metit.
11 C. VII, 10, 22 cordis amore colo.
569 C. VIII, 3, 127 refovet veneratur honorat.
570 C. III, 15, 1. X, 17, 1 Actibus egregiis.
614 C. VI, 1, 96 reliquos bene lege coercet.
682 C. VIII, 19, 6 quando celeuma canit.
693. 694 C. II, 16, 77 Compedibus validis alter manicisque ligatus.
737 C. IX, 9, 25 Templa . . specioso fulta decore.
749. 750 C. IV, 7, 15 Organa . . cecinit modulamine dulci.
834 VM II, 293 Cuius ad aspectum.
836 ib. 289 vacuo diademate pulcher.
911 C. VIII, 3, 175 Vndique collectos.
1125 C. III, 3, 12 Vt penetres caelos.
1385 C. VII, 9, 14 Nectarei fontis me recreavit aquis.

VI, 1508 C. II, 16, 5 Exilium tibi mundus erat. ib. 9 factus possessor Olympi.

Carmina varia

II, 19 C. III, 24, 2 Cuius in aspectu.
30 C. VI, 3, 1 regali stirpe coruscans. ib. VIII, 5, 1 Regali de stirpe potens.
50 VM IV, 377 Fortis athletae.
56 C. I, 15, 92 Et mercede pia fructus ubique mices.
IV, 5 C. IV, 1, 11 Dulcis in eloquio.
6 C. II, 11, 20 promptus ad omne bonum.
V, 5 C. IV, 3, 5 Sex qui lustra gerens et per tres insuper annos | Rexisti . . gregem.
6 ib. 4, 20 Pastor ut officiis esset, amore pater. ib. IV, 1, 10. VI, 2, 12 (hinc) sed pietate pater.
9 cf. ad IV, 5.
11. 12 C. IV, 3, 3 Te custode pio numquam lupus abstulit agnum, | Nec de fure timens pascua carpsit ovis.
13. 14 ib. 9 Summus amor regum, populi decus, arma parentum, | Ecclesiae cultor, nobilitatis honor.
VI, 4 C. IV, 5, 6. 8, 6 spiritus astra (colit) tenet.
XI, 12 C. IV, 18, 26 Dum patriam caeli . . tenes.
19 C. II, 10, 23 Publica iura regens.
XII, 6 C. IV, 13, 2 Sola tamen nescit vita beata mori.
9 C. IV, 20, 2 fulsit in orbe potens.
12 C. IV, 10, 11 patriae caput.
20 C. IV, 26, 22 lactea colla tulit. | Splendida conspectu . . | Digna micans animo.
XIII, 12 C. XI, 4, 2 munere larga.
XIV, 7 C. VII, 7, 75 comitatur gratia vultum
8 C. III, 22ª, 7 patriae vigor.
28 C. IV, 20, 4 Dum remeat patriae.
XVI, I, 1 C. I, 1, 11 Emicat aula potens, solido perfecta metallo.
XVII, 4 C. II, 10, 11 Splendida marmoreis attollitur aula columnis.
8 cf. C. I, 3, 12 non peritura domus.
XIX, 7 C. II, 16, 61 solitae pietatis amore.
XXI, 7 C. VIII, 4, 7 Pulchra corona caput . . cingit.
XXIII, 12 C. XI, 23, 7 calamo neque pingere versus.
XXVI, III, 1 VM I, 20 Stemmate, corde, fide pollens.
5 C. II, 16, 61 solitae pietatis amore.
68 C. IV, 26, 18 Nubila fronte fugans.
XXVII, I, 35 VM I, 127 Pulchrior electro, ter cocto ardentior auro.
44 App. 2, 90 gaudia larga metat.
II, 18 C. VIII, 3, 8 mystica verba canunt.
XXXIII, 4 C. III, 30, 8 subdere colla decet.
11 C. III, 16, 3 mea corda replevit.
13 C. III, 30, 3 Carpe libenter iter, quod ducit ad aetheris aulam.
15 C. III, 30, 2 Pectore fixe meo frater amore dei.
XXXV, 110 C. VI, 2, 105 Muneribus largis replet.

Milonis S. Amandi carmina

Vita S. Amandi.

prol. 8 C. VIII, 3, 264 Ordinibus variis.
17 C. IV, 27, 1 Si pietatis opus.
I. cap. III, XI, 26 C. spur. I, 351 Vellere candidior niveo, rutilantior auro.
38 C. IV, 14, 4 luce perenne frui.
II. cap. I, III, 24 C. VII, 7, 75 serenatum comitatur gratia vultum.
II, VIII, 4 VM IV, 1 Post mare fluctivagum.
III, XI, 21 C. II, 11, 20 promptus ad omne bonum.
IV. cap. II, V, 41 VM I, 2 victricia signa reportans.
VI, 17 C. II, 16, 61 solitae pietatis amore.
IV, X, 12 C. VIII, 3, 5 Coetibus angelicis hominum sociata propago.
XIV, 8. 9 ib. 3, 275 bis cocto purpura bysso.
19 C. I, 17, 1 Munera parva nimis, pia, suscipe, quaeso, libenter.

De sobrietate.

dedicatoriae I, 12 C. III, 7, 20 urbs caput orbis.
41 VM III, 1 fixa stetit anchora.
I, 28 VM II, 88 Serica purpureis sternuntur vellera villis.
133 C. IV, 1, 17 patriis rudis exul ab oris.
365 C. VIII, 3, 273 Pulchra topaziacis oneratur zona lapillis.
572 C. IV, 10, 1 Omne bonum velox.
709 C. IV, 27, 1 Si pietatis opus.
959 C. IV, 4, 20 aequus amator amandus.
II, 114 VM II, 290 Ordine gemmarum numerosa luce coruscus.
284 C. III, 30, 7 Subdere colla decet.
503 VM II. 137 lacerantque flagello.
563. 564 VM IV, 1 Post mare fluctivagum repetens ad litora portum.
577 C. II, 4, 9 Vt paradyssiaco bene laetaretur in horto.
930 VM II, 462 rubricat quibus unda cruoris.
1024 VM IV, 405 velificante volatu.

Herici miracula S. Galli

I, 50 C. III, 7, 20 urbs caput orbis.
III, 141 VM IV, 685 Fusus humi supplex.
IV, 325 VM III, 314 veneranter adorans.
352 C. VI, 1ª, 1 Victor ab occasu quem laus extendit in ortum.
V, 96 C. VIII, 3, 263 radians diadema beryllis.
250 C. I, 15, 1 nulli minor atque secundus.
VI, 103 VM IV, 32 Sternitur ergo solo.

Iohannis Scoti carmina

I, 19 C. VI, 10, 59 quadrato spargeris orbi.
II, 53 C. III, 27, 1 licuisset cernere vultus.
III, 4 C. IV, 20, 2 fulsit in orbe potens.
IV, 44 C. III, 30, 7 Subdere colla decet.
X, 3 cf. ad IV, 44.

Adventii versus in stylobate

4 C. III, 6, 53 Adde medullata in templis holocausta sacerdos.
6 C. III, 6, 54 hostia pura deo.

Agii carmen

228 C. IX, 2, 39 corpora terra tegit.
237 ib. 19 Sic quoque Sem et Iafeth patrum iustissima proles.
268 ib. 32 Est situs in tumulo cum Salomone suo.
282 ib. 18 nunc gravis arca premit.
292 ib. 34 Vivens sub pelago stat modo pressus humo.
306 ib. 37 cui nullus maior habetur.

Betharii carmen

8 C. III, 30, 7 Subdere colla decet, quia sunt iuga dulcia.
37 C. II, 11, 20 Cura sacerdotum promptus ad omne bonum.
153 C. II, 16, 95 sacrati limina templi.

Poeta Saxo

I, 2 Spur. I, 43 pie corporis induit artus.
74 VM I, 300 divelli fana profana.
III, 119 VM III, 502 sedis honore.
582 C. IV, 7, 9 pietatis membra quiescunt.
618 C. IV, 7, 15 cecinit modulamine dulci.
IV, 235 VM I, 2 victricia signa reportans.

CORRIGENDA.

p. 27, 31 *adn. pro* II, 27 *legendum* XI, 25.
p. 31, 24 *adn. pro* Y *legendum* X.
p. 33, 6 *adn. pro* c. 1 *legendum* c. 2.
p. 73, 22 *pro* qariter *legendum* pariter.
p. 74 *dele locum quem e charta Chlodovechi attuli, cum falsa sit; cf. Havet, Questions Mérovingiennes 1885, II, p. 24.*

Typis expresserunt Breitkopf et Haertel Lipsienses.